7
8-D
57

Questa Opera apparteneva già
alla sa. me. di Papa Leone XII: V° Nunzio in Colonia

Camillo Cappello
1832.

6
8 L
1

Vend. 17
Lq
15

79
7-8-D-57-



BIBLIOTECA NA[illegible]
ROMA
[illegible]TTORIO EMANUEL[illegible]

DE ADMIRANDA, SACRA, ET CIVILI MAGNITVDINE

COLONIÆ CLAVDIAE AGRIPPINENSIS AVGVSTÆ Vbiorum Vrbis.

LIBRI IV.

I. Vbiorum originem, HISTORIAM, vetuſtatem, & venuſtatem, explicat.

II. INSIGNIA & ORTVM Vbiæ & Rhenanæ NOBILITATIS, ex Romanis Tribubus & militiæ incunabulis deducit.

III. Vrbis eſt SACRARIVM, proferens eccleſiarum fundationes, incrementa, Sacrum Theſaurum, monumenta, & quandoque claros Viros.

IV. Sacros & pios FASTOS ad Martyrologij formam digeſtos; & diem ſacrum almæ Ciuitatis exhibet.

AVTHORE

ÆGIDIO GELENIO SS. Th. L. ad S. Andreæ Canonico, Conſiliario Eccleſiaſtico & Hiſtoriographo Archiepiſcopali.

Paul du Mont

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud IODOCVM KALCOVIVM Bibliopolam.
ANNO M.DC.XLV.
Cum Licentiâ Vtriuſque Magiſtratus.

NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS
Equeſtris & Patricij Ordinis Viris ac Dominis

CONSVLIBVS
BALTASARI à MVLHEIM,
PETRO à WOLFFSKELL,

QVAESTORIBVS
CONSTANTINO à LISKIRCHEN,
PETRO THER LAHN à LENNEP, I. V. D.

PROCONSVLIBVS
IACOBO à ROTTKIRCHEN,
CONSTANTINO à IVDDE,

CÆTERISQVE PATRIBVS,
SENATORIBVS, CIVIBVS,
ET TOTI

Coloniæ Claudiæ Agrippinenſi Auguſtæ Vbiorum Vrbi,

B. M. VIRGINIS COÆVÆ CIVITATI, VETERVM Romanorum integerrimæ ſociæ, Catholicæ Romanæ fidei conſtantiſſimæ obſeruatrici, Sanctitate præcellenti, Nobilitate ſublimi, Imperialibus Regalibuſque Priuilegijs & Libertatibus inclutæ: Illuſtriſſimæ ſemper Reipublicæ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Se & Librum D. D. D.

Senatus. Populi. Que. Colon. obſeruantiſſimus

Ægidius Gelenius SS. Theol. L. Canonicus S. Andreæ.

AMpliſſimi Nobiliſſimi Patres Conſcripti. Ioannes Gelenius, vir Principibus, Vobis, cunctiſq; Ordinibus carus, mihi ſanguine Frater, beneficijs Mœcenas, ſtudio Magiſter, Diœceſi cunctæ in ſpiritualibus aliquando Prælatus: optimo iudi-

cio, ordine, ſtiloq́ue, niſi fata obſtitiſſent, inclytam Remp. veſtram ornare inter ipſa negotiorum impedimenta aſsiduè conabatur. Saneq́ue eam ad rem monumenta, notas, & omnino quinque copioſa diplomatum ex archiuis acceptorum volumina, congeſſerat, cum hinc ad maiora negotia vel otia æterni Regni à Regum Rege euocatus, mihi Coloniam religioſiſsimam Dei cultricem, in terris colendam ſuâ vice commiſit, ſpondens eâ operâ me & rem Deo gratiſsimam, & hominibus æquæ lanci aſſuetis glorioſam, effecturum, Nec dubitabat me hortari, vt miſsis curis ampliandæ rei familiari aptis, cæterisq́ue omnibus, etiam cathedrâ, in vtilem poſteritati receſſum me conferrem. Feci quod monuit vir grauiſsimæ authoritatis, iamque quindecim fermè annis in Spartâ mihi commiſſa exornanda operam nocturnam diurnæ coniungo. & quidem voluminum manuſcriptorum vndique magnis impendiis & laboribus, opportunè & importunè ex vetuſtis Vrbis & Prouinciæ ſcripturis conquiſitorum, numerum ad Triceſimum non infælix conſarcinator perduxi, vt videar iure horum pulpito argumenti inſtar præfigere poſſe hoſce qualeſcumque verſus:

Quidquid habent Veterum Cippi, Monumenta, Notæue,
Et Calami & Tabulæ noſtri eſt farrago laboris.

Quæ tamen ſi penitus inſpicere quis voluerit, inueniet ſigillatim Lararia, æraria, pynacothecas, dactyliothecas, ſcutaria atria, Arboreta genealogica, archiua, Annales, Regiſtra, matricolas ſeu catalogos, ſacraria, Faſtos, & ſimilibus nominibus ac titulis, vti merentur inſignita. His quod temporis à diuinis & neceſſarijs officijs vacuum eſt conſecro & vel digerendo ad lucem formo, vel conferendo ad veritatis trutinam reduco. Sed quod in omnibus diſciplinis accidere noſtis ipſi expertiſsimi ac prudentiſsimi. Idem mihi in Hiſtoria veſtra vſu venit, nimirum

vt

vt quanto plus capio, tanto plura capienda agnoſcam; fateorque Rempublicam Veſtram ſua amplitudine, & gloria non dicam vnius iudicij mei ac ingenij, quod ſanè eſt exiguum, menſuram immani exceſſu ſuperare, ſed etiam multorum hominum ingenia ora ac calamos longè anteire. Deſino igitur mirari, quid ſit quod multi viri præſtantes iudicio & orationis vi, qui ſe Reipub. veſtræ maieſtati contemplandæ affixerunt, lucis amplitudine obruti, lumina morte prius clauſerint, quam quidquam vltra ſpecimina quædam & Epidigmata protulerint. Enimuero idem mihi pari fato iure obueniſſet niſi alio conſilio vſus, dum opus perficiendum polio decidua ramenta pretioſi laboris, inſtar aurifabrorum ſinu excepta & ordine digeſta, ſubinde typo vt calatho flores, vel ſporta munuſcula proferrem. Feci id alias nimirum Ann. 1633. S. ENGELBERTVM apud vos exaltatum illuſtrando ex archiuis. A. 34. *Pretioſam* eiuſdem *Hierothecam in 12 SS. Colon. Epiſcoporum* vita explicanda occupatam Anno 35. *Hiſtoriam de Crucibus per diœceſin mirandis* Anno 36. *Enfridum* Eleemoſynis olim celebrem in hac Rep. Decanum S. Andreæ. 1638. B. RICHEZAM POLONIAE REGINAM apud vos in Gradibus B. M. quieſcentem, A. 39. *ſupplicem* in Iubilæis Coloniam A. 40. PAR SS. Videlicet SVIBERTVM ac PLECTRVDEM emaculando A. 41. SVFFRAGANEOS COLONIENSES Ciuitatis veſtræ ornamento nepoti meo ſuggerendo. Qui mei labores etſi veſtræ Amplitudinis magnificentiæ inter tot clarè lucentes, alijs de rebus, ſoles non forte omnes innotuerint, obſequio tamen veſtro, fide ſumma ac deuotione, vbicunque ſunt ac leguntur, in animis lectorum militant. Nec adhuc gratuitæ militiæ tædet, iterum Triarium veſtro obſequio educo in arenam, qui tamen dum exexcetur ad Theatrum, etſi tandem properatus, nihilominus penè quadriarius euaſit, nimirum Tomum quadripartitum *de magnitudine Ciuili & Sacra CL. Auguſtæ Agrippinenſis Coloniæ*. Primus in eo Liber, nobiliſsimam

exhi-

exhibet verè *Auguſtam Archipolim*. Secundus *nobiliſſimos Ciues*. Tertius *Sacrarium* quoddam per vrbem ex aris templiſque concinnatum. Quartus *Faſtos Patrios* ex Ciuibus Sanctorum & domeſticis Dei, qui vobiſcum vixerunt, aut impenſius ſtuduerunt, affectu vel ſanguine coniuncti. Et quanquam non ſim neſcius frontis quorundam & oris, eorum ſcilicet, qui ne quid minus ſapere videantur, aliena carpunt, eorum tamen neque frons, neque lingua, me terrere potuit, quo minus Amplitudini veſtræ gratularer, vt cliens, & gloriæ ſacrarem vt Sacerdos, encomio obſequerer vt ſcriptor, nihil moratus Rufinos, & Zoilos, & Momos. Vos igitur Ampliſsimi Nobiliſsimique viri, Patres conſcripti S. P. Q. Incl. Colon. Vbiorum, animis fauete, vt ſanctè ac gloriosè concepta, aura veſtræ beneuolentiæ aſpirante, confecta præſtem, priuſquam otioſo letho me morbus ſeniumue componat. Interea autem vos viuite ſoſpites, gubernate fœlices, ex animo intimo intimus gloriæ veſtræ Studioſus precor. Coloniæ ex muſæo Geleniano. Ann. 1645. Ipſa S. Cuniberto Patrono ſacra.

PRO-

PROLOGVS
Ad Lectores.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

MVltorum pietati deditorum frequenti adhortatione ac precibus inuitatus ſum aliquot ante annis, vt ſacras Agrippinenſis Coloniæ Aedes & ſacra eiuſdem vrbis cymelia ac monumenta calamo exarata darem, tum eorum gratiâ qui inclytam hanc vrbem incolunt, tum hoſpitum qui in eam adueniunt, vnaque opera vtriſque commodarem ex bibliotheca, quam hiſce rebus inſtructiſſimam eſſe arbitrantur. Ego vero etiam toties abnui & animum obfirmare deſtinabam, non quidem ea cauſa, quaſi quæ vtiliter ſciri poſſent, deeſſent, aut laborem ſubterfugerem, cum nec ingrata fuerint eruditis, quæ hactenus in hoc genere præſtiti, nec inuitus ſim ad labores, quippe quos ſæpe gratis & publicæ rei commodo, meo detrimento ſuſcepi, ſed quod intelligerem, vti eſt in prouerbio, facilius noua cudi, quam vetera malè ſubſtructa reſtaurari. Nam cum ante hos annos, Reuerendus & Religioſus Pater Erardus VVinheim Sanctiſſimi Carthuſianorum Ordinis ſcriptor, ex ijs quæ obtinere potuerat monumentis Sacrarium Agrippinæ congeſſiſſet, & quidem abſens, aliqua malè credita optimo viro in numerum verorum irrepſerunt, quædam etiam, & præclariora omiſſa fuerunt, quod AEditui quandoque & ſacrorum Gazophylaciorum Præfecti difficiles ſint & moroſi in communicandâ rerum Sacrarum notitia, quæ ad maximum deuotionis incrementum & gloriam Eccleſiarum ipſis creditarum poterat pertingere. Verum rationum mearum momentis effeci nihil, ſed quaſi in fatis eſſet, contra animi mei propoſitum alienæ, dum ſtimulor, voluntati obſequutus ſum; quam prudenter & feliciter Cenſorum iudicium eſto. Ego Ciuibus & hoſpitibus quibus iſta excutere, per ſe non vacat, neque Sacrarij iam olim editi exemplaria penitus diſtracta, conſequi fas eſt, me beneuolè ſubuenire voluiſſe ſcio; Agam igitur primùm de ipſa Auguſta Agrippinenſium Colonia vniuerſim, non plus quam properans Lector velit, ſic tamen vt pleraſque hiſtoriæ noſtræ difficultates diſcutiam: tum de Nobilitate, denique de ſingulis Vrbis templis eorumque ornamentis, his Colonienſem annum, diem, & horam ſubnectam, ex quibus ſingularum dierum patrocinium & noctes & dies iugiter in hac vrbe perſeuerans Laus Dei, liquido cognoſcantur, omnia veritatis & pietatis promouendæ cauſa, & vt Deus laudetur in ſæcula ſæculorum.

Prolohus ad Lectores.

Si ſpernant homines molimina noſtra, probent DI,
Sitque laboranti Mœcenas Iupiter æquus.

Nec ab alio præmium preciumque laboris præſtolor, expecto tamen Cenſores: qui faueant, ſuggerant; qui carpunt, corrigant: vtrorumque iudicia mihi grata erunt cauſa diſcendi & illuſtrandi res Vbias: translata & à Maioribus accepta vt plurimum pro viribus tueor, nullius fidei impero, qui meliora dijudicat, prodat ſe, anſam do, & ſatis æſtimo copiam euoluendorum protuliſſe illis, qui elegantem alioquin ſtylum ad ſcribendum apponere formidabant.

): (

LI-

LICENTIA DOMINI CENSORIS Ordinarij.

Opus *de Magnitudine Coloniæ Agrippinenſis Auguſtæ Vbio Romanæ Vrbis Authore Ægidio Gelenio SS.Th.L.* Ex noſtra tanquam Ordinarij Cenſoris Librorum authoritate & Commiſſione examinatum,& per pios,eruditos,hiſtoriarumque peritos viros diligenter diſcuſſum, Viſis infraſcriptis extraneorum & acceptis intraneorum relationibus: omnia in eo bonis moribus & Orthodoxæ Romanæ fidei conſentanea eſſe atque optimarum rerum & Hiſtoriarum multam lucem & copiam in eo tradi, Vigore datæ noſtræ Commiſſionis laudamus, approbamus, & ad publicam lucem admittimus, Signatum Coloniæ 1645. die 16. Septemb.

Henricus Francken Sierſtorpffius, SS. Theol. Doctor, Gymnaſij Laurentiani Regens Librorum Cenſor Ordinarius.

Librum qui *de Sacra & Ciuili magnitudine Coloniæ Agrippinenſis Auguſtæ Vbio Romanæ Vrbis* inſcribitur, ab Admodum Reuerendo & Clariſſimo Domino *Ægidio Gelenio* S.Theologiæ Licentiato elaboratum, diligenter perlegi, nec in vllo vel à doctrina Eccleſiæ, vel à bonis moribus deflectentem, inueni Cum autem ſit in ſacris pius exactus in ciuilibus circumſpectus, in eruderandis præteritorum ſæculorum monumentis neruoſus & ſolidus: opponit ſpiſſis Nouatorum in religione tenebris, antiquam Catholicæ veritatis Lucem cum Auguſta magnitudine Ciuili creſcentem vſque ad perfectam diem in Vrbe Coloniâ Agrippinenſi. Legant igitur publico iure, Romana docti, ſacra pij, errantes mirentur antiquorum Lapidum nunquam obliterandam eloquentiam vera dogmata confirmantem, falſa dogmata conterentem. Duſſeldorpij ex commiſſione Ordinarij Cenſoris 15. Septembris 1645.

P. de VValenburg. I. V. L.

Fateor ego qui ſubſcripſi me Autoritate Admodum Reuerendi & Eximij Viri ac Domini Henrici Sierſtorffij Eccleſiarum Metropolitanæ & S. Cæciliæ Canonici, & Regentis Gymnaſij Laurentiani &c. euoluiſſe Librum Admod. Reu. & Eximij *Ægidij Gelenij* Canonici S. Andreæ S. Theologię Licentiati *de Coloniæ Agrippinenſis magnitudine*, nec quicquam in eo bonis moribus, aut fidei Catholicæ contrarium reperiſſe, ſed ob magnam rerum varietatem & Colonienſium antiquitatum explanationem, vtilem & iucundum prælo & publicæ vtilitati committi poſſe, ita cenſeo, ſentioque Signatum. Kempis 164:, 13. Septemb.

Ioannes VVilmius Can. Noueſienſis & per inferiorem, diœceſim Colonienſem Commiſſarius in Spiritualibus.

SVMMARIVM, LIBRI PRIMI. &c.

DE Vrbis ortu dedicatione & fide — Pag 1
Encomia Vrbis — pag 5
Literaria eccleſiaſtica & ciuilis forma Reip — p.9
Vbiorum ſtatus & dignitas per 16. ſecula. — p.16
Baſilicarum Colonienſium inertia. — p.22
Excurſus in geſta & conuerſionem Conſtantini M. in Vbijs. — p.25
Crux Viſa a Conſtantino Magno in Sinzeigh pag. 25.131.263. & lib 4. die 3. Maij. 14. Septemb.
Materni II. Epiſcopi res. — p.27
Materni primi res. — p.28
Colonia Catholica per 16. ſecula. — p 28
Elenchus & geſta Epiſcoporum Colonien. — p 35
Synodus Colonien contra Euphratem. — p.54
Patres Concilij Colonienſis. — p 58
Difficultas Veterum temporum. — p 63
Fundatores & dotatores Eccleſiæ Colonien. — p.64
Limites & Bannum diœceſios. — p 66.
Bulla aurea VVeſtphaliæ. — p.75
Arnsbergi Comitatus. — p.76
Domus Bauaricæ liberalitas. — p.77
Deſcriptio vrbis Veteris. — p.78
Fons Conſtantini M. — p.83 & 384
Deſcriptio modernæ Vrbis. — p.85
Vrbis vetera & hodierna inſigna. pag. 91. & 215. 632
Agri Vrſulanus & Thebæus. — p.92
Caſtra & proceſtria Romana. — p.93
Via Romana prætoria Coloniæ. — p.94
Elenchus eccleſiarum Viæ Romanæ. — p.96
Vindiciæ Cleri à fabula quadam. — p.98. p.380. lit. C. & 553. lit. B.
Clades Colonienſium per 16. ſecula. — pag.104
Epilogus cum copia dicendorum de Colonia. — p.109

SVMMARIVM LIBRI SECVNDI.

ROma ſons Colonia Riuus Nobilitatis veteris pag. — 111
Leges Heraldicæ. — 113
Iudicia heraldica Colorum. — 121
Centum Clypei p 123 Scuta Soligera. — 127
Ælij VValpotten, Eller, Foreſtarij, Flandriæ, Ardieij, Morgeſij, Bigourſij, Enghieni. — 127
Antiquitas Armorum. — p.130.133
Cliuenſes, Ælij, Hauſmanni à Namedeij, Buck, Greiffen lae, Broich, Rifferſcheidt, Droſt. &c. — 131
Pyropus Scutarius. — 133
Scuta lanigera. — 136
Lacretij, Creſcentij, Cencij, Schonvvetter, Huna a
Saulheim, VVaſſenar, Polanen, Deti &c. — 136
[illegible] — 137
Abr, VValdeck. — p.137.138
Ch[illegible]. — 139
Frentz Raitzen. — 141
A Gimmenich. — 142
Multitudo Romanorum in Vbiis. — 143
Scutariæ Cruces diuerſæ. — 144
A Capellen. — 145
Clypeorum ſigna vetuſta. — 145
Capreolus Scutarius. — 146
Plays, Bongart, VVilich, Herſell &c. — [illegible]
A Troien, a Schall. — 148

Klepping

Klepping. p.150
Vectu Scutarius. 150
A Pantbaleon, ab Eck, à Malſen, à Drutten à Meller. ab Oeſt, à Mulheim, à Portz, VVetzel à Marſilien &c. 151
Haſta pura. & ſcipio eburneus. 153
Vectij, Bernſauu, Virmundt, Gulpen, Scheidingh Schœnrad, Harue, VValdenburg. 145
Einatten, VVilach. 155
Romana agricultura. 156
Schenemont. Holteij. 157
Gritzen à Sintzigh. 157
Gurtz. Berckheim Andlauu. 158
Orbes Scutarij & Bizantini. 159
Romani Manlij Capitolini. 159
Raidſtock Opendal. Item de Metingbouen. 159
Gronsfelt, Hezingen, Huin ab Anſteradt. 160
Stipendiarij Veterani. 161
Anſtel, Ciſenberg. Horſt, Raeſuelt, Velbruck, Bodelvvinge, Oſtereich. 161
Buſchuelt, Schilling 161
Landsberg. Heimbach, Lintzenich. 162
Malinckrode, Volmundſtein, Reck, Romberg. 162
Clathri Scutarij. 163
Zeueld Meruelt. 163
Linteati Samnites. 164
à Lintlair. 164
Balteus Scutarius. 165
A Lieff. 165
Fibula Scutaria. 166
Taniolæ Scutariæ. 167
Schvvartz de Hirtz. Ceruini, Caraſei, Rottkirchē, à Roder ſteſſen. 167
Cochlea Scutaria. 169
Clenatij Cleingedanck. Mommersloch, Kerpen, Manderſcheit. 169
Monnemit à Bolandt. 171
Scipiades Staue, VVald, Haslang. 171
Galea cornuta. p.172 186
A VVeſell. 172
Pinna Scutaria. 173
Heuſenſtam Elittersvvich, Stockheim, Ruſa. 173
Pali Scutarij & corona caſtrenſis. 173
Merode Flatten. Conreſcheim. 173
Hochſteden, Drempt. Zoirs, Hilbach, Prioli. 174
Thorax Scutarius, Concha Scutaria. 174
Lemniſci vel Beſſales Scutarij. 175
Scheiffgyn, Burgundia, Fliſci, &c. 176
Lorica Segmentatæ Scutaria. 177
Thurn à Mollengaß, à Suderman, &c. ibid.
Superbi, Ouerſtoltz, Lieskirchen, Quatermart, Efferen. ibid.
Corona muralis, pontes, podiola, & raſtella ſcutaria. 178
Afri. ab Efferen. 180
Sublicij pontes Scutarij. 180
VVeſtphalen, VValdenburg, Harff, Metternich, &c. ibid.
Bipinnati pontes Scutarij. 181
De ponte, Neſſelrode, Lulſtorff, &c. ibid.
Pontes Scutarij nubilati. 182
Steck, Padberg, Veralli, &c. ibid.
Specula Scutaria. 183
Spiegell, Ehren. 183
A Beneſis, Pheil, Gayſpitz. 184
Capricornus Scultarius. 185
A Keſſel à Krantz. 186
Laterculi Scutarij. ibid.
Sigilla. 187
Mauuenheim. Stralen. 188
Vitelli, Reuen, Hanxleden, Bellinchauſen. ibid.
Vitis Scutaria & amphisbena. 189
Pileus Scutarius. 190
A Iudde, ab Hardenrode. ibid.
A Guldenheufft. 191
Hardeuuſt. Vygh. 192
VVolffskel. 193
VIII. Legio Altenâ, Lipp. 193
Roſa Scutaria. & lilia. 195
Albani, Salm. 197

Pauones Scutarij & alæ. 199
Adocht, mulier rediuiua. 201
Aues Scutariæ, Vpupa, &c. 203
Olores Scutarij. 204
Corui Scutarij, ab Houen. 205
Leones Scutarij, Æmilij, Sapientes VVeis, Anicij, à nuich. 206
Hirtz Landtskron, Cuſin. Brunſuuich. 208
Diribitores, Schiderich, Gyr. 209
Birgell, Ketzgen, Vercken. 210
Gryn. Vultus leonum. 211
Paluſtres gladioli & Leopardi Scutarij. pag. 212
Vrſini, Horn, Byrcklin. 213
Hirtzlein, Cornuti. 214
Arma Vbiorum. 215.91.112.632

SVMMARIVM

LIBRI TERTII.

Quomodo vnius Sancti Reliquiæ plures. 219
Reliquiarum veritas. 221

COLLEGIA XI.

1. *Metropolitana Colonienſis.* 223
Aquæductus Vbio Romanus. 254
2. *S. Gereonis.* 258
3. *S. Seuerini.* 271
4. *S. Cuniberti.* 278
Vita S. Cuniberti. 280
5. *S. Andreæ.* 290
6. *SS. Apoſtolorum.* 295
Inuentio Piligrimi. 302.428
7. *B.M.V. ad gradus.* 305
Litania Marmorea S. Annonis. 312
Genealogia B. Richſæ. 315
8. *S. Georgij.* 318
9. *B.M.V. in Capitolio.* 323
10. *S. Vrſulæ.* 332
Vita S. Vrſulæ. 338
De S. Cyriaco. 353
De Alexandro Seuero Cæſare. 354
Sons & ſitus Rheni. 355
11. *S. Ceciliæ.* 356

ABBATIÆ IV.

1. *S. Panthaleonis.* 362
2. *S. Martini Maioris.* 375
3. *B.M.V. Diuitenſis.* 380
Pons C. IVLII Cæſaris. 384
4. *SS. Nicolai & Medardi Brauuilerenſis.* 385

PAROCHIALES XIX. 390.

1. *S. Columbæ.* 392
2. *S. Martini Minoris.* 394
3. *S. Laurentij.* 397
4. *S. Albani.* 401
5. *S. Petri.* 403
Hoſpitium S. Vrſulæ. 404
6. *B.M.V. in littore.* 408
7. *S. Lupi.* 410
8. *S. Iacobi.* 413
9. *S. Ioannis Baptiſtæ.* 415
10. *B.M.V. ad Indulgentias.* 417
11. *S. Pauli.* 419
12. *S. Seuerini ſiue B. M. Magd.* 423
13. *S. Brigidæ.* 424
14. *S. Mauritij.* 425
15. *SS. Apoſtolorum.* 427
16. *S. Cuniberti.* 434
17. *Chriſtophori.* 435
18. *S. Ioannis Euangeliſtæ.* 436
19. *B.M.V. in Paſculo.* 438
Epitaphium Domini Chriſtiani. 439

MONASTERIA VIRORVM XVII.

1. *S. Catharinæ Teuthonicorum.* 441

2. SS. Io-

2.SS.Ioannis & Cordulæ Melitenſium.
3.S.Antonij.
4.Corporis Chriſti.
5.Canonica in VVeidenbach.
6.Carthuſia.
7.PP.Prædicatores.
8.PP.Franciſcani Conuentuales.
9.PP.Carmelitani Regulares.
10.PP.Auguſtiniani.
11.PP.Crucigeri.
12.PP.Societ.Ieſu.
13.PP.Minores Stict.Obſeruantiæ.
14.PP.Capuccini.
15.PP.Birgittani.
16.PP.Diſcalceati Carmelitæ.
17.FF.Cellitæ.

MONASTERIA MONIALIVM. 39

1.SS.Machabæorum.
2.S.Claræ.
3.B.M.V.Hortus.
4.B.M.V. in Syon.
5.S.Maximini.
6.SS.Bartholomæi & Apri.
7.S. Agathæ.
8.S. Mauritij.
9.B.M.Magdalena ad Albas Dominas.
10.S.Gertrudis.
11.B.M.V.in Nazaret maiore.
12.Capucciniſſæ.
13.S.Claræ.
14.SS.Angelorum Cuſtodum.
15.B.M.V.in templo.
16.S.Reinoldi.
17.S.Bonifacij.
18.S.Nicolai in Burghoff.
19.S.Michaelis.
20.In Pœnitentia.
21.S. Ioannis in Cluſa.
22.S.Vincentij.
443 23.Ad agnum in muro Caſtrenſi. 585
446 24.In Bethlehem in der Reimersgaß. 586
448 25.S. Luciæ. 587
450 26.B.M.V.mons. 589
453 27.Diſcalceatiſſæ. 591
460 28.Diſcalceatiſſæ. 593
471 29.S.Ignatij. 595
476 30.S Apolloniæ. 595
487 31.Cellitiſſæ in minori Nazaret. 598
494 32.S.Annæ Tertiariæ. 598
503 33.B.M V.Conceptæ. 599
519 34.Vrſulinæ. 600
523 35.Cellitiſſæ in Valle Cedri. 602
529 36.Cellitiſſæ in Cella. 602
530 37.Cellitiſſæ in Vico S.Marcelli. 603
534 38.Cellitiſſæ in Vico S.Antonij. 604
39.SS.Trinitatis Cellitiſſæ. 605

HOSPITALIA XVI.

537 1.Omnium Sanctorum. 606
540 2.S.Heriberti. 607
542 3.Apud S.Gereonem. 608
545 4.Apud S.Martinum maiorem. 608
546 5.S.Iudoci in Capitolio. 609
548 6.S.Quirini apud S.Panthaleonis. 609
551 7.S.Agnetis in foro nouo. ibid.
553 8 S Spiritus. 610
553 9.S.Vrſula. ibid.
556 10.S.Laurentij. ibid.
559 11.In Ipperwalde. 611
562 12.S.Ioannis in platea lata. ibid.
572 13.S.Crucis in platea lata. ibid.
572 14.S.Nicolai Orphanorum. 612
574 15.B.M.V.Doloroſæ. ibid.
576 16.Spendarum. 613

577 SACELLA 49

580 1.S.Ægidij. 613
581 2.S.Afræ. 614
582 3.S.Alexij. 615
583 4.SS.Bonifacij & VVilibrordi. 615
583 5.S.Benedicti in Capitolio. 617

6.Cer-

6. *Ceruinæ gentis in capitolio.* 618
7. *S. Crucis ad SS. Apoſtolorum.* 618
8. *S. Crucis ad S. Panthaleonem.* 618
9. *S. Crucis ad S. Claram.* 619
10. *S. Crucis apud PP. Capuccinos.* 619
11. *SSS. Chriſtophori Eraſmi & Sebaſtiani in area Metr politana.* 621
12. *S. Dionyſij in curia.* 622
13. *S. Eligij.* 62:
14. *S. Eraſmi ad S. Seuerinum.* ibid.
15. *Fidelium defunctorum Orphanorum.* 623
16. *S. Georgij.* ibid.
17. *S. Heriberti in aula Tuitienſi.* 623
18. *S. Hieronymi in domo Ruremundana.* 624
19. *S. Hieronymi apud S. Gereonem.* 624
20. *S. Huberti apud PP. Soc. Ieſu.* 624
21. *S. Lamberti.* 625
22. *S. Laurentij in Gymnaſio.* 626
23. *S. Luciæ ad S. Cunibertum.* ibid.
24. *S. Marcelli.* ibid.
25. *S. Margaritæ.* 627
26. *B. M. V. ſeptem gaudiorum.* 6 0
27. *B. M. V. Hortus ad S. Gereonem.* ibid.
28. *B. M. V. ibidem.* 630
29. *B. M. V. Annunciatæ in Gymnaſio trium Coronarum.* 630
30. *B. M. V. ad Indulgentias.* 631
31. *B. M. V. in Hieruſalem.* 631
Antiquitates Vbio-Romanæ. 633
Faſti conſulares Agrippinenſes. 636
32. *SS. Mathiæ Materni, &c.* 641
33. *S. Michaelis ad S. Gereonem.* 642
34. *S. Michaelis ad S. Seuerinum.* 643
35. *S. Michaelis ad portam Salinariam.* 643
36. *S. Nicolai in Capitolio.* 644
37. *SS. Nicolai & Medardi in muro caſtrenſi.* 644
38. *SS. Norberti & Hermanni.* ibid.
39. *S. Noitburgis.* 646
40. *S. Quintini.* 647
41. *V. Sacramenti.* 649
42. *Æternæ ſapientiæ.* ibid.
43. *S. Saluatoris.* ibid.
44. *SS. Sergij & Bacchi.* ibid.
45. *S. Seruatij.* 650
46. *S. Stephani.* 651
47. *S. Thomæ Apoſtoli.* ibid.
48. *S. Thomæ Aquinatis.* 652
49. *Sacellorum Variorum & Altarium.* 652

SVMMARIVM
LIBRI QVARTI.

Qvis Sanctus. 653
Quis Colonienſis Sanctus. 654
Vbiorum fines. ibid.
Feſta mobilia Coloniæ. 655
Melos Colonienſis eccleſiæ. 657
Faſti Sacri & Pij incipiunt pagina 658. & continuantur per ſingulos dies duodecim menſium.
Elenchus Ordine Alphabetico Sanctorum & Venerabilium Virorum quorum dies obitus incerta eſt pag. 752
Notitia & Notatio Horarum ſpiritualium in Vbio Romana Colonia. pag. 756
Epilogi ad Deum item ad Lectorem. 758

LIBER PRIMVS.
DE ADMIRANDA SACRA ET Ciuili magnitudine Coloniæ Claudiæ Agrippinenſis Auguſtæ VBIORVM VRBIS.

SYNTAGMA PRIMVM.

A *De vrbis ortu & dedicatione; Incolarum pietate & fide.*

PRiuſquam hic locus ad Coloniæ Romanæ dignitatem eueheretur, Oppidum Vbiorum fuit, & quidem præcipuum, cuius initia ſi plane ac perſpicuè definire fas eſſet, de inclitæ vrbis ortu plenè conſtaret; quod ne fieri poſſit, obſtat authorum altum de huius B oppidi exortu ſilentium, veſtigare tamen ea conatus V.Cl. Stephanus Broelmannus olim ICtus & Hiſtoriographus Agrippinenſis, aſſerit tres cis Rhenum Vbiorum translationes factas eſſe, & cum his ipſis hoc oppidum cœpiſſe. *De initio vrbis. Sententia Stephani Broelmāni de triplici initio vrbis.*

Primam nempe tunc cum Iulius Cæſar alterâ vice hîc locorum pontem Rheno C impoſuit.

Secundam ſub Auguſto Cæſare cum M. Vipſanius Agrippa, primam Galliarum præfecturam obtinuit.

Tertiam cum idem Agrippa alteram præfecturam in Gallijs adminiſtrauit.

Sed bona viri eruditiſſimi veniâ dixerim, primam traductionem commentitiam mihi videri, ſiquidem meo iudicio Iulij Cæſaris ætate Vbij trans Rhenum tantum- D modo incoluêre, vndè non ante Auguſti imperium in hanc citeriorem ripam traductos aſſero: Teſte Tacito: Nam à Marco Vipſanio Agrippa ſub Auguſto Gallias procurante tranſgreſſi Rhenum, in fidem ſunt recepti: *Forte acciderat*, inquit lib. 12. Annal. Author, *vt eam gentem* (de Vbijs loquitur) *Rheno tranſgreſſam Auus Agrippinæ Agrippa in fidem reciperet.* Ex eo igitur tempore traductis Vbijs è Montenſi, quæ nūc Vbijs oppoſita eſt, regione, oppidum Vbiorum indubie fuit, atque hoc tempus

Marcus Agrippa bis Præſul Galliæ.

Tempore primæ Præfecturæ accidit matrimonium Ioachimi & Annæ.

Tirinus in Chron.

Tempore ſecundæ Præfecturæ nata B. M. Virg. Et eodem tempore Vbij cũ Rhenum ducti idque probatur.

Appianus.

libet ſtatuere natale Coloniæ, & ea propter penitius indagare. Bis omnino Agrippa A
imperante Auguſto Gallijs præfectus eſt, vt ex Dione Caſſio, & Romanis ſcri-
ptoribus diſcimus; nimirum *Claudio Pulchro & Norbano Flauo Coſſ.* anno ſecundum
exactam Chronologiam ante Chriſti ortum XXXIII. circa quod tempus An-
na & Heli-iachim, ſiue decurtatâ voce Ioachim Parentes Diuæ Virginis ſanctiſſimi,
matrimonium contraxerunt. Deinde iterum: *C. Sentio Saturnino & L. Lucretio Veſpillone Coſſ.* Anno ſecundum eandem Chronologiam ante Chriſti natiuitatem
14 quo tempore B. Virgo votis ſterilium Parentum impetrata, veluti ſtella maris
naſcendo matutinè mundo affulſit: Nam B. Virginem quatuordecim annos na-
tam, mundo Saluatorem ediſſe plurimi atteſtantur, apud P. Pozam & alios rela-
ti. At eo ipſo tempore, quod eſt illuſtre quoddam Coloniæ Encomium, Vbij et- B
iam Rhenum tranſcuntes in ius, terras, & amicitiam Imperij Romani ſunt recepti.
Hanc Vbiorum traductionem & B.M.V. ortum, cur in idem tempus incidiſſe aſſe-
ram, iam dicam. Nam conſtat primum continua quadam à Maioribus acceptâ tra-
ditione, qua Colonia B. M. V. coæua eſſe & veluti collactanea eius narratur, quod
aliter verum eſſe nequit, niſi dixerimus in hac ripa habitandi, & oppidi Vbiorum
initia, eo modo coincidiſſe. Deinde certis hiſtoriæ Romanæ indicijs deprehendi
poteſt, traductionem Vbiorum in citeriorem ripam, non ante tempus naſcentis
Virginis eueniſſe; ſiquidem ante id tempus Vbios traducendi, nec cauſa fuit,
nec occaſio; nam Agrippa cum primam Galliarum Præfecturam geſſit, tantis vi-
ctorijs aduerſus Germanos Gallias turbantes, vſus fuit, vt & Rhenum Ponte ſtra-
uerit, ſecundus ex omni Rom. Impp. numero, & Auguſtum vehementer aduerſis C
contra Sextum Pompeium prælijs afflictum & anxium, ſuarum victoriarum fa-
ma erexerit in ſpem, Agrippâ Duce felicius rem gerendi, quod & factum eſt. Tan-
tum abeſt vt hac primâ ſua Præfecturâ gentem exteram in Romani Imperij fines
ingredi fineret, aut ingreſſam recipere cogeretur: At in tempus alterius præfe-
cturæ ab Agrippa geſtæ, omnino quadrat Vbiorum in ſolum Romanum receptio.
Siquidem *Coſſ.* vt dixi *Saturnino & Lucretio Veſpillone*, Agrippa ſcribitur motus
quoſdam Gallicanos compoſuiſſe duntaxat, eò quod ijs breui compoſitis grauis
cum vrgeret neceſſitas tranſeundi in Hiſpaniam ad Cantabros, apud quos ſalus &
gloria bellica Auguſti periclitabatur: Ad illum igitur modum de initio oppidi V-
biorum quod nunc Colonia dicitur conſtare poteſt, videlicet coæuam eſſe Bea- D
tiſſimæ Virgini MARIÆ, eo quod illius anno natali vel cæperit vel in Vbiorum
manus venerit. Quod ſi ita eſt, vti arbitror quemlibet vtraque ex ratione facile
videre; vide quæſo tam Romanæ Eccleſiæ quam Imperio fidelis Populus, quid
non ex hoc ſynchroniſmo tibi laudis accreſcat Repeto breuiter & dico Magnæ
Cæli terrarumque Dominæ Virgini Matri Mariæ te collectaneum eſſe, quippe
quo tempore illa naſcendo in ius & ditionem S. P. Q. R. venit, eodem tu Rhe-
num tranſgreſſus in eiuſdem Imperij ditionem conceſſiſti. Nil igitur mirum
ſingularibus ab hac Virgine gratijs te ornatum florére tot ſæculis, vt ſecundum Ro-

Dignitas Vbiorum ex ſynchroniſmo B. M. V.

A mam Eccleſiarum quidē omnium at potiſſimum tuam matrē, à ſæculis vſque modo
in ſigillo ciuico Metropoleos tuæ, non aliam volueris referre Perigraphen quā iſtam

✠ Sãcta Colonia Romanæ Eccleſiæ fidelis filia;

Sigillum Vrbis.

Nil mirum ſingulari etiam gratia Beatiſſimorum Ioachim & Annæ parentum eiuſ-
dem Virginis benedicta capita in eoſdem fines Vbiorum tranſmiſſa eſſe, vt pignus
amoris. Nil mirum alia innumera quæ hic libellus in parte explicare conabitur, tibi
cælitus obueniſſe bona: *Ecce glorioſa dicta ſunt de te Ciuitas Dei.* Ciuitas Vbiorum,
ciuitatem non dico eam ſolum quæ Coloniâ Romanâ anno Chriſti 55. Claudij Cæ-
ſaris nono, *Antiſtio vetere, & Suillo Rufo Coſſ.* illuſtrata eſt, & tantum inter alias non
Vbiorum modo ſed orbis pœnè vniuerſi Colonias eminet, quantum inter lenta
B ſolent viburna grandes eminêre cypreſſi. Verum vt natalitia hæc gloria diffuſior
ſit, vniuerſam Vbiorum gentem quā *Ciuitatis florentis atque ampla* titulo, cum adhuc
trans Rhenum ageret, Iulius Cæſar qui bis eorum gratia Rhenum tranſijt, *lib.* 4.
belli Gallici inſigniuit. Quantæ ſis igitur dignationis vidiſti fælix Popule: porro vt il-
li meritis affectu & cultu reſpondeas etiam vide: Quanquam ſi de Virginis Deiparæ;
Filijque eius ac ſeruorum eius domeſticorum cultu obſeruantiaque quæratur, fa-
cilius quod prædicem, quam quod deſiderem inuenio, quæ enim gens in Virginem
matrem affectu & pietate par, nedum maior vbiuis terrarum poterit nominari,
quæ tecum veniat in comparationem? Tibi S. Maternus in Matrem Virginem fi-
lialem affectum impreſſit, quando in Te, quod nunc S. Cæciliæ dicitur, Matri vi-
C uentium ædem conſtituit. Continuatus exindè eſt hic ſanctus affectus non ſolum
ſeptem virginis feſtiuitatibus celeberrimè agendis, verum etiam quod rari eſt exem-
pli pridiè feſtorum eius à carnibus non præcepto ſed ſancto quodam vſu ſeſe con-
tinendo, vt non abſque ratione Natiuitas Beatiſſimæ Virginis videatur in Sacello
Senatorio ab omnibus Reipub. Colonienſis conſcriptis Patribus ſolemniſſimâ de-
uotione peragi, & alijs in Eccleſijs præſertim S. Andreæ, ea dies tanquam vrbis e-
iuſdem natalis vna celebrari. Verbo, quocunque te vertis, Deiparæ templa, Icones
in capite platearum, lucernæ, tituli & nomen vna cum ſanctiſſimo nomine IESV
expreſſa occurrunt. Habet hæc Virgo ſacra ſibi Littora, Gradus, Hortos, Paſcu-
lum, Oliuetum, Solymam, Nazaretum, Sionem, Laudes, Indulgentias, Præſentatio-
D nes, & quouis ferè virginis decoro titulo inſignes Baſilicas, & Ædes, quin adeò i-
pſum decus vrbis & templorum caput Capitolium huic Virgini ſacrum factum
eſt, ex quo Gentilis cultus indè eſt exterminatus, ipſumque Palatium ex Princi-
pum ſede ad Nobiles Virginis cultrices Virgines eſt translatum, vt illud etiam hic
impleatur: *Adducentur Regi Virgines poſt eam.*

Colonienſis erga Deiparam affectus

Prima Metropolitana B.M.

Vigilia & feſta B.M.V.

Ampliſſimus cultus B.M.V. Coloniæ.

Capitolium Vbiorum B. M. V. ceſſit. Pſal. 44.

Quid de ipſo Roſario B. V. aut non multum diſſimili orationum penſo Colo-
niæ primum reperto dicam? Cum Cæſarij Heiſterbacenſis libri Miraculorum ple-
ni ſint in manibus, ex quibus hæc aliaque poſſunt hauriri, de eodem Roſario, voto
vrbis publico in Dominicanorum templo reſtaurato, & de ſodalitio Deiparæ in

Roſarium B.M.V. inuentum Colonienſe poſſet dici Cæſarius lib. 7. c. 50. & lib. 13. cap. 50.

 Gradibus

Roſarium B.M.V. reſtauratum Coloniæ, & Sodalitates excitatæ.

Candidi ordines B. M. V. addicti Coloniæ orti.

Colonia lunæ ſimilis, cui & B. Virgo ſæpè aſſimulatur.

Gradibus eiuſdem à S. Annone fundato, deque alijs Beatiſs. Virg. Mariæ Sodalitijs A
Coloniæ primum excitatis editis libellis actũ eſt; & dicam ipſe quædam cum de illis Baſilicis in quibus conſcriptæ ſunt egero, quamuis ſi enumerare velim, quæ hæc Ciuitas ad Magnæ Virginis Matris exaltationem inuenit, vel ſoli memorandi eſſent duo lilijs candidiores Religioſorum ordines, à duobus Vbij ſeu Agrippinenſis ſanguinis viris Beatiſſimis ſcilicet Brunone Carthuſianorum, & Norberto Præmonſtratenſium Patriarchis inſtituti. Verè ſancta Colonia, lilium es campi, verè natale ſolum tuum eſt terra virginea & campus liliorum, cuius ſitus inſtar creſcentis lunæ mœniorum poſitione, Deiparæ, ſiue lunaris ſyderis imaginem imitatur, duodecim verò in Vbiorum campis vrbeculæ, & oppida, quaſi totidem ſtellæ te circumdant; inter quas velut inter ſtellas luna minores populus ſedes, imo Dei- B
paræ es ocellus.

Ara Vbiorũ vbi, & quare conſtituta.

Genius Vbiorum ad pietatem procliuis.

Huic Diuæ tecum natæ & adhuc dum tibi ignotæ debebatur ARA VBIORVM quam diu, id ferè loci vbi nunc Bonna diuinæ diſpoſitionis ignara, initij tui auſpicio conſecrando ſtatuiſti, non præſumens nouas ſedes Romanumque limitem occupare niſi conciliatis penatibus. Indicium id erat innatæ pietatis & genij in gente ad cælites procliuis, quæ niſi erecta communi arâ ex poſitis trans Rhenum Regionibus in citeriorem ripam tranſmigrare & Romani Imperij pars fieri non præſumpſit: Acta eſt hæc res Auguſto Cæſare imperante pompa procul dubio ſolemniſſima & apparatu ad memoriam duraturo, neque enim niſi translatis ſacris & nouis C
tutelaribus conciliatis licebat nouarum ſedium habitationem inchoare, præſertim cum hæc gens prima eſſet quæ tranſito limite Imperij in fidem & ius populi Romani venit è Germania, cæterisque proindè erat in exemplum futura.

Geſta eſt autem modo non abſimili illi de quo in Ioſue hiſtoria legimus, nimirum Aram apud Iordanem extructam eſſe ab Iſraëlitarum parte, cum recens in terram promiſſam immigraſſent, iſtic enim cap. 22. legimus. *Cum veniſſent ad tumulos Iordanis in terram Chanaam, ædificauerunt iuxta Iordanem Altare infinitæ magnitudinis, quod cum audiſſent filij Iſrael conuenerunt omnes in Silo & miſerunt ad eos dixeruntque ad eos. Quæ eſt iſta tranſgreſſio &c. reſponderuntque filij Ruben & Gad & dimidia tribus Manaſſe Principibus legationis Iſraël: Diximus, extruamus nobis Altare in teſtimoniũ inter nos & vos, & ſobolem noſtram veſtramq́, progeniem.* &c. quæ iſtic legi poſſunt. D

Ara Vbiorũ monumentũ fidei & mutuæ obligationis inter ſe & Romanos.

Eo ferè modo Vbij etiam ad Rhenum eo loco quo in fidem & ius populi Romani tranſierunt, Aram extruxerunt, monumentum perpetuum ſui in ſolum Romanum & iura tranſitus, niſi quod huic Vbiorum aræ erigendæ idololatriæ ſcelus permixtum fuit, quo illa Iſraëliticæ erectio caruit, vt ibidem apertiſſimè monſtratur; Vbij igitur eâ cogitatione & tractatu Aram in ſuâ tranſmigratione conſtituerunt, primum vt ad eam Patrio Romanoque ritu luſtrati & initiati populo Romano fidem iurarent, & viciſſim acciperent, eaque omnia quæ mutuam fidei pactionem conſequi poterant aſſequerentur Priuilegia & iura. Ad quam Aram nihil dubito quin omnis ex vnâ parte populus translatus Vbio-

rum

A rum, ex alterâ verò Agrippa & exercitus Romanus miro & inſolenti ſpectaculo die pactionis ſolēni epulati ſint, deſignatâ iam ad eorum incolatū ripâ, in cuius medio loco ferè Ara illa fuerat excitata, neque verò vnius diei opus fuit illa Ara, ſed ſequentibus ſæculis conſeruata eſt vtriuſque partis magno conſenſu, veluti fidei & Religionis monumentum æternum.

Scio & Viciniores Vbijs Friſios aliquando ſuam in Pop Romanum fidem iactaſſe Romæ in theatro, auſim tamen his cæteriſque omnibus Gentibus in hac parte laudis prærogatiuam vel conferre vel anteponere: Friſij ipſi quam vera locuti fuerint breui declarauêre excitatâ rebellione & præſidijs deiectis, Saguntini ſemel fidei damna experti, deinceps non ſurrexêre, vt eadem poſſent pati, & eandem fidem teſtari: Vbij iam mille & ſeptingentis fermè annis in fide Romanæ Ciuitatis perſi-
B ſtunt; quot interea damna paſſi! quoties ab hoſtibus S. P. Q. R. exciſi! ripam tamen ſibi traditam non deſeruerunt, Cum libris erunt inſtructæ bibliothecæ vt veriſſimè nulli propè populo communi elogio, de eis cum Tacito in Germania dicent: *Vbij tranſgreſſi olim & experimento fidei ſuper ripam collocati vt arcerent non vt cuſtodirentur:* ſed leuis commendatio gentilis hominis ſi cum fideliſſimis ſummorum Pontificum ſcriptis ad hanc vrbem deque fide illius erga Romanam Eccleſiam conferantur, ad cuius nutum & arbitrium ſe ſemper hæc vrbs flexit, moribus & religione, vtpotè *quæ quanto ante S. Petri aduentum per diabolum tenacius fuerat, alligata, tanto per Chriſtum eſt mirabilius abſoluta, dum ex magiſtra errorū facta eſt non ſolum diſci-*
C *pula ſed etiam magiſtra veritatis.* Vt S. Leo ait in natali Apoſtolorum Petri & Pauli. Eſſet autem pulcher quidem ſed grandis labor recenſere omnes huius ciuitatis laudes, quas in Romanorum Pontificum literis habet, pauca igitur è multis dabo ſpecimina è ſæculo nobis proximo Clementis V I I. Pauli I I I. ſcripta.

Comparatio fidei Vbiorum.

Vbiorum in fide conſtantia.

Conſtantia Vbiorum in fide Catholica Romana.

Clemens VII. Seruus ſeruorum Dei.

Dilectis filiis S. P. Q. C. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Quod ſemper à pietate veſtrâ exſpectauimus ſupplicesque à Deo implorauimus vt veſtra Ciuitas (olim Romani Im-
D *perij inſignis Colonia, deindeque Chriſtianæ pietatis ſolida in iſtis Regionibus columna, pollens operibus, robuſta viribus, celebrata literis) in tanta circumſtanti hæreſum propinquitate ſe illæſam Deo conſeruaret & ſi qua ſui parte corruiſſet Dei munere cito conſurgeret, id cum ſumma noſtra lætitia, veſtra maxime filij ſenatus pietate & conſtantia factum eſſe & continuo fieri audiuimus, idque ad Nos iam vndeque nunciatur: Agimus itaque Diuinæ miſericordiæ gratias quod inſignē ac percelebrem veſtram ciuitatem à Sathanæ venenis tutata eſt, ſanctam Coloniam re & nomine effecit. Vobis autem filij quas poſſumus laudes paterno affectu reddimus quanquam impares veſtris meritis iudicauimus, veſtra enim virtus & conſtantia non ſolum ſibi ad ſalutem verum cæteris proficeret ad exemplū ſecuturis auctoritatem tam inſignis tamq; eximiæ (nedum in Germania ſed etiam in cuncta Europa) ciuitatis. Vos verò filij dilectiſſimi*

Diploma Clem. VII. ad Colonienſes.

vtinam occaſionem aliquando habeatis noſtrum erga vos paternum ac peculiarem amorem exhibendi. Cuncta vobis quidem anniteremur ſigna oſtendere paterna noſtra erga vos & feruentiſſimæ charitatis. Hortamur magis ex abundantia affectus noſtri, quam quod neceſſe id vobis cum arbitramur, vt incepto pietatis curſu perſiſtatis, primum conſulturi ſaluti deinde etiam gloriæ veſtræ. atque à Deo ipſo (cuius veram religionem à Patribus acceptam tuemini) immarceſſibiles meritorũ cumulos adepturi. A Nobis verò & Sereniſſimo Cæſare omnia expectaturi quæ ab amantiſſimis Parentibus in pientiſſimos filios conferri poſſunt. Datum Romæ apud
1531. *S. Petrum ſub annulo Piſcatoris M.D.XXXI. die XXIX. Nouembris Pontificatus noſtri anno IX.* A

DILECTIS FILIIS BVRGIMAGISTRIS MAGISTRATIBVS & Senatui Colonienſi Paulus Papa III. B

Litera Pauli.III.

Dilecti filij Salutem & Apoſtolicam benedictionem.
Etſi Præterita veſtra officia quæ Deo & fidei Catholicæ, atque huic ſanctæ fidei tribuiſtis, maxima antea erant, tamen hu nouiſſimè per vos geſtis tantum cumulum meritorum erga Deum & veram Religionem veſtrorum adiecistis, quantum Nos ſatis digna laudatione complecti poſſe diffidimus, veſtra enim illa pietas & conſtantia ſemper laudata & in ore omnium celebris, nuper ſplendidius fulſit, cum veſter Archiepiſcopus (ſi is hoc nomine tam dignus eſt) corrupta ſua Diœceſi, & iam ſuam ciuitatem veſtram corrumpere atque à veteri fide atque vſu Catholicæ Eccleſiæ auertere conatus eſt: Ei enim & viriliter reſtitiſtis, & poſtmodum non deſtitiſtis omni ſtudio ac diligentia ſuadere vt à tanto ſcelere deſiſteret: Benedictus igitur Deus pater miſericordiarum & conſolationis qui vos in tribulatione conſolari dignatur, qui ſi hoc tempore peccatis ita exigentibus permiſit venena etiam antidota nobis conceſſit; Eius proindè miſericordiam imploremus, vt ipſe qui nobis tantum immiſit robur, addat & felicitatem, quo fructum percipere veſtræ virtutis & Deo ſeruire quietè poſſitis ad honorem nominis ſancti ſui, quod & futurum in eius clementia confidimus. Quapropter vos filij hortamur & per Dominum Ieſum qui in vobis habitat rogamus, vt incepta pietate & conſtantia perſeueretis, modis omnibus prouidentes atque impedientes ne Lutherani Concionatores, nunc in vicinis locis rugientes & quærentes quem deuorent, in veſtrâ ciuitate prædicare aut populum ſeducere poſſint: Confidimus enim in Domino IESV Chriſto qui ad tempus attollit impios vt grauius corruant, & proſtentat, vt humiliati exaltentur faciantque cum tentatione prouentum quod cito rem facturus ſui moris cauſam ſuam iudicabit, & conſtantiam ac fidem veſtram quam & in tot fluctibus ſeruaſtis, largo ſuo gratitudinis fonte remunerabit, per tranquillam hic & felicem vitam in terris poſteaque multo beatiorem & feliciorem in cælis. Nos autem neque auxilijs, neq; fauore, neque neceſſarijs ad hæc prouiſionibus quantum ad noſtrum pertinebit officium vobis deerimus Datum Bononiæ ſub annulo piſcatoris die prima Iunij 1543. Pontificatus noſtri anno nono.

C D

VBIO-

A VBIORVM AETERNAE CONSTANTIAE ET FIDEI ÆGID. GELENIVS PONIT.

AMpla ſitu, populoſa viris, Vrbs Vbia priſcis
Moribus atque aris intemerata vigens.
Marcus Agrippa locat fido te in limite, ſeruas,
Littus, & infractam tempus in omne fidem.

B PVLCHRA VT LVNA. LVNÆ BICORNIS REFERENS Figuram Colonia.

NOBILISSIMAE AC FLORENTISSIMAE CIVITATIS Colonienſis Encomium, Authore F. Hadriano Hecquetio Atrebatino Carmelita, Theologiæ Doctore, Clariſſ. Dominis Reipub. Colonienſis Conſulibus dicatum. Ex antiquo Sacrario.

Hæc eſt enim illa Colonia, illa inquam vrbium regina, quæ contra hæreſum & hæreſiarcharum fruſtrà inſanientium inſultus, primam illam ac Catholicam fidem, inuicta hactenus adſeruauit: de qua haud immeritò illud Sapientis adduci poſſet, *Non extinguetur in nocte lucerna eius:* & illud etiam Euangelij, *Flauerunt venti, irruerunt*
C *flumina, immotaq; ſtetit, nec cecidit. fundata enim erat ſuper firmam petram.*

PRoxima ſpumifero iacet ampla Colonia Rheno,
Vrbs, qua nil totus clarius orbis habet:
Hac trahit antiquo celeberrima nomē ab æuo,
Condita Romanis ſumptibus, ære, manu.
Scilicet elatos ſtruxit gens extera muros:
Sed creuit maior quàm fuit antè locus.
Attingit duplici Rheni vaga flumina cornu,
Portus vicinas mercibus implet aquas.
D *Antiquos ſeruat. temnēs noua dogmata, ritus,*
Et manet in Domini relligione ſui.
Roma quod Italiæ eſt, hoc ſancta Colonia Belgis:
Vtraque dat populo nomina clara ſuo:
Nūquā Roma fidem, neq; ſacra Colonia liquit:
Eſt vtrique hodie qua fuit antè, fides:
Integer eſt populus, ſunt integra templa: nec ille
Perditus eſt vllis priſtinus ordo modis.
Vt roſa præ longis non læditur obſita ſpinis,
Pulchra ſed intacto ſemper honore nitet:
Sic manet inuitis illæſa Colonia monſtris,
Seruat & antiquum non violata decus.
Quā pulchrè referūt veterū monumēta parētū
Omnia, quàm ſanctis ſunt bene nixa viris:
Sæpe tamen rabidis venerunt flumina nymbis,
Sæpeq; crudelis murmura turbo dedit.
Tempeſtas nūquam bene firmas perdidit ædes,
In Chriſto ſtabili ſtantq; manentq; gradu:
Gloria nō eadem eſt multis, periêre quot vrbes?
Heu populi exitio quot periêre ſuo?
Tres tibi ſunt Reges, magni tria lumina mūdi,
Cum quibus haud dubie eſt calsica multa co- (hors:
Teq; Seuerinus charis cōplectitur vlnis,
Et tibi, ne noceat ſors inimica, cauet.
Sunt alij Diui ſacra quorum corpora ſeruas
Tela quibus tutò te tueantur habent:

Vir-

Virgineę ſaluam te ſeruauêre cohortes,
Quarum purpureo tincta cruore mades.
Virgineę vires pugnãt contra horrida mõſtra,
Proſternunt teneræ tela ſuperba Deę.
Hac tua Germaniæ academia floret in oris,
Gymnaſium ſummę nobilitatis habes:
Hic ſunt Hebrææ, Grecę, Latiaq́; ſorores,
Hîc ſunt Pierides (calica turba) Deę:
Omnia iure tuas celebrabunt tempora laudes:
Te canet hiſtoriȷs poſtera fama ſuis:
Tu tribus ornaris velut vrbs Regina coronis,
Debentur meritis talia ſigna tuis.
Euge age conſtanti perſiſto pectore victrix,
In tua ſchiſmaticus mœnia nullus eat.
Te diuina manus, te ſepta altiſſima cingunt,
Armat & inuictis, Rhenus amœnus, aquis.
Sed quid ego muros ? quid maxima flumina narro?
Non tantum muris, quàm pietate vales.
Te tua defendit pietas, tua candida virtus,
Et tuus antiquę relligionis amor.
Murus ahaneus eſt pietas, hoſteſq́; rebelles
Conterit, inuito turbine tuta ſedet.
Inſanire poteſt, ſed non te vincere ſæuus
Hoſtis, plus monſtris omnibus vna potes.
Si redeant ſcurræ miſſi è cacodæmonis antro,
Adfer conſilio talia verba meo:
Haud æquum eſt , vt ego patrum veſtigia linquens,
Lubrica Cymmereas vos ſequar in tenebras:
I genus indignum vita, mendacia ſparge,
Sparge alið, & cæcos dogmata cæca doce:
Hic tibi non locus eſt, non ius, non vlla poteſtas,
Nouerunt hamos flumina noſtra tuos.
I piſcare alio imprudentes littore piſces,
Et captos ſtigȷ̈ defer in antra foci,
Nam mihi lex antiqua placet, placet illa vetuſtas, A
Integra quæ toto floruit orbe diu.
Schiſmata & errores odi cane peius & angue:
Floreat antiquæ relligionis honor:
Floreat innũmeris Chriſti domus integra ſeclis,
Et ſacra Chriſticolis præſit vt antè fides.
Hæc alias inter tantum caput extulit vrbes,
Quantũ lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

IDEM AVTHOR DE IMMANI Iuxta Coloniam ab Hunnis virginum trucidatione. B

Non pudet in teneras miles ſæuire puellas?
Bellica fœmineum non habet arma genus.
Proh dolor. inſanis nymphæ ſunt præda tyrãnis.
Virgineus ſæuo funditur enſe cruor.

IDEM AVTHOR.

Diuorum tot relliquias, tot membra, tot oſſa,
Nuſquàm repperias quot ſancta Colonia ſeruat. C
Nil timeas igitur Regina Colonia, tutò
Te ſeruant Diui quorum ſacra corpora ſeruas.

IDEM AVTHOR.

Euge age, longinquos orbis percurrito fines,
Tot tibi relliquias nec duo regna dabunt:
Virgineas igitur cole ſacra Colonia nymphas,
Quarum es martyrio nobilitata pio. D

QVOD VVLGO DICATVR fœlix Colonia.

Fœlix dicta diu eſt, & iure Colonia. fœlix
Martyribus. fœlix ciuibus, ære. ſolo.
Imperȷ̈ decus eſt illuſtre, Colonia fœlix,
Ornat Germanum nobilitate ſolum.

SYN-

A

SYNTAGMA II.

De funiculo triplici tricoronatæ Coloniæ, id eſt de literaria, eccleſiaſtica & Ciuilis Reipub. Vbiorum forma.

ORigini Vbiorum, deuotioni ſingulari in B. M. V. fidei tum in Rom. Rempub. tum eccleſiam, accedunt alia permulta publica gentis ornamenta, nimirum Illuſtriſſima Academia, Hierarchia Eccleſiæ, & Auguſta POLITIA, & ex his orta mirifica incrementa: Videtur enim Colonienſis concordiæ glorioſis corollis & ternioni congruere numiſma, quod reperio in Octauio ſtrada de Rosberg, cuſum à Iulio Cæſare, in cuius poſticâ vel auerſa facie tres manus ſibi mutuo implexæ, faſces & alatum caduceum diuaricant, addito lemmate *Salus Generis humani* Ego ſalutem paſtoralis pedi, & ciuicorum faſcium Vbiorum, in cleri, Populi, & Literatorum Colonienſium iucundâ concordiâ optimè coniungi gaudens, de ſingulis aliquid obiter dicere conſtitui. Literas itaque & ſcientias ſemper hoc loci cultas fuiſſe certius eſt ex Colonien. Scriptoribus quam vt Probari ſit neceſſe, quippe ſine quibus Religio & virtus, quæ hîc eximiæ, vt vidimus, & ſemper floruerunt, ſolent iacere, & ſine quibus Sancti Rupertus Tuitienſis, Wolffhelmus Brauuilerenſis, Albertus Magnus, Thomas Aquinas, Ioannes Duns Scotus & alij innumeri hoc loco non vixerunt. Heluuicus licet infenſus Catholicorum rebus fatetur tamen in hiſtorico theatro ſuo Colonienſem Academiam quidem anno 1388. ab Vrbano VI. confirmatam eſſe, antea tamen iſtic Gymnaſium extitiſſe: Vidi & ego ex archiuo veteris Campi Ciſtercienſium, diploma Siffridi Archiepiſcopi quo Fratribus priuilegium an. 1285. Indulget audiendi Coloniæ ſtudia theologica. Sed & apud Innocentium III. lib 1. Epiſtol. eſt mentio Magiſtrorum Colonienſium. Cæſarius Heiſterbacenſis an. 1212. meminit lib. 1. cap. 23. Colonienſium Phyſicorum id eſt medicinā profitentium, deinde ſæpius commemorat Præceptorem ſuum Coloniæ diſcipulos docentem Rudolphum Scholaſticum, &c. Iam ipſum Sanctiſſimum D. Vrbanum VI. Academiæ Colonienſi, Confirmatorem lubet audire ex M.SS. antiquis loquentem.

Academia Vbiorum fidem tuetur & eodem politicū regimen tendit.

B

Academiæ antiquitas.

C

Literæ Vrbani VI. Erectio Academiæ. Colonien.

VRBANVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.

D

AD *Perpetuam rei notitiam.*

In ſuprema Dignitatis Apoſtolicæ ſpeculo ſuperni diſpenſatione conſilij licet immeriti conſtituti ad vniuerſas fidelium regiones noſtræ vigilātiæ creditas earumque profectus & commoda, tanquam vniuerſitatis gregis Dominici Paſtor, commiſſæ Nobis ſpeculationis aciem quanto Nobis ex alto permittitur extendentes, fidelibus ipſis ad quærendum literarum ſtudia & ſcientiæ Margaritam cuius dum inuenitur glorioſa eſt Poſſeſſio, & fructus ſuauiſſimi. per quam pelluntur ignorantiæ nubila & erroris elimantur caligines, mortalium curioſa ſolertia ſuos actus eſt opera diſponit & ordinat in limine veritatis, per quam etiam diuini nominis fideique Catholicæ cultus protenditur, iuſtitia colitur. tam publica quam priuata res geritur vtiliter, omniſque ſpes humanæ conditionis augetur: Ob hoc igitur magno nec mirum deſiderio

Fuit VI. eius nominis vt patet ex Bulla Bonifacij IX. Oportunitas loci & prolixa merita Colonienſis ciuitatis.

Cum Pariſiẽſi Priuilegia Doct. & ſtudioſorum in eâdem forma.

NB. Hodie cãcellarius vel ex eius delegatione procancellarius promouet Licentiatos in ſingulis facultatibus, Laurea verò Magiſterij vel Doctoratus præcipuè in facultate iuridica cõfertur per ordinariũ primarium eiuſdem facultatis & in Iure quidem per eũ qui ſuffragijs ampliſſimi ſenatus ordinatur.

ducimur, vt literarum ſtudia in quibus pretioſa ipſius ſcientiæ margarita reperitur laudanda A
ſuſcipiant, incrementa frequentius inualeſcant, Præſertim in illis locis quæ ad multipli-
canda doctrinæ ſemina & germina producenda apta & idonea dignoſcuntur: *Nos*
præmiſſa attendentes & etiam fidei puritatem & deuotionem eximiam quam dilecti filij Con-
ſules, Scabini, Ciues & commune Ciuitatis Colonienſis deuoti noſtri & Eccleſiæ Romanæ filij
ab olim ad ipſam eccleſiam & nos habuiſſe dignoſcuntur, illamque ſucceſſione temporum de
bono in melius ſtuduerunt, augumentare, dignum ducimus & æquitati conſonum æſtimamus.
vt Ciuitas ipſa quam diuina gratia multarum prærogatiua bonitatum, & fecunditate
virtutum gratioſè dotauit, ſcientiarum etiam ornetur muneribus & etiam amplietur,
ita vt viros producat conſilij maturitate conſpicuos, virtutum redimitos ornatibus, ac
diuerſarum facultatum dogmatibus eruditos, ſitque ibi ſcientiarum fons irriguus, de B
cuius plenitudine hauriant vniuerſi, cupientes imbui documentis: Præmiſſis igitur di-
ligenti examinatione, penſatis non ſolum ad ipſius ſed etiam Regionum circum adiacentium
incolarum commodum & profectum paternis affectibus anhelantes dictorum etiam Conſu-
lum, Scabinorum, Ciuium & communis gratiam noſtram ſuppliciter implorantium, in hac
parte deuotis ſupplicationibus fauorabiliter annuentes. Ad laudem diuini nominis & fidei
propagationem orthodoxæ, Apoſtolica authoritate ſtatuimus ac etiam ordinamus vt in dicta
Ciuitate Colonienſi ſit de cætero ſtudium generale ad inſtar ſtudij Pariſienſis, illudque
perpetuè futuris temporibus in ea vigeat tam in Theologia & iuris Canonici quam alia
qualibet licita facultate: quodque legentes & ſtudentes ibidem omnibus priuilegiis, li-
bertatibus & immunitatibus conceſſis Magiſtris in Theologia, & Doctoribus legentibus, C
commorantibus in dicto Pariſienſi ſtudio generali gaudeant: Inſuper Ciuitatem & ſtudium
præfata ob profectus publicos quos exinde prouenire ſperamus amplioribus honoribus proſe-
qui intendentes, autoritate ordinamus eadem, vt ſi qui in eodem ſtudio Colonienſi fue-
rint qui proceſſu temporis brauium meruerint in illa facultate in qua ſtuduerunt obtinere
ſibique docendi licentiam & alios erudire valeant ac magiſterij ſeu doctoratus honorem poſſint
elargiri per Magiſtrum ſeu magiſtros Doctorem vel Doctores iſtius facultatis in qua exami-
natio fuerit facienda: Præpoſito eccleſiæ Colonienſis qui pro tempore fuerit vel eius ſuffici-
enti & idoneo, quem ad hoc idem Præpoſitus duxerit deputandum Vicario, Præpoſito verò
ipſius eccleſiæ vacante, illi qui ad hoc per dilectos filios Capitulum ipſius eccleſiæ deputatus, D
extiterit, præſententur, idemque Præpoſitus vel Vicarius aut deputatus vt præfertur Magiſtris
ac Doctoribus in eadem facultate inibi regentibus conuocatis, illos ſic præſentatos in his quæ
circa promouendos ad magiſterij ſeu doctoratus honorem requiruntur iuxta modum & con-
ſuetudinem quæ ſuper talibus in generalibus ſtudiis obſeruantur, obſeruatis, examinare
ſtudeat diligenter, eiſque ſi ad hoc ſufficientes & idonei reperti fuerint huiuſmodi licentiam
tribuat & magiſterij ſeu Doctoratus honorem conferat ac etiam largiatur: Illi verò qui in
eodem ſtudio dictæ ciuitatis examinati & approbati fuerint, ac docendi licentiam ac honorem
huiuſmodi obtinuerint, vt eſt dictum, ex tunc abſque examine & approbatione alia, legendi &
docendi tam in ciuitate prædictâ quam in ſingulis aliis generalibus ſtudiis in quibus voluerint
legere & docere. Statutis & conſuetudinibus quibuſcunque contrariis Apoſtolicâ vel quacunq;
firmi-

Graduum Coloniæ promotorum vniuerſitas

A *firmitate roboratis nequaquam obſtantibus, plenam & liberam habeant facultatem Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri ſtatuti & ordinationis infringere vel auſu temerario contraire ſi quis autem attemptare præſumpſerit indignationem Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Paruſii XII. Kal. Iunij Pontificatus noſtri anno XI.*

Eandem vniuerſitatem ſecuto deinceps tempore, Pontifices complures magnis Priuilegijs & gratijs laudibuſque ornarunt; prout in archiuis tum vniuerſitatis totius, tum ſingularum facultatum Decanalibus libris ſiue Annalibus accuratiſſimè conſcriptum reperitur. Nam Rector Magnificus vniuerſum Academiæ corpus concernentes cauſas ac libros vti tractat & aſſeruat, ita quotannis & menſibus acta B notat. Decani verò ſingularum facultatum eandem operam pro ſuis facultatibus præſtare ex munere tenentur. Sunt autem quatuor omnino facultates Theologica, Iuridica, Medica, & Artium liberalium. Prior facultatum prędictarum conſtat ſenatu XII. virorum, & profiteri ſolet iuxta Ædem Metropolitanam, Iuridica conſtat plurium capitum Senatu, & præter priuata collegia publicam Scholam habet haud procul ab eadem æde in trium coronarum domo. Medica minimum inter omnes habet ſenatum in præſentiarum, & in domo dicta Artiſtarum, de quibus dicam, ſolet profiteri. Ampliſſima & Florentiſſima penè eſt Artium facultas, quippe tribus florentiſſimis Gymnaſijs diſtincta, videlicet Montano, Laurentiano, & nouo Trium C Coronarum, poſtquam quartum Cornelianum & Cucanum ſuperiore ſeculo non incommodè exſpirauit.

Status moderatus vniuerſitatis.

Habent hæc Gymnaſia ſingulos Regentes viros Ampliſſimos & Prudentia & authoritate inclytos, qui continuo vt Profeſſorum ſuorum laboribus, ita ſtudentium profectui intendunt, & Gymnaſijs ſuis quouis tempore optimè proſpiciunt, ad quod non parum conducit, ipſa Gymnaſiorum fælix æmulatio.

Habent quoque Gymnaſia præter ſuas proprias Burſas, vt vocant, ſeu domus omnes circa Metropolitanam ædem ſitas, commune palatium iuxta Montanum ſitum, quod Scholam artium vocant; cuius cuſtodia cuidam ſeniori ex Profeſſori-D bus Gymnaſiorum per ordinem ſolet committi, in quo communes Gymnaſiorum concertationes, examina, Promotiones ſeu actus magiſtrales celebrari conſueuerũt magna celebritate. Porro Rector Magnificus quotannis quater in quatuor facultatum cum ſuis Decanis concilio publico, poſt ſolemne Sacrum de Spiritu ſancto decantatum per religioſos, & in comitio vbi ipſe abdicat, & à facultatibus ſingulis Elector, quem intrantem vocant, deſignatur. Confirmatus ſolemniſſimo comitatu domum reducitur, aut ſi nouus electus eſt, ad eum ſolemniſſimè ſalutandum itur ſceptris Academicis præcedentibus. Cum de rebus minoris momenti agendum eſt, Decanos facultatum adhibet in conſilium, cum de grauioribus vniuerſum concilium conuocat per Miſſos, quos Bedellos vocant, cauſarum & negotiorum peritos Academiæ iuramento obſtrictos Et quanquam alias ſæpè ſingulares laudes & encomia, tum aliorum in eccleſia Principum virorum, tum ſedis Apoſtolicæ meruit

Pauones Scutarij & alæ. 199
Adocht, mulier rediuiua. 201
Aues Scutariæ, Vpupa, &c. 203
Olores Scutarij. 204
Corui Scutarij, ab Houen. 205
Leones Scutarij, Æmilij, Sapientes VVeis, Anicij, à nuich. 206
Hirtz Landtskron, Cuſin. Brunſuuich. 208
Diribitores, Schiderich, Gyr. 209
Birgell, Ketzgen, Vercken. 210
Gryn Vultus leonum. 211
Paluſtres gladioli & Leopardi Scutarij. pag. 212
Vrſini, Horn, Byrcklin. 213
Hirtzlein, Cornuti. 214
Arma Vbiorum. 215. 91. 112. 632

SVMMARIVM

LIBRI TERTII.

QVomodo vnius Sancti Reliquiæ plures. 219
Reliquiarum veritas. 221

COLLEGIA XI.

1. *Metropolitana Colonienſis.* 223
Aquæductus Vbio Romanus. 254
2. *S. Gereonis.* 258
3. *S. Seuerini.* 271
4. *S. Cuniberti.* 278
Vita S. Cuniberti. 280
5. *S. Andreæ.* 290
6. *SS. Apoſtolorum.* 295
Inuentio Piligrimi. 302. 428
7. *B. M. V. ad gradus.* 305
Litania Marmorea S. Annonis. 312
Genealogia B. Richſæ. 315
8. *S. Georgij.* 318
9. *B. M. V. in Capitolio.* 323
10. *S. Vrſulæ.* 332
Vita S. Vrſulæ. 338
De S. Cyriaco. 353
De Alexandro Seuero Cæſare. 354
Sons & ſitus Rheni. 355
11. *S. Ceciliæ.* 356

ABBATIÆ IV.

1. *S. Panthaleonis.* 362
2. *S. Martini Maioris.* 375
3. *B. M. V. Diuitenſis.* 380
Pons C. IVLII Cæſaris. 384
4. *SS. Nicolai & Medardi Brauuilerenſis.* 385

PAROCHIALES XIX. 390.

1. *S. Columbæ.* 392
2. *S. Martini Minoris.* 394
3. *S. Laurentij.* 397
4. *S. Albani.* 401
5. *S. Petri.* 403
Hoſpitium S. Vrſulæ. 404
6. *B. M. V. in littore.* 408
7. *S. Lupi.* 410
8. *S. Iacobi.* 413
9. *S. Ioannis Baptiſtæ.* 415
10. *B. M. V. ad Indulgentias.* 417
11. *S. Pauli.* 419
12. *S. Seuerini ſiue B. M. Magd.* 423
13. *S. Brigidæ.* 424
14. *S. Mauritij.* 425
15. *SS. Apoſtolorum.* 427
16. *S. Cuniberti.* 434
17. *Chriſtophori.* 435
18. *S. Ioannis Euangeliſtæ.* 436
19. *B. M. V in Paſculo.* 438
Epitaphium hominis Chriſtiani. 439

MONASTERIA VIRORVM XVII.

1. *S. Catharinæ Teuthonicorum.* 441
2. SS. Io-

2. SS. Ioannis & Cordulæ Melitenſium. 443
3. S. Antonij. 446
4. Corporis Chriſti. 448
5. Canonica in VVeidenbach. 450
6. Carthuſia. 453
7. PP. Prædicatores. 460
8. PP. Franciſcani Conuentuales. 471
9. PP. Carmelitani Regulares. 476
10. PP. Auguſtiniani. 487
11. PP. Crucigeri. 494
12. PP. Societ. Ieſu. 503
13. PP. Minores Strict. Obſeruantiæ. 519
14. PP. Capuccini. 523
15. PP. Birgittani. 529
16. PP. Diſcalceati Carmelitæ. 530
17. FF. Cellitæ. 534

MONASTERIA MONIALIVM. 39

1. SS. Machabæorum. 537
2. S. Claræ. 540
3. B. M. V. Hortus. 542
4. B. M. V. in Syon. 545
5. S. Maximini. 546
6. SS. Bartholomæi & Apri. 548
7. S. Agathæ. 551
8. S. Mauritij. 553
9. B. M. Magdalenæ ad Albas Dominas. 553
10. S. Gertrudis. 556
11. B. M. V. in Nazaret maiore. 559
12. Capucciniſſæ. 562
13. S. Claræ. 572
14. SS. Angelorum Cuſtodum. 572
15. B. M. V. in templo. 574
16. S. Reinoldi. 576
17. S. Bonifacij. 577
18. S. Nicolai in Burghoff. 580
19. S. Michaelis. 581
20. In Pœnitentia. 582
21. S. Ioannis in Cluſa. 583
22. S. Vincentij. 583
23. Ad agnum in muro Caſtrenſi. 585
24. In Bethlehem in der Reimersgaſſ. 586
25. S. Luciæ. 587
26. B. M. V. mons. 589
27. Diſcalceatiſſæ. 591
28. Diſcalceatiſſæ. 593
29. S. Ignatij. 595
30. S. Apolloniæ. 595
31. Cellitiſſæ in minori Nazaret. 598
32. S. Annæ Tertiariæ. 598
33. B. M. V. Concepta. 599
34. Vrſulinæ. 600
35. Cellitiſſæ in Valle Cedri. 602
36. Cellitiſſæ in Cella. 602
37. Cellitiſſæ in Vico S. Marcelli. 603
38. Cellitiſſæ in Vico S. Antonij. 604
39. SS. Trinitatis Cellitiſſæ. 605

HOSPITALIA XVI.

1. Omnium Sanctorum. 606
2. S. Heriberti. 607
3. Apud S. Gereonem. 608
4. Apud S. Martinum maiorem. 608
5. S. Iudoci in Capitolio. 609
6. S. Quirini apud S. Panthaleonis. 609
7. S. Agnetis in foro nouo. ibid.
8. S. Spiritus. 610
9. S. Vrſulæ. ibid.
10. S. Laurentij. ibid.
11. In Ipperuualde. 611
12. S. Ioannis in platea lata. ibid.
13. S. Crucis in platea lata. ibid.
14. S. Nicolai Orphanorum. 612
15. B. M. V. Doloroſæ. ibid.
16. Spendarum. 613

SACELLA 49

1. S. Ægidij. 613
2. S. Afræ. 614
3. S. Alexij. 615
4. SS. Bonifacij & VVilibrordi. 615
5. S. Benedicti in Capitolio. 617

6. *Ceruinæ gentis in capitolio.* 618
7. *S. Crucis ad SS. Apoſtolorum.* 618
8. *S. Crucis ad S. Panthaleonem.* 618
9. *S. Crucis ad S. Claram.* 619
10. *S. Crucis apud PP. Capuccinos.* 619
11. *SSS. Chriſtophori Eraſmi & Sebaſtiani in area Metr politana.* 621
12. *S. Dionyſij in curia.* 622
13. *S. Eligij.* 62-
14. *S. Eraſmi ad S. Seuerinum.* ibid.
15. *Fidelium defunctorum Orphanorum.* 623
16. *S. Georgij.* ibid.
17. *S. Herberti in aula Tuitienſi.* 623
18. *S. Hieronymi in domo Ruremundana.* 624
19. *S. Hieronymi apud S. Gereonem.* 624
20. *S. Huberti apud PP. Soc. Ieſu.* 624
21. *S. Lamberti.* 625
22. *S. Laurentij in Gymnaſio.* 626
23. *S. Luciæ ad S. Cunibertum.* ibid.
24. *S. Marcelli.* ibid.
25. *S. Margaritæ.* 627
26. *B.M.V. ſeptem gaudiorum.* 6:0
27. *B.M.V. Hortus ad S. Gereonem.* ibid.
28. *B. M.V. ibidem.* 630
29. *B.M.V. Annunciatæ in Gymnaſio trium Coronarum.* 630
30. *B. M.V. ad Indulgentias.* 631
31. *B. M.V. in Hieruſalem.* 631
Antiquitates Vbio-Romanæ. 633
Faſti conſulares Agrippinenſes. 636
32. *SS. Mathiæ Materni &c.* 641
33. *S. Michaelis ad S Gereonem.* 642
34. *S. Michaelis ad S. Seuerinum.* 643
35. *S Michaelis ad portam Salinariam.* 643
36. *S. Nicolai in Capitolio.* 644
37. *SS. Nicolai & Medardi in muro caſtrenſi.* 644
38. *SS. Norberti & Hermanni.* ibid.
39. *S. Noitburgis.* 646
40. *S. Quintini.* 647
41. *V Sacramenti.* 649
42. *Æternæ ſapientiæ.* ibid.
43. *S. Saluatoris.* ibid.
44. *SS. Sergij & Bacchi.* ibid.
45. *S Seruatij.* 650
46. *S. Stephani.* 651
47. *S. Thomæ Apoſtoli.* ibid.
48. *S. Thomæ Aquinatis.* 652
49. *Sacellorum Variorum & Altarium.* 652

SVMMARIVM
LIBRI QVARTI.

QVis Sanctus. 653
Quis Colonienſis Sanctus. 654
Vbiorum fines. ibid.
Feſta mobilia Coloniæ. 655
Melos Colonienſis eccleſiæ. 657
Faſti Sacri & Pij incipiunt pagina 658. & continuantur per ſingulos dies duodecim menſium
Elenchus Ordine Alphabetico Sanctorum & Venerabilium Virorum quorum dies obitus incerta eſt pag. 752
Notitia & Notatio Horarum ſpiritualium in Vbio Romana Colonia.pag. 756
Epilogi ad Deum item ad Lectorem. 758

LI-

LIBER PRIMVS.

DE ADMIRANDA SACRA ET Ciuili magnitudine Coloniæ Claudiæ Agrippinenſis Auguſtæ VBIORVM VRBIS.

SYNTAGMA PRIMVM.

A *De vrbis ortu & dedicatione, Incolarum pietate & fide.*

PRiuſquam hic locus ad Coloniæ Romanæ dignitatem eueheretur, Oppidum Vbiorum fuit, & quidem præcipuum, cuius initia ſi plane ac perſpicuè definire fas eſſet, de inclitæ vrbis ortu plenè conſtaret; quod ne fieri poſſit, obſtat authorum altum de huius
B oppidi exortu ſilentium, veſtigare tamen ea conatus V.Cl.Stephanus Broelmannus olim ICtus & Hiſtoriographus Agrippinenſis, aſſerit tres cis Rhenum Vbiorum translationes factas eſſe, & cum his ipſis hoc oppidum cœpiſſe.

De initio vrbis.

Sententia Stephani Broelmanni de triplici initio vrbis.

Primam nempe tunc cum Iulius Cæſar alterâ vice hîc locorum pontem Rheno
C impoſuit.

Secundam ſub Auguſto Cæſare cum M. Vipſanius Agrippa, primam Galliarum præfecturam obtinuit.

Tertiam cum idem Agrippa alteram præfecturam in Gallijs adminiſtrauit.

Sed bona viri eruditiſſimi veniâ dixerim, primam traductionem commentitiam mihi videri, ſiquidem meo iudicio Iulij Cæſaris ætate Vbij trans Rhenum tantum-
D modo incoluêre, vndè non ante Auguſti imperium in hanc citeriorem ripam traductos aſſero: Teſte Tacito: Nam à Marco Vipſanio Agrippa ſub Auguſto Gallias procurante transgreſſi Rhenum, in fidem ſunt recepti: *Forte acciderat*, inquit lib. 12. Annal. Author, *vt eam gentem* (de Vbijs loquitur) *Rheno transgreſſam Auus Agrippinæ Agrippa in fidem reciperet.* Ex eo igitur tempore traductis Vbijs è Montenſi, quæ nũc Vbijs oppoſita eſt, regione, oppidum Vbiorum indubie fuit, atque hoc tempus

Marcus Agrippa bis Præſul Galliæ.

Tempore primæ Præfecturæ accidit matrimonium Ioachimi & Annæ.

Tirinus in Chron.

Tempore ſecundæ Præfecturæ nata B.M.Virg. Et eodem tempore Vbij cis Rhenum ducti idque probatur.

Appianus.

libet ſtatuere natale Coloniæ & ea propter penitius indagare. Bis omnino Agrippa (A) imperante Auguſto Gallijs præfectus eſt, vt ex Dione Caſſio, & Romanis ſcriptoribus diſcimus;nimirum *Claudio Pulchro & Norbano Flauo Coſſ.* anno ſecundum exactam Chronologiam ante Chriſti ortum XXXIII. circa quod tempus Anna & Heli-iachim,ſiue decurtatâ voce Ioachim Parentes Diuæ Virginis ſanctiſſimi, matrimonium contraxerunt. Deinde iterum: *C. Sentio Saturnino & L. Lucretio Vapillone Coſſ.* Anno ſecundum eandem Chronologiam ante Chriſti natiuitatem 14 quo tempore B.Virgo votis ſterilium Parentum impetrata, veluti ſtella maris naſcendo matutinè mundo affulſit: Nam B. Virginem quatuordecim annos natam,mundo Saluatorem edidiſſe plurimi atteſtantur, apud P. Pozam & alios relati. (B) At eo ipſo tempore, quod eſt illuſtre quoddam Coloniæ Encomium, Vbij etiam Rhenum tranſeuntes in ius,terras,& amicitiam Imperij Romani ſunt recepti. Hanc Vbiorum traductionem & B.M.V.ortum,cur in idem tempus incidiſſe aſſeram,iam dicam.Nam conſtat primum continua quadam à Maioribus acceptâ traditione,qua Colonia B.M. V. coæua eſſe & veluti collactanea eius narratur, quod aliter verum eſſe nequit,niſi dixerimus in hac ripa habitandi, & oppidi Vbiorum initia,eo modo coincidiſſe. Deinde certis hiſtoriæ Romanæ indicijs deprehendi poteſt,traductionem Vbiorum in citeriorem ripam, non ante tempus naſcentis Virginis eueniſſe; ſiquidem ante id tempus Vbios traducendi, nec cauſa fuit, nec occaſio;nam Agrippa cum primam Galliarum Præfecturam geſſit, tantis victorijs aduerſus Germanos Gallias turbantes, vſus fuit,vt & Rhenum Ponte ſtrauerit,ſecundus ex omni Rom.Impp. numero, & Auguſtum vehementer aduerſis (C) contra Sextum Pompeium prælijs afflictum & anxium, ſuarum victoriarum fama erexerit in ſpem,Agrippâ Duce felicius rem gerendi, quod & factum eſt. Tantum abeſt vt hac primâ ſua Præfecturâ gentem exteram in Romani Imperij fines ingredi ſineret, aut ingreſſam recipere cogeretur: At in tempus alterius præfecturæ ab Agrippa geſtæ.omnino quadrat Vbiorum in ſolum Romanum receptio. Siquidem *Coſſ.* vt dixi *Saturnino & Lucretio Veſpillone*, Agrippa ſcribitur motus quoſdam Gallicanos compoſuiſſe duntaxat, eò quod ijs breui compoſitis grauis cum vrgeret neceſſitas tranſeundi in Hiſpaniam ad Cantabros, apud quos ſalus & gloria bellica Auguſti periclitabatur: Ad illum igitur modum de initio oppidi Vbiorum quod nunc Colonia dicitur conſtare poteſt, videlicet coæuam eſſe Beatiſſimæ (D) Virgini MARIÆ, eo quod illius anno natali vel cœperit vel in Vbiorum manus venerit. Quod ſi ita eſt, vti arbitror quemlibet vtraque ex ratione facile videre; vide quæſo tam Romanæ Eccleſiæ quam Imperio fidelis Populus, quid non ex hoc ſynchroniſmo tibi laudis accreſcat Repeto breuiter & dico Magnæ Cæli terrarumque Dominæ Virgini Matri Mariæ te collectaneum eſſe, quippe quo tempore illa naſcendo in ius & ditionem S. P. Q. R. venit, eodem tu Rhenum tranſgreſſus in eiuſdem Imperij ditionem conceſſiſti. Nil igitur mirum ſingularibus ab hac Virgine gratijs te ornatum florére tot ſæculis,vt ſecundum Romam

Dignitas Vbiorum ex ſynchroniſmo B.M.V.

A mam Eccleſiarumquidē omnium at potiſſimum tuam matrē, à ſæculis vſque modo
in ſigillo ciuico Metropoleos tuæ, non aliam volueris referre Perigraphen quā iſtam *Sigillum Vrbis.*
✠ Sācta Colonia Romanæ Eccleſiæ fidelis filia;
Nil mirum ſingulari etiam gratia Beatiſſimorum Ioachim & Annæ parentum eiuſ-
dem Virginis benedicta capita in eoſdem fines Vbiorum tranſmiſſa eſſe, vt pignus
amoris. Nil mirum alia innumera quæ hic libellus in parte explicare conabitur, tibi
cælitus obueniſſe bona: *Ecce glorioſa dicta ſunt de te Ciuitas Dei.* Ciuitas Vbiorum,
ciuitatem non dico eam ſolum quæ Coloniā Romanā anno Chriſti 55. Claudij Cæ-
ſaris nono, *Antiſtio vetere, & Suillo Rufo Coſſ.* illuſtrata eſt, & tantum inter alias non
B Vbiorum modo ſed orbis pœnè vniuerſi Colonias eminet, quantum inter lenta
ſolent viburna grandes eminêre cypreſſi. Verum vt natalitia hæc gloria diffuſior
ſit, vniuerſam Vbiorum gentem quā *Ciuitatis florentis atque ampla* titulo, cum adhuc
trans Rhenum ageret, Iulius Cæſar qui bis eorum gratia Rhenum tranſijt, *lib. 4.*
belli Gallici inſigniuit. Quantæ ſis igitur dignationis vidiſti fælix Popule: porro vt il- *Colonienſis*
li meritis affectu & cultu reſpondeas etiam vide: Quanquam ſi de Virginis Deiparæ; *erga Deiparam affectus*
Filijque eius ac ſeruorum eius domeſticorum cultu obſeruantiaque quæratur, fa-
cilius quod prædicem, quam quod deſiderem inuenio, quæ enim gens in Virginem
matrem affectu & pietate par, nedum maior vbiuis terrarum poterit nominari,
quæ tecum veniat in comparationem? Tibi S. Maternus in Matrem Virginem fi- *Prima Me-*
C lialem affectum impreſſit, quando in Te, quod nunc S. Cæciliæ dicitur, Matri vi- *tropolitana*
uentium ædem conſtituit. Continuatus exindè eſt hic ſanctus affectus non ſolum *B.M.*
ſeptem virginis feſtiuitatibus celeberrimè agendis, verum etiam quod rari eſt exem-
pli pridiè feſtorum eius à carnibus non præcepto ſed ſancto quodam vſu ſeſe con- *Vigilia &*
tinendo, vt non abſque ratione Natiuitas Beatiſſimæ Virginis videatur in Sacello *feſta B.M.V.*
Senatorio ab omnibus Reipub. Colonienſis conſcriptis Patribus ſolemniſſimâ de-
uotione peragi, & alijs in Eccleſijs præſertim S. Andreæ, ea dies tanquam vrbis e-
iuſdem natalis vna celebrari. Verbo, quocunque te vertis, Deiparæ templa, Icones *Ampliſſi-*
in capite platearum, lucernæ, tituli & nomen vna cum ſanctiſſimo nomine IESV *mus cultus*
expreſſa occurrunt. Habet hæc Virgo ſacra ſibi Littora, Gradus, Hortos, Paſcu- *B.M.V. Co-*
D lum, Oliuetum, Solymam, Nazaretum, Sionem, Laudes, Indulgentias, Præſentatio- *loniæ.*
nes, & quouis ferè virginis decoro titulo inſignes Baſilicas, & Ædes, quin adeò i- *Capitolium*
pſum decus vrbis & templorum caput Capitolium huic Virgini ſacrum factum *Vbiorum B.*
eſt, ex quo Gentilis cultus indè eſt exterminatus, ipſumque Palatium ex Princi- *M. V. ceſſit.*
pum ſede ad Nobiles Virginis cultrices Virgines eſt translatum, vt illud etiam hic *Pſal. 44.*
impleatur: *Adducentur Regi Virgines poſt eam.*
Quid de ipſo Roſario B. V. aut non multum diſſimili orationum penſo Colo- *Roſarium*
niæ primum reperto dicam? Cum Cæſarij Heiſterbacenſis libri Miraculorum ple- *B.M.V. inuentum Co-*
ni ſint in manibus, ex quibus hæc aliaque poſſunt hauriri, de eodem Roſario, voto *lonienſe poſ-*
vrbis publico in Dominicanorum templo reſtaurato, & de ſodalitio Deiparæ in *ſet dici Cæſarius lib. 7.*
c. 50. & lib. 13. cap. 50.

 Gradibus

Roſarium B.M.V. reſtauratum Coloniæ, & Sodalitates excitatæ.

Candidi ordines B. M. V. addicti Colonia orundi.

Colonia lunæ ſimilis, cui & B. Virgo ſæpè aſſimulatur.

Gradibus eiuſdem à S. Annone fundato, deque alijs Beatiſs.. Virg. Mariæ Sodalitijs A
Coloniæ primum excitatis editis libellis actū eſt; & dicam ipſe quædam cum de illis Baſilicis in quibus conſcriptæ ſunt egero, quamuis ſi enumerare velim, quæ hæc Ciuitas ad Magnæ Virginis Matris exaltationem inuenit, vel ſoli memorandi eſſent duo lilijs candidiores Religioſorum ordines, à duobus Vbij ſeu Agrippinenſis ſanguinis viris Beatiſſimis ſcilicet Brunone Carthuſianorum, & Norberto Præmonſtratenſium Patriarchis inſtituti. Verè ſancta Colonia, lilium es campi, verè natale ſolum tuum eſt terra virginea & campus liliorum, cuius ſitus inſtar creſcentis lunæ mœniorum poſitione, Deiparæ, ſiue lunaris ſyderis imaginem imitatur, duodecim verò in Vbiorum campis vrbeculæ, & oppida, quaſi totidem ſtellæ te circumdant; inter quas velut inter ſtellas luna minores populus ſedes, imo Deiparæ es ocellus. B

Ara Vbiorū vbi. & quare conſtituta.

Genius Vbiorum ad pietatem procliuis.

Huic Diuæ tecum natæ & adhuc dum tibi ignotæ debebatur ARA VBIORVM quam diu, id ferè loci vbi nunc Bonna diuinæ diſpoſitionis ignara, initij tui auſpicio conſecrando ſtatuiſti, non præſumens nouas ſedes Romanumque limitem occupare niſi conciliatis penatibus. Indicium id erat innatæ pietatis & genij in gente ad cælites procliuis, quæ niſi erecta communi arâ ex poſitis trans Rhenum Regionibus in citeriorem ripam tranſmigrare & Romani Imperij pars fieri non præſumpſit: Acta eſt hæc res Auguſto Cæſare imperante pompa procul dubio ſolemniſſima & apparatu ad memoriam duraturo, neque enim niſi translatis ſacris & nouis C
tutelaribus conciliatis licebat nouarum ſedium habitationem inchoare, præſertim cum hæc gens prima eſſet quæ tranſito limite Imperij in fidem & ius populi Romani venit è Germania, cæteriſque proindè erat in exemplum futura.

Geſta eſt autem modo non abſimili illi de quo in Ioſue hiſtoria legimus, nimirum Aram apud Iordanem extructam eſſe ab Iſraëlitarum parte, cum recens in terram promiſſam immigraſſent, iſtic enim cap. 22. legimus. *Cum veniſſent ad tumulos Iordanis in terram Chanaam, ædificauerunt iuxta Iordanem Altare infinitæ magnitudinis, quod cum audiſſent filij Iſrael conuenerunt omnes in Silo & miſerunt ad eos dixeruntque ad eos. Quæ eſt iſta tranſgreſſio &c. reſponderuntque filij Ruben & Gad & dimidia tribus Manaſſe Principibus legationis Iſraël: Diximus, extruamus nobis Altare in teſtimonium inter nos & vos, & ſobolem noſtram veſtramq́ progeniem.* &c. quæ iſtic legi poſſunt. D

Ara Vbiorū monumentū fidei & mutuæ obligationis inter ſe & Romanos.

Eo ferè modo Vbij etiam ad Rhenum eo loco quo in fidem & ius populi Romani tranſierunt, Aram extruxerunt, monumentum perpetuum ſui in ſolum Romanum & iura tranſitus, niſi quod huic Vbiorum aræ erigendæ idololatriæ ſcelus permixtum fuit, quo illa Iſraëliticæ erectio caruit, vt ibidem apertiſſimè monſtratur; Vbij igitur eâ cogitatione & tractatu Aram in ſuâ tranſmigratione conſtituerunt, primum vt ad eam Patrio Romanoque ritu luſtrati & initiati populo Romano fidem iurarent, & viciſſim acciperent, eaque omnia quæ mutuam fidei pactionem conſequi poterant aſſequerentur Priuilegia & iura. Ad quam Aram nihil dubito quin omnis ex vnâ parte populus translatus Vbiorum

A rum, ex alterâ verò Agrippa & exercitus Romanus miro & inſolenti ſpectaculo die
pactionis ſolẽni epulati ſint, deſignatâ iam ad eorum incolatũ ripâ, in cuius medio
loco ferè Ara illa fuerat excitata, neque verò vnius diei opus fuit illa Ara, ſed ſequen-
tibus ſæculis conſeruata eſt vtriuſque partis magno conſenſu, veluti fidei & Reli-
gionis monumentum æternum.

Scio & Viciniores Vbijs Friſios aliquando ſuam in Pop. Romanum fidem iactaſ-
ſe Romæ in theatro, auſim tamen his cæterisq́ue omnibus Gentibus in hac parte
laudis prærogatiuam vel conferre vel anteponere: Friſij ipſi quam vera locuti fue-
rint breui declarauêre excitatâ rebellione & præſidijs deiectis, Saguntini ſemel fidei
damna experti, deinceps non ſurrexêre, vt eadem poſſent pati, & eandem fidem te-
ſtari: Vbij iam mille & ſeptingentis fermè annis in fide Romanæ Ciuitatis perſi-
B ſtunt; quot interea damna paſſi! quoties ab hoſtibus S. P. Q. R. exciſi! ripam tamen
ſibi traditam non deſeruerunt, Cum libris erunt inſtructæ bibliothecæ vt veriſſi-
mè nulli propè populo communi elogio, de eis cum Tacito in Germania dicent:
*Vbij tranſgreſſi olim & experimento fidei ſuper ripam collocati vt arcerent non vt cuſto-
direntur*: ſed leuis commendatio gentilis hominis ſi cum fideliſſimis ſummo-
rum Pontificum ſcriptis ad hanc vrbem deque fide illius erga Romanam Eccleſiam
conferantur, ad cuius nutum & arbitrium ſe ſemper hæc vrbs flexit, moribus &
religione, vtpotè *quæ quanto ante S. Petri aduentum per diabolum tenacius fuerat alligata,
tanto per Chriſtum eſt mirabilius abſoluta, dum ex magiſtra erroris facta eſt non ſolum diſci-*
C *pula ſed etiam magiſtra veritatis.* Vt S. Leo ait in natali Apoſtolorum Petri & Pauli.
Eſſet autem pulcher quidem ſed grandis labor recenſere omnes huius ciui-
tatis laudes, quas in Romanorum Pontificum literis habet, pauca igitur è mul-
tis dabo ſpecimina è ſæculo nobis proximo Clementis V I I. Pauli I I I.
ſcripta.

Comparatio fidei Vbiorum.

Vbiorum in fide conſtantia.

Conſtantia Vbiorum in fide Catholica Romana.

Clemens VII. Seruus ſeruorum Dei.

Diploma Clem. VII. ad Colonienſes.

*Dilectis filiis S. P. Q. C. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Quod ſemper à pietate ve-
ſtrâ exſpectauimus ſupplicesq́ue à Deo implorauimus vt veſtra Ciuitas (olim Romani Im-*
D *perij inſignis Colonia, deindeque Chriſtianæ pietatis ſolida in iſtis Regionibus columna, pollens
operibus, robuſta viribus, celebrata literis) in tanta circumſtanti hereſum propinquitate ſe il-
læſam Deo conſeruaret & ſi qua ſui parte corruiſſet Dei munere cito conſurgeret, id cum ſum-
ma noſtra lætitia, veſtra maxime filij ſenatus pietate & conſtantia factum eſſe & continuo
fieri audiuimus, idque ad Nos iam vndeque nunciatur: Agimus itaque Diuinæ miſericordiæ
gratias quod inſignẽ ac percelebrem veſtram ciuitatem à Sathanæ venenis tutata eſt, ſanctam
Coloniam re & nomine effecit. Vobis autem filij quas poſſumus laudes paterno affectu reddimus
quanquam impares veſtris meritis iudicauimus, veſtra enim virtus & conſtantia non ſolum
ſibi ad ſalutem verum cæteris proficeret ad exemplũ ſecuturis auctoritatem tam inſignis tamq́;
eximiæ (nedum in Germania ſed etiam in cuncta Europa) ciuitatis. Vos verò filij dilectiſſimi*

vtinam occaſionem aliquando habeatis noſtrum erga vos paternum ac peculiarem amorem exhibendi. Cuncta vobis quidem anniteremur ſigna oſtendere paterna noſtra erga vos & feruentiſſima charitatis. Hortamur magis ex abundantia affectus noſtri, quam quod neceſſe id vobis cum arbitramur, vt incepto pietatis curſu perſiſtatis, primum conſulturi ſaluti deinde etiam gloriæ veſtræ. atque à Deo ipſo (cuius veram religionem à Patribus acceptam tuemini) immarceſſibiles meritorũ cumulos adepturi. A Nobis verò & Sereniſſimo Cæſare omnia expectaturi quæ ab amantiſſimis Parentibus in pientiſſimos filios conferri poſſunt. Datum Romæ apud A

1531. *S. Petrum ſub annulo Piſcatoris M. D. XXXI. die XXIX. Nouembris Pontificatus noſtri anno IX.*

DILECTIS FILIIS BVRGIMAGISTRIS MAGISTRATIBVS & Senatui Colonienſi Paulus Papa III. B

Litera Pauli.III.

*D**ilecti filij Salutem & Apoſtolicam benedictionem.* Etſi Præterita veſtra officia quæ Deo & fidei Catholicæ, atque huic ſanctæ fidei tribuiſtis, maxima antea erant, tamen hu nouiſſimè per vos geſtis tantum cumulum meritorum erga Deum & veram Religionem veſtrorum adieciſtis, quantum Nos ſatis digna laudatione complecti poſſe diffidimus, veſtra enim illa pietas & conſtantia ſemper laudata & in ore omnium celebris, nuper ſplendidius fulſit, cum veſter Archiepiſcopus (ſi is hoc nomine iam dignus eſt) corrupta ſua Diœceſi, & iam ſuam ciuitatem veſtram corrumpere atque à veteri fide atque vſu Catholica Eccleſia auertere conatus eſt: Ei enim & viriliter reſtitiſtis, & poſtmodum non deſtitiſtis omni ſtudio ac diligentia ſuadere vt à tanto ſcelere deſiſteret: Benedictus igitur Deus pater miſericordiarum & conſolationis qui vos in tribulatione conſolari dignatur, qui ſi hoc tempore peccatis ita exigentibus permiſit venena etiam antidota nobis conceſſit; Eius proindè miſericordiam imploremus, vt ipſe qui nobis tantum immiſit robur, addat & felicitatem, quo fructum percipere veſtræ virtutis & Deo ſeruire quietè poſſitis ad honorem nominis ſancti ſui, quod & futurum in eius clementia confidimus. Quapropter vos filij hortamur & per Dominum Ieſum qui in vobis habitat rogamus. vt incepta pietate & conſtantia perſeueretis, modis omnibus prouidentes atque impedientes ne Lutherani Concionatores, nunc in vicinis locis rugientes & quærentes quem deuorent, in veſtrâ ciuitate prædicare aut populum ſeducere poſſint: Confidimus enim in Domino IESV Chriſto qui ad tempus attollit impios vt grauius corruant, & proſternat, vt humiliati exaltentur faciantque cum tentatione prouentum quod citorem facturus ſui moris cauſam ſuam iudicabit, & conſtantiam ac fidem veſtram quam & in tot fluctibus ſeruaſtis, largo ſuo gratitudinis fonte remunerabit, per tranquillam hic & felicem vitam in terris poſteaque multo beatiorem & feliciorem in cœlis. Nos autem neque auxilijs, neq; fauore, neque neceſſarijs ad hæc prouiſionibus quantum ad noſtrum pertinebit officium vobis deerimus Datum Bononiæ ſub annulo piſcatoris die prima Iunij 1543. Pontificatus noſtri anno nono.* C D

VBIO-

A VBIORVM AETERNAE CONSTANTIAE ET FIDEI
ÆGID. GELENIVS PONIT.

AMpla ſitu, populoſa viris, Vrbs Vbia priſcis
Moribus atque aris intemerata vigens.
Marcus Agrippa locat fido te in limite, ſeruas,
Littus, & infractam tempus in omne fidem.

B PVLCHRA VT LVNA. LVNÆ BICORNIS REFERENS
Figuram Colonia.

NOBILISSIMAE AC FLORENTISSIMAE CIVITATIS Colonienſis Encomium, Authore F. Hadriano Hecquetio Atrebatino Carmelita, Theologiæ Doctore, Clariſſ. Dominis Reipub. Colonienſis Conſulibus dicatum. Ex antiquo Sacratio.

Hæc eſt enim illa Colonia, illa inquam vrbium regina, quæ contra hæreſum & hæreſiarcharum fruſtrà inſanientium inſultus, primam illam ac Catholicam fidem, inuicta hactenus adſeruauit: de qua haud immeritò illud Sapientis adduci poſſet, *Non extinguetur in nocte lucerna eius:* & illud etiam Euangelij, *Flauerunt venti, irruerunt*
C *flumina, immotaq; ſtetit, nec cecidit. fundata enim erat ſuper firmam petram.*

PRoxima ſpumifero iacet ampla Colonia Rheno,
Vrbs, qua nil totus clarius orbis habet:
Hac trahit antiquo celeberrima nomē ab auo,
Condita Romanis ſumptibus, ære, manu.
Scilicet elatos ſtruxit gens extera muros:
Sed creuit maior quàm fuit antè locus.
Attingit duplici Rheni vaga flumina cornu,
Portus vicinas mercibus implet aquas.
D *Antiquos ſeruat. temnēs noua dogmata, ritus,*
Et manet in Domini relligione ſui.
Roma quod Italiæ eſt, hoc ſancta Colonia Belgis:
Vtraque dat populo nomina clara ſuo:
Nūquā Roma fidem, neq; ſacra Colonia liquit:
Eſt vtrique hodie qua fuit antè, fides:
Integer eſt populus, ſunt integra templa: nec ille
Perditus eſt vllis priſtinus ordo modis.

Vt roſa præ longis non læditur obſita ſpinis,
Pulchra ſed intacto ſemper honore nitet:
Sic manet inuictis illæſa Colonia monſtris,
Seruat & antiquum non violata decus.
Quā pulchrè referūt veterū monumēta parētū
Omnia, quàm ſanctis ſunt bene nixa viris!
Sæpe tamen rabidis venerunt flumina nymbis,
Sæpeq; crudelis murmura turbo dedit.
Tempeſtas nūquam bene firmas perdidit ædes,
In Chriſto ſtabili ſtantq; manentq; gradu:
Gloria nō eadem eſt multis, periêre quot vrbes?
Heu populi exitio quot periêre ſuo?
Tres tibi ſunt Reges, magni tria lumina mūdi,
Cum quibus haud dubie eſt cælica multa cohors:
Teq; Seuerinus charis cōplectitur vlnis,
Et tibi, ne noceat ſors inimica, cauet.
Sunt alij Diui ſacra quorum corpora ſeruas
Tela quibus tutò te tueantur habent:

Vir-

Virgineæ ſaluam te ſeruauêre cohortes,
Quarum purpureo tincta cruore mades.
Virgineæ vires pugnãt contra horrida mõſtra,
Proſternunt teneræ tela ſuperba Deæ.
Hæc tua Germanis academia floret in oris,
Gymnaſium ſummæ nobilitatis habes:
Hîc ſunt Hebrææ, Græcæ, Latiæq́; ſorores,
Hîc ſunt Pierides (cælica turba) Deæ:
Omnia iure tuas celebrabunt tempora laudes:
Te canet hiſtorijs poſtera fama ſuis:
Tu tribus ornaris velut vrbs Regina coronis,
Debentur meritis talia ſigna tuis.
Euge age conſtanti perſiſto pectore victrix,
In tua ſchiſmaticus mœnia nullus eat.
Te diuina manus, te ſepta altiſſima cingunt,
Armat & inuictus, Rhenus amœnus, aquis.
Sed quid ego muros ? quid maxima flumina narro?
Non tantum muris, quàm pietate vales.
Te tua defendit pietas, tua candida virtus,
Et tuus antiquæ relligionis amor.
Murus ahaneus eſt pietas, hoſteſq́; rebelles
Conterit, inuito turbine tuta ſedet.
Inſanire poteſt, ſed non te vincere ſæuus
Hoſtis plus monſtris omnibus vna potes,
Si redeant ſcurræ miſſi è cacodæmonis antro,
Adfer conſilio talia verba meo:
Haud æquum eſt , vt ego patrum veſtigia linquens,
Lubrica Cymmereas vos ſequar in tenebras:
I genus indignum vitæ, mendacia ſparge,
Sparge aliò, & cæcos dogmata cæca doce:
Hic tibi non locus eſt, non ius, non vlla poteſtas,
Nouerunt hamos flumina noſtra tuos.
I piſcare alio imprudentes littore piſces,
Et captos ſtigij defer in antra foci,
Nam mihi lex antiqua placet, placet illa vetuſtas, A
Integra quæ toto floruit orbe diu.
Schiſmata & errores odi cane peius & angue:
Floreat antiquæ relligionis honor:
Floreat innumeris Chriſti domus integra ſeclis,
Et ſacra Chriſticolis præſit vt antè fides.
Hæc alias inter tantum caput extulit vrbes,
Quantũ lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

IDEM AVTHOR DE IMMANI Iuxta Coloniam ab Hunnis virginum trucidatione. B

Non pudet in teneras miles ſæuire puellas?
Bellica fœmineum non habet arma genus.
Proh dolor, inſanis nymphæ ſunt præda tyrãnis,
Virgineus ſæuo funditur enſe cruor.

IDEM AVTHOR.

Diuorum tot relliquias, tot membra, tot oſſa,
Nuſquàm repperias quot ſancta Colonia ſeruat. C
Nil timeas igitur Regina Colonia, tutò
Te ſeruant Diui quorum ſacra corpora ſeruas.

IDEM AVTHOR.

Euge age, longinquos orbis percurrito fines,
Tot tibi relliquias nec duo regna dabunt:
Virgineas igitur cole ſacra Colonia nymphas,
Quarum es martyrio nobilitata pio. D

QVOD VVLGO DICATVR fœlix Colonia.

Fœlix dicta diu eſt, & iure Colonia fœlix
Martyribus, fœlix ciuibus, ære, ſolo.
Imperij decus eſt illuſtre, Colonia fœlix,
Ornat Germanum nobilitate ſolum.

A

SYNTAGMA II.

De funiculo triplici tricoronatæ Coloniæ, id eſt de literaria, eccleſiaſtica & Ciuilis Reipub. Vbiorum forma.

ORigini Vbiorum, deuotioni ſingulari in B. M. V. fidei tum in Rom. Rempub. tum eccleſiam, accedunt alia permulta publica gentis ornamenta, nimirum Illuſtriſſima Academia, Hierarchia Eccleſiæ, & Auguſta POLITIA, & ex his orta mirifica incrementa: Videtur enim Colonienſis concordiæ glorioſis corollis & ternioni congruere numiſma, quod reperio in Octauio ſtrada de Rosberg, cuſum à Iulio Cæſare, in cuius poſticâ vel auerſa facie tres manus ſibi mutuo implexæ, faſces & altum caduceum diuaricant, addito lemmate *Salus Generis humani* Ego ſalutem paſtoralis pedi, & ciuicorum faſcium Vbiorum, in cleri, Populi, & Literatorum Colonienſium iucundâ concordiâ optimè coniungi gaudens, de ſingulis aliquid obiter dicere conſtitui. Literas itaque & ſcientias ſemper hoc loci cultas fuiſſe certius eſt ex Colonien. Scriptoribus quam vt Probari ſit neceſſe, quippe ſine quibus Religio & virtus, quæ hîc eximiæ, vt vidimus, & ſemper floruerunt, ſolent iacere, & ſine quibus Sancti Rupertus Tuitienſis, Wolffhelmus Brauuilerenſis, Albertus Magnus, Thomas Aquinas, Ioannes Duns Scotus & alij innumeri hoc loco non vixerunt. Heluuicus licet infenſus Catholicorum rebus fatetur tamen in hiſtorico theatro ſuo Colonienſem Academiam quidem anno 1388. ab Vrbano VI. confirmatam eſſe, antea tamen iſtic Gymnaſium extitiſſe: Vidi & ego ex archiuo veteris Campi Ciſtercienſium, diploma Siffridi Archiepiſcopi quo Fratribus priuilegium an. 1285. Indulget audiendi Coloniæ ſtudia theologica. Sed & apud Innocentium III. lib 1. Epiſtol. eſt mentio Magiſtrorum Colonienſium. Cæſarius Heiſterbacenſis an. 1222. meminit lib. 1. cap. 23. Colonienſium Phyſicorum id eſt medicinã profitentium, deinde ſæpius commemorat Præceptorem ſuum Coloniæ diſcipulos docentem Rudolphum Scholaſticum, &c. Iam ipſum Sanctiſſimum D. Vrbanum VI. Academiæ Colonienſi, Confirmatorem lubet audire ex. M.SS. antiquis loquentem.

Academia Vbiorum fidem tuetur & eodem politicũ regimen tendit.

B

Academiæ antiquitas.

C

Literæ Vrbani VI. Erectio Academiæ. Colonien.

VRBANVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.

D

AD Perpetuam rei notitiam.

In ſupremæ Dignitatis Apoſtolicæ ſpeculo ſuperni diſpenſatione conſilij licet immeriti conſtituti ad vniuerſas fidelium regiones noſtræ vigilãtiæ creditas earumque profectus & commoda, tanquam vniuerſitatis gregis Dominici Paſtor, commiſſæ Nobis ſpeculationis aciem quanto Nobis ex alto permittitur extendentes, fidelibus ipſis ad quærendum literarum ſtudia & ſcientiæ Margaritam cuius dum inuenitur glorioſa eſt Poſſeſſio, & fructus ſuauiſſimi. per quam pelluntur ignorantiæ nubila & erroris elimantur caligines, mortalium curioſa ſolertia ſuos actus eſt opera diſponit & ordinat in limine veritatis, per quam etiam diuini nominis fideique Catholicæ cultus protenditur, iuſtitia colitur. tam publica quam priuata res g[e]ritur vtiliter, omniſque ſpes humanæ conditionis augetur: Ob hoc igitur magno nec mirum deſiderio

Fuit VI. eius nominis vt patet ex Bulla Bonifacij IX.

Oportunitas loci & prolixa merita Colonienſis ciuitatis.

Cum Pariſinu Priuilegia Doct. & ſtudioſorum in eâdem forma.

ducimur, vt literarum ſtudia in quibus pretioſa ipſius ſcientiæ margarita reperitur laudanda A
ſuſcipiant, incrementa frequentius inualeſcant, Præſertim in illis locis quæ ad multiplicanda doctrinæ ſemina & germina producenda apta & idonea dignoſcuntur: *Nos præmiſſa attendentes & etiam fidei puritatem & deuotionem eximiam quam dilecti, filij Conſules, Scabini, Ciues & commune Ciuitatis Colonienſis deuoti noſtri & Eccleſiæ Romanæ filij ab olim ad ipſam eccleſiam & nos habuiſſe dignoſcuntur, illamque ſucceßione temporum de bono in melius ſtuduerunt, augumentare, dignum ducimus & æquitati conſonum æſtimamus, vt Ciuitas ipſa quam diuina gratia multarum prærogatiua bonitatum, & fecunditate virtutum gratioſè dotauit, ſcientiarum etiam ornetur muneribus & etiam amplietur, ita vt viros producat conſilij maturitate conſpicuos, virtutum redimitos ornatibus, ac diuerſarum facultatum dogmatibus eruditos, ſitque ibi ſcientiarum fons irriguus, de* B
cuius plenitudine hauriant vniuerſi, cupientes imbui documentis: Præmißis igitur diligenti examinatione, penſatis non ſolum ad ipſius ſed etiam Regionum circum adiacentium incolarum commodum & profectum paternis affectibus anhelantes dictorum etiam Conſulum, Scabinorum, Ciuium & communis gratiam noſtram ſuppliciter implorantium, in hac parte deuotis ſupplicationibus fauorabiliter annuentes. Ad laudem diuini nominis & fidei propagationem orthodoxæ, Apoſtolica authoritate ſtatuimus ac etiam ordinamus vt in dicta Ciuitate Colonienſi ſit de cætero ſtudium generale ad inſtar ſtudij Pariſienſis, illudque perpetuè futuris temporibus in ea vigeat tam in Theologia & iuris Canonici quam alia qualibet licita facultate: quodque legentes & ſtudentes ibidem omnibus priuilegiis, libertatibus & immunitatibus conceßis Magiſtris in Theologia, & Doctoribus legentibus, C
commorantibus in dicto Pariſienſi ſtudio generali gaudeant: Inſuper Ciuitatem & ſtudium præfata ob profectus publicos quos exinde prouenire ſperamus amplioribus honoribus proſequi intendentes, autoritate ordinamus eadem, vt ſi qui in eodem ſtudio Colonienſi fuerint qui proceſſu temporis brauium meruerint in illa facultate in qua ſtuduerunt obtinere ſibique docendi licentiam & alios erudire valeant ac magiſterij ſeu doctoratus honorem poßint elargiri per Magiſtrum ſeu magiſtros Doctorem vel Doctores iſtius facultatis in qua examinatio fuerit facienda: Præpoſito eccleſiæ Colonienſis qui pro tempore fuerit vel eius ſufficienti & idoneo, quem ad hoc idem Præpoſitus duxerit deputandum Vicario, Præpoſito verò ipſius eccleſia vacante, illi qui ad hoc per dilectos filios Capitulum ipſius eccleſiæ deputatus, D
extiterit, præſententur, idemque Præpoſitus vel Vicarius aut deputatus vt præfertur Magiſtris ac Doctoribus in eadem facultate inibi regentibus conuocatis, illos ſic præſentatos in his quæ circa promouendos ad magiſterij ſeu doctoratus honorem requiruntur iuxta modum & conſuetudinem quæ ſuper talibus in generalibus ſtudiis obſeruantur, obſeruatis, examinare ſtudeat diligenter, eiſque ſi ad hoc ſufficientes & idonei reperti fuerint huiuſmodi licentiam tribuat & magiſterij ſeu Doctoratus honorem conferat ac etiam largiatur: Illi verò qui in eodem ſtudio dictæ ciuitatis examinati & approbati fuerint, ac docendi licentiam ac honorem huiuſmodi obtinuerint, vt eſt dictum, ex tunc abſque examine & approbatione alia, legendi & docendi tam in ciuitate prædicta quam in ſingulis aliis generalibus ſtudiis in quibus voluerint legere & docere. Statutis & conſuetudinibus quibuſcunque contrariis Apoſtolicâ vel quacunq́ firmi-

NB. Hodie cācellarius vel ex eius delegatione procancellarius promouet Licentiatos in ſingulis facultatibus, Laurea verò Magiſterij vel Doctoratus præcipuè in facultate iuridica cōfertur per ordinariū primarium eiuſdem facultatis & in Iure quidem per eū qui ſuffragijs ampliſſimi ſenatus ordinatur.

Graduum Coloniæ promotorum vniuerſitas

A *firmitate roboratis nequaquam obſtantibus , plenam & liberam habeant facultatem Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri ſtatuti & ordinationis infringere vel auſu temerario contraire ſi quis autem attemptare præſumpſerit indignationem Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Paruſii XII. Kal. Iunij Pontificatus noſtri anno XI.*

Status moderatus vniuerſitatis.

Eandem vniuerſitatem ſecuto deinceps tempore, Pontifices complures magnis Priuilegijs & gratijs laudibuſque ornarunt; prout in archiuis tum vniuerſitatis totius , tum ſingularum facultatum Decanalibus libris ſiue Annalibus accuratiſſimè conſcriptum reperitur. Nam Rector Magnificus vniuerſum Academiæ corpus concernentes cauſas ac libros vti tractat & aſſeruat , ita quot annis & menſibus acta
B notat. Decani verò ſingularum facultatum eandem operam pro ſuis facultatibus præſtare ex munere tenentur. Sunt autem quatuor omnino facultates Theologica, Iuridica. Medica, & Artium liberalium. Prior facultatum prędictarum conſtat ſenatu XII. virorum , & profiteri ſolet iuxta Ædem Metropolitanam, Iuridica conſtat plurium capitum Senatu, & præter priuata collegia publicam Scholam habet haud procul ab eadem æde in trium coronarum domo. Medica minimum inter omnes habet ſenatum in præſentiarum, & in domo dicta Artiſtarum, de quibus dicam, ſolet profiteri. Ampliſſima & Florentiſſima penè eſt Artium facultas , quippe tribus florentiſſimis Gymnaſijs diſtincta. videlicet Montano, Laurentiano, & nouo Trium
C Coronarum, poſtquam quartum Cornelianum & Cucanum ſuperiore ſeculo non incommodè exſpirauit.

Habent hæc Gymnaſia ſingulos Regentes viros Ampliſſimos & Prudentia & authoritate inclytos, qui continuo vt Profeſſorum ſuorum laboribus, ita ſtudentium profectui intendunt , & Gymnaſijs ſuis quouis tempore optimè proſpiciunt , ad quod non parum conducit, ipſa Gymnaſiorum fælix æmulatio.

Habent quoque Gymnaſia præter ſuas proprias Burſas , vt vocant , ſeu domus omnes circa Metropolitanam ædem ſitas , commune palatium iuxta Montanum ſitum, quod Scholam artium vocant; cuius cuſtodia cuidam ſeniori ex Profeſſori-
D bus Gymnaſiorum per ordinem ſolet committi, in quo communes Gymnaſiorum concertationes, examina, Promotiones ſeu actus magiſtrales celebrari conſueuerũt magna celebritate. Porro Rector Magnificus quotannis quater in quatuor facultatum cum ſuis Decanis, concilio publico, poſt ſolemne Sacrum de Spiritu ſancto decantatum per religioſos, & in comitio vbi ipſe abdicat , & à facultatibus ſingulis Elector, quem intrantem vocant, deſignatur. Confirmatus ſolemniſſimo comitatu domum reducitur , aut ſi nouus electus eſt , ad eum ſolemniſſimè ſalutandum itur ſceptris Academicis præcedentibus. Cum de rebus minoris momenti agendum eſt, Decanos facultatum adhibet in concilium , cum de grauioribus vniuerſum concilium conuocat per Miſſos, quos Pedellos vocant, cauſarum & negotiorum peritos Academiæ iuramento obſtrictos Et quanquam alias ſæpè ſingulares laudes & encomia, tum aliorum in eccleſia Principum virorum, tum ſedis Apoſtolicæ meruit

hæc Vniuerſitas, vti perſpicuum fit ex Apoſtolicis & Principum literis; ſingularem A
tamen gloriam aſſecuta eſt Lutheranâ hæreſi exoriente, vti ex Lutheri Aſſeclarum-
que hæreticorum ſcriptis contra Colonienſes editis liquet, à quibus nemo niſi op-
timus maximè taxari ſolet, peſſimus laudari. Ad generalis ſtudij gloriam accedit
Modeſtia Colonienſium & eius cauſa.
genius ſingularis populi tota diœceſi Colonienſi cum Primus moderatus & mo-
deſtus, vt penè in prouerbium abierit probitas & modeſtia Colonienſis Peregrini
ſanè & varias per plagas orbis vagati, qui populos multos, multas viderunt &
vrbes, cum in hanc ciuitatem peruenêre, teſtati ſunt ſe nullibi quietiorem popu-
lum, compita non ſolum interdiu ſed etiam noctu paucioribus pro magnitudine
vrbis tumultibus obnoxia inueniſſe. Hanc quietem & animi moderationem
egregiè procurat & fouet primo Religionis Catholicæ ſtudium inſigne, quo B
egregiè vitia omnia reſecantur, ipſis Politicis & Atheis atteſtantibus, quem in
finem per vrbem vniuerſam tum virorum Religioſorum, tum Sanctimonia-
lium ac Deuotarum Deo virginum domicilia ita ſunt per Ciuium domos
diſperſa & permixta, vt tanquam quædam arces pietatis, ad tutelam viciniæ ſuæ
collocatæ eſſe videantur. Deindè eandem pacem fouet ac procurat inſignis Con-
cordia vniuerſitatis cum Ampliſſimo Senatu & Ciuitate, cum Illuſtriſſimo Eccle-
ſiaſtico ordine & Sereniſſimo Electore, ſuiſque Curatoribus, quippè cum quatuor
4. Prouiſores Academiæ.
Conſularium virorum perpetui ſint Academiæ prouiſores, qui planè paterno affe-
ctu non ſine magnis expenſis ſæpè cum alia beneficia, tum apud Romanam cu-
riam procurant, vt beneficia Apoſtolica conferre poſſint viris ob literas conſpicuis C
Prebendæ vniuerſitatis.
& eccleſiæ profuturis, ſuntque ea beneficia triplicis ferè ordinis 1. gratiæ, 2. ac 3.
priora Rector Magnificus & 4. Prouiſores conferunt, cum ea vacare conti-
gerit, ſecundi ordinis beneficia conferunt ſingulæ Collegiatæ Eccleſiæ viris ex
Vniuerſitate; Tertij ordinis beneficia confert Rector Magnificus cum quatuor
Prouiſoribus vniuerſitatis & totidem facultatum Decanis. Iam verò cum E-
lectore noſtro prono affectu etiam vniuerſitas congruit. Siquidem Is eius Pri-
uilegia ſalua & integra eſſe deſiderauit hactenus, idque ſe deſiderare ſæpè eſt
profeſſus: & ipſa vniuerſitas moderatiſſimè ac prudentiſſimè ſuis hactenus
Priuilegijs vſa fuiſſe comperitur. Denique quietem Reipub. eiuſdem efficit
Etiam in minimis omnia antiquæ conſuetudinis momenta ſeruanda ſunt.] *Valer. Max. lib. 2. c. 6.*
innata quædam ſanguinis temperies, qua Vbij ad humanitatem propius quam D
ferociam arrogantiamque accedunt, cui adiuncta eſt veterum morum mira te-
nacitas, quam aduenarum ſæpè inſolentia adeò non corrumpere potuit, vt
etiam hic ſæpè ſit exploſa leuitas peregrina, & quæ placitura aduenerat diſpli-
cuiſſe ſeſe ſine præmio ſit conqueſta, quem in finem optimates quique domi
ſeruant parentum ſuorum, proauorumque ſuo in habitu, id eſt veteri, imagi-
nes, ne qua ſimplicitatis priſcæ obliuio obrepat. Atque ex his de Politia tum
ſacra tum ciuili, facile poterit fieri coniectura. Eſt enim plane eximia & digna
ſanctâ Coloniâ.

* Eccleſiaſtica quidem arctiſſimè cum Chriſti in terris Vicario iungitur per Ar-
chiepiſ-

A chiepiſcopum,qui per quatuor Archidiaconos Præpoſitos Metropolitanum,Bonnenſem,Sanctenſem,& Suſatienſem quibus alij quidem accedunt, adminiſtrat Archidiœceſin , hi denique ſinguli ſuos ſub ſe habent diſtrictus quos *Chriſtianitates*, vocamus quibus *Decani* & *Camerarij* præſunt; Decanatus deinde ſeu Cameræ in Parochias quibus *Parochi* præſunt diſtinguuntur,& quia ſæpè contingit ipſum Electorem magnis impedimentis diſtineri & non ſufficere vnum cunctis, idem Vicarios habet,tum in Pontificalibus tum Spiritualibus,& ſimul Eccleſiaſticorum Conſiliariorum conſiſtorium , vt ita commode per vniuerſum corpus hierarchicum influxus omnis gratiæ & Diuinæ bonitatis à Sede Apoſtolicâ nunquam non propagetur. *Hierarchia Eccleſiaſtica Vbiorum.*

B Politia quoque ciuilis ad ſummam enititur perfectionem,tam vrbana Ciuium, quam Foranea Electoris, vt Principis: Nam in Vrbe præter Archiepiſcopalis curiæ Officialem ciuilium cauſarum iudicem tribunal habetur quod altum ſæculare iudicium dicitur ſub Comite vulgo Greuione quem Vicecomitem quoq; appellant, & ſub Scabinis,quos ex natis & poſſeſſionatis ciuibus, collegæ eligunt, Archiepiſcopus confirmat. Gladiusque qui inter Regalia à Cæſare recipitur modo committitur Greuioni,id eſt Comiti,hic etiam Scabinis præſidet,in rebus criminalibus vices exercens ; & munus authoritatemque Burggrauij officio Aduocati videtur coniunxiſſe. Burggrauionis vero nomen propriè ſignificat Vrbicarium & prætorianum,vel prætorij aut pyrgi, burgi, vel vrbis comitem. Idem tribunal ciuilium *Politia Ciuilis iuſtitia.* *Altum iudicium.*

C negotiorum cognitionem habet, & intra veterem Ciuitatem de proprietatibus ædium,vinearum,& reliquis realibus pronunciat,atq; ad eos à plurimis oppidis prouocari audiui, ſed ab ipſorum ſententiâ ad Commiſſarios Archiepiſcopalis Aulæ prouocatur; Extra veteris Vrbis mœnia,varia ſunt tribunalia, cæteris quaſi alæ appendentes,vnde Vlögel Gerichter dicuntur, quæ olim ſuburbicaria erant, nunc nouis mœnijs incluſa in ſuo vigore & diſtrictu permanent.

Ciuitatis Reſpublica omnis in duabus & viginti tribubus conſiſtit , ſuprema eſt dignitas Conſulatus, qui per ſex viros ita adminiſtratur , vt ſingulis triennijs in orbem redeat,& quotannis duo Conſules ſint Senatui pręſidentes,hi cum Ephebis incedunt loco faſcium nitidiſſimum baculum gerentibus, reliqui duo conſulatu defuncti, ſeu Exconſules ærario aut vni conuentioni & Cameræ rationali ſingulis ſextis ferijs præſunt;atque euoluto anno Quęſtores eliguntur,pręfecti alterę Cameręrationum,quæ feria quarta habetur dicta Mercurialis : reuoluto verò triennio in feſto Natiuitatis S. Ioannis ad Conſulares faſces redeunt. Modo ad Reipubl. clauum ſedent Prænobiles,Strenui & ampliſſimi Viri *Reipublica.* *Conſules.* *Exconſules.* *Quæſtores.*

D (marker beside "defuncti")

CONSVLES

IACOBVS à ROTTKIRCHEN, & CONSTANTINVS à IVDDE.

QVÆSTORES A

IOANNES à BOLANDT, & BALTHASAR à MVLHEIM,

PROCONSVL

& Cameræ rationalis Feria VI. præſes

CONSTANTINVS à LYSKIRCHEN, B

cuius Collega dum Anno 1645. ante Pentecoſten hæc lucubratiuncula ſub prelo ſudat necdum electus eſt, munere vacante per obitum Prænobilis Strenui Viri

GERARDI PHEIL à SCHARFFENSTEIN

Anno 1644. vlt. Aprilis dignitate & vita defuncti. Corpus Patrum Conſcriptorum quadraginta nouem Senatores conſtituunt à plebe in Tribubus electi, exceptis ſeptem quos ex vniuerſa Vrbe eligit Senatus circa Natiuitatis Ioannis Baptiſtæ feſtum & ſex ſub natalitia Chriſti feſta; atque illis ipſis feſtis media Senatorum pars Magiſtratu defungitur, vt quolibet conſeſſu congrediantur pars veterum pars nouorum Senatorum. Proximi inter hos à Conſulibus ſunt duo Cenſores vulgo
Cenſores. Stimmeiſter ab æſtimando vel cenſendo dicti, quorum officium eſt in omnia inquirere, & de totius Reipubl. ſalute cenſenda proferre; Illis ſuccedunt Vinarij Ma- C
Vinarij Magiſtri. giſtri qui præſunt Oeconomiæ cellæ vinariæ. Deinde duo ſunt Commiſſarij, ad
Commiſſarij quos cauſæ per appellationem deuoluuntur à minoribus Senatorijs tribunalibus, quorum plura & pro omni ferè re in ciuitate erecta ſunt; Commiſſarijs pares ferè
Præfecti turrium. ſunt Commentarienſium Præfecti, vulgo Thurn Herrn, hi vinctos examinant & de ipſis ad Senatum referunt, quos ſi in corpore mulctandos deprehenſum ſit, ex Senatusconſulto eos per violentiarum magiſtros vice Comitis poteſtati certis ritibus
Violentiarũ magiſtri. tradunt, ipſi autem violentiarum Magiſtri etſi dignitate minores, poteſtate tamen ferè excedunt alios, nam penes hos ſolos eſt per miniſtros ſuos delinquentes ap- D
prehendere. Iidem violentiarum Magiſtri minora & ſecreta delicta mulctant, ſi quem vero in vincula coniecerint (quod ſuo arbitrio poſſunt & Cenſorum aut Senatus iuſſu facere tenentur) vlteriorem cognitionem Commentarienſium aut carcerum Præfecti & Magiſtratus vſurpant, & ſi ſtudioſi ſint cum libello exceſſuum
Correctio ſtudioſorum Magnifico vniuerſitatis Rectori eos repetenti, traduntur, ſi alij quibus grauior pœna imminet, dantur vice Comiti & Scabinis, ſi minoris pœnæ ſententiam Senatores protulerint, ea rurſum per violentiarum magiſtros executioni mandatur; quia vero Duumviratus Violentiarum, ob moleſtias à pleriſque faſtiditum, officium eſt, nemo id vltra alteram vicem adminiſtrare compellitur. Sunt quoque

A quoque non infimæ dignitatis poteſtatiſque, quatuor querelarum præfecti, vulgo Klag-Herrn, quorum officium eſt omnibus modis conari, orientes inter ciues lites amicabili viâ componere, per quos multi gliſcentes proceſſus vix dum nati, ſedantur. Sunt deindè alia officia quæ certam in Senatu ſeſſionem non habent, vti Commiſſariorum rei militaris, ac Iudicum Fiſcalium; atque prætereà eliguntur tam ex Patribus in Senatu exiſtentibus, quam ſeſſione & magiſtratu iam functis præfecti ferè rebus omnibus; vti macello, foro piſcatorio, vſuræ, monetæ, cereuiſiæ, ligno, ſali, carbonibus, incendijs, ſtratis, arboretis &c. quæ omnia annuatim mutantur ſicut ipſe Senatus: Ad hæc perpetua ſunt officia quatuor virorum annonæ vel rei frumentariæ, & Duumvirorum Præfectorum ſali: Tres ſunt *Præfecti rebus ſingulis.*
B etiam modo Syndici, Viri clariſſimi, eloquentia, eruditione, rerumque vſu illuſtres,

D. GERVINVS à MEINERTSHAGEN I. V. D. & primarius Profeſſor.

D. THEODORVS FRANCKEN SIERSTORFFIVS I. V. D. Profeſſor & Procancellarius almæ Vniuerſitatis.

D. GABRIEL DE BRVIN Iuris Vtriuſque Licentiatus.

& diuerſi Notarij regiſtraturis, ac Cancellariæ Præfecti, ſed maximè duæ præcellentis experientiæ & dexteritatis Viri Secretarij hodie D. SIBERTVS STADEN, *Tribuni plebis.*
C & D. HERMANNVS SCHVLGEN; Singulæ præterea Tribus ſuos habent officiatos, præſertim Tribunum plebis vel Baronem, quem vulgò Banner-Herren appellant, qui tribum conuocandi deque negotijs tribum ſuam concernentibus poteſtatem habeat, & vt tempore belli quisque ſciat ſtationem & munus ſuum, diuiſa eſt vniuerſa Ciuitas in octo Legiones, & hæ pleræque in octo cohortes, quibus omnibus ſumma officia per Senatum; quæ inferiora vexilliferatu ſunt, per electos à Senatu diſtribuuntur. Hoſpitalibus etiam & charitatis officijs Senatus Prouiſores aſſignat, atque tam prouida ſanctaque regiminis Colonienſis harmonia eſt, vt paſſim exteri perſpecta Reipub. formâ apprecentur & acclament *Bellicus ordo.* *Loco pia.*

D MAGNITVDINI VBIORVM VOTVM

Æmula Romanæ res floreat Vbia quantum
Præcellit Tyberim Rhenus amœnus, aquis.

Perſtet ſemper ſalua Reſpublica Agrippinenſis, theatrum Europæ, delitium Imperij, gloria Eccleſiæ, ſacrarium ſanctitatis, ſedes Iuſtitiæ, ſeminarium ſtudiorum, aſylum veritatis, ſcopulus errorum, ara miſericordiæ, refugium exulum, miraculum vrbium: & in tribus coronis ſuis, imo in tribus Regibus ſuis indies magis magisque effloreat.

SYNTAGMA III.

A

Vrbem non ſolum militarem ſed etiam Auguſtam Romanorum Coloniam fuiſſe, deindè ſub Francis Regiam, & poſtremo Archiepiſcopos Imperialium Ornamentorum Auguſtales theſaurarios, minorennium Regum Auguſtales Tutores, Cæſarum Auguſtales Inauguratores, & Pontificios Vicarios, Auguſtiſſimi Imperij Romani, per mille & ſexies centum annorum ſtatum & curſum, variiſque monumentis oſtenditur.

Colonia Socialis.

VBiorum liber populus cum libera Romanorum Republ. in Societatem quondam venit, *Societas* autem *æquatio iuris eſt*, inquit Liuius *lib.*8. Itaque Vbiorũ oppidum eſt liberi Populi, fruentis ijſdem cũ Romana Vrbe iuribus & libertatibus: cuius deinde magnitudinem auguſtiorem reddiditin illud Colonia deducta, vndè ſicuti exteræ Coloniæ Romanæ Vrbis maieſtatem referre gaudebant, ita hæc, Orbis Dominę Vrbis lineamenta veluti matris ſuæ exactè expreſſit: Inter hęc eſt Senatus iuxta formam Romanę Reipublicę conſtitutus ab ipſis Colonię incunabulis, neque id ſolum à maioribus accepta relatio docet, ſed etiam quia ex Scriptoribus conſtat non militarem tantum Coloniam fuiſſe ſed & Auguſtam: *nam ea* (inquit Dion. in Auguſto cap. 12.) *quæ ſacroſancta & in maximo honore ſunt, auguſta eſſe dicuntur* Suetonius *in Auguſto cap.*7. ſimilia habet. Igitur de militari nemo dubitabit, niſi quis fortè non legerit apud Tacitum Auguſtalium rerum Scriptorem: quod veteranorum examen deductum ſit in Vrbem noſtram. Auguſtam vero (quod cognomentum ad exprimendum Imperij Maieſtatem eſt inuentum) oſtendunt, cum veterum Numiſmatum monumentorumque Epigraphæ, Coloniam Clavdiam Agrippinensem Avgvstam, appellantes, veluti hæc in Taciti Annal. 12. Commentarijs Lipſianis ex antiquo lapide

B

Et Auguſta Vrbs.

C

Auguſta dignitas in monumẽtis.

M. MARIO. M. F.
STEL. TITIO RVFINO.
COS
LEG. I. MINER. P. F.
CVR. COL. CLAVD. AVG.
AGRIPPINENSIVM
PROCOS. PROV. SICILIÆ
CVR. AMITERNOR. PRÆF.
TR. PL. Q. PROV. MACEDON
SEVIR. TVRMAR. EQ. ROM.
TRIB. LATICI. LEG. I. ADIVD P.P. IIII. VIRO STLITIBVS IVDIC.

D

Et ſupra portam Deæ Paphiæ literæ —— C. C. A. A. —— explicantur

Colonia,

A Colonia Claudia Agrippinenſis Auguſta.

Tum illud quod Tacitus duo dicat: *Coloniam* nempè *& veteranos deductos*; & ego oſtenſurus ſum in hac ipſa Vrbe multis ſæculis ab origine ſuâ Patritias Nobileſque familias, præſertim quadraginta quinque claſſes Roma in hunc Imperij limitẽ traductas, perſeueraſſe: cauſæ ſuberant, Quia Agrippina in Vbijs nata decreto Senatus aucta erat *cognomento Auguſtæ*, hinc ſocijs Nationibus vim ſuam oſtentare moli batur, deindè vt finitimis barbaris Romani concilij ſimilitudo & ſublimitas eſſet ſuſpecta & venerabilis quæ Tacitus approbare videtur cum ſcribit quod TransRhenanæ gentes *apud ciuitatis opulentiâ auctuque inuiſæ* Concilium *miſſis legatis iuſſerint edi mandata.* His accedunt alia momenta ſi recenſeamus Auguſtos in ea natos &

Propter Agrippinam Auguſta Colonia deducta.

Alia rationes Auguſti nominis.

B creatos. Ipſa imprimis vt dixi Iulia Agrippina Germanici & Agrippinæ F. Druſi & Antoniæ Neptis, vxor Claudij Cæſaris Aug. in hac Vrbe primam lucem aſpexit circa Chriſti nati 17. annum, cuius gratiæ dedit Claudius Imperator cum Romano Senatu, vt Ciuium & veteranorum Colonia huc deduceretur, vt in eâ vrbis Orbis Dominæ æmula forma Reipub. conſtitueretur, & quod dixi, inſinuaturus ſum lib. 2. Syntagmate ſexto integras Nobilium legiones plurimaque millia equeſtrium familiarium, ex ter quindecim ſiue quadraginta quinque Romanis tribubus deducta tunc & ſeminata in Vbijs. Hinc Coloniæ ſequentibus temporibus Natalis Imperatoris Claudij Kalendis ſextilibus, & Natalis Iuliæ Agrippinæ Iunonijs ludis Senatus decreto celebres manſerunt: quod Cl. Stephanus Broelmannus aſſe-

Anno Chriſti 17.

Anno Chriſti 55.

C rit in dedicatoria Epidigmatis, & ſimile quid obſeruo ex Cl. Iuſti Lipſij Commentarijs ad decimumtertium librum Annalium Cornelij Taciti, ad illa enim verba Taciti *Q. Voluſio P. Scipione Coſſ. otium foris &c.* profert Lipſius lapidem ſic inſcriptũ.

Q. VOLVSIO SATVRNINO
P. CORNELIO SCIP. COS
AVGVSTALES
QVI NERONI CLAVDIO
CÆS. AVGVST. ET
AGRIPPINÆ AVGVSTÆ
I. O. M. ET GENIO COLONIÆ
LVDOS FECERVNI: XIII. XII. K. MART.

D Cæsâ tamen à Filio Agrippinâ *C. Vipſanio L. Fonteo Capitone Coſſ.* Anno Vrbis C. 812. Senatus decreto *Dies natalis Agrippinæ inter nefaſtos eſt relatus*, teſte Tacito lib. 14. Annal. Sed Colonia Ciuitas ſocialis libera, ſuo vtens iure, eius diei celebritatẽ retinuit.

Circa annum verò Chriſti 70. cum ſe Otto Imperator ſua interemiſſet manu, Vitellius Imperator alium non exiſtimauit auguſtiorem locum quam Vrbem hanc noſtram, in qua interempti Tyranni ſpolium, paricidalem pugionem Martis Gradiui ſtatuæ appenderet. Ipſe Vitellius Coloniæ Imperator ſalutatus ex Prætorio Colonienſi ab exercitu ſubito raptus, Auguſtali pompa per celebriores Vrbis vicos circumferri voluit, exertâ dextrâ ſtringens victorioſum Cai Iulij Cæſaris gladium

Anno Chriſti 70.

detractum clariſſimo Martis delubro. Vitellio Cæſo quid Auguſtæ libertatis Co- A
4 lonia Agrippinenſis habuerit, declarat Senatus Legatis Tencterorum, cum ſe profitentur Vbij *vectigal & onera commerciorum reſoluiſſe id eſt abrupiſſe*. vide Tacitum *lib.4.hiſtor.*

Anno 100. Sub ſæcularem Chriſti nati annum Nerua Cocceius Imperator, pertæſus in prouecta ætate pericula ex Imperio obuenientia, Vlpium Traianum Legatum apud Vbios exercitus Præfectum & Prouincias adminiſtrantem adoptauit, eumque Senatu probante collegã & ſucceſſorem deſignauit, miſſo ad eum Hadriano Legato, à quo ibidem Traianus nuntium Imperij accepit, exercitu Imperatorem nouum acclamante & feſtis cæremonijs honorante. Sextus Aurelius Victor inſinuat hæc acta apud *Agrippinam Nobilem Galliæ Coloniam*, quæ verba interpretanda ve- B
niunt: apud Coloniam Patritiam, Equeſtrem, & Auguſtam: Porro Hadrianus Conſobrinæ Traiani filius, in Vbios vt dixi delati nuntij præmium retulit ſanè amplum, nimirum adoptionem & in Imperio ſucceſſionem. Ipſe verò, & Antoninus

Auguſta ædificia Coloniæ. auguſtiſſimas Coloniæ thermas ædificarunt, quod ex vetuſtate eruunt Viri clariſſimi, & monumento oſtendam libro ſecundo de Gente Aquæ ductia agens: Atque horum Principum Imperio ea fuit gloria Agrippinenſis Coloniæ, vt Sidonius Apollinaris non immerito in Panegirico Auiti dicere potuerit

——— ——— *Formidata Sicambris*

Agrippina fuit ——— ———

Anno 263. Sub anno Chriſti 263. Cornelius Soloninus Cæſar Gallieni filius Coloniæ Agrippinæ imperio & eius limiti ad timorem & fidem Galliarum præſedit, & quis decet C
ſine Senatu aut curia? eo deinde cæſo Poſthumus Coloniæ purpuram ſumpſit, inque oppugnando æmulo Lolliano apud Moguntiam ab exercitu ſeditione militari perijt. Inde Victorinus Poſthumi aduerſus Gallienum aſſumptus collega rerum ſummam Coloniæ adijt, *cui nemo veterum Principum anteferendus* teſte Iulio Ateriano, *non virtute Traianus, non Antonius clementia, non grauitate Nerua, non in gubernando ærario Veſpaſianus, non in cenſura totius vitæ ac ſeueritate militari Pertinax & Seuerus*; Tam Auguſto regimine gubernabatur in ſumma Romani Imperij perturbatione Colonia Agrippina, niſi idem Princeps Victorinus luxuriæ & alieni coniugij violationibus addictus fuiſſet, quare etiam Coloniæ inſidijs Attitiani interijt, & eadem hora Cæſar nuncupatus Victorinus Iunior quoque à militibus cæſus eſt D
Coloniæ, quorum tale Epitaphium.

Hic duo Victorini Tyranni ſiti ſunt.

Anno 269. Anno Chriſti 269. inuaſit mox imperium Marius faber Ferrarius, eoque intra triduum cæſo, à Caſtrorum Matre Victorina Vbiã Tyrãnorum matre & auia, Tetricus eius affinis ad ſceptram allectus, donec poſt euentus varios ab Aureliano multiplici honore affectus, ipſe & filius Imperialẽ dignitatem poſuerunt. Adeo erat hiſce temporibus adeundi, & regendi, deferendique Imperij commune theatrum apud Vbiorum Auguſtam Vrbem; neque verò Vrbem hanc ab ea gloria deiecerunt,

pertur-

A perturbatiſſima XXX Tyrannorum tempora, & Francorum Alemannorumque infida vicinitas & metuendæ inſidiæ; ſiquidem Proculus ac Bonoſus inter ipſos triginta tyrannos Imperatores Auguſtam ſedem vna cum curia Coloniæ ſub annum Chriſti 271. continuè perduraſſe euincunt, quod ipſum Maximianus Diocletiani in Imperio collega primo contra Bagaudos, deinde Carauſium Menapiæ ciuem bella gerens quoque euincit, qui Francos in leges Rom. recipiens Coloniæ frequentius hæſit, ibidem præſedit Aurelius ſextus Præfectus qui Martis delubrum vetuſtate collapſum reſtaurauit. De Conſtantino M. qui tertiò ſæculo elabente effloreſcere, quarto imperare cæpit & victos Bructeros apud nos in theatro anno Chriſti 309. ad pœnas ſpectaculo dedit, dubitare nefas eſt, ei qui reſcripta ab *Anno 271.* *Anno 286.* *Anno 296.* *Anno 308.*

B eo Coloniæ edita fuiſſe meminerit, & Diuitenſes milites in caſtro trans Rhenum collocatos audierit, & ponte lapideo Rhenum ab eo ſtratum ſciuerit, & Maternū II. Vbiorum Antiſtitem adhibitu[illegible] iudicando ſchiſmate Africanorum legerit. *Anno 312.*

Medio ferè ſuper hoc ſæculo elapſo, Siluanus Bonitius genere Francicus vir excellentiſſimus, Coloniæ imperium ſumpſit, Regiamque habuit, in qua à ſubmiſſis percuſſoribus, ſummo manè Chriſtiani ritus ſacra aditurus cæſus eſt, teſte Ammiano Marcellino cædis cooperatore.

Anno Chriſti 356. Iulianus Apoſtata Cæſar (vti belli Dux Conſtantij contra quem quadriennio poſt imperium arripuit) *vaſtatam nuper à Francis* ampli nominis Vrbem Agrippinam *ingreſſus, recepta vrbe munitiſſimâ, non ante motus eſt indè,* *Anno 356.*

C *quam Francorum Regibus furore miteſcente perterritis, pacem Reſpub. firmaret interim profuturam.* Tunc Agrippinæ Coloniæ munimenta reparata oſtendit Broelmannus *MSS. in Ephesſijs lib. 15. Cap. 1.* & cum Iuliano Chriſtianum ſe ſimulante B. Seuerinum congreſſum dictat temporis ratio.

Anno 364. Valentinianus in Gallias Coloniam veniens, communito limiti non vno anno præſedit aut Præſides reliquit, præſertim anno 363. *quo poſt Calendas Ianuarij Alemanni Rheno glacie peruio incurrerant Galliam, cæſis Carietto Comite & Seueriano itidem Comite inualido & longæuo, qui apud Coloniam* (ſic lego pro Calidona *apud Amm. Marcellinum lib. 27.* licet aliqui Keldenich pagum Colonienſem ſuſpicentur) *Diuitenſibus* id eſt Tuitienſibus) *& Tungrianis* (id eſt cis Rhenano præſidio) *præerant,* *Anno 364.* *Anno 363.*

D *qui tranſiniſſo celeriter ponte ſigna & vexilla amiſerunt.*

Anno 388 Francis Germaniam irrumpentibus, Nannius & Quintinus militares magiſtri, quibus infantiam filij (Victoris) & defenſionem Galliarum Maximus commiſerat, collecto exercitu apud Agrippinam conuenêre. Greg. Turon. ex Sulpitij Alexandro *lib. 2. cap. 9.* *Anno 388.*

Anno 392. Arbogaſtes Francus per pontem Agrippinenſem exercitum ducens, Francorum Regulos gentilibus odijs inſectans inuaſit. *Anno 392.*

Anno 430. Agrippina Francorum Regia ſedes hoſtibus plena erat, teſte Saluiano. Anno 457. Franci eiecto Childerico Ægidium Magiſtrum militum, recenter à Romanis, Auito mortuo, in Gallias miſſum, ſibi adſciuerunt Regem; hic Au- *Anno 430* *Anno 457.*

guſtam ſedem Coloniȩ eligit, octennio illic imperans & communiens vrbẽ: ſed circa annum 466. reuocato Childerico, iam tertio capta à Francis Coloniâ, illorum fere Regia continuo fuit. & Sigebertus quẽ Broelmannus *lib. 2. Epheſtiorum cap. 5.* Ducalẽ appellat, cum filio Cloderico Palatium Coloniæ inhabitauit. Quibus Vbiorum Regibus cæſis, illo per filiũ. hoc per Clodoueum magnũ, anno Chriſti 508. reliquo Frãcorum Regno acceſſit & Clodoueus clypeo impoſitus Rex Coloniæ proclamatus eſt, Clodoueo autem anno Chriſti 511. mortuo. & partitis regionibus inter quatuor filios, nouo Auſtraſiæ regno exorto, caput & Metropolis regni Auſtraſiæ Colonia Agrippina, manſit ſub Theodorico primogenito. *Anno 466. vide Gregor. Turonen. lib. 2.* *Anno 508.* *Anno 511.*

Anno 531. Anno Chriſti circiter 531. Iuſtinianus Cæſar ad conſeruandam Coloniæ Auguſtalem gloriam & libertatem, vniuerſo legum corpori iuſſit inſcribi Colonienſes in Germaniâ iuris Italici hoc eſt liberos à tributo eſſe.

Anno 534. *Anno 547.* *Anno 554.* Theodorico demũ anno 534. defuncto, Auſtraſiæ Regni hæreditas ad Theodobertum F. deuoluta eſt, & anno 547. ad Theodoualdũ ex Theodoberto filio Theodorici nepotẽ, Clodouci abnepotem. Mortuo Theobaldo ſub annũ 554. eius Patruus Magnus, Aui Theodorici frater, Clodouei abaui Filius Clotharius Auſtraſiæ regnũ occupauit, cuius Clotarij vel Lotharij (anno 562) ex quatuor filijs ſuccedentibus, Auſtraſiæ noſtræ regnum Sygeberto obuenit. *Greg Turon. lib. 4.* qui anno 575. Childebertum filium ſucceſſorem reliquit, quo anno 596. vita functo in Burgundia filius Theodoricus ſucceſſit; Auſtraſiam filius natu ſenior Theodebertus obtinuit, Coloniã regni Metropolim habens; vbi vita & regno ſpoliatus eſt anno 61[illegible]. à Theodorico Germano. & hic Coloniæ in Diui Gereonis Baſilica Procerum comitijs indictis, accepto fidelitatis Sacramento, regnum inijt; quod cum vita paulo poſt deſerens, Clothario patrueli dimiſit; qui viuus filiũ Dagobertum circa ann. 623. Auſtraſijs noſtris Regẽ dedit; & ne dubites de Metropoleos in Auſtraſia dignitate & prærogatiua, aduertito huius filiũ Sygebertum, regniq́, adminiſtrationẽ in S. Cuniberti Vbiorum præſulis arbitratu & manu fuiſſe; ſicut cum defuncto Sigeberto Regum authoritas vileſceret, & poteſtas atque dominium pȩnes eos. reſideret Palatinos, qui Maiores domus vocabantur, ijdem vt plurimũ Coloniæ reſiderunt & Duces Agrippinenſes erant; ex quibus Pipinus Caroli Martelli filius, Zachariæ Pontificis authoritate anno 752. à Stirpe Merouca abripiens regium nomen, primus factus eſt ex Ducibus Agrippinenſibus Francorũ Rex: & eius Succeſſor Filius Carolus Magnus imperiale diadema Pontificis Maximi gratia adiecit; Regiam verò ſedem, vti & filij, ac Nepotes, in Auſtraſia, Coloniæ & Aquisgrani habuerunt; prouinciaq́; in Nepote ex filio Ludouico Cȩſare, ob tripartitã inter liberos diuiſionẽ, Auſtraſiȩ regni nomẽ in Lotharingiæ mutauit; ſed illius Archipolis & quaſi gẽma coronȩ Colonia mãſit. *Anno 575.* *Anno 596.* *Anno 612.* *Anno 623.* *Anno 654.* *Anno 700.* *Anno 752.* *Metropolis Lotharing.*

Translato indè in Saxones imperio poſt extinctã Caroli M. maſculinam lineam, Lotharingiæ prouinciæ dominiũ ab Ottone primo cæſare cõceſſum fuit fratri eius Brunoni magno Colonienſi Archiepiſcopo, cuius etiã ſucceſſoribus hodie ſedes maioratus domus regiæ, inferior Lotharingiȩ pars ſecundũ Rhenũ ſubeſt, & diœceſios

Colonien-

A Colonienſis Principatus vocatur à Metropoli Colonia, illique extinctis Ottonibus Electoralis dignitas acceſſit; vndè nunc omne id à Lotharico regno abſciſſum territorium, Electoralem principatum dicimus, cui eo tempore deficiente hæreditariâ ſucceſſione Cæſarum auguſtiſſima dignitas Electoralis inhæſit; neque ea poſtrema, quia & inter primitiuos Electores excelluit (dum Treuirenſis poſt concilium Lugdunenſe ſurrogatur Saliſburgenſi;) & Auguſtaliū ornamentorum præ cæteris cuſtos & Theſaurarius eſt Auguſtiſſimus ſēper Elector Colonienſis, ex quo enim non extabat Princeps hæres imperialium inſignium, illorum cuſtodia Colonienſi inter Principes Electores obuenit, quæ cum B. Heribertus ſibi arrogaret, & S. Henricus Cæſar eadem ſanguinis iure obtenderet; inter vtrumque ſanctum diſcordiæ ſunt exortæ, ſed potius fuit Agripinatis ius, vnde in Regia ſuæ Archidiœceſios ſede, &
B oppido Aquiſgranenſi ornamenta Cæſarea hodie etiam conſeruantur, quin præter alia priuilegia, ab Innocentio quarto indultum eſt Conrado Colonienſi Archiepiſcopo eiuſque ſucceſſoribus, vt nulla Regum coronatio cenſeatur valida niſi Aquiſgrani ab Archiepiſcopis Colonienſibus adminiſtrata. Et cui potius Auguſtalium ornamentorum cuſtodia & elargitio vſuſque committerentur quam Archiepiſcopo Colonienſi, in quem ditio & ſedes Maioratus domus ac proindè meritò dignitas translatæ ſunt, quique à multis annis poſſidet vt ipſe ſit Auguſtalis Tutor & Educator minorennium Regum & Imperij Vicarius? Ita Sigebertus Rex S. Cuniberto inſtruendus dabatur; B. Bruno Ottonem ſecundum educabat; Tertius
C Otto teſte Dethmaro Epiſcopo Merſburgenſi *lib* 3 Warini Colonienſis Archiepiſcopi firmæ fidei committebatur, & S. Anno vt ius tutelæ regiæ à maioribus & anteceſſoribus ſuis ſæpius adminiſtratum tueretur, auguſtalem Henrici impuberis Cæſaris ſuſcepit curam, ipſumque Henricum ex Agnetis matris cuſtodia abſtractum, vna cum ſacra Lancea alijſque imperialibus inſignijs ſecum Coloniam abduxit vndè Adamus Bremenſis Sanctum Annonem Imperij Conſulem appellat. A. Beati Annonis ætate alterum ferè ſæculum fluxit quo impuberem electum Cæſarem non habuit Imperium, vſque ad tempus B. Engelberti Archiepiſcopi Colonienſis, cui Fridericus II. minorennem filium & Regni trans Alpes adminiſtrationem commiſit; vnde Imperij Tutor & Vicarius appellabatur; quæ dignitas vicaria
D Auguſtalis etiam per manus traditionem apud Colonienſem cathedram continuatur, vti conſtat ex hiſtorijs Sanctorum Cuniberti, Agilolphi, Brunonis, Annonis, & iam dicti Engelberti, nec id ſanctitati ſolum tributum eſt, cum & alijs indultum ſit Epiſcopis qui inter diuos relati non ſunt, ſic apud Piſtorium *tom. I. Rer. Germanicar.* in hiſtoria Landtgrauiæ Thuringiæ *cap.* 15. Sub annum 1070. Sigeuuinus Archiepiſcopus S. Annonis Succeſſor Vicarius Regis Henrici dicitur, ſic Lotharij Hermannus III. Sic an. c. 1190. à Friderico Imperatore in Syriam contra Saladinum profecto, Philippus Archiep. colonienſis conſtituitur Coadiutor Henrici filij. Et chronicon Sclauorum à Meribomio editum teſtatur ſub annum 1260. Richardum ex Anglia ad Imperij faſtigium euectum, domum redeuntem commiſiſſe regalium inueſtituram

Electoratus Colonienſis.

Colonienſis auguſtalis Theſaurarius.

Auguſtalis inaugurator Colonienſis.

Colonienſis Auguſtalis Tutor Regiorum pupillorum.

S. Anno Auguſtalis conſul.

Henricus enim V. Henrici Cæſaris filius maiorennis fuit, & occupatis à Patre Colonia, Bonna, Iuliaco, Leodio, Fridericus Archiepiſcopus Colonienſis rebus perturbatis abſtinuit. Hinc Bruno Treuirenſis Vicedominus Imperij dicebatur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EM. 3

turam & elargitionem Archiepiſcopo Colonienſi quæ ab vrbe Colonienſi conditâ repetita ſatis ſuperque demonſtrant, quacunque Prouinciæ & Reipublicæ mutatione intercedẽte, Metropoliticum, Capitale, & Auguſtum decus apud Vbios reſediſſe, nec vnquam non excelluiſſe Vbiorum Archipolim vti iucundam ſitu, fluuio negotioſam, amplitudine præcellentem; ita ciuibus nobilem, Regalibus imperialibuſque libertatibus inclutam, fide claram, gloria ſublimem, &c. Alias Vrbis excellentias non-antiquas exprimunt inſcriptiones Mœniani Senatorij quas vide lib. 3. in deſcriptione ſenatorij Sacelli dicti B. M. V. in Hieruſalem. A

SYNTAGMA IV. B

Exhibens Initia Baſilicarum Colonienſium, quando, qua occaſione, per quem conſtructa & dedicata, qua figura, &c.

Primo & ſecundo ſæculo Chriſtiano, initia & vſus eccleſiarũ.

IDem Religionis, templorumque initium eſt tum inter alias gentes, tum inter Chriſtianos, quibus prima ara Chriſto celebrante & ſacerdotes ordinante fuit lapidea, more Orientalium in triclineo compoſita menſa. Et ne alio euager breuis ſcriptor in ampliſſima materia; ſcire oportet, Materno I. quarundam in Vbijs adſcribi Eccleſiarum ſuburbicariarum conſtructionem; dixi ſuburbicariarum neque enim Gentiles permittebant cuiquam aditum intra vrbes ſuas, niſi adoratis in porta Deaſtris, ac oblato apud Deos Romanos thure pro ſalute Principis & Reipublicæ; poſtea tamen vbi auctus eſt Chriſtianorũ numerus, intra Agrippinenſem Coloniam ſancta fides & Maternus recepti ſunt: à quo etiã credimus conditam Metropolitanam Baſilicam eo loci vbi nunc S. Cæciliæ parthenon eſt. Neque tamen tantas mole atque hodie ſunt, eccleſias fuiſſe volo credi, ſed priuatas ædes & aulas ſecreta cæremonia conuerſas in vſum *celebrandi dominicum*, vti eſt apud S. Cyprianum & acta martyrum, adhæc dicendi diuinas laudes vti eſt apud Plinium ſecundum gentilẽ, qui pro ſuo captu *lib. 10. epiſtola 97. de* Chriſtianis ait, *ſolent ſtato die ante lucẽ conuenire carmenq; Chriſto quaſi Deo dicere*(ecce in eccleſijs alterna recitatio Officij diuini) *ſeque Sacramẽto nõ in ſcelus aliquod obſtringere ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum appellati abnegarent. quibus peractis morem ſibi diſcedendi fuiſſe* (ecce doctrinæ Chriſtianæ & decalogi explicationem. cui ſubnectit Plinius Euchariſtiæ in eccleſijs vſum dicens) *rurſuſque coeundi ad capiendum cibum, promiſcuum tamen & innoxium.* Ita Plinius. Atque eum ad morem conſtat Romæ Prudentis Senatoris, qui S. Petri diſcipulus fuit, domum in eccleſiam ad ſacra obeunda eſſe mutatam, præfixo titulo Paſtoris ouiculam perditam reportantis, qua forma Chriſtum primis temporibus pingi conſtat ex Roma ſubterranea, & Baronius indicat in Annalibus anno 57. Eodem modo Coloniæ factum eſſe colligimus ex forma ſtructuraque primitiuarum Parochialium quæ etiamnum in arcto, inter ciuium ædes, lineamenta priuatarum habitationum referunt ſitu & cubica figura

Forma eccleſiarum.

C D

A figura. Erant tamen ædes huiuſmodi ſacræ ſplendidæ & interdum in ſuperiore domus contignatione;nam apud Lucianum *in Philopat.* qualis hoc ipſo tempore eſſet cultus rerum noſtrarum,quantumlibet perſecutio, vndique vigeret,idem Auctor, licet aliud agens penicillo quodam figurare videtur,nec adeo ob curè, vt non liceat velut per rimulas quaſdam rem ipſam aliqua ex parte cognoſcere : Critiam enim quendam introducit, qui cum ab aliquo fidelium perſuaderetur fieri Chriſtianus, ab eodem vbi Chriſtianorum conuentus ageretur eſt deductus, quem quidem locum his verbis deſcribit: *Pertranſiuimus,*inquit,*ferreas portas & area limina, multiſque iam ſuperatis ſcalis in domum aurato faſtigio inſignem aſcendimus, qualem Homerus Menelai fingit eſſe:atque ipſe quidem omnia illa contemplabar, quæ inſularis ille adoleſcens, video autem non Helenam ſed me Herculè viros in faciem inclinatos & palleſcentes,&c.* Hæc forma B templorum primi & ſecundi ſæculi Chriſtiani. quin & ſequentium ſæculorum ſub Impp.tyrannis de quibus etſi ſingularia pro noſtra Colonia edere nequeam, communia ſufficere iudicabit,qui nouit communia & peruulgata non ſolere literis tradi:vnum tamen tertio ſub ſæculo obſeruo ſingularius, videlicet; quod ſub Alexandro Mammeæ filio,ſi non toto,tamen ſemi. Chriſtiano Cæſare,intra Coloniam,in vico ſtellarum, Diua Vrſula in priuata domo hoſpitioque ſacris locum aptaſſe traditur;& in ſuburbano colliculo vel crepidine Grijbergh ad molem Aquiliam, fama eſt,Beatam Sigillindem incoluiſſe Ædiculam Chriſtiani ritus : Ad hæc cæſo apud Viceliam ſeu Weſaliam Alexandro Imperatore , & ſubinde Româ reuertentibus Diua Vrſula ſociabuſque pro fide & caſtitate cæſis. Anno Chriſti 237. Aquilinum C quartum Vbiorum Antiſtitem, & Linoldum Archidiaconum , atque Clematium Patritium Vbio-Romanum , hiſce beatis Martyribus Virginibus in Clematiorum hæreditario fundo extruxiſſe eccleſiam,formâ magnificâ templorum aut priuatarum ædium in medio relinquo ; erat ſanè iam auctior Chriſtianorum numerus, vt magnificentiam audere potuerint; & auſi ſint, quantum conſpicimus ex glorioſis ſarcophagis & muro Aquilini Antiſtitis opera ducto circa campum agonis Vrſulani, quin paulo poſt ſub Maximiano Herculeo magnificè Thæbeos milites ſericis veſtibus inuolutos & aureis armis ac crucibus appoſitis,cum ceſpitibus cruore irrigatis humò condi potuiſſe , magnificentiam Chriſtianorum ſatis ſi alia deeſſent, Coloniæ declararet.

Baronius An. 57. nu. 101.

Tertio ſæculo eccleſia.

An. 237.

D Fulgentiſſima tamen templorum exædificatio in Vbijs primum quarto ſæculo Diuæ Helenæ Templorum Matri adſcribenda eſt , de qua quæ comperta habeo paucis expedire conabor.Studebat Helena Mariti ſui Conſtantij Cæſaris vitam expiare,tum alijs cauſis infectam,tum ob ſanguinem ipſo diſſimulante ſæpè profuſum à Collegis Imperij; quod cum ageret, erat in Vbiorum Prouinciâ ſanguine recenti Thæbeorum madente , quem etiam locum matris exemplo Conſtantinus à patris morte , vt plurimum ob Francos ex Hollandiæ ac Weſtphaliæ terris in Imperij finem, grauem irruptionem molientes, frequentauit: Neque me ab hac ſententia pluſquam Baronium auertit vel moratur eorum ſuſpicio , qui Helenam tunc pri-

Quarto ſæculo ampliſſima eccleſia

Excurſus in rariores res Colonienſes.

Baron. an. 313. nu. 12.

primum Chriſto acceſſiſſe opinantur, quando filius eius eſt Romæ baptizatus: ſi quidem multa ſint quæ aliter credi ſuadeant: Porro quo ordine in Vbijs geſta ſint ad pietatem ſpectantia, à Conſtantino & Helena, facilius ac clarius intelligetur ex breui quodam quaſi hodæporico eius, quod ex varijs A A. & monumentis exceptum ſubiungo. A

Conſtantinus M. Colonia.

Ad morientem Conſtantium patrem Conſtantinus Magnus, in extremis conſtitutum, magnis & concitatis itineribus aduolans, ab Eroco Alemannorum Rege atque exercitu purpura indutus, proclamatus eſt Imperij hæres. Vbi more Chriſtiano Patri, teſte Euſebio, funeralia impenſa, mox Coloniam feſtinauit, traiectoque Rheno Francorum Reges * Aſcaricum & Gaiſuum vicit, cœpit, occidit; Hæc ſub annum Chriſti 306. & 307. geſta. B

** Alijs Aſacarus dicitur.*

Geſta Conſtantini M. in Vbiis.

Anno verò 308. denuo apud Vbios velociſſimâ expeditione traiecit in Bructeros, eoſque oppreſſit; indè cis Rhenum redijt, vbi in theatro. *Puberes, qui in manus venerunt, quorum nec perfidia apta erat militiæ, nec ferocia ſeruituti, ad pœnas ſpectaculo dati ſæuientes beſtias multitudine fatigarunt*, teſte Ethnico Oratore in panegyrico. Ex eodemque colligitur Conſtantinum hiſce temporibus Rhenum ſtrauiſſe immani ponte, tam ad gloriam Imperij & ornatum limitis, quam ad continendas in metu gentes Francorum, qui dum ſtrueretur, in exordio ſuo ter hoſtium mouit obſequia, vt pacem ſupplices peterent, nobiliſſimos obſides offerendo, caſtellum etiam adiectum Diuitenſe ad tutandum pontem in aduerſa Coloniæ ripa, quę tunc Francorum erat, & veteri tabula monſtrante, Francica dicebatur. Hæc opera, & gentes perpetuò turbidæ & iniquitatæ, Conſtantinum ferè in Imperij limite detinuerunt Coloniæ, Noueſij, Veteribus, & apud Vbiorum aram: Cumque ad comprimendum apud Maſſilienſes Maximianum Herculeum raptis armis à Rheno & portis Colonienſibus Ararim verſus (teſte Oratore Belga) properaret, ſine vlla requie exercitus, ad victoriam excurrens, coniuratæ rurſum cum alijs trans Rhenum Bructeris, Cheruſcis, Chamauis, &c. gentes, à Conſtantino velociter etiam diſſimulato Principis habitu remeante, iterum expugnari debuerunt. Hoc verò bello vix depugnato graues afferuntur de Maxentij tyrannide querelæ ab vrbe & Prouincijs Prætorio Italiæ annexis: Igitur meditanti defixoque in cogitationem apparatus contra Maxentium Conſtantino, mox auxiliaturi accinguntur Sancti, (ſine dubio noſtrates Thæbei & Britanna ſocietas per Helenam culti, dicam Nazarij Panegyriſtæ Ethnici oratione, qui totam prouinciam Galliarum laudat teſtem. *In ore*, inquit, *eſt omnium Galliarum, exercitus viſos, qui ſe diuinitus miſſos præſeferebant. Et quamuis cæleſtia ſub oculis hominum venire non ſoleant quod craſſam & caligantem aciem ſimplex & inconcreta ſubſtantia naturæ tenuis illudat; illi tamen auxiliatores tui (Conſtantine) aſpici audirique patientes vbi meritum tuum teſtificati ſunt, mortalis viſus contagium refugerunt: ſed quanam illa fuiſſe dicitur ſpecies qui vigor corporum, quæ amplitudo membrorum, quæ alacritas voluntatum flagrabant verendum neſcio quid vmbones coruſci, & cæleſtium armorum Lux terribilis ardebat: tales enim venerunt vt tui crederentur, hæc eorum ſermocinatio,* C D

Beneuole Lector hic attende incunabula libertatis fidei Chriſtianæ in Vbijs ortæ.

Videntur SS Thæbei pro Conſtantino.

Alij legunt. Vmbone coruſci.

hoc


A *hoc inter audientes ferebant. Conſtantinum petimus, Conſtantino imus auxilio: habent profecto & Diuina iactantiam, & cœleſtia quoq; tangit ambitio, illi cœlo lapſi, illi diuinitus miſsi, gloriabantur quod tibi militabant, ducebat hos credo Conſtantius, qui terrarum triumphis altiori tibi ceſſerat, diuinas expeditiones tam diuinus agitabat.* Hæc Orator Ethnicus. Inter monumentorum Chriſtianorum defectus & clades, ſi enim à fidelibus ſcripta extarent, quæ nunc ex nubilis gentilium monumentorum indicijs eruderare compellimur, legeremus credo in ſacra cælitum expeditione Gereonem, Gregorium Maurum. Conſtantium Thebæum, Ætherenm, Valeriumq; Britannos, & alios Vbiorum Martyres milites, quos Coloniæ tunc Mater Eccleſiarum Helena, & Con-
B ſtantia virgo eiuſdem filia (poſtea Licino nupta & vti volunt ſcriptores aliqui, hæreſi demum infecta) tum Maternus ſecundus cum Agrippinenſi populo honorabant: Optatianus Porphyrius Chriſtianus ſcriptor quem Beda Paganum iudicat, adſtipulari videtur huic meæ opinioni, ante annos mille trecétos, cum obſcurè tortis vt cauſa Acroſtichorum ſolet carminibus, triſtia fata canit Francis in vlteriore ripa ſitis, eaque ex Rhodano Rhenoque, cædis Thebææ nempe locis adforc ominatur, ſic enim canit num. xv.

Qui enim alij fuiſſent iſti cælites viſi niſi Chriſtiani & maxime Vbij Martyres & Patroni?

Probatur eadem Viſio Martyrum Vbiorum.

Sed Chriſti in fortia vires
Non dubiæ, ripa Rhenum Rhodanumque tueri.
Vlteriore, parant & Francis triſtia iura.

Talibus igitur auſpicijs nimirum cæleſti Diuorum ductu, igniculus gratiæ in Cō-
C ſtantini animo pridem afflatu S. Matris ſuccenſus, ſenſim creuit in flammam latè lucentem, aduerſus caligantem Romæ ductore Maxentio ſuperſtitionem, aduerſus cuius præſtigias ſe numinis veri cultu in Colonienſi Diœceſi armauit, grandi ad victoriam momento, & ad poſteritatem exemplo, tum illuſtri gloria diœceſis illius, quæ vt FIDELIS FILIA, Romæ matri confligtanti adeo ſeparatum & fœlix ſubſidium ſubmiſit; Hinc enim caſtra Conſtantini in Maxentium & totam gentilitatem opprimendam moueri cæperūt, & quæ in procinctu Aquilę ductabant, paucis millibus paſſuū confectis, Chriſtiana apparuerunt. Nam quinto nonas Maij procedens cum exercitu apud Aram flu-
D men Colonienſis agri, claro cęlo Crucis ſignū ipſe Imperator omneſque milites, ſuper eum locū vbi nunc Sinſigh ſitum eſt, veteris facti, nomine ſuo memoriam ſeruans, aſpiciunt ſiderijs literis circūlucentibus IN HOC VINCES, Omitto cætera ex Euſebio nota. Illud neceſſario ex patrijs monumentis ſuggerendum: quod Helena in omnē pietatem propenſa, ad conteſtandam memoriā prodigiorum cęlitus filio monſtratorum, eccleſias diuerſas in confluentibus Rheni & Aræ ad aureū



Crux in Sinzeich viſa.

Gloria & triumphus fidei Chriſtianæ cœpit in Vbijs.

Crux in Sin-zeicha viſa.

S. Helena in Sinzeiche ædificauit eccleſias.

milliare ſupra Regiomagum extruxerit, aliquas in forma Sancti ſigni Crucis & Clauorum, vnam in honorem SS. Mauritij & Thebæorum quaſi nouas Vbiorum Aras ad abolendum GENTILIS VBIORVM ARÆ memoriam. inde Fluuius Aræ nomen induit, quem dicunt appellatum Obrincæ vocabulo. Porro fidem perſuaſioni faciunt via militaris Romana, & inſignis agri Sinſigenſis facies ſitúſque opportuniſſimus ſtatiuis, monumentis ſub terra defoſſis ad noſtra tempora locuples Conſtantinũ vero *ex redactis in poteſtatem Barbaris & Germanis & alijs Celticis nationibus, itemq̃;* de Britannia *coactis duxiſſe copias*, EX INFERIORIBVS RHENI PARTIBVS teſtatur gentilis orator in panegyrico ſecũdo poſt Victoriam Conſtantini: *Rhenum* inquit, *tu quidem toto limite diſpoſitis exercitibus tutum reliqueras &c. nobis Belgis* & paulo poſt *Et quid opus erat ipſi Rheno tot militibus & claſſibus? quem iam quidem barbaris nationibus* (Francis) *Virtutis tuæ terror obſtruxerat.* Denique idem Seguſienſes Alpini populi docent apud Nazarium Oratorẽ, qui hæc de ipſis perorat, *non credentes illi quidẽ (vt audio) te Conſtantine ipſum adeſſe: Quis enim crederet tam cito à* RHENO *ad Alpes Imperatorem cum exercitu* prouolaſſe: Adeo cuncta conſpirant, tempora, Strata regia, locorum menſuræ, & monumenta etiam eccleſiarum ab Helena extructarum Extât Sinſigij cliuus & campus IN HELENÆO dicti, extat ibidem porta Vrbis à SANCTA HELENA appellata: vt omittam eccleſias binas iam ante memoratas, vnam ad Crucis Chriſti & clauorum figuram, ex qua Cleri collegium ad Aquiſgranenſem Caroli Magni baſilicam eſt trãſlatum. alteram Thebæorum martyrum qui ſe ductores Conſtantinianæ expeditionis exhibuerunt, vtraque referta Reliquijs, ſed quod maximum affert momentum, iuſta eſt diſtantia à ponte & vrbe Agrippinenſium. ſeptem enim vel octo horarum ſpatium eſt, vbi Conſtantinus claro cælo crucis oſtentum, & ſecuta noctis quiete imaginem labari cælitus oſtenſa conſpexit. Euſebium audiamus *Cum iam ſol* inquit ex ore Conſtantini *ad medium cælum aſcendiſſet, die in pomeridianum tempus paululum inclinante, dixit ſe ſignum crucis ex lucis ſplendore figuratum, in ipſo cælo ſoli imminens, manifeſto oculis aſpexiſſe, in eoq; conſcriptionem conſignatam quæ hæc verba complectebatur.* IN HOC VINCE *admiratio ingens ipſum & totum exercitum qui eum quopiam iter facientẽ comitabatur, atque adeo huius prodigij ſpectator factus erat, inceſſit: ſed dubitatione admodum intra ſe diſtrahi quidnam oſtentum illud ſibi vellet; aſſeruit, atque eum diu multumque de eo cogitantem oppreſſit nox, ibi ei dormienti Chriſtum Dei, cum ſigno in cælo monſtrato viſum eſſe, præcepiſſeque vt exemplari ad imitationem illius ſigni. quod in cælo apparuerat. fabricato. eo tanquam præſidio in prælijs cum hoſtibus committẽdis vteretur.* Hæc ſtrictim Euſebius Arrianus quidẽ. ſed in ſchola Chriſtianorum doctus Crucem, quam gentilis vt mali ominis plenum facinus deteſtabatur, & illi tunc deteſtati fuiſſe leguntur Audi Oratorem Ethnicum ſi non diſertiſſimè id indicet, cum de ſpe Conſtantini ex crucis oſtento, contra patriam diſciplinam conceptã, ſic orat in Panegyrico: *Quiſnam te Deus* (Conſtantine) *quæ tam præſens hortata eſt Maieſtas, vt omnibus ferè tuis Comitibus & Ducibus non ſolum tacite muſſitantibus, ſed omen apertè timentibus, contra conſilia hominum, contra aruſpicum monita,*

ipſe

A B C D

NB. Grekeſius tomo. 1. lib. 2. de S. Cruce ca. 44. planè ad meã ſententiam cõtra Nicephorũ aſſerit crucem in Gallia viſam &c. & *Prudentius ante trajectas Alpes.*

Hoc ſigno inuictus tranſmiſſis Alpibus vltro Seruitium ſoluit miſerabile Conſtantinus.

NB. Socrates plane eadem ſcribit.

Crux etiam viſa ab exercitu.

Gentilibus crux malũ omen.

A *ipſe per temet liberanda vrbis tempus veniſſe ſentires?* Hac igitur promiſſione illectus Cõſtantinus, exercitum mouit Chriſti numine fretus, cum duabus leucis ſiue geminis horarii itineris ſpaciis progreſſus, hac tertia viſione confirmatus fuiſſe videtur loco à Nomine Dei cui nomen eſt indıtum, hodieque *Namedij* vulgo vocatur; Nec mirũ reputanti expeditionis cæptæ momentum, quippe qua Chriſtus & cælites cum ſatana & inferis de Idololatria peſſundanda conſeruãdaue erant dimicaturi, ſed Chriſto & cælitibus vt par erat, victoria ceſſit; quippe feſtinata expeditione Maxentium nonaginta millibus Conſtantini copias ſuperantem, veluti Pharaonem alterum, Tiberino gurgite demerſit, & vrbes ac Prouincias in poteſtatem Chriſti Conſtantinus redegit. Alibi hæc leges; Ego noſtratia & ab aliis hactenus parum declarata proB ſequor: *Conſtantinus itaque* inquit Euſebius *primum Dei Sacerdotibus ſibi tanquam aſſeſſoribus adſcitis ſtatuit Deum qui ſibi apparuiſſet, omni genere cultus & obſeruantiæ venerari:* Inter hos ſacerdotes Aſſeſſores à Conſtantino aſcitos, iure numerabimus Maternũ noſtrum ſecundum Antiſtitem Colonienſem, quem Conſtantini lateri adhæſiſſe, ex reſcriptis, & Romano Concilio ſcimus. Breues in vrbe moras traxiſſe Conſtantinum Gallicanus Orator declarat: *Non enim,* inquit, *feſſus prælius & expletus victoriis, vt natura fert, otio te & quieti dediſti, ſed eodẽ impetu quo redieras, in Gallias tuas, perrexiſti, ad inferiorẽ Germaniæ limitem, non magna intercapedine temporũ ac breui locorum diſtantia poſt annuã expeditionem ſtatim bellum auſpicatus à Tiberi ad Rhenum:* Hic igitur cũ magnus Cathe- C chumenus lateri inhærentem haberet Maternũ noſtrum, & inſuper Chriſtianis tẽplorũ publica facultas etiam reſcripto indulta eſſet, facile vides quo tempore MATER TEMPLORVM HELENA, tot ſecundum Rhenum templa in Sinſigh, Confluentiæ, Bonnæ, Coloniæ, ac Veteribus per multorũ millium captiuorum & mancipiorum manus fundarit, multo meliore opera & impenſa, quam alius in Aquę ductu illo Treuerim inter & Coloniam conſtructo, cum præſertim Belgicus Orator in fine panegyrici inſinuet, hoc tempore Conſtantinum occupatum *vt loca publica & templa pulcherrima ſua liberalitate repararentur, Baſilicæ & regia opera ſideribus & cælo digna, & vicina* ad limitem Galliarũ conſurgerent. Quæ omnia vti hortatore D Materno II. Colonienſi Epiſcopo gerebantur, ita initiatore geſta fuiſſe & perfecta facilè oſtenditur ei, qui quanta is apud Conſtantinum & Gallias, imo orbem Chriſtianum fuerit authoritate, ex eius in Africam & alia orbis regna legationibus obitis perſpexerit. Cæterum quæ medio fermè quarto Chriſtianorum ſæculo fuerint Coloniæ eccleſiæ, inſinuatur ab Ethnico ſcriptore Ammiano Marcellino in cę de Sylua ni Bonitij Francici, qui ſũmo manè Chriſtiani ritus ſacra aditurus, à percuſſoribus inuaſus, in Chriſtianam ædiculam confugiens Coloniæ eſt occiſus. Accedit eodem, quod ea ætate floruerit S. Seuerinus à magna Epiſcoporũ Synodo Colonienſi cathedræ, deiecto Euphrate hæretico, impoſitus, qui inſignem Baſilicam & Collegium extruxit, atq; etiam portæ cæli, & S. Columbæ aliaſq; eccleſias dedicauit. Quinto ſęculo S. Euergiſlus S. Seuerini Archileuita & ſucceſſor vrbem Vbiorum dicitur ita templis exornaſſe, vt ab incolis aurea Colonia diceretur. Sexto ſæculo Cariternus

Namedij.

Maternus ſecundus.

Conſtantinus Coloniæ redit.

Tunc ædificata templa in Vbiis.

Maternus II. templa conſecraſſe videtur.

Quarto ſæculo medio templa Coloniæ.

An. 348.

Quinto & Sexto ſæculis.

Vbiorum Antiſtes Diui Gereonis & aliorum ſanctorum templa renouaſſe, & antiquis Parochialibus fornices adiecìſſe videtur, vti ex Venantio Fortunato colligi poteſt. Cæterarum deinde Sacrarum Ædium clara origo eſt, & copia tanta, vt penè cohærentibus templorum & aliarum Sacrarum ædium parietibus, tota Ciuitas vna videatur eſſe Baſilica multis ſacellis diſtincta. A

LIBERTATI ET LICENTIÆ PVBLICÆ FIDEI Chriſtianæ templorumque, ortæ primum & conceſſæ in Vbijs.

Libertas fidei templorum & aperta facultas,
Hæ ſunt ex Vbio ſole ſoloque datæ. Æ.G.L.

SYNTAGMA V.

Religionem Chriſtianam Coloniæ ab ipſo S. Materno vſque in hæc tempora floruiſſe, ſcriptorum & monumentorum indicio ac fide demonſtratur. B

Conſtantia fidei Vbiorum.

VEtus & firma eſt Colonienſiū per manus accepta traditio, quod ſicuti ſua Ciuitas auguſti nominis, & vrbis æmulatione Romam eſt imitata; ita pro Religionis ſacroſanctæ ſuſceptione & conſtantia matrem omnium eccleſiarum aſſectetur, & iam ſedecim ſæculis poſſeſſam orthodoxam fidem ſeruarit, vt non immeritò illi accinatur iubilus:

Gaude fælix Agripina ſanctaque Colonia,
Sanctitatis tuæ bina gerens teſtimonia,
Poſtquam fidem ſuſcepiſti Ciuitas prænobilis,
Recidiua non fuiſti ſed in fide ſtabilis, &c. C

Initium fidei à Deo. — *An. 50.* — *Prædicante Materno.* — *Breuiter quis S. Maternus.* — De inſigni manuſcripto codice vitæ S. Materni etiam Vide R.P. Iacobum Malbrancquium li. 2. de Morinis cap. 7.

Cum autē quidam hiſtoriarum ignari, aut alias conſtantiā fidei inuidentes vrbi noſtrę, impingendo recidiuā, graſſante perſecutione, in paganiſmū; à B. Materni primi æuo ducentis & ſeptuaginta annis relapſos idololatras Vbios faciant: propugnabo ē veterū monumentis Vbiorum fidem. Et quo hanc in fide cōſtantiam digito, vt dicitur demonſtrem, non immerito ab ipſa prouidentia Dei ſumpſero argumentum, quippe qui matri ſuæ vrbē hanc ſymbolo & ætate ęquaſſe viſus eſt, eandē pręcipua cumulauit vbertate illius gratię, qua inter primos ad lucē euangelij ſui exoriētis adſciſceretur, cū ſub annum Chriſti 50. *Coſſ. Vinicio Quartino & ſtatilio Tauro,* benignis oculis hoc Romani limitis caſtrū & fidei ocellū arcemq; reſpiciens, Maternum pręconem & fundatorē Religionis ſubmiſit; Quis verò Maternus hic? Breuiter dicam: D *Adoleſcens ille ex Naim annorū fortè nouendecim à Chriſto Domino noſtro ſuo & ſalutis publicæ natæ, anno 32. in autūno, circa idus ſeptembris vitæ reſtitutus, atq; viuens nouendecim ab inde annis, & cōtinuo Chriſtū colens, ad eundē docendū miſſus, qui cū vna cū ſociis Alſatiā tūc Sequanorū maximam prædicando fuiſſet ingreſſus, accidit quod poſt mundū conditum arbitror accidiſſe nulli, Nimirum vt vitâ functus quadraginta diebus in ſepulchro iaceret, altera vice à mortuis reſuſcitandus illius Apoſtoli baculo, cui Deus maiora quam ſibi ipſi miracula promiſerat. Reſuſcitatus igitur & per inferiorem Germaniam verbum ſalutis circumferens, apud Vbios Decimam nonam, aliaſque Legiones cognomento Fulminatrices, vnum verum Deum docuit agnoſcere, & quot diebus ſepulchro clauſus iacuerat, totidem annis cathedram*

tenuis

A *tenuit Epiſcopalem, donec grauis æuo, Anno 128 die Dominica xvi. poſt Trinitatem, lectò de ſe in Naim reſuſcitato euangelio, vitam perpetuam adiuit:* Dicta alijs & ſcripta refero, vt perſpiciatur vel indè diſponentis omnia ſuauiter Diuinæ ſapientiæ cura in conſtruendo hoc ad Rhenum fidei ſanctæ propugnaculo, ex quo Religionē Germanus cis & vltra Rhenum poſitus hauriret. *Porro Naimitam illum Adoleſcentem à æternum fuiſſe* dictum ex vetuſtis Petrus Caniſius in martyrologio retulit: Coſſ. verò ſupramemoratis à Petro miſſos in Galliam, viros Apoſtolicos, in his Clementem Metas, Eucharium Treuerim, cum quo Maternus ad Vbios deſtinatus; ex Methodio docet Brovverus Annalium Treuirenſium ſcriptor *pag.* 155.'

Eundem verò Maternum in itinere ad Tribocos ad Ellum fluuium fidei ſementem ſpargentem febre correptum vitam amiſiſſe. & poſt dies quadraginta recuperaſſe remedio applicati B *baculi S. Petri*; teſtes ſunt non Harrigerus, & alij Scriptores veteres tantum; ſed & Neoterici: interque eos B. Rhenanus *lib. 2. de rebus German.*

Longè tunc lateque Chriſtianam veritatem fama huius miraculi & ipsè ex mortuis viuus teſtis S. Maternus circumtulit, & locutus etiamnum ſuperſtes; ſi homines ceſſarent, monſtrabat. Quin & prodigioſus baculus huc vſque eâ causâ ſeruatur inter Reliquias in Metropolitana æde memorandas, facitque illo mirificè mos Colonienſi Eccleſiæ proprius, vti ex rituum ſacrorum libris accipio, vt in ſolo S. Materni Epiſcopio Summus Chriſtianæ Eccleſiæ Antiſtes, cum baculo ad benedicendum procedat.

C *Denique bis nouendecim annis Maternum docuiſſe* antequam Epiſcopatum acciperet, probè oſtendit R. P. Brovverus *Ann. Treueren pag.* 187. ex Auctoribus; & temporum ratio conuincit, ſi Euchario viginti tres, & ſancto Valerio quindecim debitos ſedi annos aſſignes, qui igitur anno 88. *Coſſ. Domitiano Auguſto & Virginio Rufo* poſt Valerium factus eſt Epiſcopus, & annis quadraginta præfuit, Anno Dominicæ incarnationis 128 *Coſſ. Arrio Petino & Ventidio Aproniano*, Sixti ſacerdotij anno ſexto, Imperij Ælij Adriani Cæſ. octauo, ad cæleſtia migrauit. *Mors S. Materni anno 128.*

Cum de ſe in Naim à mortuis reſuſcitato Euangelium legeretur: quod pluribus hoc loco demonſtrare non eſt neceſſe, quia integriorem ad hoc requiri Chronologiam certum eſt. Accepit eo tempore venerationem vicinus Coloniæ pagus Roſkirchen ſiue à luctu fidelium, ſiue à quiete S. Materni aut etiam à viſceribus eius illic ſepulD tis; cum reliquum corpus Treuiros auehendum eſſe conſtaret. Ætas igitur, ex decimo nono ætatis cum primo reſuſcitaretur anno deducta, centenis & quindenis annis maior fuit, nec mira putanda, quippe quam geminatum dedit miraculum, & quæ fragilior æſtimanda non eſt quam quę accepta eſt à natura; cum conſtet etiam, Plinio teſte, his ipſis temporibus Cenſoribus & *Coſſ. Veſpaſiano Auguſto quintum, & Tito Cæſare tertium*, habito luſtro, plures repertos eſſe maiores centeſimo & triceſimo. Agnoſce ex his ſancta Colonia dignitatem tuam, cum te auitæ nunc fidei columnam, tam magnificâ ſollicitudine & prouidentia condiderit, gratiæ Creator. *Demonſtratur prædicta*

De decima-nona alijsque Legionibus à Materno Chriſti ſacris imbutis quod

Anno 71. aſſero, domeſticis & alijs apud Goltzium firmatur monumentis, ex quibus conſtat eam Legionem tunc in Vbijs egiſſe: Extat numiſma Vitellij qui circa Chriſti annum 73. *Coſſ. Sergio Galba Aug. II. & Tito Vinio* imperauit, hoc lemmate inſcriptum: COL. AGRIPPINA VBIORVM LEG. XIX. Decimam nonam vero Legionem, CONSTANTEM, FIDELEM, FVLMINATRICEM, ET GEMINAM FVLMINATRICEM poſtea dictam ex eodem Goltzio liquet, nimirum ob ſuſceptam fidem Chriſtianam & preces efficaces aliquando ex ea ſub Marco Imperat. ſecutas. Qui Marcus Aurelius Imperator ad Senatum ſcribens de obtenta precibus Chriſtianorum militum victoria aduerſus nongenta & ſeptuaginta ſeptem millia Barbarorum, Fulminatrices inter Legiones præter dictam vndeuiceſimam quam Geminam appellat, etiam recenſet primam Legionē, cuius hyberna in Vbijs & apud Bonnam fuiſſe paſſim ex Tacito conſtat, *Vide lib. 1. Annal. cap. 9. & lib. 1. Hiſtoriarum cap. 3. lib. 4. hiſtor. cap 6.* Atque Lipſius in Commentario ad Tacitum repræſentat lapidem in quo hæc: LEG. LEGION. I. MINER. PF. COL. CLAVD. AVG. AGRIPPINENSIVM &c. A B

Legiones. I. xix. & viceſima octaua cōuerſa.

Baronius An. 176.

Legiones Fulminatrices. Vt igitur accuratius explicem quid ſit de Fulminatricibus Legionibus, dico: nomen illud quondam quoque alijs, & duodecimæ Antiquæ Legioni attributum, ob ſcutarium fulmen, quo eorum clypei inſigniebantur, vnde Valerius Flaccus canit.

Cuncta phalanx inſigne Iouis cælataq́; geſtat
Tegmina, diſperſos trifidis ardoribus ignes
Nec primus radios miles Romane coruſci
Fulminis & rutilas ſcutis diffuderis alas. C

Poſteaquàm verò Chriſtianorum precibus obtemperauit cælum, diuerſæ Legiones Chriſtianam fidem profitentes, digniore iure fulminis titulum cognomini induere promeruerunt, inter alias & dictæ, & Legio xxIIx. Diuitenſis, Gallicana, Fulminatrix Victrix, quam auguror cum vndeuiceſima, & prima, eodem loci acceſſiſſe Chriſto, eiuſdem Materni operâ.

Prædicatio S. Materni. Et quem quæſo non ad fidē pertraxiſſet adeo eximius Chriſti, teſtis Maternus bis rediuiuus, eloquentia ſacra potens, ſanctitate venerabilis, fidem proponens, miraculis conſignans: cum nouo idem ipſe miraculo Simetrium ex illuſtri gente filium nobilis Matronæ Albanæ vitæ reſtituit? Taceo de quinque alijs illuſtri ſanguine Liberis mortuis, ruina oppreſſis, & vitæ redditis. *P. Brovverus in Annal. Treuerenſ. pag. 126.* D

Vide lib. 2. Syntagmate 34.

Tam ſolidis fundatam præconijs Religionem & latiſſimè propagatam, in Vbijs, ad noſtra vſque tempora conſeruatam eſſe, nihil habet ſingulare præter Dei munus. Inter cætera verò opera S. Maternus non tacendum Bonnæ præſtitit beneficium. Præerat iſtic vri vitæ ſcriptores tradunt vel oppidi præſes, aut Legionum Romanarum ductor, hunc Chriſto lucratus, inſignem iſtic & ad præſens tempus ſeruatam eccleſiam fundauit.

Hinc promanare videtur tanta Bonnenſis Cleri poteſtas, vt Eccleſiæ illius Præpoſitus

A poſitus & plures,& ampliores ſub ſe, quam alius, Chriſtianitates habeat, talis enim cum primitiua Eccleſia nata eſt hierarchia: conuenientes inter Gentiles Chriſtiani, Chriſtianitates conſtituebant, & nomen adhuc durat, quæ ſingulæ à ſuis etiam hodie Parochis docentur. Parochiæ in Cameras coadunatæ Camerarijs parent, Cameræ Decanum Ruralem vti Archipresbyterum,& totius Chriſtianitatis caput agnoſcunt, Decani Chriſtianitatum Archidiaconi vigilantia & arbitrio reguntur. Ita ſubſunt Præpoſito Bonnenſi, vti ſecundo Colonienſis Eccleſiæ Archidiacono Chriſtianitates; oppidana & ſuburbana Bonnenſis, Taliatium ſeu Eifliæ ferè protenſa Treuerim vſque, nam & ante Colonienſis Epiſcoparus fundationem fuiſſe ſub Treuericâ ſede Bonnæ Archidiaconum pronum eſt credere, eadem Chriſtiani-
B tas Eifliæ etiam Helleneshemenſis dicitur, à Parochiâ veterrima, vbi videtur Conſtantinus Magnus conſtruxiſſe memoriæ Matris ſuæ arcem cuius meminit Panegyriſta, deindè eſt Chriſtianitas Argovviæ ad Aram FL. Tolbiacenſis in Vbiorum fælicibus glebis, Oſtrichiæ ad Ambulani fluuium & Malmundarium, Sigebergenſis trans Rhenum &c.

Coloniæ Agrippinæ maiores fecit S. Maternus progreſſus, ædiculam in portu ædificaſſe traditur, quam S. Seuerinus reſtaurans B. ati Seruatij hoſpitis memoriæ reliquit traditur etiam Deo Metropolitanam primam ad ipſam Vrbis foſſam ante Paphiæ Deæ portam extruxiſſe, vbi nunc eſt Diui Andreæ Baſilica, olim dicta B. Matthæi in foſſa, id cum alia monumenta, tum ſæpè & nuper effoſſum veſtigium o- *Quid S. Maternus Coloniæ.*
C peris oſtendit. Dum autem primo aduentu Baſilicam erectam dico, domos & cænacula larga in titulum conuerſa intellige, qualia Baronius deſcribit ann. 57. num C. tum alibi.

Auctus eſt etiam poſt Materni aduentum numerus credentium in hac prouincia anno 55. Claudij nono *Coſſ. Antiſtio vetere & Suillo Rufo*, ductâ Romanorum Coloniâ in Vbiorum Iuliæ Agrippinæ natalem vrbem, Colonos enim eos Maternus docuit quidem, pleroſque tamen prius Chriſtum confeſſos patria Chronica habēt: & verò iam florentiſſima Religio in Patricias familias ac ipſum Cæſaris ac Agrippinæ ſanguinem venerat, Teſte Paulo, qui anno 62. *Coſſ Nerone Auguſto ſecundum & Calphurnio Piſone* ſcribit Româ Philippenſibus: *ſalutant vos omnes ſancti maximè qui de* *Anno 55.* *Anno 62.*
D *Cæſaris domo ſunt.*

An. 94. quæ nunc S. Cæciliæ dicitur à B. Materno Antiſtite Deo Optimo Maximo Deiparæque erecta eſt,& ſeu Metropolitica ſeu Cathedralis dignitas illata in vrbem ex ſuburbio, vt monumenta & vitæ ſcriptores aſſerunt; qui ijdem dicunt à Materno Martis delubrum euerſum, quod in hoc tempus refero, nam Vitellio imperante ſtetiſſe adhuc, ex illic ſuſpenſo Othonis Pugione liquet: ad eum ipſum Chriſti annum 94. notat Chronologia Auguſtæ hiſtoriæ, *varias Eccleſias in Europa floruiſſe ſub Cruce.* Maternus verò ad annum Chriſti 128. inceſſanter Chriſti fidem propagauit, quo dein tempore de ſacro mortui corpore contendentes eccleſiæ, litem publico & prodigioſo Rheni arbitrio diremerunt. Succedentium deinceps Antiſtitum *Anno 94.* *Anno 128.*

duorum

duorum nomina & res geſtas, Colonienſium clades obliterarunt, ſed tam altè infixam & clare traditam Religionem nulla vel perſecutio vel vecordia ex animis Vbiorum deleuit, manſit memoria magiſtri, quam ſuccedentes æmulabantur beneficio & excellentiâ doctrinæ. Erat Colonia ſocialis ciuitas, ac proinde ſuo iure vtens. Fauebat etiam Chriſtianis Serenius Grannianus ex Proconſule Aſiatico Galliæ Belgicę, Legatus, qui pro re Chriſtianâ ad Adrianum Cæſarem literas dederat. Cum verò anno Chriſti 145. *Antonino Augusto tertium & M. Aurelio Antonino Conſulibus* Fauſtinam inter Deas Senatus Romanus retuliſſet, ridendâ paſſim adulatione, Eccleſiæ Chriſtianæ mira facta eſt acceſſio miraculorum verorum vi, ita vt flos Galliæ Chriſto nomen daret: B. Ireneius ſanè qui floruit ſub finem ſecundi à nato Chriſto ſæculi teſtatur & præclarè loquitur de conſtantiâ & vnitate Catholicæ apud Germanos fidei: *Et neque hæ*, inquit, *quæ in Germania ſunt fundatæ Eccleſiæ, aliter credunt, aut aliter tradunt.* Flauius Lucius Dexter ſcribit hoc tempore omnes orbis Eccleſias pacem ab Ethnicis pecunia mercatas.

Anno 145. *Anno 190.* *Anno 200.*

Iam neque tertio ſeculo Chriſtiano extinctam eſſe apud Vbios ſemel accenſam fidei lucem conſtat authoritate Nicephori *lib. 5. c. 2.* Genebrardi *lib. 3. Chron.* P. Iacobi Gualteri *in tabulis Chronographicis* quorum illa vox eſt: *Galliam propè vniuerſam Chriſtianam factam ſub Seuero Imperatore, familijs integris & communitatibus fidem amplectentibus, & quidem animo quiduis potius faciendi ac ſufferendi, quam aduerſus Religionem quicquam aut moliantur aut innouent.* Apud Falicem Minucium, qui ſub initia huius ſæculi floruit, inquit Octauius aduerſus Cęcilium objicientem Chriſtianiſmi multiplicationem: *Quod indies noſtri numerus augetur, non eſt crimen erroris ſed teſtimonium laudis, nam in pulchro genere viuendi & perſtat & perſeuerat ſuus, & accreſcit alienus*, & paulo poſt, *nec nobis de noſtra frequentia blandimur, multi nobis videmur, ſed Deo admodum pauci ſumus, nos gentes nationesque diſtinguimus; Deo vna domus eſt mundus hic totus.* Eodem tertio ſeculo adoleſcente, excelluit Mammæa Alexandri Cęſaris mater, *Chriſtianæ fidei alumna*, Chriſtianos doctores colens, filius quoque Alexander Imperator in Larario ſuo venerabatur Chriſtum indies, & Abraham, ac Orpheum teſte Ælio Lampridio. Sed obſerua ex monumentis Romę ſubterraneæ antiquiſſimos Chriſtianos Chriſtum in figura Apollinis & Orphei exhibuiſſe, niſi Orpheum malis interpretari Dauidem. Hic Cęſar cum matre Mammęa tunc quidem apud Rhenum morabatur, & cęſus eſt paululum ante Martyrium vndecies mille Virginum Britannarum. Errarunt enim qui mortem Alexandri ad 18. Martij referunt, nec Gręcos ſcriptores, menſes, aliaque momenta ſatis attenderunt: nam Kalendis Octobris Alexandri conſecratio celebrata eſt Romę. Vnde facilè videtur quàm ſanctarum Virginum hiſtoria congruat temporum ærę, nã Virgines Alexandro & Mammęa viuentibus ſecuro itinere Romam petierunt, iſtis cęſis, in reditu impetitę literis Maximi & Iulij Africani Conſulũ à Maximino eiuſque popularibus 21. Octob. ſunt interfectę. Medio adultoque ſeculo Philippus Cęſar cum Philippo filio Auguſto & Seuera coniuge, Chriſtianis legibus acceſſit: *Euangelij*, inquit Gualterus pag. 219. *Prædicatio mirè propagatur ſub Philippis ſequentibus innumeris conuerſionibus & languente*

Ex magna Bibliotheca Patrum tom. 3. *Anno 230.*

A *guente Ethnicorum ſuperſtitione, quare commotus Imperator Decius ſeptimam inſtituit perſecutionem barbarie cruoreque exundantem:* Sed ad Colonienſes res propius accedendo, quam apud Agrippinenſes fides Orthodoxa floruerit & Ethnicorum elangue-rit ſuperſtitio demonſtro. Primum adoleſcente, vt nominabam tertio ſęculo, ſub annum Chriſti 237. ſedente quarto Colonienſium Antiſtite Aquilino, contigerũt, vt dixi cædes & ſepultura vndecies mille Virginum martyrum Britannarum, cum agrum Vrſulanum ſacris ædibus ornatum Aquilinus muro & foſſa cinctum Vrbi adiunxit, Clematius vero cum Theodora coniuge, & Linoldus Archidiaconus Vbio Romani Patritij monente Angelo, hoſpitum agri ſui nouarum martyrum Britannarum Reliquias conſtructâ eccleſiâ receperunt. Hinc in Tabulario Vrſulano Verſus. *Anno 237. Alijs Solatius Aquilinus. Clematius conſularis.*

B
Hic vbi Virgineum fudit manus impia ſanguen,
Angelico Chriſti caſta inter ſomnia iuſſu
Clematius fuſo poſuit pro ſanguine templum,
Et Diodora ſimul cara & gratiſſima coniunx
In tantum meritum cæleſtia facta reſurgunt:]

In monaſterio veteris Montis conſeruantur ſacri vertices *B. Clematij qui proprijs manibus ſepeliuit ſanctas Virgines, & B. Linoldi Archidiaconi qui Clematium iuuit in ſepeliendis Virginibus:*] Hæc ex monumentis: His, pridem & quidem ſecundo ſęculo vulgatum apud omnes debebam ſuo loco adieciſſe miraculum impetratæ è cælis pluuiæ, & in hoſtes tempeſtatis, precibus Legionum noſtrarum Fulminatricum, vti ſuperius inſinuaueram, de tempore conuerſionis eorum loquens, ſed quis in turba non prætereat aliqua? Seneſcente tertio ſęculo, alterum euenit, quod debilitati C prorſus & propè extincti Gentiliſmi portentum eſſe poteſt, nempe ante Thębæorum à Maximiano Herculæo cædem Martis militaris delubrum à Materno quõdam deiectum, ſed ope Deaſtricolarum reſtauratum, nunc tandem honore & culturâ deſtitutum, fatiſcens ſuâ ſponte collapſum eſſe, vt ex vetuſtis monumentis oſtendit Broelmannus *in Epheſtijs.*

Spectauit eâdem tempeſtate Thębeorum ſuorum fortitudinem Colonia, & exemplo fidem pauit: Atque O *quantum ſtudium quantus Chriſti amor, quanta deuotio fidelium tunc temporis Chriſtianorum, qui in tantâ perſecutione nec ipſos ceſpites* D *tollere neglexerunt, cum Beatos martyres ſepelirent,* precioſis veſtibus indutos, & crucibus ex Aurichalco ad pectora appoſitis, ſanguineiſque ceſpitibus conſeruatis; vt poſt octingentos & aliquot annis repertum eſt à B. Norberto *Vide apud Surium ad 24. Nouemb.* Atque ex his perſecutionibus tam contra Thebæos, quam aduerſus ſacras Virgines Colonienſium in fide zelus perſpicitur: Martyres enim poſſident, neminem ipſi interemerunt, ſed occiſos ab ethnicis ſepeliuerunt honorificè, nempe in marmoreis ſarcophagis ad ſimiles vſus præparatis, vel gentilibus erasâ eorũ memoria ocius ereptis, ſunt enim plures quam potuerint ex tempore confici. & conſtat non amplius quam triduum impenſum ſepulturæ ſanctarum Virginum, cum *Anno 287.*

reuerſi perſecutores S. Iacobum Epiſcopum, adhuc inter cadauera repertum interemerunt, quem recedentibus hoſtibus Colonienſes quoque ſepeliuerunt. Nunc ceteram ætatem Colonienſis fidei proſequamur. Igitur quarto ſæculo inchoante, quam ſub Maximiano Herculeo Thebæicidia fuerat preſſa, ſed non oppreſſa, verum decuſſæ pilæ inſtar altius exurgens Colonienſis Eccleſia; tam fuit mox ſub Conſtātino Magno excellens & glorioſa, neque aliud ad probandum tunc Colonienſium conſtantiam requiritur præter nomina Magni Conſtantini, eiuſque & Colonienſium templorum matris Diuę Helenæ, cuius denique meminero in deſcribenda Gereoneâ æde. His Romanum imperium tenentibus de Vbiorum Præſulum ſerie continuâ rurſus cœpit conſtare. A

Anno 300.

Maternus II.
Anno 312.

Nam Materno ſecundo & Aſſeſſore vſus eſt Conſtantinus ad diiudicandas cōtrouerſias Catholicorum, & Legato, maximè inter Cæcilianum & Donatiſtas: Meminerunt enim eius Materni Optatus Mileuitanus Epiſcopus ſub finem lib. 1. contra Donatiſtas: Conſtantinus Imp. in reſcripto lib. 10. Hiſt. Eccleſiaſticæ Euſebij, Baronius in Martyrologio, Iacobus Middendorpius in Academijs, P. Ægidius Bucherius, & M s s. Hiſtoria Kleinſorgij: Materni ſecundi præſulatum excepit Euphrates Grecus initio bonus, qui anno decimo à morte Conſtantini Magni, eodemque anno Conſtantini & Conſtantis Cęſaris, pro fidei defenſione aduerſus Conſtantiū iſtum orientis Imperatorem Arrianū Legatione defunctus, grauiſſimis inſidijs Arrianorum demū fractus, ceſſit: Anno decimoſexto à morte Cōſtantini Magni poſt Conſulatū Decentij & Paulini (anno vulgaris ſed errantis ærę Chriſti 352) in Gallicana Synodo apud noſtrā Vbiorū Auguſtam Vrbē celebrata, *poſt recitatam Epiſtolam plebis Agrippinenſis & omniū caſtrorū Germaniæ ſecundæ* Sede ſuâ deiectus ex aduerſo Noueſienſis oppidi in Rheno perijt, eo loco vbi fluuiolus Nebulonis eſt (vulgo Schalckſbach an der Schalckſmühl) mirabile dictu: Rhenus alueum mutauit, & tanto à Noueſienſibus muris abiuit interuallo, vt hęretici cadauer grandi inſula rationis expers fluuius obrutum iuiſſe videatur, alueo aliorſum conuerſo; Sed peſſimo optimus ſuffectus eſt, Apoſtatæ, Seuerinus ſcilicet, ſub cuius ſedis initia *Coſſ. Flauio Arbitione & Mauortio Lolliano*, Colonię purpuram ſumpſit Conſtantij inſidijs coactus Syluanus Bonitius Francicus, qui 28. imperij die ſolis ortu rutilante, ad matutinales preces, fortè Seuerino pręſente, ſeu miſſæ vel ritus Chriſtiani pium conuenticulum tendens, in ipſa Regia inuaſus, in ædiculam ſubterfugiens, extractus cęſusque eſt. Teſte Ammiano Marcellino Chriſtianorum hoſte: vnde collige quis Colonię fuerit cultus Religionis cuius etiam luculenta teſtimonia habes in Baſilicis à B. Seuerino erectis, & B. Seuerini temporibus deuaſtata à Francis Baſilica Britannarum Virginum martyrum reſtaurata eſt, per Clematium de Mommerſloch Vbio Alexandrinum Illuſtrem virū, de quâ re dico lib. 2. ſyntagm. 18. agens de gente Clematia, hinc eſt monumentum DIVINIS FLAMMEIS VISIONIBVS FREQVENTER ADMONITVS, VI VIRTVTIS MAGNÆ MAIESTATIS MARTYRII COELESTIVM VIRGINVM

B C D

Euphrates Epiſcopus Colonienſis.

Anno 352. vel potius 348.

Euphrates apud oſtium fluuij Nebulonis perit.

S. Seuerinus Epiſc. Colonienſis.

A GINVM IMMINENTIVM, EX PARTIBVS ORIENTIS EXHIBITVS PRO VOTO CLEMATIVS VIR CONSVLARIS DE PROPRIO IN LOCO SVO HANC BASILICAM VOTO QVO DEBEBAT, A FVNDAMENTIS RESTITVIT: SI QVIS AVTEM SVPER TANTAM MAIESTATEM HVIVS BASILICÆ, VBI SANCTÆ VIRGINES PRO CHRISTI NOMINE SANGVINEM SVVM FVDERVNT CORPVS ALICVIVS DEPOSVERIT, EXCEPTIS VIRGINIBVS SCIAT SE SEMPITERNIS TARTARI IGNIBVS PVNIENDVM.

B Porro cum S.Seuerinus periodum poſtremam quarti à Chriſto ſæculi ferè viuẽdo æquaſſet, tanta erat res Chriſtiana, vt Iulianus in animo gentilis, diu ſuperſtitionem prodere non auſus, virum bonum ſimulare ſit coactus, quem imperiũ aſſecutus deponit, aſſumpta nequitia, & quanquam Deorum cultum reſtituere conatus eſt, infælici euentu eundẽ prodidit; Iouiniano, Valẽtinianis, Theodoſio, alijsq́; ſubſecutis Cæſaribus, à quibus Catholica libertas non ſolũ reſtaurata ſed etiã aucta eſt.

Nec quinto ſæculo ad Ethniciſmum & priſtinam morum atrocitatem Agrippinenſes relapſos ex vita B. Euergisli habetur, quam produxiſſe ſcribitur ad annum 423. cur enim ad reducendas in Chriſti caulam relapſas Tungerenſes oues abiuiſſet, ſi domi ſuæ idem viguiſſet error? Et ſub ann. 460. Francis apud Coloniam C Agrippinam octennio iura temperauit Ægidius homo Romano ſanguine natus, vtriuſque militiæ magiſter & religione Chriſti cultâ laudatus: Licet verò Francorũ inundatione non leuiter obruti ſint Agrippinenſes, Franci tamen ad Chriſti ſacramenta potius tranſierunt, quam noſtri ſeſe illorum barbaræ Religionis ſubderent Veſaniæ,

v. Saeculo.

Anno 400. fides Colon.

Anno 460.

à tempore Francorum vſque ad nos fides Coloniæ.

Immo dudum Conſtantinus Magnus pleroſque Francos Chriſto acquiſiuerat, hinc Publilius Optatianus Porphyrius in Panegyr. 2.

——Facunde paras nunc omine Chriſti
Oceani intactas oras, quibus eruta Franci
Dat regio nunc ecce Deum, cui deuia latis
D *Tota patent campis.*

Deindè ſub quinti huius ſæculi finem anno 496. Clodoueus Tolbiacenſem in Vbijs victoriam voto ad Chriſtum facto conſecutus, vniuerſam Francorum gentem Chriſto adduxit, & à Remigio alijsque ſanctis Præſulibus baptizari & doceri curauit, inter Præſules tunc ſanctam Colonienſem cathedram Solanus (alijs Solinus, alijs Aquilinus ſecundus) tenuit, quos ſecuti Simoneus, Chariternus, Ebregiſilus, Remedius, Cunibertus & alij, quorum catalogum ſequenti ſyntagmate dabo, vſque ad hodie fæliciſſimè præſidentem Ferdinandum Bauarum Archiepiſcopum, nunquam interruptâ ſerie, ſub Chriſtianiſſimis Francis, Catholiciſſimis Auſtraſianis, Zeloſiſſimis Saxonibus, pientiſſimis cæteris Germano Romani Imperij Principibus,

P. Iacobus Malbrauquius lib. 2. de Morinis c. 38. refert ad an. 495.

pibus, vnam eandemque à Materno Petri diſcipulo traditam doctrinam ac fidẽ retinuiſſe, adeo palá eſt, vt ferè vel ex vna meâ etſi tenui bibliothecâ ſinguli Religionis articuli, totidem per ſingula ſæcula diplomatibus vel monumentis abundè demonſtrari poſſint: Neque verò obſtat his, quod apud Vbios ſub initia Francorum Romanis haſce terras præripientium reliquiæ profani cultus extiterunt. Siquidem S Gallus Diaconus, poſtea Auernenſis Epiſcopus, in comitatu Theodorici Regis Catholiciſſimi, circa ann. 527. teſte Greg Turon. in vitis Patrum cap. 3. comperto in Vrbe Colonienſi fanum paganorum eſſe, vt ſuſpicor militum Francorum, iniecto igne illud ipſum ſuccendit, id enim Colonienſium fidei non plus detrimenti attulit, quam cum Hermannus & Gebhardus à fide deflexerunt, qui quam paucos ſecũ à fide in errorem traxerint, nouit & luget aliquoties intenta Coloniæ vulpina hæreticorum pellis. A

S. Gallus Auernenſis fanum idolorum Coloniæ deſtruit. Anno 527.

B

Legitur in Treuiris (inquit P. Brovverus in annal. Treuirenſ. Pag. 184. (*Golſcheri cænobitæ qui geſta Treuirorum contexuit, ſermo de S. Materno, quo inter alia Coloniam Agrippinenſem tanquam fælicem extollit, poſtquam ſacrilegis erroribus nuncio remiſſo & ſqualore gentilitatis abſterſo; Fidem, potentiam, ac dignitatem ſancti Materni exploratam habuit. Quippè omnes eos Sanctorum numeros & ſacros Martyrum manipulos S. Gereonis & B. Vrſulæ Sodalitio claros huius Materni tanquam matris partum exiſtere. Et ſicut Chriſtus Dei filius pro fide Petri ne deficeret, aut vllo vnquam tempore ne labeſteret, preces adhibuit; ſic etiam Petrum orando ſuorum diſcipulorum fouiſſe præcordia, ne quod ſatum in aliorum pectoribus verbi Diuini ſemen, natum exareſceret aut fatu excideret:*] Hactenus R. P. Chriſtóphorus Brovverus. C

SYNTAGMA VI.

Epiſcopi, Archiepiſcopi, Electores Colonienſes, Principes S. Romani Imperij &c.

QVæ ſparſim tota hâc lucubratione affero, lubet hîc breui excerpta compendio, ordine temporum exhibere, videlicet geſta, ſeriem, & Chronologiam Antiſtitum Colonienſium: quę hactenus valdè apud noſtrates intricata & vitiata ſuerũt. Atque vt earum memoria Lectori fiat promptior vtar verſibus, temporis rationes ordinemque ſingulis ſubnectens. D

I. S. MATER-  NVS I.

Primus Agrippinâ Paſtor MATERNVS *in Vrbe,*
Præfuit & Tungris, Treuericisq́, ſacris.

Conſe-

A Conſecratus IX. Cal. Feb. (cum IV. Calend. eiuſdem moriturus eſſet S. Valerius Treu. Epiſcopus) *Coſſ. Domitiano IX. & Ruſo* Anno Chriſti vero 88. vt P. Chriſtoph. Brovverus benè in Annal. Treueren. pag. 174. numerat. Euſebiano autem 85. Sedit annis 40. Mortuus XVIII. Kalend. Octobr. anno Chriſti vero 128. Euſebiano 125. Sixti PP. VII. Adriani Imp Octauo. Teſte Methodio. Geſta eius perſtrinxi in Pretioſa hierotheca copioſius & hoc libro Syntag. V.

II.

Paſtorale pedum quis poſt hac rexerit Vrbis
Agrippæ veterum nil monumenta docent.

R. D. Hermannus Stangefolius SS. Apoſtolorum Canonicus in Annalibus Circuli Weſtphalici ad An. 130. & An. 175. S. Materni Succeſſorem ſecundum Epiſcopum Vbiorum dicit eſſe B. Paulinum Martyrem, cui ſententiæ non ſubſcribo. B

III. A.C. 2..

Tempus edax rerum rapuit quoque nomen & acta,
Tertius Antiſtes queis celebrandus erat.

Penè laudatus Dominus Stangefolius in Annalibus Circuli Weſtphalici an. 175. tertium Vbiorum Antiſtitem facit Charentinum quendam, authoritate alicuius antiqui ſcripti Chronici qui proinde foret alius à Charentino quem colloco 12. Epiſcopum hîc infra. C

IV. B. Aquilinus.

Hinc AQVILINVS erat dum caditur, Vrſula, quartus,
Candida qui ſacra corpora texit humo.

Temporibus Alexandri Seueri Mammeæ filij anno Chriſti 237. claruit, & diuinitus præmonitus ac diuinitus adiutus S. Vrſulæ cætum ante portas Coloniæ Martyrio affectum ſepeleuit, ſuccurrentibus ſibi in pio opere Leonoldo vel Linoldo Archidiacono, & gente Clematiorum, vel de Mommersloch. Ab Aquilino quibuſdam videtur nomen habere ſuburbicarius vicinus Vicus Aquilianus vulgo Eigilſtein plenus monumentis ab eo erectis iuxta portam Colonienſem. Secundum tabularia quædam Obijt XVII. Kalend. Iunij, Præfuit iuxta quendam catalogum 48. annis. D

V.

Rurſus in exitium dum vertunt Sceptra Tyranni
Quintum Vbij nomen Præſulis interijt.

Sub valeriano, Galieno, & XXX. Tyrannis, &c. quo tempore res Vbiorum erant afflictiſſimæ & tamen Religio florens; videtur inter Aquilinum & Maternum II. Interceſſiſſe Vnus ad minimum Epiſcopus, ſed eius interijſſe nomen. Nec obſtat huic

meæ Præſulum Seriei, quod Bucherius in ſuis Leodienſibus ſeu Tungrorum Epiſcopis, & alij multi opinentur eoſdem Tungrorum, Treuirorum, & Vbiorum Epiſcopos fuiſſe, quando ij nihil pro ea aſſertione argumenti afferunt, niſi obſcuritatem temporis, ignorationem nominum, & quia non conſtet de alijs Epiſcopis. Sed ex huius ignoti Epiſcopi prædeceſſore Aquilino, quem dant monumenta Vrſulanæ Hiſtoriæ, & ex ſucceſſore Materno II. vtroque ignorato, patet tanquam ex antiquitate, alios & proprios Epiſcopos fuiſſe Vbijs, licet modo ignotos in tanto Veterum hiſtoriarum deliquio. A

A.C. 300.

VI. Maternus II.

Conſtantini æuo NOMEN titulumque PRIORIS
Geſſit, & oppreſſum vexit in aſtra iubar. B

Omittitur in antiquis catalogis, & ab Helinando in vita S. Gereonis cap. 12. dicitur. S. Euergislus tertius Vbiorum Epiſcopus Sedit vero Maternus II. Maxentio Romæ, Maximiano Iouio cum Maximino & Licinio in Oriente, Conſtantino M. in Gallijs, imperantibus, quo tempore à Conſtantino lectus eſt arbiter in cauſa Donatiſtarum. Vide Optatum, & Concilia Gallicana P. Sirmondi, & P. Chriſtophori Brovveri Treuerenſia pag. 235 & hoc meo lib. Syntag. IV. Idem Maternus II. Cum Diacono Mauritio, vel Martino aut Macrino vt legunt aliqui, interfuit Concilio Arelatenſi. *Voluſiano & Amiano Coſſ.* temporibus Sylueſtri Papæ & Conſtantini M. Imperatoris.

VII. Euphrates. C

EVPHRATES dudum priſca pietate verendus,
Inductis tenebris iuſſus abire throno eſt.

Sub Conſtantino Auguſto ſub quo *Coſſ. Rufino & Euſebio* Anno XI. poſt mortem Conſtantini M. Concilio Sardicenſi interfuit, & Legatus à Concilio in orientem deſtinatus, poſt inſignem zelum ab Arianis deceptus eſt; & ideo XVI. anno à morte Conſtantini M. poſt Conſulatum *Decentij & Paulini* (qui ob tyrânnidem è faſtis & monumentis eraſi ſunt) depoſitus eſt in Concilio Agrippinenſi IV. Non. Maij vide Concil. Gallicana P. Sirmondi & Notationem ſecundam ſub hoc Syntagmate.

A.C. 400.

VIII. S. Seuerinus Aquitanus. D

Sacra SEVERINVS læſis reparauit in aris,
Martiniq; animam vidit adire polum.

Electus in dicto Concilio Agrippinenſi æra Chriſti 348. vel 349. Sedit annis LX. interea ſub annum æræ Chriſtianæ 396. animam S. Martini migrantem in campo ſuburbano Martinsfeldt vidit. Obijt Burdegalis X. Calend. Nouemb. circa annum æræ Chriſtianæ 408. De ipſo plura commemorabo cum ad baſilicam eius deſcribendam libro tertio peruenero, & infra Notatione ſecunda.

XI. S. Euer-

A **IX. S.Euergiſlus Tungrenſis. Ebuergeſell.**

Quos patrios TVNGER *viridi relliquerat auo,*
Poſt Senior fuſo ſanguine lauit agros.

Anno 383. à B.Seuerino Tungros viſitante puer erudiendus ſuſceptus eſt, nam Tungrenſis fuit, & ex diſcipulo S.Seuerini vti ſanctus prædixerat Epiſcopus ſucceſſit, claruit ab anno 408. annis 15. vt quidam Catalogus MS. aut ſicut alij computant, annis quinquaginta, Tungris prædicans occiſus à barbaris ſiue latronibus IX. Calend. Nouemb. quieſcit ad S. Cæciliam Coloniæ, in qua Baſilica de ipſo agam, & egi *in Precioſa hierotheca* edita ante aliquot annos, & *in Colonia ſupplice* §.69.

B **X. Solanus, alijs Solinus, alijs Aquilinus, alijs Solatius Aquilinus.**

Mutatum vidit regimen SOLINVS *& vrbem.*
A Francis ſubigi fleuit Agrippa tuam.

Sedit Childerico Francorum Rege, circa an. 455. Aliqui hic Aquilinum ſecundum commemorant, plerique Solanum appellant, cauſa diſſidentium opinionum, profluit à varietate Scriptorum hiſtoriæ Vrſulanæ, & quia Solinus reſtaurauit murum ab Aquilino quondam ductum circumſeptentrionale ſuburbium. *An. 500.*

C **XI. Simoneus.**

Iura SIMONÆVS *poſt hæc tulit alma ſacrorum,*
Et Cledouæi munere pauit oues.

Sedit circa ann. 500. Obijt pridie Cal. Octob.

NB. *Vtrum hoc loco inſerendus ſit* DOMITIANVS *Colonienſis Epiſcopus Vide infra in Notatione* 1. *huius ſexti ſyntagmatis.*

XII. Carentinus alijs Chareternus.

Templa CARENTINVS *qui plurima ſtruxit in Vrbe,*
Ingenti geſſit Relligione pedum.

D Sedit ſub Iuſtino iuniore, temporibus Sigiberti & filij eius Childeberti, circa annum Chriſti 570. celebratur à Fortunato *lib.3. in Elegia.* Vide Henricum Pantaleonem *Parte* 1. Stephanus Brœlmannus appellat Chareternum, celebrabo eundem in deſcriptione Parochialium eccleſiarum.

XIII. S.Ebregiſilus.

Poſt Carentinum fuit EBREGISILVS *ademptum,*
Admotus ſacris Conſul Agrippa tuis.

Sedit temporibus Pelagij Papæ & Mauritij Cæſaris, ac Guntramni Francorum, Childe-

Childeberti Iunioris Auſtraſiæ Regum, circa annum 590. teſte Greg. Turonenſi, lib. 10. cap. 15. Vide tomo 2. Conciliorum in notis ad Concilium Pictauienſe, videtur Tuitij quieſcere, ſaltem bonâ parte corporis illuc ex Agrippinenſi translatâ. Vnde eius titulus habetur in tablinis Tuitienſibus, Alij putāt eſſe ſanctum in Schlebuſrode Tuitienſis Chriſtianitatis Parochiâ, quem vulgus Gezilinum appellat cuius ibidem fons & alia monumenta extant. A

A.C. 600.

XIV. Remedius.

Remedivs medicâ ſanauit vulnera dextrâ
Et pepulit morbos à grege ritè ſuo.

Sedit ſub Heraclio Imperatore & Clotario II. Francorum Rege circa annum 612. quo Videtur Obijſſe quando propter Theodobertum Regem Auſtraſiæ cæſum, Colonia capta, & Clerus erat diſperſus, vt ideo ex Treuericis Surrogaretur S. Cunibertus; Referunt necrologia obitum Remedij ad 15. Calendas Febr. B

XV. S. Cunibertus Moſellanus.

Rege Dagoberto Cvniberti gloria fulſit,
Detexit cineres Vrſula Diua tuos.

Sedit circa annum 613. per annos 40. temporibus Dagoberti Francorum, & Sigiberti Auſtraſiæ Regum. Obijt pridiè idus Nouemb. Ago de ipſo in deſcriptione eccleſiæ S. Cuniberti. C

XVI. Bocaldus.

Tempore quo creuit Mahometis ſecta nefandi,
Bocaldvs Mytra clarus honore fuit.

Sedit annos 2. vſque ad annum Chriſti 663. temporibus Conſtantis, filij Conſtantini, Patris Conſtantini Pogonati, ſub Clodouęo II. Francorum, & filio Hilderico Auſtraſiæ Regibus.

XVII. Stephanus.

Agrippinenſes Stephanvs moderatus habenas,
Exul ab hoc mundo cælica ſceptra tulit. D

Sedit vſque ad annum Chriſti 690. Obijt pridie idus Febru.

XVIII. Abeluuinus vel Adoluinus, alijs Balduinus.

Lectus Abelvvinvs, tuus indè Colonia præſul,
Partheny vini pocula ſancta dedit.

Sedit anno 690. quando S. Wilibrordus & Socii venerunt prædicatum, temporibus Pipini Maioris domus, &c.

XIX. Gi-

A **XIX. Giſo, alijs Guiſo.** An.C. 700.

Extenſas vidit Chriſti GISO *inclytus ædes;*
In Friſio pariter VVeſtphalicoque ſolo.

Giſo Sepultus eſt in crypta eccleſiæ S. Seuerini, in qua de ipſo agam, ipſius tempore recepit Pipinus Heriſtallius nouos Apoſtolos ex Friſia pulſos.

XX. Anno I.

B

Lamberti vixit ſuppar virtutibus ano,
Nunc Socius cælo, ceu fuit ANNO *ſolo.*

Sub Pipino Heriſtallo Anno 709. excepit honorificè S. Svvibertum, traducitur quaſi non ſatis animosè reſtiterit adulteranti Pipino. Obijt in vigilia natiuitatis Chriſti ſepultus in eccleſia S. Seuerini, in cuius deſcriptione de illo agam pluribus. Obijt alijs XI. Cal. Decemb.

XXI. Pharamundus, Wahrmundt Germanis id eſt Verax os.

C

Vt patria nomen priſcis latuiſſet ab annis,
Claruit indicio nominis ille ſui.

Sedit temporibus Pipini Heriſtalli ſub 711. annis circiter duobus, putatur idem qui ex Clero Colonienſi intruſus in cathedram exulantis S. Lamberti fuerat. Vide Nicolaum Scriptorem vitæ S. Lamberti & alios Leodienſes Scriptores.

XXII. S. Agilolphus.[1]

D

Pontificum vulgo Primas AGILOLPHVS *habetur,*
Et fuſo meruit ſanguine regna poli.

Sub Pipino Heriſtallo & Carolo Martello ſedit annos circiter 6. Martyrizatus anno 717. inoleuit opinio ipſum primum eſſe Archiepiſcopum, de ipſo ago in Eccleſia Collegiata B. M. V. ad gradus.

XXIII. Raginfredus alijs Reginfridus alijs Albericus.

Ritè RAGINFREDVS *mytræ decoratus honore,*
Paſtoris geſſit cum pietate vices.

Sedit ſub Carolo Martello Obijt XV. Calend. Octob.

XXIV. S. Hildegarus alijs Hildigerus alijs Hildebertus. A

Non ſolum HILDEGARVS *laudatus munere vita eſt,*
Sed fuſo pariter ſanguine tinxit humum.

Sedit ſub Carolo Martello & Pipino Rege, fuit Commiſſarius Apoſtolicus eleuationis S. Svviberti, occiſus VI. Idus Aug. anno 757. Vide in deſcriptione, S. Gereonis illuſtris Collegiatæ.

XXV. Bertholinus.

BERTHOLINVS *amans Chriſti, pia templa refecit,* B
Et miro ſacros auxit honore tholos.

Claruit ſub Carolo Magno ann. 772. Obijt Non. Feb. Chronicon Colonienſe Folio CXI. dicit S. Agilolphum à Bertholino eleuatum.

XXVI. Ricolphus. Reichchulff.

RICOLPHVS *meritis diues, diſperſit egenis,*
Manſuras omni tempore largus, opes.

Sub Carolo Magno anno 775. interfuit Synodo Marcoduranæ Obijt an. 782.

A.C. 800.

XXVII. S. Hildeboldus.

HILDBOLDVS *Carolo Magno gratiſſimus Heros.* C
Virtutum titulis magnus & ipſe fuit.

Fuit Apoſtolicæ ſedis Apocriſarius, ſedit Coloniæ ab anno 782. vſque ad annum 818. quo Obijt 3. Nonas Sept. Ago de ipſo in Baſilica S. Gereonis, in qua requieſcit.

XXVIII. Hadebaldus alijs Hagebaldus.

Conſtituit Grani canones HADEBALDVS *in urbe,*
Anſgarioque dedit donaratemque pio.

Sedit ſub Luduico pio Caroli Magni filio anno 819. indictione XI. interfuit conuentui Aquiſgranenſi an 823. fuit cum Emundo comite Miſſus Dominicus, & an. 827. in Synodo Moguntina interfuit Baptiſmo Harioldi Regis, deditque in miſſionem Septentrionalium S. Anſgario nauem. Obijt circa ann. 846. D

XXIX. Sedes vacans vel Anonimus.

Mars inteſtinus, furibundaque turma Danorum
Irruit, & dubiaius malè ſede ſtetit.

Godefridus & Siffridus Danorum & Nortmannorum Reges, flumine Rheno vecti.

A vecti. anno 845. Coloniam occuparunt, penituſque protriuerunt: Eodem vero tempore Ludovvicus II. cũ Carolo Caluo inteſtinas diſcordias habuit, quapropter Sedes Colonienſis aut Archiepiſcopo caruit, vel qui præſedit ſine conſecratione eccleſiam gubernauit, cũ in antiquis monumentis dicantur *Colonienſes ſine benedictione epiſcopali fuiſſe vſq, ad annum* 851. ex eadem cauſa incertus eſt obitus Hadebaldi.

XXX. Guntherus alijs Guntharius.

GVNTHERVS *ſenſit Romana fulmen ab arce,*
Et vitio amiſit ſceptra ſacrata ſuo.

Electus 851. excommunicatus 863 ſuperuixit ſeptennio. Obijt 8. Iulij.

B XXXI. Willibertus alijs Weribertus. *VVilibrek.*

WILBERTVS *populi votis procerumque fauendo,*
Indulſit myſtis libera iura ſuis.

Electus 863. conſecratus 870. nam Gunthario adhuc viuente Colonienſis per Septennium ſedes vacua ſuſpenſa, vel diſputabilis fuit. Obijt 890. die 11. Septemb.

XXXII. Hermannus I. pius.

Septem luſtra Vbijs HERMANNVS *munia ſacra,*
Prabuit, ingenti dictus honore, Pius.

Sedit ab anno 890 vſque ad annum 925. quo Obijt die 11. Aprilis.

C XXXIII. Wichfridus.

WICHFRIDVS *rexit ſacra retinacula cymba,*
Dum faſces Auceps Induperator habet.

Sedit ab anno Chriſti 925. vſque ad annum 953. quo Obijt 7. Iulij.

XXXIV. B. Bruno I Saxo.

Quod tenuère Duces, Germanni munere fratris
BRVNO *ius gladij Primus in vrbe tulit.*

Electus 953. indictione 7. tertio Calend. Sept Obijt an. 965. quinto idus Octob.
D Sepultus in S. Panthaleonis, Vbi de ipſo ago. Numerat aliquantulum aliter Antiſtites noſtros B. Rupertus Tuitienſis Abbas, libro de incendio Tuitienſis oppidi ca. 8. dicens: *Ottonis primi Germanus Bruno Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, à Beato Seuerino Viceſimus quartus.*

XXXV. Volmarus.

Succeſſit poſt hæc VOLMARVS; *Lotharij ora*
Feuda, tulit varius cum Dominante cliens.

Sedit annis 4. Obijt 969. 18. Iulij.

XXXVI. S.Gero ex Ducibus Luſatiæ Saxo. A

Saxonica de gente GERO *Gladbachia ſtruxit*
Clauſtra, Sacrum longa poſteritatis opus.

Electus 969. extinctus 976. 4. Calend Iulij. Sepultus in Metrop. vbi de ipſo agā.

XXXVII. Warinus.

WARINVS *præſul Sacrorum arcana miniſtrans.*
Martini clauſtrum reſtituens ſubyt.

Obijt anno 985. teſte Gigante & MS. S. Pantaconis. Eius obitus in Necrologio Metropolitano adſcribitur 21. Sept. Sepultus eſt in S. Martino maiori. B

XXXVIII. Euergerus.

Ante EVERGERVS *mortis Sepeliuerat horam*
Geronem, & ventris profluuio peryt.

Obij 997. alijs. 999. 11. Iunij Necrologium Sibergenſe dicit pridie idus Iulij.

A.C. 1000. ## XXXIX. S. Heribertus Comes Rottenburgicus ad Tubarum.

Natus apud Tubarum delubra Tuitia ſtruxit,
Septem HERIBERTVS *primus honore virum.*

De hoc Surius XVII. Calend. April. quo die Obijt anno 1022. Conditus Tuitij & eleuatus aureum habet loculum. C

XL. Piligrimus.

Qui ſedem poſt hæc vbi am PILIGRIMVS *adiuit,*
Author Apoſtolici culminis ille fuit.

Sanctorum Apoſtolorum Collegium à S. Heriberto cæptum abſoluit, moritur VIII. Cal Sep. 1036. Sepultus ad SS. Apoſtolos Vbi de ipſo agam.

XLI. Hermannus II. Pius & Nobilis Comes Palatinus. D

Gente Palatinus, præclarus Nobilis ortu,
HERMANNVS *nomen de pietate tulit.*

Filius fuit Ezzonis & Mathildis Fundatorum Brovvilerenſium, præfuit annis 19. Obijt an. 1055. III. Idus Feb. Iuxta MS. Brovvilerenſium anno 1056. in die S. Scholaſticæ. Sepultus ad S. Petrum Gyganti. Hermanno de Weſalia in ſacello S. Mariæ Magdalenæ, vbi lampadem ardentem fundauit.

A ## XLII. S. Anno II.

Iuſtitiam coluit Sigæ faſtigia templi
ANNO *conſtruxit Sarcophagumq́; ſuum.*

Obijt 4. Decemb. anno 1075. Sibergæ ſepultus, & eleuatus poſt 107. annos.

XLIII. Hildolphus.

Ex humili ſcandit ſacræ ad moderamina Sedis
HILDOLPHVS, *quod et dixerat Anno prius.*

Obijt XIII. Kal. Aug 1079 ago de ipſo in deſcriptione ſacelli S. Lamberti.

B ## XLIV. Sigevvinus.

Eiffla SIGVVINVM *genuit, prædixerat Anno*
Mytram, ſucceſſit poſt benefacta polo.

Obijt anno 1089. 14. Maij iuxta Necrologium Metropolitanum, iuxta Sanctenſe & Sanct-Seuerinanum prid Kal. Iunij.

XLV. Hermannus III. pius & diues.

Oſſa Seuerini gemmis ornauit & auro,
Inclytus HERMANNVS *ſanguine, diues opum.*

Obijt XI Kal. Decemb. anno 1099. ſepultus Sibergæ (Dodechinus, Gigas, &
C Kleinſorgius.)

XLVI. Fridericus I. *Anno 1100.*

Sueuorum genitus primus FRIDERICVS *in armis,*
Norberto tribuit pignora ſacra pio.

Fundauit Monaſterium Inſulæ Rolandi in Rheno, & cellam in monte S. Apollinaris apud Regiomagum, dedit Eccleſiæ S. Bartholomæi in Vorſt territorij Kempenſis, Reliquias S. Gothardi, ad cuius vitam erroneè Henricus nominatur. Obijt 8. Kal. Nouemb. Anno 1131. ſepultus Sibergæ in domo capitulari.

D ## XLVII. Bruno II. Altenanus.

Altena quam dederat vitam, tulit Appula tellus,
Indulſit requiem mons tibi BRVNO *vetus.*

Ex Metropolitano Colonienſis & S. Florini Confluentini Præpoſito, atq; S. Gereonis Decano (vti reperio in Archiuis) electus contra Godefridum Præpoſitum Sanctenſem anno 1132. S. Bernardum pro ſuſcipiendo Epiſcopatu conſuluit: ſuorum quaſi vi coactus eſt ad ſedem conſcendendam. Obijt 1137. IV. Kalend. Iunij Barij in Apulia. vide inter epiſtolas S. Bernardi 8. 9. 10. quomodo idem Bruno refutarit quondam Treuirenſ. mytram lege apud P. Chriſtophorum Brovverum

in Treuirenſi hiſtoria *pag.* 746. 750. 755. A morte translatus eſt in veterem Montem. A

XLVIII. Hugo Comes Sponheimenſis.

Hvgo per paucis gauiſus honore diebus,
Knechtſtadiæ meruit conditor eſſe domus.

Obijt prima Iulij Anno 1137. Barij (Melphiæ dicit P.Brovverus) ibidemque ſepultus eſt.

XLIX. Arnoldus I.

Bernardo Arnoldvs *fuerat gratiſſimus Heros,*
De ſimoniaco liber ouansque malo. B

Electus 1137. obijt 1151 30. April. ſepultus ad S. Andream. vide S. Bernardum *Epiſt.* 302. *& lib.* 3. *de conſol. c.* 3.

L. Arnoldus II. Comes Wedanus.

Alter at Arnoldvs *genitus de ſtirpe VVedana.*
Reindorpenſem ædem ſtruxit, ibique cubat.

Arnoldus Comes Wedanus ex Præpoſito Metropolitano electus, ſedit annis V. eius tempore S. Bernardus moritur, S. Seuerini Eccleſiæ contulit Decaniam in Mula. obijt 1156 14. Maij ſepultus in Rheindorff. C

LI. Fridericus II. Comes Altenæ & Montium.

Montibus exortus paucis Fridericvs *in annis,*
Bella ſuo geſſit non ſocianda pede.

Electus 1156 Fridericus Altenanus Adolphi Comitis filius, cum Gerardo Bonnenſi Præpoſito, huic præualuit, & ab Adriano III. confirmatus eſt anno 1157. ſed anno 1159. VII. Kal Octob. obijt Papiæ, & translatus indè ſepelitur in veteri Mótc.

LII. Renaldus de Daſſele.

Schiſmatis in partes abijt Reinaldvs, *at illi*
Præmia virtutis ſancta fuere Magi. D

Obijt in Italia 1167. 19 Kal. Sept. ſepultus in Metropolitanâ, in quâ de ipſo agam.

LIII. Philippus de Heinsbergh.

Ortu Heinsbergiacus magnus virtute Philippvs
Mœnia, & Angariam, VVeſtphaliamq́; dedit.

Eligitur in Italia Anno Christi 1167. antea deſignatus ſucceſſor. Obijt propè Neapolim anno 1191. idibus Augusti, ſepultus in Metropolitana, in qua de ipſo ago.

LIV.

A **LIV. B. Bruno III. de Altena & Montibus.**

BRVNO *triennalis mytræ, pertaſus honorem,*
Abdidit in clauſtro Pontificale caput.

Electus anno 1191. poſt Nat. B. M. V. in contentione cum Lothario Comite de Hochſteden Præpoſito Bonnenſi, reſignauit 1193. In Necrologio Ciſtercienſi 23. Aprilis annumeratur Beatis. Vide D. Iungelinum de Abbatijs Ciſtercienſ. *lib. 2. pag.* 26. ſepultus in vetere Monte.

LV. Adolphus Comes Altenanus & Montenſ. *Anno 1200.*

Succeſſor patrui, cacæ leuitatis ADOLPHVS
B *Pulſus bis facto Cæſare, ſede fuit.*

Exauctoratus 1205. 15. Kal. Iulij obitus verò eius annotatus eſt in Necrologio Metropolitano 15. Aprilis.

LVI. Bruno IV. Comes Seinenſis.

BRVNO *Seinenſis captus regnante Philippo*
Liber erat, parcæ cum rapuêre virum.

Electus 1205. capitur 1206. liberatur 1207. & eodem anno die Commemorationis fidelium animarum moritur ſepultus in Metropolitana.

LVII. Theodoricus I. de Heinsberg.

C *Heinsperga genitus mox* THEODORICVS *ab aris*
Pulſus ut, ſtruxit Mercuriale iugum.

Electus 1208. circa natalem Domini, exauctoratus anno 1213. in cœna Domini, ſtylo Colonienſi, ſed Romano 1214. atque abinde triennio cauſa eius diſputata eſt.

LVIII. S. ENGELBERTVS I. Martyr Comes Altenanus & Montenſis.

Pro Sanctis meritis ruit ENGELBERTVS *ab enſe,*
Cognatæ hoc potuit vis violenta manus.

D Electus 1216. 22. Feb. Martyrizatus 1225. 7. Nouemb. eleuatus impoſitus eſt in precioſam Ferdinandinam tumbam. Scripſi integra lucubratione eius hiſtoriam.

LIV. Henricus I. Comes de Molenarck.

Martyris HENRICVS *Vindex, Molenarckius Heros,*
Impunem Sancti non tulit eſſe necem.

Electus 1225. S. Engelberto necdum ſepulto, obijt 1237. 26. Martij, vti obſeruo ex necrologio Metropolitano.

LX. Con-

A

LX. Conradus Comes de Hochſteden.

CONRADVS Summi cæpit faſtigia templi
Atque Vbiâ Salomon alter in Vrbe fuit.

Obijt Coloniæ apud S. Gereonem anno 1261. pridie S. Michaelis, ſepultus in Metropolitana vbi de ipſo agam.

LXI. Engelbertus II Comes de Valckenberg.

Cum grege ſæpe ſuo ruit ENGELBERTVS in arma,
Sors bona, non dotes deſtituêre Virum.

B

Sedet annis XIV. obijt 1275. poſt reditum ex Concilio Lugdunenſi, ſepultus Bonnæ in Eccleſia SS. Caſſij & Florentij.

LXII. Siffridus de Weſterburg.

Prædeceſſoris ſortem SIFFRIDVS, vt arma.
Induit, ingeſtis maior honore dolis.

Mortuus 1296. 7. idus Aprilis teſte Necrologio Sigebergenſi, ſepultus Bonnæ in Feſto Palmarum, quo eodem feſto ante annos viginti tres Lugduni ad cathedram per Engelbertum aſſumptus erat.

C

LXIII. Wichboldus Baro de Holte.

Anno 1300.

Auxilio procerum ſcandit VVICHBOLDVS in altum,
Suſatiq; intra mœnia ceſſit humo.

Anno 1296. vel ſecundum æram Colonienſem à Paraſceue vel Martio incipiendo annum, electus 1297. menſe Maio, obijt 1306. 3. Aprilis ſepultus Suſati in Eccleſia S. Patrocli.

LXIV. Henricus II. de Virnenburg.

D

Templis ſacrandis HENRICVS deditus vſque
Ingenti Hulckradios ære redemit agros.

Anno 1306. diſparibus ſuffragijs electi Reinaldus Comes Weſterburgius Siffridi Archiepiſcopi frater, & Wilhelmus Comes Iuliacenſis Archidiaconus Leodienſis, atque Henricus de Virnenburg qui Wilhelmo in bello Flandrenſi cæſo, poſt multorum menſium diſceptationem, Romæ à Clemente V. impetrauit confirmationem anno Pontificatus eius primo, qui eſt annus Chriſti 1306. Obijt 1331. ſepultus Bonnæ in ſacello S. Barbaræ.

A
LXV. Walramus de Iuliaco Comes, vtriuſque Iuris Licentiatus.

Sanguine Iuliades, magnus WALRAMVS *ab arte,*
Lechniacamq́; arcem, Carthuſiamq́; dedit.

Electus contra Adolphum Marcanum Epiſcopum Leodienſem, Anno 1331. alijs 1332. & Chronologo Colonienſi 1334. obijt 1349. pridie Aſſumptionis B.M.V. ſepultus in Metropolitanâ vbi de ipſo ago.

B
LXVI. Guilielmus de Gennep: Baro.

Debita WILHELMVS *congeſto ſuſtulit auro,*
Debuit infauſta fata ſubire nece.

Electus anno 1349. obijt 1362. 15. die Sept. ex morſu cercopitheci, ſepultus in choro Metropolitanæ vbi de ipſo ago.

LXVII. Ioannes Antiepiſcopus Comes de Virnenburg.

Exiguo magnos IOANNES *tempore ſumptus*
Fecit, & hinc alibi cinxit honore caput.

C
Mortuo Wilhelmo de Gennep Sedes vacauit decem menſibus, antequam Canonici ſcirent quem eligerent: atque ſurrogarat Archiepiſcopus moriens ſibi Wilhelmum de Schleida Præpoſitum ſummæ ædis, qui dignitatem ſpernens, tandem conſenſit in electionem Ioannis de Virnenburg Decani Metropolitani & Præpoſiti Sanctenſis, viri profuſiſſimi, ſed hunc Vrbanus Papa coëgit cedere; translatus tandem eſt ad Monaſterienſem, & demum ad Vltraiectinam Sedem.

LXVIII. Adolphus II. Altenanus.

Magnus amor ſtirpis reſilire coëgit ADOLPHVM
Pro Mytra coniunx, Sede, cubile fuit.

D
Hic promotus I.V. Licentiatus, ex Monaſterienſi Adminiſtratore anno 1363. Coloniam translatus, ſedit menſibus vndecim ſine ordinibus, & anno 1364. abdicauit diſpenſante Pontifice ducens vxorem.

LXIX. Engelbertus III. Aetenanus.

Ante Leodinas ſtetit ENGELBERTVS *ad aras,*
Mox Vbias; rapuit Mors properata virum.

Hic Adolphi reſignantis patruus, cũ ſediſſet annis quatuor, aſſumpto Cunone

A S. Laurentij ſucceſſit. Anno 1508. 27. Sept. vel vt habent aliqui manuſcripti 20. Octobris defunctus, ſepultus in Metropolitana ante tabernaculum Venerabilis Sacramenti.

LXXV. Philippus II. Comes de Oberſtein & Duna.

Anno 1500.

Nobilium fraudes eluſit ab arte PHILIPPVS
Nec tamen effugit ſpicula dira necis.

Electus anno 1508. in die S. Bricij: Obiit in Popelsdorff anno 1515. ſepultus in
B Metropolitanâ ante Venerab. Sacramentum.

LXXVI. Hermannus V. Diues pacificus Comes de Weda.

Nobilis, & Diues, pacisque HERMANNVS *amator,*
Deceptus perÿt fraude Luthere tuâ.

Electus anno 1515. Iſte in Bonnenſis Reip. ſinum intromiſit Bucerum Apoſtatam; cuius librum de reformandâ Religione Bonnæ editum Anno 1543. Colonienſes refutarunt: nihilominus in deformanda Dei Eccleſia Hermannus, Kempenæ, Andernaci, & alibi perrexit: & ideo in ſecundam & tertiam generationem
C reſeruata ira Dei, euoluto ſæculo in nos effuſa eſt, & tota prouincia nunc miſerè deformata. Cæterum Hermannus ob hæreſin depoſitus 1546. 16. Aprilis, ceſſit 1547. 25. Februarij, moritur, 1552. 15. Auguſti, priuatus in comitatu Wedano Biuerni ſepultus.

LXXVII. Adolphus III. Comes de Schawenburg.

Hermanno Adiutor datus eſt Schaumburgus ADOLPHVS
Ille Tridentinâ viſit in Vrbe Patres.

D Electus anno 1547. 24. Ianuarij, 1550. ipſo Panthaleonis 28. Iulij fecit ſolemnem introitum ſuum Coloniæ, moritur Brulæ 1556. 20. Septemb. hucuſque vltimus Epiſcopus conſecratus: ſepultus in Metropolitana in qua tracto de ipſo.

LXXVIII. Antonius de Schawenburg.

Succeſſit fratri non bino ANTONIVS *anno,*
Cum vita, haud virtus deſtituêre virum.

Surrogatus anno 1556. moritur in arce Godesbergenſi 1558. 18. Iunij, ſepultus in Metropolitanâ vbi de ipſo ago.

LXXIX. Ioannes Gebhardus Comes Manſfeldicus. A

GEBHARDO dederat vitam Mansfeldica tellus,
Vix dum Pontificem funere merſit hydrops.

Electus anno 1558 in Feſto S. Annæ, moritur Brulæ ex aquâ intercute anno 1562. in die animarum: ſepultus in Metropolitanâ in ſepulchro Schavvenburgenſium.

LXXX. Fridericus IV. Comes de Weda.

Exuit accepto ſeſe FRIDERICVS honore, B
Quem dedit illuſtri VVeda ſuperba domo.

Electus anno 1562. anno ſuo ſexto abdicauit 1567. & 1568. 26. Decemb. mortuus ſepelitur apud Dominicanos, vbi de ipſo.

LXXXI. Salentinus ab Iſenburg Comes.

Stirpis amor propriæ SALENTINVM abſtulit aris,
De quo longum Vbij perdoluère viri.

Succeſſit anno 1567. 23. Decemb. electus, abdicauit 1577. 13. Sept.

LXXXII. Gebhardus II. Baro Truchſeſius à Walburg. C

Ludrica TRVCHSESIVS ſectans, & vana, iocosq;
Lubricus in varios proruit inde dolos.

Electus 1577. pridie S. Nicolai, ſed faſcinatus Schotti magi philtris, ad fœda & hæreſim prolapſus, à Gregorio XIII. Pontifice Maximo deponitur 1583. Kalend. Aprilis.

LXXXIII. Erneſtus Dux Bauariæ &c.

Ann. 1600. *ERNESTVS Bauarus pro Religione triumphans,* D
Reſtituit laſis vimq; decusq; ſacris.

Surrogatur contra Gebhardum anno 1583. 22. Maij, Moritur Arnsbergæ 1612. 17. Febr. ſepultus in Metropolitana Colonienſi ante tres Reges.

LXXXIV. Ferdinandus Dux Bauariæ &c.

Sublectus Patruo meruit FERNANDVS honorem,
Turbarunt placidas Gallus & Heſſus opes.

Natus 1577. 7. Octob. hora 10. noctis: factus anno 1595. Coadiutor, ſuccedit anno

anno 1612. 12. Martij: fœliciſſimè gubernat, quamuis vti in 76. Antiſtite Hermanno
A de Weda dictum, cogatur euoluto ſæculo ab admiſſa hæreſi, aſpicere diuinam *Vltti.em populi quam meruêre manum.*

LXXXV. Maximilianus Henricus Coadiutor Dux Bauariæ &c.



B *Reſtauraturo res* MAXIMus ÆmILIANVS
HENRICVS *Patruo iungitur æqua manus.*

Inthronizatus Coadiutor 1643. 21. Ianuarij.

Notatio I.

Pro Colonienſium Epiſcoporum Catalogo primo obſeruandum eſt ex B. Ruperto Tuitienſi Abbate, *lib.* 1. *de Officiis cap.* 27. qui nobis ignota monumenta vidiſſe potuit, *Creſcentem Epiſcopum* S. Pauli diſcipulum primum Coloniæ, exiguo tamen tempore, docuiſſe. *S. Creſcens.*

Secundo in tabulario Sancti Martini Maioris obſeruandum: nomen *Haynidi monachi S. Martini Colonienſis Epiſcopi*; ſed credo verba commate interpungenda poſt vocabulum *Colonienſis*, vt appoſita periodi nota, finiatur ſententia, ſignificando quod fuerit noſtræ Vrbis Monachus, non Epiſcopus. Alibi alioquin lego in Flodoardi Eccleſ Rem. hiſto. *lib.* 2. *cap.* v. florentem temporibus S. Cuniberti Colonienſis, Cenomannenſem Epiſcopum nomine Hadoindi & Chadoindi. *Haynidus Epſ.*
C

Tertio In Metropolitano Necrologio ad diem 18. Auguſti, notatur obitus WICKERI *Archiepiſcopi Colonienſis* quem hactenus in nullo Catalogorum reperio. *Wickerus Eps.*

Quarto Neque antiqui Catalogi qua editi qua mſ. i. habent, *Domitianum Epiſcopum*, qui Anno Dominicæ incarnationis quingenteſimo triceſimo quinto, Agapeti Papæ primo, Childeberti Regis Clodouei Filij anno Regni 24. & Theodoberti Theodorici Filij anno ſecundo, vi. id. Nouemb *poſt conſulatum Paulini Iunioris V.C.* Cum Nicetio Treuirorum, Heſperio Metenſi, Deſiderato Virdunenſi Antiſtitibus ſubſcripſit XI. loco Concilio Aruernenſi compellando ſe *Domitianum Colonienſem Epiſcopum,* vt videre eſt apud R. P. Iacobum Sirmondum in Gallicanis Concilijs: & nititur authoritate Veterum Codicum Foſſatenſis, & Tiliani. Sed vt dixi hic Epiſcopus æquè ac Maternus II. non reperitur in mutilis Vbiorum Catalogis: Vnde Petrus Pithæus V.C.L. Videtur credere eundem eſſe Tungrenſem Epiſcopum, qui an. 549. Concilio quinto Aurelianenſi ſubſcripſit. Mihi perinde eſt, an è Catalogo reijciatur, aut idem Colonienſi & Tungrenſi eccleſijs præfuiſſe, aut denique diuerſi eſſe cenſeantur. Fuit alioquin iſtis temporibus Domitiani non infrequens nomen, *Domitianus Epiſcopus An.* 535.
D

nam anno 567. Concilio Turonenſi ſubſcripſit etiam Andegauenſis Eccleſiæ Epiſcopus Domitianus. Baronius tomo. 7. adſcribit Domitianum Catalaunenſi Eccleſiæ; & meminit Aymoinus *lib. 3. hiſt. Francorum cap. 2.* Domitiani Epiſcopi Carnotenſis. Cæterum hoc libro ſub finem Syntag. quinti, commemoraui de B. Galli Aruernenſis conuerſatione in Vbijs. & incenſo illic Deorum fano; itaque nihil mirum ſi Colonienſis Epiſcopus Aruernenſi familiaris, in Synodo Aruernenſi comparuerit. A

Notatio II.

DE TEMPORIBVS EVPHRATIS ET S. SEVERINI COLONIENSIVM Antiſtitum, ac Sardicenſis Agrippinenſisq́; Conciliorum. B

Difficultates in ara Colonienſi.

PLures ſunt in Hiſtoria Vbiorum ſalebræ, quibus impliciti quorundam calami, quo ſe magis extricare conantur, eo tenacioribus difficultatibus ſe inuoluerũt, maximè qui aut nullam temporum rationem attenderunt, aut nouas commenti ſunt ſententias à Maiorum traditione procul abeuntes; aliqui refutatione indigni ſunt. Cum autem hæc meditabar & cudebam, vir multæ lectionis & hiſtoriæ in diſſertatione de antiquis Agrippinenſium Epiſcopis, Synodum Colonienſem & tempus depoſiti Euphratis atque ſuffecti Seuerini, refert in Annum æræ Chriſtianæ 361. poſt mortem ſcilicet Conſtantij Ariani Cæſaris. Refutationem difficultates opinionis iſtius merentur, vt autẽ veritatis cauſa magis fiat perſpicua, pluſcula contexam de vtraque ſynodo Sardicenſi & Colonienſi, deque Epiſcopis noſtris Euphrate Apoſtata & S. Seuerino Catholico Confeſſore. C

A morte Materni II. Sedit Euphrates Græcus.

De Euphrata igitur ſtatuo eum à morte Materni II. ſediſſe Coloniæ, & addo ex nomine videri Græcum Origine, forſitan à Conſtantino Magno ex Orientali Eccleſia, Occidenti ſubmiſſum Hic deinde à morte Conſtantini Magni Anno decimo vt Sozomenus Vndecimo vt Rufinus. vterque benè, quando in decimi & vndecimi annorum confinio, id quod dicam actum eſt, cum Maximino Treuerenſi & Martino Moguntiacenſi ſpectata virtute Epiſcopis, tanquam Legatis cæterorum è Germaniæ & Galliarum Metropolitanis, profectus eſt ad Sardicenſem Synodum *Coſſ. Rufino & Euſebio.* Ibi è trecentis Occidentis Epiſcopis, electus eſt Euphrates, cum Vincentio Capuano Epiſcopo Legatus, vt ad Conſtantium Cæſarem, pro impetranda reſtitutione Athanaſij Magni, Alexandrini & Pauli Conſtantinopolitani Epiſcoporum, iret, cum autem apud Antiochiam eſſet Euphrata, inuidentes Legationi Arriani, & metuentes conceſſum iri à Conſtantio Aug quod legati armati fratris Conſtantis Aug. potentia & Romani Pontificis auctoritate & conſenſu Occidentis, poſtulabant, videlicet. vt *Athanaſius & cæteri expulſi ad ſedes ſuas reuerterẽtur. Vt in vno omnes Catholicos Epiſcopos denigrarent, meretricem quandam in Euphratis cubiculum* D

Vadit ad Sardicẽſem ſynodum. Legatus ſynodi.

A *culum clam immiſerunt, ſperantes futurum, vt cum ea deprahenderetur ſed Deus ipſe inanem*
Calumniam diſsipauit, cum meretrix ad iuuenem ſe duci credens, conſpecto annoſo Epiſcopo,
ſcelus vltro prodidit. Antiochiæ hæc in Palatio per Stephanum Antiochenum malum
Epiſcopũ fabricata videntur & teſtis eſt Athanaſius: *Euſebiani*, inquit, *viri mirifici &*
ad quoduis facinus prompti, cum Legatos iſtos Antiochia vidiſſent, in commune quidem conſi-
lium ineunt, ſed ita tamen vt Stephanus fabulam initi Conſilij peragendam, ſuſciperet, vtpote
ad iſtiuſmodi res longe aptiſſimus. ſuſcepto negotio conducit ille publicam meretricem, in ipſis
Ferijs Sacroſancti Paſchatis, eamque nudam per tenebras immittit in ædes Euphratæ Epiſcopi,
meretrix autem, quia principio credebat Iuuenem eſſe à quo accerſeretur, promptè ſequeba-
tur, poſtquam autem ita deſtituta ab illis, hominem dormientem, ignarum omnium intuere-
B *tur, diligentiuſque conſiderans, ſenis vultum, & Epiſcopi ſpeciem animaduerteret. ſtatim cla-*
morem edit, ac vim quiſitatur, illi contra eam orare, vt taceret & falſum crimen Epiſcopo
concinnaret. Die igitur illuceſcente, vulgatur facinus. & vniuerſa ciuitas concurrit, & qui in
palatio erant, rei admiratione commouebantur, neque eam ſilentio tradi volebant, itur in iu-
dicium. Leno prodit eos qui meretricem accerſierant, illique deinde auctorem iſtius rei Ste-
phenum eſſe oſtendunt: erant enim eius Clerici, qui cum Lenone conuenerant. Stephanus igitur
Epiſcopali dignitate exuitur, & in eius locum ſufficitur Leontius ille caſtratus non in aliud
quam vt non deeſſet hæreſcos propugnator. Hæc Athanaſius. Erât autẽ hoc genus caſtra-
torum hominum aptiſſimum ad Arrianam hæreſim defendendam, quippe quæ in
ſterilitate naturæ diuinæ affingenda tota occupatur. Ex his ita geſtis conſtat, quod
înfœlix Euphrates à fide defecerit poſt Sardicenſe Concilium, quantis motiuis im-
C pulſus, ipſe nouit & oculus omnium inſpector. Quamobrem malè à Viris quibuſ-
dam eruditiſſimis Concilium Agrippinenſe, in quo Euphrates depoſitus eſt integro
ferè biennio ante Sardicenſe Concilium collocatur, & graues in hiſtoria Eccleſia-
ſtica Colonienſium errores cauſantur. Sed quid quorundam oculos alias quidem
lynceos perſtrinxit, vt hanc trabem non viderent, & ſequaces ſuos præcipitarent?
dico error leuis, non ipſorum ſed illius qui in actis Concilij Agrippinenſis notam
temporis hanc: *poſt conſulatum Decentij & Paulini ſiue Pauli* ob Tyrannidem poſtea
eraſa è faſtis nomina, & proinde in ijs non reperta, incognita nomina mutanda eſſe
diuinauit ſubſtitutis nominibus his: *poſt Conſulatum Amantij & Albini* præclare ſcilic.
D vt patet, ad hiſtoriæ confuſionem. Sed quo igitur Anno iſte *Decentius & Paulus* è
faſtis eraſi Coſſ. fuerunt, Dico anno XVI. à morte Conſtantini Magni currente, cum
rerum in Occidente potiretur Magnentius Æmulus Conſtantij Conſtantis Impe-
ratoris peremptor. Iſta indubitatis ſunt monumentis teſtata, nam Decentium &
Paulum præter alia monumenta nobis conſeruauit Victorini Aquitani Canon Paſ-
chalis, tanto fidelior quanto antiquior, & Eccleſiæ Catholicæ vſitatior: ideoque in
antiquis Eccleſiarum vetuſtis libris conſeruatus, 1633. ab Ægidio Bucherio Soc. Ieſu
Eruditiſſimo ſcriptore publicatus. Eorundem Conſulum nomen in hac prouincia
vſitatum, docet antiquus lapis repertus Tolbiaci in Houen Ciſtercienſi Partheno-
ne, translatus inde in arcem Blanckenheim Illuſtriſſimorum Comitum de Mander-
ſcheid.

Hæc Antiochia non Sardicæ contigerunt.

Conſules Correcti.

D. MAS-

Ædilique Curatoriq.

D MASCLINIO MATERNO. M. DECCA ÆDILICIO CVRATORICIO SACERDOTALI EX COMITIBVS MASCLINIVS LEO BENEMER. DECENTIO CÆ... & PAVL... COSS.

A

Cæſare.

Omitto alia documenta & licet ante inſinuatus Author dicat, *nunquam mihi perſuaderi patiar, regnante Conſtantio acerrimo Ariannorum propugnatore, Euphratem ſede ſua pulſum, eſſe ſi enim Auxentius Epiſcopus Mediolani etiam poſt mortem Imperatoris deturbari non potuit, longè à veritate abeſſe ſuſpicor, nobiliſſimum Germaniæ Epiſcopum, ſub protectione potentiſſimi Imperatoris conſtitutum, dignitate ſua motum fuiſſe. An enim Conſtantius id paſſurus erat, cum ſe in Epiſcopis ſuis damnari videret? An non potius quod Anno 355. fecit omnes vbique Orthodoxos ſedibus ſuis eieciſſet, quam vt pateretur vnum Arrianum ab ijs deponi? Adde quod nullum Concilium ijs temporibus abſque conſenſu Imperatorum Celebrari conſueuerit, multo minus Epiſcopus aliquis damnari aut depelli.* Licet inquam, hæc pro ſua ſententia cl. vir afferat, ea tamen nullam vim habent, cum non intra Conſtantij limites, ſed Imperij Magnentij contigerint, qua aſſertione omnia illa argumenta corruunt, quæ aduerſus veritatem texuntur, ſed & illud error non leuis eſt & ad mores pertinet, quod aſſerit nullum tunc Concilium abſque conſenſu Impp. celebrari conſueſſe, quam id non verum videri poteſt ex Tomis Conciliorum ſub Conſtantio & alijs impijs celebratorum. Alia quoque nota temporis oſtendit mihi Agrippinenſe Concilium, eo quo dixi tempore, neque vt citatus Author poſt 360. aut Trithemius Anno 375. aut vti Gigas 390. celebratum eſſe & Euphratem depoſitum fuiſſe, nam ex in ſcriptione Agrippinenſis Synodi *facta eſt degradatio Euphratæ Colonienſis Epiſcopi conſentiente & ſubſcribente Iulio Papa & omnibus Italiæ Galliæ, & Germaniæ Epiſcopis poſt Conſulatum &c.* Quis enim Pontificatum Iulij referat ad poſtrema tempora Liberij Papæ & Annum æræ Chriſtianæ 361. Accedit tertium argumentum videlicet è tempore & ætate perſonarum, quæ Agrippinenſi concilio interfuiſſe noſcuntur prout in ſubnexis notationibus liquebit, & hic dico exempli cauſa, quamdiu vixerit Maximinus Treuericus, qui primus in Concilio ſententiam contra Euphratem dixit, conſtat enim ex Athanaſio Maximinum Sardicenſi Conuentui haud diu ſuper vixiſſe, quia Athanaſius ab eâ Synodo abſolutus & Romam ad Iulium Pontificem ex Gallijs profectus, inde in Palæſtinam abijt; demum cum vix Alexandriæ ſedem fixiſſet, Vrſacius Singidonis, & Valens Murſæ Epiſcopi, Principes Arianorum Romam errorem ſuum deprecatum *ad Iulium iêre literarum porrò quas & ad Iulium Pontificem & ipſummet Athanaſium Valens atque Vrſacius dederant, exempla à Paulino Treueris Epiſcopo ſibi in Oriente tranſmiſſa, ſcribit Athanaſius. Suppedit & quartum nec minus illuſtre, ex Athanaſij Apologia, documentum quo ad Magnentij quoque Tyrannidem vſque vixiſſe Maximinum cognoſcimus.* Hæc P. Brovverus. Magnentius autem interfecit Conſtantem in Venatione, *Coſſ. Sergio & Nigrino*, & ſexennio propè ty-

B

Tempus Iulij Papæ.

C

Tempus Sancti Maximini.

D

P. Chriſtophoro Brovvero lib. 4. Treueren.

In Occidente Catholicũ regimen.

A tyrannidem obtinuit, nã quinquennalia eius peracta habes apud Baroniũ 350. nu. 3. & Brovverum in hiſtoria Treuerenſi in nummis excuſa. Vterque autem Conſtans nempe Frater Conſtantij & Tyrannus Magnentius, Catholicam Religionem coluit, de Conſtante nemo dubitat qui legerit epiſtolas pro reſtituendis Athanaſio & Paulo. *Viros ipſos*, ſcribit Cõſtantio, *ad te mittam ſin eſt, vt nolis, pro certo velim cognoſcas, me illuc ad te venturum, atque illos in ſedibus ſuis te inuito repoſiturum.* Magnentij Auguſti & Decentij Cæſaris religionem, t ſtantur primo eorundem numiſmata in quibus vbique ſulget Chriſti nomen Veterum more literis expreſſum, deinde quod Colonienſis Synodi Columina Maximinum Treuerorum & Seruatium Tungrorum Epiſcopos



B pro Legatis ad conciliandum ſibi Conſtantium adhibuerit: quæ legatio Maximino ſuprema fuit, nec ex ea redijt viuus & ſoſpes, ad ſedem ſuam, ſed ex Oriente reuerſus in Aquitania moriens ſedem reliquit Paulino, qui ante deuictos Tyrannos eam iniuit, itaque neceſſario Synodus Agrippinenſis poſt quidem Sardicenſem collocanda eſt, ante tamen obitum S. Maximini & triumphatos à Conſtantio Tyrannos, Decentium Cæſarem quem Chonodomarius Rex Alemanorum ſuperauit, & Magnentium Auguſtum, qui ſe ipſum ſexto arrepti Imperij anno, interfecit. Hinc etiam colligitur cur Conſtantius Arrianus in Oriente dominans impedire non potuerit Occidentales Epiſcopos ad degradationem Euphratis Coloniæ coëuntes, Addo vilem ſatis & meticuloſum fuiſſe Conſtantium Arrianum, nam & timore Conſtantis fratris Paulum Conſtan-

C tinopolitanæ ſedi reſtituit, & Athanaſium ad reuertendum amicis literis inuitauit: timor autem in tumorem primum mutatus videtur, Poſt mortem Magnentij & Annum Chriſti 355. æræ communis, quando quoque *Fl. Albetione & Mauortio Lolliano Coſſ.* Syluanum Bonitium imperium capeſſentem in aditu Colonienſis ædiculæ interfecit. *Tunc enim Conſtantius, vt iam cælo contiguus caſibuſque imperaturus humanis, magniloquentia faſtuque adulatorum, quos augebat ipſe ſpernendo proyciendoque id genus parum callentes? igitur Syluano Agrippinæ, vt relatum eſt, interfecto, inæſtimabili gaudio recognita Princeps inſolentia coalitus & tumore, hoc quoque fælicitatis ſuæ proſperis curſibus aſſignabat, eô more quo ſemper oderat fortiter facientes. vt quondam Domitianus.*] Hæc Ammianus Marcellinus Ethnicus ſcriptor & percuſſor Syluani Catholici: Ex quibus vi-

D demus quomodo primum Anno Chriſti 355. potuerit & auſus fuerit contra occidentales Orthodoxos graſſari Conſtantius, eâ igitur ratione omnia temporis momenta optimè conſonant traditæ à maioribus noſtris Hiſtoriæ & Concilij Agrippinenſis actis, atque vnâ deprehenſum eſt germanum tempus, quo S. Seuerinus ſedere cœpit, reperto ad eum modum initio ſedis eius, videamus quanto præfuerit tempore, in quo aſſignando neceſſarium eſt, annos præſulatus eius extendere vltra obitum S. Martini Turonenſis, nam in eius obitu Angelos audiuit cum ſuauiſſima muſica animam in cœlos ferentes, qui igitur præſulatui eius annos tantum aſſignãt quadraginta, videntur aberraſſe in numero, & literam X quam literæ L. poſtponere

Illatio 1. de tempore Concilij Agrippinenſis.

Illatio 2. de commoditate Concilij illo tempore & regimine.

Quanto tempore ſederit S. Seuerinus.

debuerant, præpoſuiſſe Scribendo XL pro LX. Cum Sanctus Martinus Tempore Agrippinenſis Concilij Adoleſcens & miles Scholaris, ſexageſimo circiter Anno poſt eam Synodum obierit, poſt obitum vero S. Martini obijt S. Seuerinus exul apud S. Amandum Burdegalenſem Epiſcopum, aliquot, vt videtur elapſis à morte S. Martini annis, cuius exilij cauſâ exiſtimo ex irruptione Wandalorũ Alamannorumque. *Coſſ. Arcadio* VI. *& Annicio Probo*, quam Syntagmate 13. huius libri numero V. recenſeo, tunc enim protrita Colonia, diſperſo grege, S Seuerinus ætate & meritis grauis, ad æterna præmia tranſiuit, circa Annum Chriſti 408. 23. Octobris Triennio poſt reportatus Coloniam ab Euergislo ſucceſſore. Nunc redeamus ad proſequendas obſeruationes vetuſtiſſimi Agrippinenſis Concilij, vt ſic vberius de eius tempore conſtet, ex temporibus & nominibus Patrum, qui in ea aduerſus Euphratam dixerunt ſententiam. A B

Notatio III.

DE EPISCOPIS QVI INTER FVERVNT SYNODO AGRIPPINENSI.

Iulius I. Papa.

EX titulo vetuſtiſſimæ Synodi Agrippinenſis, liquet eam celebratam auſpicijs approbatamque calculo IVLII. I. Papæ. vnde perſpicuè colligitur, quo tempore ſit celebrata, nimirum ante annum 349. Siquidem Iulius Papa cœpit *Coſſ. Titiano & Feliciano* quibus Coſſ. mortuus eſt Iulij prædeceſſor Papa Marcus prid. Non Octob & ipſe Iulius ſedit XV. annis & aliquot menſibus, vſque ad Conſulatum Conſtantis AV. & Conſtantij Cæſ. circa III. Non April vt eſt in libello de Rom. Pontif. qui fuit accuratiore æra Annus 348. & iiſdem Coſſ. cæpit Sedere Liberius Papa, ergo ante annum 349. debet celebrata eſſe Synodus Agrippinenſis quod ipſum pone propter confirmant vlterius nomina Epiſcoporum qui Concilio ſubſcripſerunt, videlicet. C

I. Maximinus Treuirorum. D

De eo præmiſſa eſt notatio Ioannes Trithemius in vita S. Maximi Moguntini apud Surium 18 Nouemb. pro Maximino ſubſtituit Bonoſium Treuerenſem nam refert Synodum Agrippinenſem ad Ann. 375. quo tempore quidem viuebat Bonoſius, ſed omnes mſci & editi habent Maximinum II. Treuerenſem & forent mutanda fere omnium Patrum nomina, contra fidem veterum codicum.

II. Seruatius Tungrorum.

Refert Gregorius Turonenſis, cum poſt Concilium Agrippinenſe peregrinatum Romam orationis cauſa, ne Deus vnquam Hunnos gentem incredulam, &c. in *Gallias venire permitteret*; ibique reuelatum eſſe S. Seruatio decretum Dei con-

tra

A tra Gallias; Seruatiumque breui moriturum, & non viſurum mala quæ facturi eſſent Hunni in Gallijs Itaque S. Seruatius ſciens mortem ſuam præ foribus propperauit, ſed in ipſa Italia in palantes iam Hunnos barbaroſque incidens, diuinitus euaſit, & per Eliſatiam, Vangiones, Coloniam, Treueros, Metaſque, implens prædicatione pœnitentiæ loca, in patriam demum rediens, Obijt Anno ſequente 13. Maij. Anno 350. qui eſt Gemblacenſi 353. priuſquam Magnentius Aug. ſui ipſius percuſſor & Decentius Cæſar, ab immiſſis Barbaris ſuperarentur: ex eo ſiquidem tempore omnia Conſtantius Arianus Cæſar obtinuit, qui igitur poſtea SERVATIONIS nomine interfuiſſe *Ariminenſi Concilio* recenſetur *Epiſcopus Tungrenſis*, ob diuerſitatem temporis & aliquam diſcrepantiam nominis, dicendus eſt alius eſſe à S. Seruatio; ſicut alius eſt S. Suuibertus Epiſcopus in inſula Cæſaris clarus miraculis, & alius S. Suuibertus Epiſcopus Verdenſis in Saxonia, atque his poſitis Soluuntur ferè omnes difficultates, in quas aliqui ſe conijciunt, de longiſſima ætate S. Seruatij. *Seruatio Tungrenſis ſucceſſor S. Seruatij.*

B

III. Valentinus ab Arelato.

Hic ſucceſſorem habuit Saturninum Arrianum, hominem peſſimum, & præter hæreſin varijs criminibus infamem, qui S Hilarium Pictauienſem egit in exilium, in pſeudo Synodis Arelatenſi & Biterrenſi Septimanorum, celebratis poſt cæſos Magnentium & Decentium. Porro S. Hilarius tertio anno exilij *Arbetione & Lolliano conſulibus*, ad Mediolanenſem Synodum eſt vocatus, ergo tribus annis ante Conſulatum Arbetionis & Lolliani. Valentinus qui in concilio Agrippinenſi fuit, habuit ſucceſſorem Saturninum. Vnde patet Synodum Agrippinenſem iuſto tempori à me reſtitutam eſſe.

C

IV. Donatianus Cabillonum.

Alij legunt Cabillorum, D. Binius Cabellonorum, Claudius Roberti in Gallia Chriſtiana, ait fuiſſe Epiſcopum Cabellicenſem, vulgo de Cauaillo ad Truentiam Fluuium, alij Catalaunenſem de quo 7. Auguſt. lib. 4. dicam.

D V. Seuerinus Senonum.

Nonus ibidem Epiſcopus, cui dicitur (in Claudij Roberti Gallia Chriſtiana) ſucceſſiſſe S. Vrſicinus vita functus Anno Chriſti 356. 24. Iulij. ergo Synodus Colonienſis cui Seuerinus Senonenſis Epiſcopus interfuit, debet eſſe celebrata ante annum 356.

VI. Optatianus Tricaſſium.

Claudius Roberti hunc numerat ſecundùm Epiſcopum Trecenſem, qui ſucceſſit S. Amatori, laudato in Martyrologijs, Kalendis Maij, & in vita S. Germani 31. Iulij.

VII. Ieſſes Nemetum. A

Id eſt, Spirenſium Alijs Ieſſius, D. Binio Teſſes, alijs Iaſinus, à Gulielmo Eiſengreinio *lib. 4. Chron. Nemet.* dicitur *vir multa ſanctitate conſpicuus. Regibus ac Principibus notus & familiaris, qui ſemper ex eo quo Pontificatum adeptus eſt, non ſolum purè, integrè, caſteq́; vixit, ſed quod amplioris cenſetur virtutis, tantæ gratiæ, tantæ Sanctitatis emicuit, vt omnibus veræ perfectionis in ſua conuerſatione præberet exemplum.*

VIII. Victor Vangionum.

Id eſt Wormatienſium, ad eum S. Hilarius Pictauienſis de Euphrata ſcripſit, eundem præcitatus Eiſengrinius dicit: *tum vitæ morumque integritate, tum ſanctitatis fama clarum.* B.

IX. Valerianus Autiſſiodorenſis.

Succeſſit S. Valerio, qui concilio Niceno interfuerat, & ipſe Valerianus interfuit Sardicenſi & huic Agrippinenſi.

X. Simplicius Auguſtodunenſis.

Siue Æduenſis, cuius feſtum incidit in 24. Iunij, & de ipſo loquitur vita S. Germani *lib. 1. cap. 2. apud Surium* 31. *Iulij.* Succeſſit S. Reticio, qui cum Materno II. fuit C. iudex in cauſa Donatiſtarum, Retitij feſtum celebratur 19. Iulij.

XI. Amandus Argentinenſis.

Trithemius in vita S. Maximi dicit: *Alſatenſium.* Hic igitur reſtauratur in aliquibus Catalogis Epiſcoporum, præſul cognomimis S. Amando Aquitanico, qui longè poſt, Sigebertum baptizauit Dagoberti filium ille etiam in Chronico rythmico Argentinenſi dicitur veniſſe Anno 320. ex Scotia; Porro Eccleſiæ illius monumenta perierunt in inundatione Attilæ, quando adeo vaſtata eſt vrbs, vt nomen proprium mutauerit, dicta etiam exinde Straſburgum, id eſt, triuiorum vel complanatum caſtrum. D.

XII. Iuſtinianus Rauracorum.

Id eſt Baſilienſis Parochiæ, ex qua in vita S. Vrſulæ, à S. Cuniberto ſcripta, legitur S. Panthalus Epiſcopus & Martyr, & in Concilio Aurelianenſi Anno 511. Adelphius Epiſcopus Rauracenſis, quem tamen alij dicunt Ratiatenſem vel Pictauienſem Epiſcopum.

A XIII. Elogius Ambianorum.

S. Eulogius ſucceſſor S. Firmini Martyris ſub Diocletiano paſſi 25. Septemb. ſucceſſorem accepit S. Firminum Cōfeſſorem, cuius memoria agitur Kal. Septemb.

XIV. Diſcolius Rhemorum.

In hoc Epiſcopo iterum animaduertere eſt notam temporis Concilij Agrippinenſis, & quidem etiam eius quod Concilium antecedit, nam habet Catalogus Archiepiſcoporum Rhemenſium Betauſium Græcum Euſebij Papæ ex ſorore nepotem, ordinatum à Meltiade Papa in Concilio Arelatenſi, quod Baronius refert ad Annum 314. rectius Sirmundus ad 312. rectiſſimè adhuc anteriori aliquo anno: ſcribunt vero ſediſſe Betauſium annis 14. & 10. Februarij vita functum. Ergo ſaltē
B Anno 326 deinde ſediſſe Rhemis Aprum vel Affrum annis 22. antequam ſuccederet Dyſcolius, qui anni xxii. additi ad ſuperiorem æram attingunt Annum 348. poſt quos Dyſcolius interfuit Agrippinenſi Concilio, neque deinceps diu vixit, quod ex duobus colligitur: primo quia Flodoardus eum omittit in ſuo Catalogo, ſecundo quia ſucceſſores habuit S. Maternianum; & S Donatianum, qui ſolus ſedens annos xxix. Obijt. 390. 14. Octobris; igitur inter Aprum & Donatianum exiguum tempus eſt pro Dyſcolio & Materniano, maximè pro Dyſcolio qui ob breuitatem regiminis videtur omitti, vt inſinuaui.

C *Sequuntur qui per Legatos aut Epiſtolas interfuerunt Synodo Colonienſi contra Euphratam.*

I. Martinus Moguntinenſis.

Hic ex hoc Concilio Agrippinenſi, & commemoratâ ſuperius legatione cum Maximino ad Sardicenſem Synodum, alijsque ex monumentis, ad Catalogos Moguntiacenſis Sedis redintegrandos ſuggeritur, niſi malis cum Ioanne Trithemio, legere nomen Maximi quem dicit ſucceſſiſſe in Sede Moguntina, S. Lucio Annæo Epiſcopo & Martyri, ab Arrianis occiſo; ſed errat Trithemius, nam Martinum
D ſpectatæ virtutis Epiſcopum, iam plurima ex antiquitate habemus erutum: errant quoque putantes eundem eſſe Maximum Philoſophum illum Alexandrinum & Maximum Moguntinum.

II. Victor Mediomatricum.

Trithemius Victorinum nominat. Fuerunt Metis duo Victores, ſed ſi à S. Clementis B. Petri diſcipuli & primi Epiſcopi Mediomatricum initio, computes annos quibus ſinguli Præſules præfuerunt, depræhendes non Victorem hîc legendū, ſed AVCTOREM, vel Actorem qui annis 49. ſedens, à Ferrario *Sanctus* annotatur ad

ro. Auguſti diem, & hæc etiam obſeruat Claudius Roberti in Gallia Chriſtianâ, neque diu vixit Auctor poſt Concilium Agrippinenſe, ſi calculemus annos regiminis Epiſcoporum Metenſium, qui aſſignantur in eorum Catalogo vſque ad S. Firminum, qui anno 506 Agathenſi Concilio interfuit. &c. A

III. Deſiderius Lingonenſis.

S. Deſiderius traditur in perſecutione Vandalicâ ſub Croſco Rege martyrizatus, circa Annum Chriſti 408. 23. Maij, cum ſediſſet annos ſupra LX. Computando igitur retro ab anno 408. iuſte peruenitur ad tempus aſſignatum Conciliorum Sardicenſis, & Agrippinenſis celebratorum ante medium ſæculum & decem annos retrocedendo ab anno 408. id eſt ante æræ accuratioris Annum Chriſti 350. B

IV. Pancharius Veſontionenſis.

D. Binio Viſocenſis, Claudio Roberti in Gallia Chriſtiana S. Pancratius Veſuntionenſis in Burgundia Antiſtes, à Iulio primo ordinatus in locũ S. Hilarij 11 Kal. Auguſti vitâ functi, quem S. Sylueſter miſerat. Sedit autem Iulius Papa ab Anno circiter 339. Succeſſit S. Pancratio, S. Iuſtus, Iuſto. S. Amianus qui obijt nonis Sept.

NB. *Sancto Pancratio plurimæ Eccleſiæ in Vbijs ſunt dedicatæ.*

V. Sanctinus à Laticlauio.

Surius male Articlauio, vt monet P. Sirmondus qui dicit Laticlauiũ eſſe Virodunum. Porro S. Sãctinus B. Dionyſij Areopagitæ diſcipulus & primus Epiſcopus Virdunenſis, cuius meminit Martyrologium 22. Septembris non poteſt tempora Concilij Agrippinenſis attigiſſe, itaque hinc alius Sanctinus, poſt S. Aratorem 4. Epiſcopum Virdunenſem, reſtituitur tabulis Eccleſiæ, temporum antiquitate deprauatis. C

VI. Victorinus Pariſiorum.

Notatur is in tabulis Eccleſiæ Pariſinæ ſextus eiuſdem Antiſtes.

VII. Superior Neruiorum.

Id eſt Tornacenſis ad Scaldim fluuium Epiſcopus, qui in illius Eccleſiæ tabulis recenſetur poſt S. Piatum Martyrem paſſum Anno 303. Kalendis Octobr. D

VIII. Mercurius Sueſſionum.

Alijs Mercurinus & Mercarius, numeratur in tabulis Eccleſiæ illius ſextus Antiſtes, Prædeceſſor S. Oneſimi eius nominis primi, de quo Molanus 13. Maij.

IX. Diopetus Aurelianenſis.

Didopetus in Ms; In tabulis eius Eccleſiæ quartus Epiſcopus, cui circa annum 350. notatur ſucceſſiſſe Deſinianus, cuius mentio dicitur reperiri in vita S. Aniani 17. Nouemb. & ſi Epiſcoporum Aurelianenſium Deſiniani, S. Euurtij, & S. Aniani

A anni vſque ad Attilæ in campis Catalaunicis profligationem computentur, inuenitur Agrippinenſis Synodus & Diopeti vita ante annum 350. collocanda.

X. Euſebius Rhotomagenſis.

Quintus eiuſdem ſedis Antiſtes ſurrogatus Seuero, Anno 341.

XI. Exuperius Tholoſanus.

NB. Claudius Roberti, in Epiſcopis Tholoſanis inſinuat S. Exuperium de quo 28. Septemb. fuiſſe in Concilio Agrippinenſi. ſed eum Mscta & edita exemplaria non habent: notus eſt S. Exuperius ex Epiſtolis S. Hieronymi ſub ann. 400.

B

Notatio IV.

Ordo & numerus Archiepiſcoporum Colonienſium.

LIber antiquus Mscs de trãslatione S Annonis commemorat. eius in ſepulchro repertum plumbum, cui inciſum: Annonem ſecundum, trigeſimum tertium Archiepiſcopum Colonienſem eſſe: ſanè antiquiorem & accuratiorem numerationem non habebimus quam tempore S. Annonis, qui Prædeceſſores ſuos depingi curarat. Vel igitur debuit in plumbo illo legi numerus quadrageſimus tertius, qui iuxta meum hunc Catalogum S. Annoni congruit, vel Archiepiſcoporum recenſitionem inchoare opportebit à S. Seuerino, & hunc primum aſſerere in Archiepiſcopali dignitate, ſicque Archiepiſcopus poſſit eſſe trigeſimus tertius S. Anno.

C

Notatio V.

QVod adeo ieiuna & ſterili manu proferam in principio huius VI. Syntagmatis Epiſcopos S. Seuerini ſucceſſores euenit ob clades quas 13. Syntagmate dicam: deinde exemplo Gallicanarum eccleſiarum dicet cauſas C. Sollius Apollinaris Sidonius Aruernenſis Epiſcopus Lib. VII. Epiſtola VI. ad Baſilium Epiſcopum ſcribens

Error Religio ii non abſimilis hæreſi modernæ.

Euarichum *inquit* Regem Gothorũ, quanquã ſit ob virium merita terribilis, non tam Romanis mœnibus, quam legibus Chriſtianis inſi-
D diaturum paueſco. tantum, vt ferunt, oti, tantum pectori ſuo Catholici mentio nominis acet, vt ambigas, amplius ne ſuæ gentis, an ſuæ ſectæ teneat principatum. Ad hoc, armis potens, acer animis, alacer annis, hunc ſolum patitur errorem, quod putat ſibi tractatuum conſiliorumq; ſucceſſum tribui pro Religione legitima, quem potius aſſequitur pro fælicitate terrena. propter quod diſcite cito Catholici ſtatus valetudinem occultam, vt apertam feſtinetis adhibere medicinam.

Burde-

NB. *Clades eccleſiarum.* Burdegala, Petrocorij, Ruteni, Lemouices, Gabalitani, Eluſani, Vaſates, Conuenæ, Auſienſes, multoque iam maior numerus ciuitatum, ſummis Sacerdotibus ipſorum morte truncatis, nec vllis deinceps Epiſcopis in defunctorum officia ſuffectis, (per quos vtique minorum ordinum miniſteria ſubrogabantur) latum ſpiritualis ruinæ limitem traxit. Quam ferè conſtat ſic per ſingulos dies morientum patrem proficere defectu, vt non ſolum quoslibet hæreticos præſentum, verũ etiam hæreſiarchas priorum temporum potuerit inflectere ita populos exceſſu Pontificum orbatos, triſtis interciſç fidei deſperatio premit; nulla in deſolatis cura Diœceſibus, Parochijsque Videas in Eccleſijs aut putres culminum lapſus aut valuarum cardinibus auulſis, baſilicarum aditus hiſpidorum Veprium fruticibus obſtructos, ipſa proh dolor! videas armenta, non modo ſemipatentibus iacere veſtibulis, ſed etiam herboſa viridantium altarium latera paſci. Sed etiam nec per ruſticas ſolum ſolitudo parochias; ipſa inſuper Vrbanarum Eccleſiarum conuenticula rareſcunt. Quid enim fidelibus ſolatij ſupereſt, quando Clericalis non modo diſciplina, verum etiam memoria perit? Equidem cum Clericus quiſque defungitur, ſi benedictione ſuccidua non accipiat dignitatis hæredem, in illa Eccleſia ſacerdotiũ moritur, non Sacerdos. Atque ita quid ſpei reſtare pronuncies, vbi faciç terminus hominis, finem Religionis? Altius inſpicite ſpiritualium membrorum damna: profecto intelligetis, quanti ſubripiuntur Epiſcopi, tantorum vobis populorum fidem periclitaturam. A B C

Detrimenta ab hæreſi.

SYNTAGMA VII.

Fundatores & Dotatores S. Colonienſis Eccleſiæ.

FVndatio & ſplendor Colonienſis Eccleſiæ poteſt duobus modis conſiderari, vno quantum ad ſpiritualem poteſtatem, altero quantum ad politicam & ciuilẽ: vtriuſque originem poſt Deum & cælites Româ repetimus veluti è fonte, ſiue ab Eccleſia Romana, ſiue ab Imperio: nam & prima temporalis nobilitas deriuata eſt cum Romana in Vbios Colonia deduceretur, Nobileſque Vbio-Romani Clerum largis eleemoſynis ſuſtentarent, atque in producendis pomerijs ſuccurrerent; vti de Clematijs tempore S. Vrſulæ conſtat: Epiſcopalis autem dignitas indidem profecta eſt, cum Maternum Apoſtolum miſit Eccleſiarum Inſtitutor & Princeps Apoſtolorum Petrus IESV CHRISTI in terris Vicarius. An verò à principio Metropolitica D

politica

A politica authoritas data fuerit, aut primum acceſſerit munificentiâ Zachariæ Papæ ſub annum 745. latè diſputaui ad vitam S. Cuniberti, *in Hierothecâ precioſa Agrippinenſi pag.*31. Sed neque de alijs ſacris præcellentijs Sedis Colonienſis hic dicam, cum nonnulla tum alibi, tum ſupra cap. 4. commemorarum. hoc loco tantummodo Fundatores enumerabo illos quorum munificentiâ magnæ opes Colonienſi Eccleſiæ acceſſerunt. *Primitiua ſuſtentatio Eccleſiæ.*

I. Prima igitur, poſt priuatas Nobilium eleemoſynas, fundatio rerum temporalium Eccleſiæ Colonienſis repetenda videtur à temporibus quibus Chriſtianis cōceſſa eſt toto orbe publica facultas conſtruendi baſilicas, & ad ſanctiſſimæ noſtræ Religionis exercitium, aperiendi, cuius facultatis *Prima facultas publicarum Eccleſiarum*



B initium in Vbijs fuit: tunc enim liberalitate Conſtantini Magni & Helenæ Auguſtæ matris eius, non ſolū Auguſtiſſimis baſilicis Vrbs & Diœceſis Colonienſis exornatæ ſunt, ſed ampliſſimæ decimæ, ſpacioſi agri, noualia, ſyluæ, campi, alijque cenſus in cultus Diuini ſplendorem & Antiſtitum Clerique alimentationes liberali manu attributi. Vide Euſebium. *Liberalitas Conſtantini M. & S. Helenæ.*

II. Cum deindè Francorum noſtratium ſceptra Deus ad Eccleſiæ ſuæ exaltationem extuliſſet Rex Dagobertus Magnus, & ex Moſellanorum Regulorum ſanguine Cunibertus Archiepiſcopus, præclaris ditionibus Sedem Colonienſem locupletarunt, Ille Suſatum Vrbem & alia vicina loca S. Cuniberto donauit: vndè veritati
C conſonum videtur quod Caſpar Sciopius in Burenſium ſtemmate inſinuat Vbios Archipræſules ante ann. M.XII. in Weſtphalia apud Dynaſtas Buranos poſſediſſe (Hochheit) altas Iuriſdictiones, vel alta Dominia. *Dagoberti Regis liberalitas.*

III. S. Cunibertus autem auitam hæreditatem ſuam tranſtulit ad Vbiorum Sedē, exindè etiamnum poſſidentem altam Iuriſdictionem in Zeltingen, & Rachtig ad Moſellam, atque in Renſe ſupra Confluentes ad Rhenum, vti in deſcribenda Baſilica Sancti Cuniberti ſignificabo. *S. Cuniberti liberalitas.*

IV. Pipinus Dux Agrippinenſis & B. Plectrudis Coniuges, præter innumera dona in vſum propagandæ ad partes Septentrionales fidei, conceſſerunt Antiſtitibus Colonienſibus, & Miſſionarijs transRhenanis Svviberto ac Socijs, inſulam ex ad-
D uerſo Geldubæ, quæ deindè S. Svviberti, & tandem à Friderici Barbaroſſæ temporibus, Cæſaris Inſula appellatur: eam ſæpius alienatam recuperatamque, etiamnum Colonienſes Præſules poſſident; atque hinc (quod in diplomatibus legi) loca circa veterem Geldubam, nempe Ordingen (caſtra Ordeonij) & ibidem pagum Bucheim, appellantur, *in antiquo Epiſcopatu.* *Maiores domus Duces Agrippinenſes liberales.*

V. Carolus Magnus Colonienſem Metropolitanam, aliaſque Eccleſias vti in earum deſcriptione dicturus ſum, agris & cenſibus, immo territoriali iuriſdictione auxit, & teſte Eginhardo Cancellario ſuo hæredes inſtituit in teſtamento eccleſias, præſertim Ripæ Gallicanæ. *Carolus M. liberalis.*

Otto I. & Bruno Magni liberalitas.



VI. Primarij fundatores Colonienſis Diœceſis ſunt Otto I. Imperator & Bruno Archiepiſcopus, vterque cognomento Magnus, vterque Henrici Aucupis filius: hi titulum ſeu dignitatem Ducis Lotharingiæ Diœceſi annexuerunt, vt totâ ditione inter Rhenum & Schaldim ab Oceano vſque ad ſuperiorem Germaniam emineret Colonienſis Archiepiſcopus authoritate, à qua tamen temporum decurſu multum aliorum præpotentium ſenſim excreſcens authoritas decerpſit, nam ſuperior ſeu Germanica Lotharingia Carolo Lotharij Regis fratri, & quæ inter Scaldim & Moſam inferior Lotharingia & Louanienſis Ducatus dicuntur, Reginerijs; alia autem loca alijs Regulis beneficiario, ſeu fiduciario, vel feudali iure conceſſa fuerunt, vt iam anguſtis limitibus concluſa Diœceſis, iuxta Rhenum exiliter porrigatur, auulſis & oppignoratis ſæpe ditionibus, quandoque etiam neglectis: & vix iam Colonienſem Archiepiſcopum Vaſalli Dominum agnoſcant. Ab eodem Brunone Eccleſiæ noſtræ S. Andreæ ius territoriale ſeu gladij in Glehen obuenit, cum transRhenanis decimis in Newkirchen &c. A B

Ottonis II. liberalitas.

VII. Ottonis ſecundi liberalitas de iure venandi eiuſque limitibus, cum commemoratione munificentiæ quorundam ſuorum Prædeceſſorum, quos ſuperius non retuli, oſtenditur ex diplomate Metropolitano quod propter antiquam locorum deſcriptionem publici iuris facio. C

CONFIRMATIO OTTONIS IMPERATORIS de banno beſtiarum & piſcationum, in Burgina & Cottenforeſt & locis alijs Archiepiſcopo Colonienſi collatis ab Imperatoribus &c.

I*N nomine Dei æterni & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti:* Otto ordinante Diuinæ Maieſtatis clemẽtiâ Imperator Auguſtus. D
Si ſeruorum Dei & maximè Præſulum petitionibus, quas pro Eccleſiarum ſibimet commiſſarum vtilitatibus ſuggerunt, Clementer aſſenſum præbemus, eos promptiores ad Noſtræ deuotionis inclinamus obſequium, & ex eo æterni Regni gaudia Nos incunctanter adipiſci confidimus: Proinde nouerit cunctorum Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, præſentium ſcilicet & futurorum induſtria; quod G E R O *Sancta Colonienſis Eccleſiæ venerandus Archiepiſcopus, Noſtram deprecatus eſt Serenitatem, vt quaſdam res, à Luduico quondam Rege Sancto Petro Coloniæ collatas, & à Patre noſtro Diuæ memoriæ Otthone Imperatore Auguſto ſibi ſuiſque Prædeceſſoribus roboratas, ſecundum prioris præcepti teſtimonium noſtræ quoque donationis munificentiâ corroboremus; Cuius poſtulationi libentiſſimo,*

S. Gero.

A *tiſsimo animo annuentes, confirmamus præcepti Noſtri Authoritate, Domino Sancto Petro ad Eccleſiam ſupra memoratam omnes beſtias inter hæc loca quæ ſubtus tenentur deſcripta, & Bannum & poteſtatem Banni quæ ſuper eas ad Regiam pertinuit poteſtatem, videlicet: de* Wisheim *via quæ prope* Muluch-Willere. *trans* Ruram *ad* Aquas-grani *tendit, vſque ad* Haram *flumen & deorſum, ſicut defluit in flumen* Wurm, *& ſicut* Wurm *decurrit vſque ad* viam quæ de Traiecto Coloniam *ducit, inde ad* Gleſticke, *per eandem viam vſque ad flumen* Arnapham, *& ſic ſurſum per curſum eius donec ad* Wiſheim *iterum viam vſque deſignatam perueniat: omnes inquam beſtias in ſyluis, & in piſcationibus, id eſt in* Saleckenbruche, & Burgina, *& cæteris locis quæ ſupra nominatis terminis comprehenſa ſunt hoc eſt* Peſche, & Merebura, *& abſque* Gerberchtaslon, *quod*
B *ad opus noſtrum acceſſerit: ſimiliter ſicut via publica de* Ekhendorp *ad* Moffendorp, *& ſic* vſque ad Rhenum *fluuium vadit,* Cotenforaſt, *& omnes Beſtias in eo ad Bannum ſuper eas de* Cotenforeſte *deorſum per totam* Filam *inter* Arnapham *&* Rhenum *vſque* ad hoſtia vbi confluunt: *beſtias ſcilicet, id eſt Ceruos & Ceruas. & Bannum ſuper eas cum populi contentu Domino Sancto Petro Coloniæ ſecundum prioris præcepti authoritatem. Noſtra etiam liberalitate in proprium confirmauimus. Vnde hos Noſtræ ſublimitatis apices fieri iuſsimus, ſtatuentes & enixius præcipientes, & ab hodierna die in reliquum, abſque aliqua cuiuslibet calumniantis perſonâ beſtiæ de iam dictis locis, & poteſtas Banni in poteſtate Sancti Petri tranquillâ dominatione conſiſtat, & loci illius Rectoris arbitrio in omnibus diſponantur atque cuſtodiantur. & vt hæc Noſtræ corroborationis authoritas firmio-*
C *rem in Dei nomine obtineat, perpetuæ ſtabilitatis vigorem, manu propria ſubtus ea firmauimus, & vt verius credatur & à ſucceſſoribus Noſtris diligenter obſeruetur ſigilli Noſtri impreſsione iuſsimus inſigniri.*

NB. Villam & Villam nunc dicũt eam ſyluá, à multitudine arborum, vt quibuſdam placet.

Signum Domini Ottonis iuſtiſſimi Imperatoris Auguſti. Datæ VIII. Kal. Auguſti Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXIII. indictione I. anno Regni Domini Otthonis XII. Imperat. V. Actum Aquis.

Anno 973.

TABVLÆ ALIÆ ANTIQVISSIMÆ

D De Banno Archiepiſcopi Colonienſis occaſione præmiſſi diplomatis hic inſeruntur.

Est *locus quidam iuxta* Zulpeche *qui dicitur* Cagon, *ibi incipit Bannus Archiepiſcopi Colonienſ. ſuper ſyluam quæ dicitur* *Oſnine *vſque ad* Gudesheim *iuxta flumen quod dicitur* Arnafa, *& deinde vſque* Tontorp; *Item à Tontorp vſque* Gozfeldt *ad Tiliam & ab eo loco* per viam ſoliuagorum *vſque ad* Dalheim, *de Dalheim vſque ad* Bercheim. *& de Bercheim vſque ad* vadum Neſpeneſtege *in aqua quæ dicitur* Bile, *& indè vſque ad* Stulesfeldt. *de Stulesfeldt infra ſyluam per locum qui dicitur* Withe vſque ad Haſenrode *vſque ad* Waltenrode *& à VValtenrode vſque ad S.* Vitum *in foro: Item à Sancto Vito ſuper*

**alias Oeſninck Oſerſninck.*

Actens *Montem vſque ad aquam quæ dicitur* Ambele, *& de Ambele vſque ad* Wertzeteldt, *deindè vſque in* Weſenfeldt, *de VVeſenfeldt vſque* Nuenbract, *de Nuenbract vſque ad* Giuernich, *de Giuernich vſque ad aquam quæ dicitur* Vrdeſa *ad* Pontem Wichmanni, *de ponte VVichmanni vſque ad vadum* Fronenuurte, *de Fronenuurte vſque ad* Cagun. A

ALIÆ ANTIQVISSIMÆ TABVLÆ
De Banno Venationis.

Henricus Imperator dedit S. Petro in tempore Annonis Archiepiſcopi Bannum venationis, ab eo loco vbi fluuius oritur qui dicitur Orckentrure, *vſque ad eum locum in quo idem fluuius cadit in aquam quæ dicitur* Rure, *& vſque ad* Hengebach, *ante caſtrum, ſyluamque dedit ei in proprietatem cum Banno. ab eo loco vbi* Orckentrure *cadit in aquam quæ dicitur* Rure, *vſque ad locum vbi* Vrdeſa *cadit in aquam quæ dicitur* Rure, *hunc Bannum nemo debet habere niſi ille cui Archiepiſcopus Colonienſis dederit. In ſupra dictæ villa ſcilicet* Querſninc *captam venationem Venatores Foreſtarii* de Hagenſtolde *deferant, & illi Archiepiſcopo Colonienſi deportent, ſiue ſit* Coloniæ, *ſiue* Bonnæ, *ſiue* Nuſſiæ, *ſeu* Aquis: *eiuque cum venatione venientibus victus neceſſaria, equis pabula non negentur. Quando autem Epiſcopus Venationis cauſa illuc aduenerit, ſupradicti viri de* Hagelſtolde *venatoribus habitacula ſi neceſſe fuerit, & vaſa canibus neceſſaria præparare debent: Aduocatus verò eorum ſi in prædicta villa placitum tenuerit, & aliquis qui ex illis culpabilis in Placito extiterit, quicquam perſoluit, duas partes Epiſcopo, tertiam Aduocato imponat: ſi autem aliquis ex illis occiſus fuerit, & precium homicida perſoluerit; ſi villicus illud abſque Aduocato acquiſierit, Epiſcopi totum erit: ſi verò Aduocatus eum in hoc adiuuerit, tertiam partem Aduocatus accipiat, Epiſcopus duas; de illis verò qui vnius iuris ſunt, ſi alter alterum occiderit, quinque libras perſoluet: Si autem aliquis Compatriota ſuus eum occiderit xx. ſolidos, & obulum perſoluet: Si autem autem aliquis ex ipſis mortuus fuerit ſi habuerit equos, meliorem Epiſcopo dabit; ſi non & boues ſiue porcos habuerit, quicquid pretioſius eſt in illis, Epiſcopo dabit, & villico ſex denarios: A natali Domini vnuſquiſque ſupra dictorum hominum ad domum Aduocati venire debet cum duobus panibus & vno modio auenæ eà conditione vt conuiuium ſingulis ſicut venerint præparetur. Si autem ipſe conuiuium eis non dederit, nihil ab illis accipiet. In* Salcueldt *omnes de familia Epiſcopi* Grimere *captam venationem Epiſcopi, deferre debent Coloniam, ſeu quocunque iuſſi fuerint, & canes eius cuſtodire debent & paſcere, nullus ibi venari debet abſque licentia Epiſcopi, vrſum ſcilicet, nec porcum, nec Ceruum, nec Ceruam. Nullus ibi liber homo de terra illa ſibi aliquid extirpandũ vendicare debet, abſque licentia Epiſcopi. Ibidem vbicunque venatio Epiſcopi fuerit, ſi quis venatorem eius diſturbauerit, ſiue canibus, ſiue laqueo, ſiue igne, bouem illius tollant & vendant, & de precio eius duas partes Epiſcopus, tertiam villicus accipiat In piſcationibus quoque aquarum, nullus ibi præſumat piſcari abſque licentia Epiſcopi, ſi quis illic ſpoliatus fuerit Aduocato & villico proclamationem faciat.*

B C D

De proprijs in Saleueld.

A *faciat, ipſique iniuſtè ablata ab illo qui fecit requirant ſi reddere noluerit, in vinculis ponatur*
vſque dum ſatisfaciat: De venatoribus verò qui ad Curiam non pertinent, ſi quis defunctus fue-
rit & quinque vel tres filios habuerit, Magiſter veneratorum eligat ex eis quemcunque vo-
luerit, & in loco patris eum ſtatuat, reliquos Villicus Epiſcopi ad quodcunque voluerit officium
ponat. Si venator alicui domeſtico extra ſyluam iniuriam fecerit, quicquid inde ſoluit, duas
partes Epiſcopo, tertiam Aduocato dabit, omnes ex familia Epiſcopi farinam ſalẽ, porcos, vbi-
cunque iuſſi fuerint deferant, balneum, Med nam Cereuiſiam Epiſcopo parare debent, & ſi
linum eis datum fuerit menſale Epiſcopo vel alium pannum indè facient colorem qui vocatur
Worin *iure dare debent omnes ſeruientes illic habitantes; qui habent beneficia cũ eo vadant*
cũ proprio victu ſcil. in Vorevvert. *qui ad curtẽ principalẽ pertinent. ſiue ſoliuagi. ſiue cõiuga-*
B *ti, in tẽpore meſſis colligere debent meſſem per tres dies ad curiã Archiepiſcopi ſclaui ſeruientes*
Legationẽ Epiſcopi faciant ſi ſemel neglexerint XXX. ſolid ſi ter parui perderint beneficia ſua
perdant: Nulli ibi molendinũ abſque licentia Epiſcopi habeant. Nullus venalẽ cereuiſiam, neque
panẽ, neque carnem abſque licentia Epiſcopi habeat, niſi in locis vbi forum eſt Nullus extra pa-
triam annonam, mel oues, boues, porcos abſque licentia Epiſcopi vendat, & non plus nec maio-
ri precio quam ſicut Aduocatus conſtituerit vendat, ſi infra patriam aliquid vendiderit, ſiue
ſeruum. ſiue aliquid magni precij theloninm in iure debet. Quicunque beneficia ioibi tenent,
vel ad quemcunque pertineant. venatoribus victum dabunt. ad cuius verò domum ex ſupradictis
venatores venerint, ipſe victum quem dabit vbi venatores voluerint deferat & captam vena-
tionem in Cardario Epiſcopi portet: Si quis vrſum inuenerit & venatoribus indicauerit pre-
C *cium indè accipiet. Si verò furatus fuerit coniugem & filios perdat. Sclauus ſi ſemel in die ſtatu-*
tuto non ſoluat in vinculis ſeruetur donec ſatisfaciat, ſi quis ex illis aliquid furatus fuerit in-
fra patriam, coniugem & filios amittat.

Geiſtenbeke *ducit Epiſcopatum de* Nerſa *circa* predium Beringeri *ad* Hackſtein, *de Hackſtein ad* predium Milonis *in* Wobbekenroth / *de* Wobbebenroth *viam quæ ducit in* Wolueroth / *de* Wolverothe *ad quandam foſſam in* Hercke, *de* Hercke / *antiquam pla-*
team ad Thintenich, *de* Tintenich / *item prædictam plateam ad* Hurniske, *indè ad maius* Miluenne *indè ad* Hormortere, *de* Hormotere *ad plateam quæ ducit ad* Mel, *indè ſequa-*
mur recto itinere ad ſemitam quæ dicitur Nuucroth *illam ſemitam ad* Curuenmotere
indè ad vallem quæ dicitur Weldenesdal in Hundesrith / *id ſequamur ad* Aſdunck *in me-*
D *dium Amnæ quæ dicitur* Netta.

Eſtervvaldt *tota ſylua pertinet ad Beatum Petrum incipiens à loco qui dicitur* Nezzenvvinkell *per dotalem manſum in* Odakker, *tranſiens in locum qui dicitur* Linninckhuſen *& inde in flumen* Rure *& indè in quod dicitur* Almana.

(VIII Dotator) *Comes Cuno de* Bithelingen *filius Ducis Ottonis dedit Beato Petro vr-* *Cuno Comes de Bithelingen.*
bem in Haeckene. *& iuxta vrbem tertiam partem ſyluæ quæ dicitur* Lur.

(IX.) *Gertrudis Comitiſſa, mater Reginæ* Richezen *dedit per concambium Curtem in* *Gertrudis Comitiſſa.*
Wiglo, *inſuper tertiam partem dictæ ſyluæ pertinentem ad eandem Curtem, & recepit villam in* Wanenrethe.

(X.) *Vda Comitiſſa, de* Stacke *dedit Beato Petro tertiam partem de* Odingender, &

A Fundatores Bravvilerenſes eorumque decem liberi, imprimis Hermannus Nobilis Archiepiſcopus, & Richeza Poloniæ Reginæ, qui non ſolum viciniſſima Coloniæ loca, & antiquæ Rhenanæ Lotharingiæ fiduciarios agros, ſed etiam Salueldt/ & Coburgh in intima Saxonia vrbes, Diuo Petro conſecrarunt.



(XVI.) Sancti Annonis zelus etiam ab Henrico Comite, eiuſdem fortè familiæ, ſed rami alterius, Palatino, Sigebergam aliaque loca ob facinora edita extorſit, & patrimonio eccleſiæ adiecit; vt merito Cæſarius Heiſterbacenſis in manuſcripto Catalogo Archiepiſcoporũ Colonienſiũ de S. Annone dicit: *His flos & noua lux Germaniæ, qui cunctos Anteceſſores ſuos in augmentatione Eccleſiæ Colonienſis præceſſit.* *S. Anno Archiepiſcop. Colonien.*

B (XVII.) Ex vetere domo Cliuiaca curante S. Annone. Beati Luthardus & Bertha coniuges, Noueſienſem diſtrictum, & illum qui vtramque Arnaphæ vel Eruatis fluuij ripam occupat, reddiderunt & contulerunt eccleſiæ. *Domus Cliuiaca & Zutphanica liberales.*

(XVIII.) Beata Irmgardis Comes Zuphanica, Soror Beati Hermanni humilis Abbatis S. Panthaleonis, ex iiſdem Cliuiæ partibus obuenit, & liberalitate eius & fratris locupletata eſt eccleſia, *Reſſenſi* & *Calcarienſi* oppidis, *Aſpelenſi* arce & locis apud *Sanctenſes* atque *Zonsbecam.* *S. Irmgardis Comitiſſa.*

(XIX.) Sub ann 1152. ad Romani Imperij culmen euectus Fridericus I Ænobardus Cæſar, quadraginta circiter annis regni habenas moderatus eſt, & is ipſe Cæſar, & tres ſub eo Antiſtites Arnoldus II. Reinaldus, atque Philippus I. comparandi ſunt *Fridericus I Cæſar.*

C Ottonibus & illis Præſulibus qui Colonienſis Eccleſiæ primarij fundatores habentur. Nam Friderico Ænobardo imperante & probante.

(XX.) Arnoldus II. Comes Wedanus *qui ob bonorum eccleſiæ per Fridericum I. Archiepiſcopum factas alienationes inuitus cathedram conſcenderat* (ex archiuis loquor) *data pecunia plurima eccleſiæ conquiſiuit & requiſiuit, nempe Vrbis Colonienſis telonium & plurima Epiſcopalia ſeruitia, caſtellum* Odenkirchen/ *cum Miniſterialibus, & in VVeſtphaliam curiam nomine* Homede, *curiam quoque* Anruſt, *Prumeam,* Segerodt, *vermunte. Vynhuſen,* bona miniſterialium in *Geuersdorpe,* Aduocatiam in Woringen propè Duromagum, olim Buruncum, dicebant, & libertatem Aduocatiæ Syluarumque in Erpell, aliaque diuerſa bona, præſertim ex aduerſo Bonnenſis oppidi, vbi celeberri- *Arnolus II. Archiepiſcopus.*

D mum collegium *Rindorpienſe* trans Rhenanum in hæreditario ſuo fundo conſtruxit de conſenſu Burchardi Comitis Wedani fratris ſui, ab obitu Luduici etiam fratris ſui aduocatiam Erpellenſem beneficiario iure poſſidentes ad eandem fundationem faciendam conſenſerant Arnoldi Archiepiſcopi Nepotes ex fratre Lambertus de Weda, & ex ſorore Lambertus de Nuerburgh: Hadevvigis autem Arnoldi Soror Abbatiſſa Aſnidienſis ratas huiuſmodi donationes habuit, & defuncto Archiepiſcopo fratre cæptam inſtitutionem Rheni-pagenſem abſoluit.

(XXI.) Reinoldus Archiepiſcopus non ſolum ſacro Reliquiarum Theſauro locupletauit Colonienſem eccleſiam, ſed opibus quoque: dicam de ipſo vbi exhibuero *Reinaldus Archiep.*

Metro-

Metropolitanæ eccleſiæ monumenta, hic autem inter argumenta ipſius munificentiæ commemero acquiſitum. A

Comites de Marl.

(XXII.) à B. Hildegunde de Mehre comitatum infra Noueſium, conſentientibus ſanctiſſimis Hildegũdis liberis, & ſorore Eliſabetha Comitiſſa de Randeradt & Littberg. Sunt etiam hic recenſenda quæ in Italia Reinaldo Fridericus donauerat, ſic enim Papienſe diploma Friderici habet.

Quod Chariſſimo Principi noſtro Reinaldo Illuſt. Colonien. Electo, & Italiæ Archicancellario, pro immenſis & innumerabilibus ſeruitijs quæ noſtræ Sublimitati excellenter impendit, in beneficio atque in feudo damus, concedimus, & inuiolabiliter confirmamus: locum de Raga & villas & caſtella in circuitu eiuſdem loci conſtituta, quorum hæc ſunt nomina Areunate, Eue- B *rum, Lugion Brunia, Caſtellum inferius, Paternianum Trabiga, Nuſſa, Caſtanum, Magniaga, Buſtaconum, Buſtarſium & villas alias; quæcunque buſtæ vocantur, cum toto diſtrictu Fodro, albergarijs, & omni iure, in præfatis omnibus Caſtellis, ſeu villis, Nobis pertinente. Inſuper etiã Auguſtali Noſtra liberalitate largimur, atque donamus & confirmamus in alta ripa Tycini fluuij, vniuerſum diſtrictum, fodrum, albergarias, & omnẽ noſtram iuſtitiam quam habere dignoſcimur in Treca, & eius curte in Galliate, ac ſua curte, Mumum quoque in vniuerſa curte ſua, ac caſtellitum ſuperius cum omnibus ibidem ad Nos pertinentibus, ac præterea quidquid noſtri iuris eſt in Trunciano infra Epiſcopatum Vercellenſem conſtituto, & inſuper ei concedimus omnes villas & caſtella plebis de Ragaſi quæ ſunt alia præter ſuperſcripta.*

Philippus I. Archiepiſcopus.

Ferdinando Archiepiſcopis.

XXIII. Iam venio ad Philippum Primum ex Gente Heinsbergica Archiepiſcopum Colonienſem, cui cuperem fuiſſe quod Succeſſori erat nomen Brunonis, vt eodem cum B. Brunone primo Archiepiſcopo nomine celebraretur, cui munificẽtiã par fuit; non referam minora quæ Diœceſi recuperauit & adiecit vndique, inter quæ eſt *Aduocatia in Renſe ſupra Confluentes* noſtris temporibus à Sereniſſimo & Reuerendiſſimo moderno Archiepiſcopo FERDINANDO ex Haſſiacâ oppignoratione reluita, itemque quæ ab Eccleſia Leodienſi bonorum permutatione obtinuit in *Eſpiche ad Moſam*, in *Niele, ad Rhenum* prope Coloniam, atq; *Prumere, Lantrishouen,* Winterſchlick: deindè quæ *ob munitionem terræ & pacem Eccleſiarum, pactus eſt marcarum trecentis & quinquaginta millibus à Ludouico Landgrauio eiuſque vnica hærede Iutta & genero Thirrico de* Landesbergh / *videlicet* Bilſtein / widhe / Windecke / *Aſpach, &c.* demũ quæ in Hertene, Leicherich, Friſheim varijſq; locis ſponſæ ſuæ Colonienſi Sedi donauit; ſed cum calamus meus impar ſit munificentiæ Philippi, & amplitudini, diuitijſque tunc diœceſios deſcribendis, vtar duobus alijs calamis, Pontificio nempe & Imperiali. C D

DEPLOMA LVCII III. PAPÆ.

LVcius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerab. Fratri Philippo Colonienſi Archiepiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ex iniuncto Nobis Apoſtolatus Officio, Fratres & Coepiſcopos noſtros ſincere debemus diligere Charitatis affectu, & eccleſiis, in quibus Domino

militare

A *militare noſcuntur, ſuam dignitatem & iuſtitiam conſeruare, & ne hi etiam quæ deuotione fidelium vel iuſto quocunque titulo conſecuta, alicuius temeritate priuentur, Apoſtolico ea præſidio communire. Ea propter Venerabilis in Chriſto Frater, deuotionem quam ad Nos & Romanam eccleſiam habere dignoſceris, ſicut conuenit attendentes, ea quæ per ſollicitudinem Tuam eidem eccleſiæ rationabiliter acquiſiuiſti, vel ab alijs illi rationabili prouidentia ſunt collata, ſicut ea iuſtè ac ſine controuerſia poſſides, tibi & per te ipſi eccleſiæ Authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; videlicet caſtrum* Arnſbergh *cum toto allodio. Caſtrum* Waſſenbergh/ *Caſtrum* Perremont, *cum allodio de* Ozendorff *& Miniſterialibus, Caſtrum* hachene *cum ſuo allodio, Caſtrum* Marcha *cum toto allodio Rabodonis, & cum attinentijs & miniſterialibus ſuis. Allodium VValteri de* Dulbergh
B *cum Miniſterialibus ſuis, allodium de* Heinenckhuſen *cum miniſterialibus & attinentijs ſuis. Allodium de* Spurne *quod fuit Marchionis Tetrici de Landisbergh, cum pertinentijs ſuis, Allodium quod fuit fratrum de* Caminata. *Allodium Stephani de Oya, cum ipſius loci caſtro, Allodium Terrici de* Burgenich. *Aduocatiam in* Renſâ, *Caſtrum* Oudenkirchen, *& totum Allodium Comitiſſæ de Mere, quod cum Miniſterialibus & Beneficiatis ipſius iam dicta Comitiſſa eidem eccleſiæ pia deuotione donauit: Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Anagn. Non. Martij. &c.*



BVLLA AVREA FRIDERICI
C
Barbaroſſæ de Ducatibus Weſtphaliæ & Angariæ.

Ex diplomate ſigillato Bulla ex puro auro.

IN nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis: Fridericus Diuina fauente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Quoniam humana labilis eſt memoria, & turba rerum non ſufficit: prædeceſſorum ætatis noſtræ Diuorum Imperatorum & Regum decreuit authoritas, litteris annotare quæ fluentium temporum antiquitas à notitia hominum conſueuit alienare. Proindè tam præſentium quam futurorum Imperij fidelium nouerit vniuerſitas, qualiter Henricus quondam Dux Bauariæ & VVeſtphaliæ,
D *eo quod eccleſiarum Dei & Nobilium Imperij libertatem, poſſeſſiones eorum occupando, & iura eorum imminuendo grauiter oppreſſerit. Ex inſtanti Principum querimonia, & Nobilium plurimorum; quia citatione vocatus Maieſtati noſtræ præſentari contempſerit, & pro hac contumacia proſcriptionis noſtræ inciderit ſententiam, Deindè quoniam in eccleſias Dei & Principum & Nobilium iura & libertatem graſſari non deſtiterit tam pro illorum iniuria, quam pro multiplici contemptu Nobis exhibito, ac præcipue pro euidenti reatu Maieſtatis, & ſub Fœdali iure legitimo trino edicto ad Noſtram citatus audientiam, eo quod ſe abſentaſſet, nec aliquem pro ſe miſiſſet reſponſalem, contumax iudicatus eſt, ac proindè tam Ducatus Bauariæ quam VVeſtphaliæ, & Angariæ, quam etiam vniuerſa quæ ab imperio tenuerit beneficia per*


 vna-

NB. In vno exemplari, quædã præcedentia omiſſa.
* Duo.
* Sceptri.

vnanimem Principum ſententiam, in ſolemni curia VVirziburc celebrata & abiudicata ſunt. A
Noſtroque iuri addicta & poteſtati: Nos itaque habita cum Principibus deliberatione communi ipſorum conſilio Ducatum qui dicitur VVeſtphaliæ & Angariæ, in * diuiſimus, & conſideratione meritorum quibus dilectus Princeps noſter Philippus Colonienſis Archiepiſcopus ob honorem imperialis * coronæ promouendum & manutenendum nec rerum diſpendia, nec perſonæ formidans pericula, Gratiæ Imperialis promeruit priuilegium: vnam partem eam videlicet, quæ in Epiſcopatum Colonienſem & per totum Pathebuinenſem Epiſcopatum protendebatur, cum omni iure & iuriſdictione, videlicet cum Comitatibus, cum Aduocatijs, cum Conductibus, cum Manſis, cum Curtibus, cum Beneficijs, cum Miniſterialibus, cum Mancipijs, & cum omnibus ad eundem Ducatum pertinentibus eccleſiæ Colonienſi legitimo donationis titulo Imperatoria liberalitate contulimus, & requiſita à Principibus ſententia an id B
fieri liceret, adiudicata & communi Principum & totius curiæ aſſenſu approbata, accedente quoque publico conſenſu dilecti Conſanguinei noſtri Ducis Bernhardi, cui reliquam partem Ducatus conceſſimus; præmemoratum Archiepiſcopum Philippum portione illa ducatus ſua collata eccleſiæ vexillo Imperiali ſolemniter inueſtiuimus: Hanc igitur legitimam Maieſtatis Noſtræ donationem & inueſtituram Colonienſi Eccleſiæ & ſæpedicto Principi noſtro Philippo Archiepiſcopo omnibuſque ſuis ſucceſſoribus confirmamus, & in omne poſteritatis æuum eu ratam permanere volentes, ne quis eam auſu temerario infringere, vel quomodolibet violare attemptauerit, Imperiali edicto inhibemus. & hanc noſtram conſtitutionem præſenti priuilegio aurea Excellentiæ Noſtræ Bulla inſignito corroboramus authenticè: Teſtibus annotatis qui huic facto interfuerunt, ſunt autem hi. Arnoldus Treuirenſis Archiepiſcopus: VVigmannus Madeburgenſis Archiepiſcopus Conradus Salsburgenſis, Sifridus Bromen Electus. Conradus VVor- C
macienſis Epiſcopus, Rudolphus Leodienſis Epiſcopus Bertramus Metenſ. Epiſcopus. Arnoldus Oſnaburgenſis Epiſcopus. Conradus Abbas Fuldenſ. Adolphus Abbas Hirsfeldenſis, Lotharius Præpoſitus Bunnenſis, Luduicus Palatinus Saxoniæ & Landgrauius Thuringiæ, Bernhardus Dux VVeſtphaliæ & Angariæ, Godefridus Dux Lotharingiæ, Fridericus Dux Sueuiæ Otto Marchio de Brandeburg, Theodoricus Marchio de Luſiz Dedo Comes de Groix, Sifridus Comes de Orlamunde, Robertus Comes de Naſſoue, Emicho Comes de Linninche, Engelbertus Comes de Monte, Theodoricus Comes de Hoſtaden Gerardus Comes de Nurberc. Henricus Comes de Arnisberc, Hermannus Comes de Roumsberch: * Henricus Comes de Kuc, VVernerus Comes de Vittinckinſtein, VVidikindus de D
VValtecke, Fridericus de Arrifurde, Hartmannus de Butingin, VVernerus de Boulande. Conradus Pincerna. Henricus Marſchalcus de Bappenheim, Sibodo de Groix Camerarius, & alij quam plures.]

NB. Propter Weſtphalicum & Vbio Lotharingicũ Ducatus, Archiepiſcopi Succeſſores repræſentantur cum duobus Vexillis Ita vidi ſæpius exprimi Conradum Archiepiſcopum in auerſo ſigillo ſuorum diplomatũ.
* Hermannus.

Signũ Domini Friderici Roma: Imperatoris Inuictiſſimi.



Ego Godefridus Imperial. aulæ Cancellarius Vice Chriſtiani Mogũtinenſis Sedis Archiepiſcopi & Germaniæ archicancellar. recognoui. Acta ſunt hæc an. Dominicæ Incarnationis MCLXXX. Indict. XIII. Re-

An. 1180.

gnante

A gnante Domino Friderico Roman. Imperat. Inuictiſſimo, Anno regni eius xxix. Im-
perij vero xxvi. Fæliciter Amen.

Datum in ſolemni curia in Gelinhuſen in territorio Moguntino Idibus April's.

XXIV. S. Engelbertus inter Fundatores Colonienſis eccleſiæ commemorandus *S. Engelbertus.*
eſt, egi de ipſo integra lucubratione, in qua tamen non retuli quæ *ab Henrico Comite*
de Vianden accepit in Hamme, itemque ius de Nuenbergh *Comitatus de* Manderſcheidt *ca-*
ſtri ſui, neque recenſui feuda *in* Crunbergh *accepta à Chriſtiano de* Blanckenbergh &
erunt aliquando recenſenda iura *in oppido Sige à Comite de* Naſſaw *prouenientia. &c.*

XXV. Qui deinceps Colonienſis Eccleſiæ direxerunt clauum, etiam variè œcono-
miam auxerunt. Ego tamen præcipuas acceſſiones tãtummodo explicabo. Vna ea-
rum fuit temporibus Conradi de Hochſteden / qui alter Vbiorum Salomon Dei do-
B mum ædificauit, & diebus ſuis Coloniam opibus abũdare fecit, ipſius tempore mu-
nificentiaq; acceſſerũt: *Comitatus & Caſtra* Hochſteden. Are/Hart/Eugenheim/Wal-
prechshouen/Wallen/Reinbach/ *& oppidum Monaſterij* Eiffliæ *cum bonis ad ipſum op-
pidum pertinentibus, quæ ab Abbatibus & Eccleſia Prumienſi deſcendebant*] approbantibus
Cæſaribus liberalitatem Conradi Archiepiſcopi conſanguineorumq; eius de Hoch-
ſteden/vel Honſteden/ Fuit verò alius Comitatus de Horſteden dictus apud Arnaphã
fluuium vbi Horſt/Weuelinghouen/& Leendal/ caſtra atq; comitatus de Helffenſtein
cum caſtro Erpradt/quæ omnia diœceſi diuerſis tẽporibus à diuerſis collata ſunt:
datores tamen ferè prætermitto, quod donati fundi intra terminos aliarũ ditionum
C diœceſios contineantur, quæ enim hactenus cõmemoraui augmenta territorij Co-
lonienſis, ea de cauſa potiſſimum ſingulorum nominibus expreſſi, vt ſeruiant de-
ſcripturo tabulam Geographicam diſtrictus Vbiorum, debuiſſem alioquin referre
& *Comitum Cappenbergenſium* dona, quæ Arnsbergico Comitatui includũtur, & dicti *Cappenbergij.*
Leendalij, nunc Weuelinghouio incluſi, donationem, quam ſub Henrico de Mo-
lenarck Archiepiſcopo prædeceſſore Conradi, an. 1235. fecit Conradus de Hohen- *Leendalij.*
loch Comes Romanus: Nec eſſet prætereunda donatio *VValbodonis & Erneſti de* Vir- *Virnenburgici.*
nenburgh *montis ſui in parochia* Puderbagh *ſuper aquam dictam* Holswide/tempore hu-
ius Conradi: neque tacenda eodem tempore donatio *caſtri* Reingelburgh *per Svrede-* *Ringelburgici.*
rum eius dominum. Quid non dicerem de Comitum Euerſteiniorum donationibus
D in quibus comprænditur *Caſtrum* Euerſtein/ *medietas oppidi* Rerenhamele/ *atq; op-* *Euerſteinij.*
pidi Oſen *ad Viſurgim, oppidum Arcisloin & medietas conductus apud VVeſeram circa ann.
1265. & 1283.*] Neque commemorabo emptionem *Aduocatiarum in Sumbryn*[*Fysbern,
& Mendene*, &c. nec Eucrardi de Marca donationem oppidi Ludenſcheidt anno 1279. *Marcaui.*
Neq; Henrici Comitis de Keſſele ſub Siffrido Archiepiſcopo ceſſiones *oppidi* Bruch
nunc Greuenbroch/ *Aduocatiæ Noueſienſis, & iuris Syluarum inter Nerſam & Noueſium,* *Keſſelenſes.*
iurisq; in ſylua ſita iuxta Hoſtaden *quod Vulgariter* Holtzgraffſchafft *dicitur*: Sunt in-
quam, plurimæ huiuſmodi donationes quas pertranſeo.

XXVI. Sed nullo modo tacẽda eſt liberalitas Dominæ Mathildis de Landtsbergh *Mathildis de Lanſberg Sernenſis Comitiſſa.*
Viduæ Henrici de Seyne, quæ ampliſſimis ditionibus Colonienſem patriã auxit, no-

 mina

mina tamen locorum prætereo, quod ſufficienter ea commemorarim in hiſtoria S. Engelberti *pag.* 156. Vbi S. Engelberto adſcripſi quæ referenda erant ad tempus Conradi Archiepiſcopi, ſeductus antiqui tabularij lectione, quę cum prima tantum litera nomen Epiſcopi exprimeret, pro C. Conradi initiali obſcurius ſcripta, legeram E initialem Engelberti, ignoſcendo errore, vt norunt Antiquarij. A

Henricus II Archiepiſcopus.

XXVII. Henricus II. Archiepiſcopus Colonienſis ex gēte Virnenburgica progenitus, primarijs Dotatoribus Colonienſis eccleſiæ accenſendus eſt, multa illius ſunt in eccleſiam beneficia à Cæſare impetrauit ius Ciuitatum & munitionis oppidorū ſuorum Rodenbergh/Durſten Lechenich/ Kempenæ; &c. Eidem Cęſar indulſit diploma pro recuperandis *Caſtris Zeltangenſi ad Moſellam, & Brackelenſi propè Tremoniam.* B

Deinde cum an. 13 o. menſe Septembri Imperialia comitia Spiræ celebrarentur inter alia priuilegia obtinuit ius redimendi *oppidum Tremonienſe & ibid. officium Schultetatus & Iudæos, nec non Curtes* Weſthouen & Elmenhorſt *ad Imperium attinentia, & certa pecunia quantitate obligata Parenti Comitis Engelberti de Marka.*]

Eodem anno, menſe, & loco impetrauit *Priuilegium vt liceat ab itinere Italico abeſſe, Archicancellariatus officium exercere per ſubſtitutum, & nihilominus emolumentis frui.*]



Mulckrade comitatus.

Denique tunc obtinuit *Priuilegia Theloniorum in Andernaco, Bonna, Nouesio* (nunc in Zons ſoluitur) Sed quod præcipuum in Colonienſem ſedem beneficium eſt, magna pecuniæ vi redemit à *Theodorico Louone ex Cliuenſi ſanguine Magnate, Comitatum Hilicrodienſem*, cuius limites longè lateq; protenduntur in Lotharingiæ inferioris & diœceſios Colonienſis vetere diſtrictu, ad vtramque Arphæ vel Arnaphæ ac Cruræ ripam iuxta Nouesium, vſque fermè ad muros Colonienſes, qua de re extant diplomata anno 1323. 30. Ianuarij. C

Cuno de Valckenſtein adminiſtrator Colonienſis. Ansbergi Comites.

XXVIII. Cuno de Valckenſtein etſi Colonienſis Archiepiſcopus non fuerit, ſed tantum adminiſtrator, veri tamen Paſtoris curam impendit & magnificè auxit opulētiam Archiepiſcopatus, cui rebelles *Andernacenſes oppidanos compeſcuit. Tolbiacenſe oppidum* ex Iuliæ Principis manibus refuſa pecunia redemit, & data pecunia an 1368 die 25. Auguſti adiecit *Arusbergenſis Comitatus oppida, diſtrictus, ingens ius inebellatoris inter Viſurgim & Rhenum, alias iuriſdictiones Clientes, iura patronatus, armamentarium, archiua, & quicquid, Godefridus Arnsbergi Comes atque Anna Cliuica coniuge improle, eccleſiæ potius quam remotioribus heredibus tranſcriptum cupiebant*, De ipſo Godefrido Arnsbergico vide in deſcriptione metrop. eccleſiæ. D



Salentinus Iſenburgicus Archiepiſcopus Colonienſ.

XXIX Salentinus de Iſenburgh Archiepiſcopus Colonienſis annumerandus venit Dotatoribus Sedis Colonienſis præterquam enim quod *ære alieno* Sponſam ſuam eccleſiam *liberauit, & Bonnam Arnsbergam Brulam Cæſaris Inſulam Poppeldorffium Rhenibercam* aliaque loca ſplendidis ædificijs ornarit, ſub-

A ſuburbanam *præfecturam Andernacenſem ad Nettam fluuium* , *Caſtrum* Erprads *iuxta Nouefium*, & ibidem *Vrdingam & Linnam*, atque prope Leidſenich caſtrum. Wichter-nich, & in Weſtphalia *Bribontam & Nebemium* oppignorata alijs , recuperauit; ſed præcipuum ipſius munificentiæ monumentum eſt *relutio caſtri* Hornenburg *totiusque ToparchiæRechlinghauſanæ quam Veſtam appellant*; eam Schavvenburgici Comites altero fermè ſæculo occupantes grauatè reſtituerunt , licet Archiepiſcopus pecunias quas prætendebant refudiſſet , donec tandem authoritate Cæſareâ compulſi ſunt ad redemptionis admiſſionem ; feciſſet plura Salentinus ni ob Stirpis ſuæ curam, diſpenſante ſummo Pontifice, alteri ſponſæ ſe dediſſet.



XXX. Etſi vero is ſim qui ſcribendo ob fauorem aut quęſtum, viuentes in os laudere non debeat, ſcio tamen quo-B que me eum eſſe qui viuentium præſertim ampla beneficia ingrato ſilentio inuoluere non poſſit: quo in numero ſunt Beneficia quæ Sereniſſima Domus Bauara Colonienſ. Sedi præſtitit, quam quodammodo denuo fundauit, cum è Gebhardi Truchſeſij & omnium hæreticorum quaſi Harpiarum manibus eam apprehenſam extorſit , pro quo beneficio æterna laus Sereniſſimæ Domui manet, & quidem ſine inuidiâ dari poteſt iã tum vita functis Principibus Erneſto Archiepiſcopo, Guilielmo Bauarici Stemmatis Religioſiſſimo propagatori, & FERDINANDO Duci horum fratri, Patri autem Illuſtriſſimi FRANCISCI GVILIELMI Oſnabruggenſis &c. Epiſcopi: cæterorum-C que Comitum Wartenbergenſium : Viuis autem etiamnum Clementiſſimis Dominis & Patronis, fortè cum inuidiâ quadam malè ſentientium , non tamen vltra veritatem: quo in numero eminent Sereniſſimi Principes & Duces vtriuſque Bauariæ, præſertim benememoratorum Guilielmi filius. Erneſti & Ferdinandi ex fratre Nepos Ferdinandus Archiepiſc. Colon. & Elector Imperij &c. ſub cuius ſapiētiſſima pietate ac moderatione niſi fuiſſemus protecti (vox eſt populi) iamdudum promeruerant peccata noſtra vt ab hæreticis viuentes *vt PS loquitur* deglutiremur, gratia verò Dei & circumſpectione Principis ſeruati ſumus vſque nunc, & porro ereptum nos iri confidimus à plagis: Vnus Ferdinandus Archiepiſcopus tot legiones erexit & ſubmiſit Cęſari, quot alij theſauros ex imperij rapinis congeſſerunt, tot munitio-D nibus caſtra & oppida Diœceſis cinxit, quot Prædeceſſorum nemo potuiſſet numerare; nouis verò Baſilicis & aris totam Regionem reſtaurauit & impleuit: Sereniſſimus etiam Coadiutor Maximilianus Henricus Alberti Bauariæ Ducis filius futuræ ſponſæ ſuæ Colonienſi Eccleſiæ (maiora adhuc collaturus) dotem impetrauit, vt Princeps Maximilianus Elector Bauarus alijs ſuis in Vbios beneficijs liberaliſſimè adijceret remiſſionem æris quod bello Truchſeſiano contractum, ad decies & ſexies centena millia dalerorum Colonienſium aſcendit, cui debito redditis apochis renunciatum eſt anno 1643. 20. Aprilis.

Electoratis Domus Bauaricæ.

Erneſtus Archiepiſc. Guilielmus & Ferdinãdus Duces.

Ferdinãdus Archiepiſc. Elector. Maximilianus Henricus Coadiutor. Dux Maximilianus Elector. Anno 1643. Remiſſio crediti Bauarici.

SYNTAGMA VIII. A

Situs & facies Vrbis veteris.

NB. Murus antiquus ex opere quaſi fuſili, dicitur extendere quodlibet latus ad 1400. paſſus eſſet totus circuitus paſſuum 5600.

SItus Vrbis & figura priſca Coloniæ &c. longè ab hac quã modo videmus diuerſa
fuerunt ; quæ ſi tibi Lector digito monſtrare liceret, me monſtrante ſingu-
lari animi voluptate, ita ſcio cognoſceres: nunc quatenus calamo fas eſt deſignabo,
nam æri incidere, quod fortaſſe velis, libelli huius forma & properata ſcriptio non
ſinunt: Sic igitur vt potes cape, ego vt potero veteris vrbis notitiam dabo & incre-
menta vna oſtendam. Principio ſi veteris & quæ ſub Romanis fuit Coloniæ formã
fere quadrangulæ ſeu quadrilateræ intimius aues inſpicere, ſuadeo vt te conſtituas B
in ea platea quæ inter Summam & S. Lupi ædem eſt, vulgo Dranckgaß ab adaquan-
dis equis dicta, videbis iſtic B.M.V. in gradibus & ſummam ædem in edito cliuo ſi-
tas ex vna parte; ex altero vero plateæ latere, domos & ædem S. Lupi, & ipſam pla-
team, humili & depreſſo valdè loco ſitas. Hæc conſiderantis animam ſubeant vbi
cliuus eſt exaggeratus Vrbis veteris terminum eſſe, quæ verò humilia ſunt foſſam
& pomarium fuiſſe, indè per plateam eandem, vtpotè ab Rheno ſiue ortu occaſum

Dranckgaß.

Veneris Paphia porta.

verſus progrediens, tranſita Decanali aulâ ad cruciatam aream perueniens, ante
portam quæ ab alijs Paphia, ab alijs Flaminia nuncupatur, eſtque veteris vrbis por-
ta Septentrionalis Veneri ſacra, ex cuius regione ædiculæ S. Hereberti, S. Pauli, &
S. Andreæ Baſilicæ propè contiguâ, vt ſtant ita in literis antiquis nuncupantur, ſitæ C
in foſſa nimirum veteris Vrbis: Hinc ſi vlterius progrederis recta vt cæperas ad oc-
caſum, per plateam vulgò Schmuſtraß latinè aruinarum vel vnctoriâ; continuo
ad ſiniſtram, intermedijs tamen ædibus, habebis murorum veterum infracta rude-
ra, toto illo vico quem vocant auff der Burgmaur, Burgi muro viſenda & pal-

Lixarum & alia oſtiola.

panda, quanquam nunc ferè ædibus includi occipiant eadem rudera. Varijs quon-
dam patuerunt hic muri oſtiolis, vno lixarum ad caſtrenſem mercatum (vulgo Lißloch)
ante plateam horti B.M. Virginis (Marïægartengaß) nam quondam vrbs re-
ctè ſecabatur plateâ, à Ducali ſtrata (vulgo Hertzogſtraß) ac Druſiana platea (ante
FF. Minores) vſque ad hoc oſtiolum, cui infra nouam plateam, & Caſtrenſis ſubur-
bani fori hoſpitalem ſedecim ædium vicum, oppoſita via nunc inædificata domibus D
ad cipporum ſtratam, vulgo Stolckgaß Stiliconis & Stoicorum ſtrata dicitur (ver-
ſus lacum monumentorum (vulgo Mommerßloch) ducens: quemadmodum ſimi-
lia oſtia murus habuit alia, vnum Portulæ caninæ, vbi ſibi opponuntur & corre-
ſpondent viæ, longa (Langgaß) & iugi canini (Hundsrück) altera Vrſinæ etiam Por-
tulæ, vbi apud Prætorium Berlichiana opponitur viæ quæ nũc iuxta fontem Klin-

Granarium & Armamentarium.

gelpütz ad Aquilinum ſuburbium vadit, licet interdum ædificijs viæ veteres ob-
ſtruantur. Sed progrediamur. hic præter inſignem illam domum publicam quæ eſt
Granarium Senatus, item Armamentarium ijſdem ruderibus, ex vna parte innixũ,
progreſ-

A progreſſus ad S. Claræ perueniens, & aream, & Monaſterij ipſius templum areæ adſitum, iſtic ipſum monaſterij ſeptum, duobus Romani operis rotundis turribus videbis ſpeciem Palatij veteris præferre, & plane tale de quo ſuſpicari poſſis fuiſſe Prçtorium militare, nam in ipſo veteris Vrbis muro ſitum ad meridiem & ortum, veterem Vrbem; ad Septentrionem & occaſum locum habuit caſtrorum, quibus exercitus Romanus vel in ſtatiuis vel per iter excipiebatur; nunc ædes Nobilium priuatorum, ac etiam publicæ quædam, præter vineas & hortos, ſtatiua illa occuparũt: continuo penè miraculo tam mitia ingenia, tot martijs animis & heroibus trito loco, educari: ſed de hoc pluſcula & rurſum quædam dicenda venient in S. Gereonis Eccleſia. Illud te hic monere volui, ſpectari inter prætoriani ſemirudera muri, complura digmata quæ deductæ in Vbios Familiæ inter gentilitias teſſeras oſtentant: nempe rotunda ſoligera ſcuta, tænias, acies, & teſſellis coloribusque variegatos cuneos, romboides, palos, laterculos decuſſatis quatuor Crucibus, ſeu numero quadragenario inſignitos, & quæ talia commemoro cum tracto de Nobilibus Romanis Colonis; quaſi ex ſcutis translatas imagines ac ſigna impreſſerint muro, & in turribus mœniorum plurimi clypei tanquam omnis armatura fortium emicarent. Hoc præterea monebo, viam rectam quæ ab hac areâ ſeu ſtatiuis ducit ad Rhenum, vna ſuâ parte quæ Schmitſtraß dicitur, forum fuiſſe Caſtrenſe & mercatum inter foſſam & vrbis murum, alterâ parte quæ Dranckgaß dicitur, ab adaquandis equis caſtrenſibus iure appellatam fuiſſe: Nunc veterem vrbem circum te ducere feſtino, abſoluto vno ad Septentrionem latere, & quidem rectiſſima linea ducta vſque in

Prætorium.

Statiua Septentrionalia.

Opera teſſellata.

C angulum rectum quem S. Claræ titulus occupauit; ab hoc igitur angulo qui portam habet Helenianam veterem, conuerſus in meridiem, dorſo Septentrioni obuerſo, ibis per plateam eximie latam, & vlmis aliquot conſitam (hęc nuper palus erat) nunc Senatus ampliſſimi impenſa ſtratam hinder S. Claren: Hic continuò ad ſiniſtram quanta nullibi vſque ad SS. Apoſtolos peralta antiquæ vrbis mœnia conſpicis hederâ penè à ſummo deorſum veſtita, pro religione clauſtri Sanctimonialiũ cęteris alibi partibus muri altiora & tutiora quam ad ipſam Baſilicam & immunitatem SS. Apoſtolorum, plateâ quæ ſecundum murum veterem, ſed varijs poſticis Canonicorum pertuſum, ducit ad forum nouum vulgò Newmarck dictum, vbi forte Naumachia fuit, ab antiquo muro nomen ſeruat dicta auff der alter Mauer. Præterito ad dextram templo SS. Apoſtolorum, & ad ſiniſtram foro nouo, ad cruciatam viam peruenies im Loch vel lacu appellatam, quæ dextrorſum quidem nomẽ habet à Marcelli mole Romanâ, vulgo am Marcellis Stein, ſiniſtrorſum vero pulmonis vicum die Longe gaß, antrorſum via Vipſania die Woipsgaß nuncupatur, ne verò hic à veteris muri interruptis veſtigijs aberres, modicè verſus Marcelli molem deflecte, & in primam quæ ad ſiniſtram occurrit viam te dato; iſtic ingreſſo, continuò ad ſiniſtram videbis mœnia Romanę Colonię vineolis interiectis ſat altè prominentia, donec ad Græcorum portam, poſterioribus vti manifeſtè videtur temporibus latius pertuſam, & in altero vrbis angulo ſitam, peruenias: Sed nullane inquis,

Naumachia

Porta Græcorum.

D (printed beside "Præterito ad dextram templo SS. Apoſtolorum")

quis, ad occaſum porta, nullus exitus fuit? rectè monitum, hoc ſilueram, nunc adijcio fuiſſe Iani portam circa molem Marcelli, ſed eam penitus obliterauit Baſilica A
Aeni porta. SS. Apoſtolorum, & ab hac ipſa porta arbitror plateam, & quæ nunc vlterius eſt portam nomen traxiſſe, quod aſperatè vulgò effertur Hann; & hæc aſpiratio alium peperit errorem videlicet vt gallus gallinaceus in ipſa porta ſculperetur, quaſi à Gallo nomen eſſet ſortita, quod cum paſſim ſcioli improbent, maluerunt Annoniam à S. Annone dici, denique etiam ex re adeò futili deducerent argumentum muros Vrbis à S. Annone eſſe extructos, tam fæcundus eſt errorum intellectus humanus, qui ſcientiam Deorum præproperè appetiuit.

At plures portas ex eodem latere educere nec auſim modo, nec ſi quis docuerit ex antiquitate refragabor, habebit quo ſe tueatur in veſtigijs plateæ & portæ B
Porta honoria. eiuſdem nominis à Mercurio Ehren nuncupatis; ſed pergo ambire veteris Coloniæ muros. Itaque à Græcorum porta deinceps certum ad meridiem Coloniæ limitem facit vſque ad Rhenum Torrens qui pene ſubterraneus, manifeſta veteris foſſæ veſtigia ſeruat præcipitio alto, qua vetus Vrbs fuit; alibi depreſſis magis locis quæ extra fuerunt, donec peruenias ad Rhenum. At medio hoc itinere, videlicet inter Græcorum portam & Rhenum, cum ad aream in qua S. Iacobi & Sancti Georgij continuæ ędes videntur perueneris, in cruciata via conſtitutus, dextrorſum quidem dictas SS. ędes & aream olim vrbis pomerium, ſiniſtrorſum verò locum vel
Porta Iouis. plateam habes, quæ à Iouis porta iſtuc ſita, hodiedum die Hoporʒ appellatur; denique antrorſum orientem verſus plateam zur Karbender dictam aſpicies, iſtic deſcēſus & vetus crepido Rheni eſt, quæ abundè ante Capitolium, ſecundum plateam C
quæ in littore (auffm Duer) dicitur, per Senatoriam domum, & plateam Ciuilem ſeu Caſtrenſem vulgo dictam die Bürgerſtraß, vbi quondam (quod in notatione repetam) in littore ſtetit Ciuile Pretorium & Burgum, vſque ad B. Mariæ Gradus continuo porrigitur; iſtac enim Romanis temporibus Rhenus defluxit, & ripa illa quam deſignaui contentus, orientale Coloniæ clauſit latus, ita vt liceat in vrbe vſurpare:

Nunc ædes vbi Rhenus erat.

Siquidem omne id quod nunc forum antiquum, Forum fęnarium, & ędes inter D
fora & Rhenum ſitæ occupant, id omne ſpatium olim nauibus Claudii Cęſaris ſulcatum eſt: poſtea Inſula naſci cœpit, in qua Sancti Martini Maior ſeu vetus Eccleſia extructa, Abbatia Diui Benedicti inſignis, quęque etiamnum S. Martini in Inſula ab Eruditis nominatur: Nimirum ſi veterem faciem præſenti conferas, videbis Rheni alueum hodiernum cum vetuſtiſſimo decuſſari, ita vt qui intra fęnarij & veteris fori planiciem illapſus, indeque repulſus procul in Tuitienſia prata incurrebat, nunc relicto foro & pratis illis veteribus aluei lineam fluendo ſecet tranſuerſus: Et niſi prouida Senatus ampliſſimi curâ & induſtria grauis vagi Rheni violentia cohiberetur obiectu molis (Poiheimerkopff) pridem ab Vrbe longius alueum deflexiſſet Rex fluuiorum. Debetur igitur etiam hoc incluti Senatus fælicitati ac

A prouidentiæ, tot annis potuiſſe Rhenum coercere. Atque hæc de veteri ſitu & forma Coloniæ cuius nunc ferè eſt tripla magnitudo, ſi cum ea quæ fuit compararetur. nam Chriſtianis temporibus mirè eſt aucta, & veluti gradibus quibuſdam prouecta adnatis tum ſuburbijs, tum arcibus nobiliſſimis, domibusque Religioſis, quæ deinceps Vrbs ampliore ductu eſt amplexa.

Tria maximè conſpicua ſuburbia Vrbi adſita fuiſſe hodieque apparet; quorum vnum Septentrionale eſt. quod à Granario Senatus & Armamentario incipit & recta linea ad portam peſſuli, obicis vel Teſſeræ (Germanicè Würffelporß) ex enditur & ab inde foſſatum vetus (vulgò auff dem alten Graben) & anatum paludem (Entenpful) per viam Aquilinam (auff dem Egelſtein) tranſiens per plateam quæ ab *1. Suburbiũ maius Septentrionale.*

B arboribus aut tollenonibus nomen habet (Kranenbäumen) in vetere Vbio-Romano Rheni portu terminabatur.

Alterum ſuburbium eſt Meridionale iuxta portam Græcorum, quod à Monaſterio ad Albas Dominas nuncupato, incipit; & conſpicuis hodiedum foſſis, & foſſarum veſtigijs, ad Rheni ripam procurrit, & quidem veſtigia foſſati quæ ſunt inter Græcorum portam vſque ad S. Catharinæ ædem Teutonicam, Perlengrauen, reliqua verò quæ ſita ſunt inter eandem Diuę Catharinæ Eccleſiam & Rhenum S. Catharinæ Grauen appellantur. *2. Suburbiũ maius Meridionale.*

Tertium ſuburbium eſt occidentale, incipiens ferè à Marcelli mole paulo tamen vlterius, & amplectitur primum vniuerſam immunitatem Sanctorum Apo- *3. Suburbiũ maius Occidentale.*

C ſtolorum, veteris vrbis muro adhærentem, cum Canonicorum ędibus ac hortis, in quibus manifeſta veteris valli veſtigia ſat alta conſpicimus, tum tranſita platea quæ Ehrenſtraß dicitur, alteram inſulam ędium, æqualem ei quam dixi Apoſtolorum, donec per plateam quæ à vallo die Wahlgaß dicitur, & per alteram die Briſenſtreſſen dictam, redeas ad S. Claram, in qua via duo indubia monumenta ſuperſunt, ex quibus ſuburbium illud agnoſcere liceat; nimirum porta quę plateam Mercurianam vulgò Ehrenſtraß/integit, in monumentis porta Agrippina appellata & veſtigium alterius portæ anterioris Helenianæ, quę ſine re nomine ſuperſtes, vulgò Lerpe ß eo quondam loci ſita fuit, vbi ex arcis S. Claræ & S Gereonis aditus eſt in plateam Briſenſtraß dictam.

D Præter hęc tria Vrbi adnata ſuburbia (nam Tuitienſe trans Rhenum quod cum vrbe nondum coaluit omitto) alia quoque inſuburbij ſpeciem, ſed minora munimenta acceſsêre, nam Palatia quædam nobiliſſimarum familiarum, nec non monaſteria Collegiaque his ſuburbijs adſita fuerunt, quæ etiamnum ſuperſunt integra, aut aliquam veteris conditionis formam ſeruantia.

Hæc à Rheno & meridionali latere redeundo ordine recenſebo.

I. Quam modo Liſolphi Eccleſiam appellamus, olim ſuburbium & vicus erat B. M Virginis in littore & in Nothauſſen appellatus in monumentis, hic vicus cum platea & foro lignario, atque domibus apud portam vbi riuus ciuitatem pertranſiens in Rhenum euoluitur, incluſus tandem eſt ſuburbio meridionali, mentioque

eſt huius vici ſeu ſuburbij, cum in literis Wichfridi Archiepiſcopi Colonienſ. dicitur anno 940. cum quidē terminis ſeu banno iuriſdictionis Seuerinianæ circumſcribi, ſed viginti domos habere ad iuriſdictionem ſpectantes Eccleſiæ B.M.V quæ deinde ex liberalitate S. Annonis vnâ cum iuriſdictione vici xx. ędium ceſſit Eccleſiæ S. Georgij martyris. A

II. S. Seuerini Collegium licet olim haberet ampliſſimas in circuitu vineas, propter tamen incurſionis pericula, ad formam arcti ſuburbij videtur ædificatum, adiacebant eidem Prætoria vel nobilium ędes, zum Staue, itemque vicus Oldenhouen, & alia Palatia Patritiorum in campo Martiniano, vbi nunc Carthuſia, & interiacebat inter immunitatis Seuerinianæ & ipſam veterem vrbem, iucundum ſalicetum cum paſcuis, agris, & pomerijs, vti ea ex Archiuis cognoſcimus. B

III. Eccleſia S. Panthaleonis in vno ex ſeptem modernæ vrbis cliuis diffuſiſſimi muri ambage ſuburbiolum faciebat, cui cum aliquæ domunculę, tum varię Nobilium ędes vicinę erant; inter quas excellebat der Gyrshoff, id eſt Vulturea aula. Item arx foſſis circumdata, modo habitatio Prænobilis Petri à Wolffskeel.

IV. S. Mauritij monaſterium & domus in Rore (zum Daw) quam Quadi Domini de Wickrade poſſident, illaque nunc turrita domus modo Rinckiorum, aliorumque Nobilium & aliquot agricolarum caſę, ſingulare conſtituebant ſuburbium.

V. Adiacebat SS. Apoſtolorū Collegio Prætorium familiæ Beneſis cum prædijs aliquot, quę nunc liberum Dominium Beneſis intra muros ciuitatis appellantur, & magnis gaudent iuriſdictionibus, ſub dominio Hęredum Prenobilis & Ampliſſimi nuper Conſules Gerardi Pfeil à Scharffenſtein. C

VI. S. Gereonis immunitas à portis quę peſſuli, obicis, vel teſſerę, & Heleniana appellantur, conſtituebat ſuburbium cum Prętorijs Nobilium ędium Aduocati Colonienſis (Vogdey & Dinckhauß) & domo in Iudęo quam Prenobilis Iodocus à Loen inhabitat, itemque domo in Gilgaw nunc Palātiorum villam dicunt, cum plurimis alijs eiuſdem loci.

VII. Septentrionali maiori ſuburbio adiacebant, Nobilium prædia zum Hirtz / & ſchwartzen Hauß / Item iuxta Eccleſiam Corporis Chriſti domus illorum de Schilderich (vulgo Klockrinck.)

VIII. Ante portam Aquilinam vicus hirundinis, & Calonum vel canalis domus, vulgò Caldenhauſen, & ipſa apud Rhenum immunitas S. Cuniberti, quę ſuis vallis muriſque olim concluſa fuiſſe hodieque conſpicitur. D

12. ſuburbia 12. Parochiæ 12. veteres & 12. noua vrbes circa Coloniam.

XI. Aliud Eccleſię Sancti Martini in Inſula adſtructę ædes faciebant ſuburbium. Quę tria maiora vt retuli ſuburbia, & nouem minora cum diuerſis ſacris & Nobilium ędibus, quaſi duodecim ſidera pluribus minoribus ſtellulis circumdata, at totidem parochijs, totidemque alijs oppidis cincta Agrippinenſis vrbs, velut inter minora lumina effulgens Luna, vno iam claudit muro, cui affigo encomium, quod dat Æneas Sylvius Cardinalis, poſtea Pontifex, in Epiſtola ad Meierum Cancellarium Moguntinum relatā apud Bzouium 1457. *num.* 10. *pag.* 194. diſſerturus de Germaniæ vrbibus & à Colonia ſic incipiens.

Elogium Coloniæ.

Quid

A *Quid Colonia quæ de Coniuge Claudij matre Neronis Agrippina dicta eſt, & triam Magorum oſsibus illſtrata, nihil illa magnificentius, nihil ornatius tota Europa reperias, Templis, ædibus inſignis, populo Nobilis, opibus clara, plumbo tecta, Prætorijs ornata, turribus munita, flumine Rheno & latis circum agris laſciniens.*

Notatio I. ad Syntagma VIII.

De Antiquis Burgis & Arcibus.

AMputaui Beneuole Lector quædam ab hac lucubratione quæ volumen & precium libri auctura videbantur, vti in ptimo huius libri Epilogo dicam. Hic autem ex reſectis obiter annoto totum ferè littus Rheni veteris & latus Septentrionale Vbio-polis magnificè olim inædificata fuiſſe. Erant enim Capilolium, delubrum Martis, caſtella ad pontem modo vnder Keſſeren, vbi & Senaroria recentior domus, & vbi vicus ciuilis vel caſtrenſis ſeu Burgorum (vulgo die Bürgerſtraß) Pretoria Romana ſiue pyrgi, nam noſtro tempore inter ruta reſtauratæ domus hæc Ara illic reperta eſt. *Prætoria Colonia.* *Vetus Cippus.*

B

DIS CONSER
VATORIBQ. TAF:::
QVITIVS CAT V:::
VS LEG. AVG. CVIVS
CVRA PRÆTOR
IVM IN RVINAM
N LAPSVM AD NO
VAM FACIEM
RESTITVTVM.

C NB. *Spectatur hæc Ara in vico Burgorum (vulgo* in der Bürgerſtraß) *in ædibus dictis* Zelandia.

Inde ſequebatur Iouis Pithæi fanum, cui impoſitum vetus Archiepiſcopale palatiũ, & mox vicina eſt noua Metropolitana Eccleſia incubans veſtigijs vetuſtæ arcis caſtelliique aquarum, hinc demum per antiqua mœnia veluti in pergula incedebatur ad Prætorium quod Conſtantinus & Helena incoluiſſe traduntnr, poſtea Iuliacenſis aula fuerat, & nunc S Claræ monaſterium apud Armamentarium dicimus, & vicum à Metropolitanâ ęde vſque ad S. Claræ cœnobium appellamus ad caſtrenſem murum (vulgò auff der Burgmaur.

D

Notatio II.

De Ponte Conſtantini Magni.

IN eadem Rhenanâ regione Vrbis Pons fuit, quem Conſtantinus Magnus anno 308. & deinceps ſtruxit cum Caſtellis vnder Keſſeren, adiectâ ad defenſionem *Pons Conſtantini Magni.*

in transRhenano vel Francico antiquo littore, arce vel Burgo Diuitenſium Miſſum, de quo talis Cippus. A

VIRTVTI DN. CONSTANTINI
MAX. PII. FEL. INVIC. AVG. SVP.
PRESSIS DOMITISQ. FRANCIS
IN EORVM TERRIS::: MIL.
CASTR. DIVITENSIVM SVB
PRÆSENTIA PRINCIPIS SVI
:::DEVOTI NVMINI MAIES-
TATIQ. EIVS DVODEVIGINTI B
HÆC VOTA FECERE.

Idem pons graphicè deſcribitur in panegyrico dicto Conſtantino Magno. *Inſuper etiam* (Conſtantine) *Agrippinenſi ponte faciendo reliquiis afflictæ gentis, inſultas, ne vnquam metus ponat ſemper horreat, ſemper ſupplices manus tendat, quum tamen hoc tu magis ad gloriam Imperij tui & ornatum Limitis facias, quam ad facultatem, quoties velis, in hoſtem tranſeundi: quippe quum totus armatis nauibus Rhenus inſtructus ſit & ripis omnibus vſque ad Oceanum diſpoſitus miles immineat. Sed pulchrum tibi videtur, & re vera pulcherrimum eſt, vt Rhenus ille non ſolum ſuperioribus locis, vbi aut latitudine vadoſus, aut viciniâ fontis exiguus, ſed & ibi nouo ponte calcetur, vbi totus eſt, vbi iam plurimos hauſit amnes, quos hic noſter ingens fluuius & Barbarus Nicer, & Menus inuexit, vbi iam immani meatu ferox & alueî vnius impatiens, in ſua cornua geſtit excedere. Seruit profectò Conſtantine Maximè ipſa rerum natura Numini tuo, quum in illa gurgitum altitudine tantarum molium fundamenta iaciuntur fidam & ſtabilem firmitatem habitura. Iunxerit quondam licet Helleſponti anguſtias claſſe connexa Perſarum Rex potentiſſimus, temporarius ille tranſitus fuit: ſimili nauium continuatione Baianum ſinum ſtrauerit ab Aug. tertius Cæſar, delicata fuit illa vectatio Principis otioſi, hoc opus & difficile factu, & vſu futurum eſt ſempiternum. Certè quidem iam ter in exordio ſuo hoſtium mouit obſequia, qui pacem ſupplices petierunt, nobiliſſimos obſides obtulerunt. Ex quo nemo dubitat quid perfecto ponte facturi ſint, qui iam ſeruiunt inchoato. Talibus te pro vtilitate ac dignitate publica rebus intentum, auertunt in ſe noui motus, eius hominis quem ſucceſſibus tuis maxime fauere decuiſſet. &c.* C D

Notatio III.

Deiectio pontis. In Hiſtoria Ottonum Cæſarum & Brunonis I. Archiepiſcopi Colonienſis, à me ſcriptâ, & aliquando dandâ publico, demolitionem huius pontis Conſtantiniani refero ad Annum Chriſti. 957. alij ad ann. 964.

A

SYNTAGMA IX.

Moderna vrbis Perigeſis.

POſt veterem vrbem deſcriptam, adijciam etiam perigeſin hodiernæ, vt videatur quibus incrementis in magnitudinem præſentis temporis excreſcens, mille arcium vrbs dici meruerit. Argumentum omnino difficile & obſcurum præ cæteris quæ toto orbe dicentur, quippè quod platearum, & murorum, & verò perſepè ædium certarum ac Palatiorum, quæ nominari debent, notitiam in Lectore requirat; quam ſi quis afferre non polliceatur, ei ab hac parte legenda cautum volo, vt hinc B tranſiens confeſtim ad cætera explicanda legendo accedat: Vt autem hi qui Coloniam viderunt legant, nihil veto; & quo melius legant, ducam eos notiſſima omnibus via, videlicet ea qua tota Germania celebris Theophoriæ pompa feria 6. poſt octauam paſchæ quotannis circumduci ſolet.

Theophoriæ Coloniem. via.

Prima igitur qua exitur *Porta molaria noua* dicitur, & ad ſiniſtram habet maximum propugnaculum in Rhenum excurrens; eadem ad dextram egredientis habet magnificentiſſimas ædes publicas mercium Batauicarum vſque ad portam piſcariam protenſas, cuius ſtructura abſoluta eſt anno Chriſti 1570. Hic ſpacioſiſſimum littus eſt ad Rhenenſem vſque portam, quod Mercatoribus fori commoditatem præſtat, vt mirum non ſit littus eius tot obſideri nauibus, vt maritimam vrbem C aut portum cenſere poſſis, & multitudo nauticorum malorum ſpiſſam ſyluam videatur obijcere oculis, quam ſublicix duæ repagulares moles ex trabium, tranſtrorum, lignorumque immenſis iugis, contra glaciei vim conſtructæ ad fidam nauium ſtationem muniunt; verum totum hoc littus vſque ad extimam vrbis turrim, quæ Boica dicitur, olim aqua fuit, & pœne medius Rhenus, adeò ſæculorum curſus mutauit loci faciem. Porrò quid rerum modo occurrat tota hac ripa vides. Nimirum ante portam Molariam duo tollenones, alter ligneus minor, alter maior amplę turri impoſitus, ſed hi in ipſa ripa hærent: at ciuitatem verſus occurrit porta piſcaria maior, cui inædificata Burſa Tribus Ichtyopolarum ſeu piſcariæ, deindè moles braxa- D toria quæ inſtar amplæ turris in littoris aream procurrens Rheno propinquat, & mox porta *piſcaria minor* rarius patens, tum *ſalinaria porta* rotundæ molis & grandioris, ante quam eſt Rheni *traiectus* (daß Vahr) ſinus in cuneum contortus & repagulis ex edita ripa munitus, quaſi podium ad otioſorum & amicos in traiectu exſpectantium accubationem (vulgo Gapſtock.) atque hoc ipſo loco olim pons Conſtantini inceſſit, qui ex vrbe in inſulam ſub eo natam vel auctam, & ex inſula S. Martini, in Diuitenſe monumentum porrigebatur; à quo ponte ad noſtram memoriam platea pontina (vulgo auff der Bruck:) nomen habet, eo quod ab Oliuis recta ad pontem tenderet mediam ferè vrbem ſecans, ſub porta Martia, quæ fuit iuxta Senatoriam domum inter antiquum & fænarium forum: Veſtigia pontis eo loco ducti,

Porta molaria.

Portus nouus Vbiorũ.

Repagulares moles in portu.

Tollenones.

Porta piſcaria maior nunc minor facta.

Porta piſcaria minor.

Salinaria.

Traiectus & eius podiũ.

Pons Conſtantinianus.

Porta traiectus. & à Brunone anno 964. ſublati, ſuperſunt in ipſo Rheni alueo, quæ curioſi pridem, cum inſolenter decreuerat Rhenus, obſeruarunt. Poſt portam *Traiectus* alia occluſa eſt olim ſeruiens traiectui, quæ in littore habet Tollenonem plurimum vinarijs vaſis educendis ſeruientem, à mercatu vti videtur Marcomannicum dictum, vna cum platea eiuſdem nominis, quæ ad hunc tollenonem & alium quendam non *Porta Marcomanica.* procul à priore ſitum ducit. Is verò à lignea turri, cui inædificatus eſt tolleno, vulgò dicitur der hauſi Kran. Porro *Marcomanicæ portæ* latus vnam inſignem habet molem, quæ domus Rhenibercana nominatur; ſubindè occurrit alius tolleno octangulæ ſtructuræ impoſitus. & iuxta moles muro hærens, & medio tranſitu nouum Rheno *Porta Haſia.* impoſitum propugnaculum cognomento minus, & ſub his *Porta occluſa* Haſepfort/ Leporinam Broelmannus appellat, fortè à cenſu leporum & ferarum quæ per eam vrbi ex Montenſi terra inferebantur, niſi malis ab *Heſo* Germanorum Deo dici, vtraque enim platea & Hęſia, & Marcomannica ſeu mercantium, ad forum inſulæ nunc Fænarium dictum, correſpondebat delubro Capitolino, & mercatorum ſeu Mercurij Portæ. Vlterius progredienti veteris vrbis terminus quadam mole fir- *Porta Rhenana.* matus occurrit, & iuxta illum porta, veteri *Rhenanæ* (quæ altius ſita iuxta Capitolium fuit) correſpondens, cum eiuſdem nominis platea; ante eam. portam ſcilicet plateamque, & vetus S. Sergij ſacellum naualis eſt tolleno, qui ſuperiori ciuitatis *Villica.* portui deſeruit, viciniſſima huic eſt *Villicæ porta* vulgò Pfitzengraben pfortz/ eo quod & veteris Coloniæ & ſuburbij ſeu villicæ exitum præſtet in Rhenum, quæ quia vehementer depreſſa eſt, & pœnè ſubterranea, nimis generali nomine, à Broel- *Murus altior factus. An. 1497.* manno, Decliuis nuncupatur. Ab hac porta vſque ad ſuperius vrbis cornu ac portam quæ Boica dicitur, anno Chriſti 1497. murus altius eductus eſt, ex mulcta fæneratorum, inferiorem autem partem & reliquum modernæ Ciuitatis murum, auxilio Vbiorum Philippus Hinsbergenſis Archiepiſcopus Colonienſis ſtruxerat. antiquæ vrbis muros, turres, & portas deijciens, vt ruderibus ad nouum opus vteretur. Eodem hoc villicææ portæ oſtio vrbis riuus in Rhenum exoneratur. Proximè *Triticaria.* ab indè occurrit eccleſia B. M. V. in littore: Deindè *Triticaria porta* olim à tritico & cæteris frumenti ſpeciebus celebris, nunc occluſa habens duplicem (in ſuburbio quondam nunc incluſo) plateam eiuſdem nominis, eo quod dum ſuburbium villæ *Lignaria porta.* loco Coloniæ erat, triticeum eſſet hoc loco emporium, nunc *Lignaria porta* in eius locum ſucceſſit ex quo Noueſium factum erat frumenti Emporium, verum & hoc nomen in breui otioſè in illa porta reſidebit, cum lignorum commercium ex illa pridem in commodiorem alium locum videlicet ad plateam Potatoriam ſit translatum: Siquidem Inſula quæ ante portam lignariam congeri cæpit, maioribus quot- *Nauicularia porta.* annis incrementis augetur. A lignaria, poſt quatuor turres porta occurrit *Nouicularia* vulgo Nechelspfort / à nauicularijs, quorum ſolemnis ſtatio erat hoc loco in veteris ſuburbij foſſa, quæ S. Catharinæ nuncupatur à templo ei vicino, vulgò. Nechelsfoull. Militares manſiones & turres tota ripa militiam pertæſus lubens præterij ne minutiore cura Lectori eſſem grauis, proindè & alias plura eiuſmodi tacitus

præ-

A præteribo. A Nauicularia porta digreſſo occurrit occluſa cum SS. Trium Regum ſtatutis porta, Drangpforß, nominata, ſiue id nominis ab adaquandi vſu vt alia quę- dam ſæpius iam nominata, ſiue vt habet conſtans traditio, à compreſſione quæ iſtic narratur accidiſſe populo Colonienſi, quando per viam ſuburbij Dranggaß Sanctorum Trium Regum Reliquiæ, ex Italia, multis armatorum millibus comitatæ, & vniuerſa prouincia ſtipatæ, illatæ fuerunt. Ingens fuerit ſanè illa, quæ adeo tenaciter vico ad tot ſæcula duraturum impreſſerit nomen, & par illi Romanæ qua populi ad Iubilæum confluentis copia, ducenti eliſi, plures Tiberi ad molem Hadriani ſubmerſi fuerunt. Proximum muro incumbit priuatum magnificumq; habitaculum, quod nuper Reipublicæ fuit, nunc translatum in poteſtatem Nobilis Clariſ- *Compreſſoria platea. porta.*

B ſimi viri Henrici Andreæ à Ghail Iuris Conſulti Filij Andreæ Gaylij Agrippinenſis Clariſſimi Vice-Cancellarij Imperialis. In extimo vrbis Lunaris cornu eſt *Boica*, ſeu potius Apiariæ turris caſtrum cū porta, quod Engelbertus Valckenburgicus Archiepiſcopus vna cum alia ad inferius cornū vrbis ſita arce, tanquam geminum frœnum ad continendos ſub iugo Ciues ac Rhenum impoſuerat, ſed anno 1262. ciues eiecto militari præſidio, veluti aluearia apum examine, nudauerunt, vna cum alijs quatuordecim arcibus quæ circum vrbem muris incluſæ portas ferè defendunt foſſis, propugnaculis; muris ac tribus militari receptui deſtinatis ædibus complanatis, vti Godefridus Hagen Ciuitatis Archigrammateus in MS. Rithmico Chronico, & alij manuſcripti ſynchroni meæ Bibliothecæ fuſius commemorant, habet tamen hæc *Boica Boiana.*

C. ſuperior ciuitatis moles ſuas hodieque amplas ſtructuras, licet noſtra memoria arcus vnus inſtar pontis in Rhenum protenſus, à fluuio exeſus & operarum accedente labore ablatus ſit, vna cum ſpecula, in cuius locum nouum ſupra vrbem propugnaculum iuſſu Senatus non ita pridem regali opere eſt extructum, inſertis quibuſdam quæ tunc id eſt anno 1632. ex ima humo egeſta ſunt, monumentis Romanis, quæ priuſquam tempeſtas eluat & obliteret, operi præſenti inſero.

D *FACIES HVMANA pectore tenus, in ſinum collecta veſte & ſub ea.*

C. VETTIENI C.
PVPINIA VRBIQVS
TVBICEN EXS
LE:: ONIS F EXS
TE:::MENTO
::E :

SVB SIMILI Icone.

C OECCIVS L.F.
PAPIRIA TICINI
MILES. LEG. XX
PEQVARIVS ANNO.
XXXV. STIPENDIO
RVM XVI. HIC P. EST

De familia vectiorum vide hic l. 2. Synt. 9 & 10

Illud

Illud etiam quidam ex Societate IESV ſuggeſſit exſcriptum tunc, nam idem lapis poſtea confractus in porta S.Seuerini videtur diſſipatus, eſt autem tale. A

M. RVBBIVS. M. F.
LEON. TA AN. XXX.
MEDICVS
H. S. E.

Omitto lampades, ſcutellas, vrceolos, aliaque eius generis tunc reperta, quæ partim ipſe partim alij viderunt: & in antiquitatum arculas intulimus. Hinc iam campeſtris munitio incipit; maior foſſa, cum muro & turribus Philippi Heinsbergici opus eſt, minor foſſa anno 1386. acceſſit, cum ne ad vſque foſſam & mænia incurrerent prædones, tum vt tutius & iucundius circa vrbem arboretum eſſet ad incolarum recreationem, & nunc pro firmiore fundamento murus ſubſtruitur. Porro ab B angulo hoc ciuitatis digreſſo, poſt ſeptenas turres apud quarum mediam mola alata in colle eſt ſita, occurrit moles *Seuerinianam* habens portam, Arx valida an. 1469. Saxeo propugnaculo munita eſt, & nuper terreo tormentorum ſuggeſtu, loco vbi plurima gentilium monumenta & ſarcophagi ſaxei ſunt effoſſi.

Porta Seuериniana.

Hâc enim tranſibat præcipua & regia via Romana militaris ab extremo Oceano per hanc vrbem, verſus Bonnam, Confluentes, Moguntiacum, ad ipſam vſque Romanam Ciuitatem protenſa; habebant vero Ethnici in cliuis, & iuxta honeſtiores vias extra vrbes, ſepulchreta ſua. Vnde Propertius lib. 4. Eleg. 7.

Vbi monumenta gentilium.

Marmora ad extremæ nuper humata viæ. C

Et Iuuenalis Satyra prima:

Quorum Flamminea tegitur cinis atque Latina Idem Satyra 4.
Et cui per mediam nolis occurrere noctem
Dum per cliuoſæ Veberis monumenta Latinæ.

Ita in Arbotano Portugalliæ agro reperitur lapis. *Ego Gallus Fauonius Iocundus L. F. qui bello cont. Viriatum occubui Iocundum & Prudentem filios ex teſtamento Hered: relinquo & bonorum Iocundi Patr. mei & eorum quæ mihi ipſi acquiſiui hac tamen conditione vt ab vrbe Roma huc veniant & oſſa hinc mea intra quinquennium exportent è Luſitania & via latina condant in ſepulchro marmoreo.*

Hæc pro notitia cæmiteriorum gentilitiorum & ex ipſis pro cognitione viarum D militarium moneo, nunc progrediamur.

Porta Vlriciana.

Ab hoc loco transgreſſus v. turres. Portam *Ollariam* ſeu Vlricianam habes. Eſt ea quidem occluſa, arcis tamen loco eſt; & vſum ciuilem habet ex impoſita mola, propè ab ea monumentum extat in proditorij cuniculi loco, de quo monaſterij Bonifaciani monumento inciſum eſt. ANNO DOMINI MCCLXIX FVIT CO-
1269. LONIA TRADITA PER FORAMEN APVD VLREPORTZE. ANNO
1288. MCCLXXXVIII. FVIT PRÆLIVM IN WORINGEN ET HOC IN SABATH:]

Porta S. Panthaleonis.

Iterum tranſitis quinque turribus, obuia eſt arx portæ Flumentanæ ſeu *Panthaleonitica*, quæ etiam occluſa eſt, riuus tamen per eam illabitur vrbi non inutilis, nouis

nouis etiã vti Vlriciana aggeribus munita eſt: Vlriciana vno, Panthaleonitica duo-
A bus cornibus in hoſtem obuerſis. Proximè ab hinc eſt moles *viuarij* cum porta eiuſ-
dem nominis (Weyerpfortz) olim propugnaculo inſigni communita, quod nuper *Porta Viuarij.*
molam alatam fullonum habebat: Hinc exit Regia ſtrata Tolbiacum, & per Tallia-
tes Treuiros, atq; alia Pariſios, quam teſte Auentino *Li.4. Boicor.* etiã Carolus Mag-
nus reſtaurauit, muniuitque: Cæſareæ viæ nomen habet, ſiue à Carolo Magno, ſiue
quod electus nuper Aquisgrani Cæſar, per hanc ſolẽniter introducatur. Iſtic quoq;
in latiſſima vrbis foſſa, metas, cæteraq; ad exercitium tormentariæ artis comparata
videbis ſi ex alto deſpexeris. *Porta Ouina* mole cæteris æquali, non vt nomen præ ſe *Porta ouina*
fert, humilis & contempta: vaſtior proxima eſt moles Ianonia à Iano, cui introrſus
B in vrbe veteri, ſcilicet iuxta Sanctorum Apoſtolorum templum, ſacra fuit porta pa- *Iani porta.*
catis obuerſa prouincijs, vulgus aſpiratè Hanepfortz appellat, vel Gallorum more,
vel proprio Colonienſium vitio I. conſonantem aſpirare cõſuetorum: porro ab hac
porta videtur foras ducere ſilice ſtrata Regia Vbio-Romanorum, via quæ Tiberia-
cum, (Vulgo Siuerich ſuburbium occidentale Berchemenſe) Iuliacum, Coriouallũ
& Tungros in occidentem protenditur Bauacum, & Cameracum vſq; ad Oceanũ,
ſed ab hac porta Ianonia primam quam deindè vides turrim immiņere latiori vrbis
foſſæ (in qua Colonienſ iuuentus pilæ iactatione ſe exercet) ne mirare, dum forma *Meta dimidia vrbis.*
quadrilatera & pyramide octogena à reliquis turribus, quę rotundę ſunt, diuerſam
eſſe vides; eſt hæc certo conſilio, differente ab alijs forma extructa, nam medię vrbis
ambitũ indicat, vel lineam qua vrbs ad Rhenum bifariè ſecatur, reliquæ turres ite-
C rum rotundæ ſunt; poſt quas occurrit moles *Iunoniæ portæ* græca voce Erenpfortz *Erenportz*
dicta, nam Græcis Era ἥρα Iuno eſt; alias Agrippina porta dicitur à Brœlmanno &c.
Interiectis ab hinc 2. turribus, arx portæ *Freſonica*, & 4. turribus obitis, adeſt arx *Freſenportz.*
occluſæ portæ in alueo ſtatiuorum Romanorum (de quibus infra) extructa, Ge-
reonis Portam & Gereonis Loch ſeu lacum hodie appellant, quæ loca Ampliſſimus *Gereons Lochsportz.*
ſenatus propugnaculis exterius iuſſit communiri. Ibidem in campo veſtigia ſunt
viæ militaris in Caſter/Erculens. & Ruremundt/id eſt Caſtellum, Herculanum, &
Mederiacum. Quatuor iterum turribus inter medijs occurrit moles alatæ molæ ad
Corpus Chriſti, & ſeptem interſtructis turribus moles *Porta Aquilina* cum nouo *Egelſteins*
D propugnaculo ante eiuſdem nominis plateam Aquilinam, ſic appellatam, quod in *portz.*
limites ſtatiuorum Romanorum ædificata ſit, vbi vel monumentum, vel aquilę ſi-
gna verſus hoſtẽ ſtabant, vel deniq; ab Aquilino cõditore ſuburbij dicitur eſt tamẽ
extra pomeria eiuſdem, ſuburbij & agri vrſulani, atque Maiores noſtri, in archiuo-
rum Scrinijs, hirundinis plateam appellant, à conſpectu, vt credo, aquilę in mo-
numentis roſtro aut capite mutilatæ, minorem auem iudicantes. Tribus ab hac
porta Aquilia turribus interpoſitis, occurrit arx quædam portæ occluſæ, vulgo
Calenhauſen & Caldenhauſenportz Brœlmannus *Hybernorum portam* appellat, vide- *Callenhaus portz*
turque illi Calonum ſuburbium fuiſſe, & ab eis nomen accepiſſe, niſi à Calone ca-
ſtro, quo iſtac exitur dictam malis ſuſpicari, aut à canale quem Germanicè Kall

M dici-

Portus hyemalis. dicimus, vſitatius enim nominant Kallenhauſen/ id eſt, ad domos canalis, per quem ex Rheno (vbi nunc Rilenſis moles eum obſtruit) appellebant in veterem caſtrenſem Vbiorum portum & ad tollenonum arbores (vulgo Zu den Kranen bäumen:) finum ſtationemque hyemalem, bellicicis nauibus fidiſſimam, munitam Inſula in qua S. Cunibertus D. Clementi nauigantium Patrono ſtruxit Eccleſiam. Duabus deindè turribus intermedijs ad inferius vrbis cornu & alueum reditur, vbi olim Regio-Ælienſis ſeu Rilenſis arx munitiſſima fuit, ab Archiepiſcopo Engelberto vt ante dicebam impoſita, & à Ciuibus vna cum altero ſuperiore, vt dixi, caſtro expugnata, & ſuis vſibus aptata anno 1162. quem annum vulgus pro hiſtorica veritate fabularum integumentis diuerſis, vt infra dicam, prætexuit, nunc *Cunibertinam portulam* appellant, exiguumque ad vrbem oſtium habet, ſed impoſita moles ingens eſt, duas habens procurrentes ſpeculatorias turres, vnam in Rheni gurgitem, alteram in vineas Rilenſes: ipſam molem non ita pridem Ampliſſimus Senatus Colonienſis deponi iuſſit, vt truncus loco propugnaculi æneorum tormentorum diſpoſitioni ſeruiret. Ab hoc loco in nouo Rheni littore abambulanti, veteris Vbio-Romani portus & inſulæ occurrunt incrementa, nam in Choro Baſilicæ Cunibertinæ æneus puteus monumentum eſt, vbi quondam contra flumen appulerunt, & extracti ſunt duo ſancti Martyres *Evvaldi*, quorum in Cunibertina Baſilica deſcribenda mentionem facturus ſum. In hac ripa occurrit quoque *Porta florum* (Blumengaſſenportz) occluſa, tum *Erbacenſis porta* etiam occluſa. Hic S. Maternus traditur appuliſſe in vetere Vbio-Romano portu æſtiuo, vbi ædificatum pro nouellis Chriſtianis Oratorium, Porta Cæli à reſtauratore S. Seuerino, ab hoſpice verò S. Seruatij eccleſiola nominatur. Porrò in eodem vetere portu eſt platea & porta quam Etemitz & Waldmangaß archiua, ſed à ſordium olim exoneratione *cloacariam* appellat Brœlmannus, vulgò Roßgaſſenportz & moles alterius portæ quæ à Caſtrenſium quondam equorum adaquatione *potatoria* Dranckgaſſeportz dicta fuit, & proximè moles alia portæ occluſæ, cui SS. Regum ſtatuæ peruetuſtæ affixæ ſunt, vulgus *Franconicam turrim* appellat, ſita eſt apud ſacellum S. Afræ, cuius mentio in hiſtoria S. Annonis: Demum per *nouam* noui propugnaculi *portam* in vrbem reditur verſus Apollinis Pithei veterem portam (vulgò Drachenportz) vnde proximè erat eductus in Theophoriæ pompâ populus. & vti dicebam accuratus vrbis inſpector habes, totum hunc murorum ambitum, ampliſſimas publicas priuataſque ædes, Baſilicas, & pomeria concludentem, ſub ann: 1180. cœptum & non amplius quam quadrienuio abſolutum, cui coronidem imponam repræſentato vrbis ſcuto, planè vti Philippi Archiepiſcopi murorum Conditoris monumento impoſitum eſt; nam olim vrbis ancile duobus coloribus diſtinctum albo videlicet purpureoque Francorum more temperatis & quaſi litera M, diducta, diſcretis erat, ſiue id Marci Vipſanij Agrippæ honori, ſiue ripæ aut pyramidum exprimendarum, ſiue alteri cauſæ tributum ſit. Poſteà verò quam Vbij Sanctorum Regum corporibus dotati ſunt, omiſſis illis à gentilitate acceptis ſignis acies repræſentantibus, mitia & pie-

Margin notes: NB. Grani arbores. malunt alij dicere. — *Rilenſis porta.* — Cunibertz portz. *Anno 1162.* — B — Blumengaßportz. *Erbacenſis porta.* — C — *Cloacaria porta.* — *Turris & porta Franconica.* — *Noua porta.* — D

A & pietati addicta ingenia priſtino colore bifariam recta veluti iuſtitiæ & æquitatis linea ſcutum diſpunxerunt, cuius ſuperior pars purpurea de Sanctorum Regum corporibus glorioſa, tribus aureis coronis inſignitur; inferior aluеolus candidus atris flammulis intertexitur, ceu regium vellus & aluta caudulis bullata, quanquam nunc, vt in pietatem magis effundantur animi, id candidum ſpacium pro vndenum millium Virginum glorioſo triumpho ſanguine Colonienſe ſolum humectantium, ad vndenum numerum ex ampliore aſtringant, &
B ſtillantium inſtar guttarum cruoriſque depingant, qua de re quidam ſic in Brœlmanni Ephemeridis luſit.



Vetus Vbiorum Clypeus.

O verè fælix, & ſancta Colonia gaude,
Sedes clara nimis, ſacroque excelſa cruore;
Romanas Aquilas & francica ſigna, renaſcens
Quam bene ſuppleuit Chriſtiadum pietas



Hodie Clypeus vrbis.

C

A L I V D

Immortali Honori Ciuitatis. Colonienſis.

Vt laudet Venetam dignè Nazarius vrbem,
Non poſuiſſe homines, vult poſuiſſe Deos.
Vt contra in cœlum tollat Remundus eandem,
D *Vult poſuiſſe homines, non poſuiſſe Deos*
Sed laus mira magis, veſtram, Gens fortis Agrippa
Et poſuiſſe homines & poſuiſſe Deos.

SYNTAGMA X.

De notitia agri Vrſulani & Thabei, & Caſtris ac Proceſtrÿs Romanis.

CIrcum vrbem te duxi Lector, & licet iter trium horarum conficiens, feſſus poſ-ſis videri pedes eundo, oculis videndo, nō tamen prætermittam hoc loco quā-doquidem occaſio inuitat, vna dicere, quis ſit ille in veterum ſcriptis celebratus AGER VRSVLANVS, aliaque quædam quæ olim extra, nunc ferè intra muros Coloniæ concluſa ſunt, quæ vt commodius capias (nam ædes locis vetuſtis im-poſitæ, valles lacuſque impleti & exaggerati, veterem faciem abſterſerunt) ſic habe: vetus illa quæ ſub Romanis fuit Agrippinenſis Colonia, ſita eſt loco edi-tiore ſiue ab auſtro, ſiue à ſeptentrione aut aliundè accedas, idque accurato oculo etiamnum licet obſeruare, quippè Cliuos aliquot vt Roma montes complexa, foris habuit valles modicas, & quæ mox in cliuos exſurgerent: Eiuſmodi vallium præcipua fuit ad ſeptentrionale veteris Coloniæ latus, vbi modo plateæ pota-toria & S. Ioannis ac S. Maximini ſunt: Hæc vallis à Rheno vbi infra S. Ma-ximini eccleſiam domus dictæ in fouea (in der Kaulen:) olim antiquum grana-num: interque S. Vrſulæ & Prædicatorum templa, anguſto tramite ſeu lacu (nunc Mommersloch dicto) porrigebatur per hortos & vineas, ad plateam Klingelpütz / & indè ad muros nouos modernæ ciuitatis, vbi apud S. Gereo-nis portam occluſam, lacus lacum priorem excipit, & foris extra vrbem ten-dens medius duos diſcreuit cliuos, ſeu potius editiores agros, quorum qui vrbi vicinior erat Gereoneus ager, ab euentu (inter ſtatiua & proceſtria) dicebatur; alter ab vrbe remotior Ager VRSVLANVS compræhenſus erat inter vallem la-cum ante dictos ex vna parte, ex altera vero parte habebat vetus foſſatum (Altegraben) & lacum anatum (Entepool) & ſtationem hyemalem vel ca-ſtrenſem nauium ac Tollenonum, vulgò Kranenbäumen vſque ad inſulam vel peninſulam in qua S. Cunibertus Diuo Clementi ædem extruxit: Ita-que VRSVLANVS ager eſt omne id ſpatium quod inſtar cunei, Rheni ripa veteri, & duabus modo explicatis vallibus compræhenditur; in cuius pænè cuſpide occaſum verſus, ſitum eſt Sanctarum Virginum collegium, cuius Ab-batiſſa quondam graui lite cum alijs contendit de prærogatiua compellatio-nis & nominis agri Vrſulani: cum dicto vero Collegio in eodem cuneo cru-cem exactam conſtituunt eccleſiæ, & quod mirere monaſteria SS. Io-annis & Cordulæ ad ortum, SS. Machabæorum ad Boream, S. Maxi-mini ad meridiem, & in communi linearum ab extremis hiſce protenſa-rum concurſu, ipſum Omnium Sanctorum Sacrarium cum hoſpitali, quæ quidem omnia Sacraria inuentionibus Sacrorum corporum è Sodali-tia-

Ager Vrſulanus.

Situs crucianus templorum in agro Vrſulano.

A tio Vrſulano ſunt celebriora facta , vti in ſingulis dicam , cum eas obibo, Eccleſijs: videbiſque virginei exercitus ſacra cadauera ſic tumulata, quaſi viuentium ordinatæ acies & benè metata caſtra repræſentarentur, vt vel indè conſtare poſſit pertinaci quis ſit ager Vrſulanus, quo loco infra Coloniam modernam (qui olim extra) quærendus ſit. Corpora autem extra eum diſtrictum eleuata, exiſtimo quódam pio feruore à veteribus Chriſtianis rapta & in ſuorum latifundiorum proprietates illata fuiſſe. Quod verò inter S. Maximini profunditatem ſuam retinentem, & lacum monumentorum (Mommerßloch) ante nominari dicebam) pronuper exaggeratum, non appareat par humilitas in platea intermedia quæ dicitur Marcellina, cautum eſt, opere ſeu via Romana quam eo loci, exaggerato loco, duxerunt Buruncum, Noueſium, Calonem & ad cætera inferioris Germaniæ caſtra, patuit id ante
B nuperam templi & Collegij Soc. IESV extructionem, ante quam Marcellinæ plateæ ædes veluti in cliui prælta crepedine ſitæ, vineam Hubertinam & hortos profundiſſime ſubterſitos habebant, quos ęgeſta ex fundamentis templi, Collegij, & cellæ, immanis moles arenæ ac terræ oppleuit in parem Marcellinæ vię altitudinem, ita vt monaſterij S. Maximini vetuſtum ædificium ac ſolum, olim æqualiter ſitum cū vinea S. Huberti conſpiciatur ex vico qui dicto Collegio & monaſterio intercedit tanquam in ima valle ſitum eſſe, vti vidi cum murus monaſterij iuxta eum vicum concidiſſet: Cæterum S. Gereonis agrum, ſtatiua vt dixi, ſeu caſtra Romana tenuerunt clauſum paludibus memoratis verſus Septentrionem: Hęc vero ſtatiua (vti ille Romanis mos erat metandi & muniendi pręter naturalem ſitus profunditatem,
C qua inſtar paludum & alueorum torrentis cuiuſdam circumſcribebantur foſſis; palis, ſepibus, & aggeſtis loricis cuſtodita erant, ita vt defenſionis primariæ ſtationes eſſent loco eleuatiori, qualis eſt vbi quondam viuarienſe monaſterium, nunc ante Iani portam Sacellum S. Georgij, deindè vbi in Vbiorum campo eccleſiola ad Martyres olim ingens monaſterium.

Statiua Romana Gereoneus ager.

Sic quod Prætorium militare in vno quadrangulæ Vrbis antiquæ cornu procurreret in media ferè ſtatiua, nam Meridiem verſus à Iani porta ſtatiua incipiebāt vbi aqua Naumachiæ (nunc Newmardt) ex Aquæductu immiſſa dimitti poterat in Vrbis foſſam & lacum (modo zum Loch) & Sancti Reinoldi monaſterium dicimus) per *Rinciorum paludem* (Rinckenpfůl) vt loci alueus continuetur ad *S. Georgij vi-*
D *uarium* cui adhuc hodie influunt ſentinæ ex veſtigijs Naumachiæ (vom Newmardt) indéque eiuſdem aluei veſtigia excurrant ad S. Antonij viuarium; apud *Kreelam* verò pagum, ſepiuit ſtatiua ſecundum occidentem foſſa & riuulus ex Brechen (*Vregenza* dicitur in diplomatibus) delabens in paludem propè viam quę Coloniâ Tiberiacum tendit, & ab altero eius viæ latere profunditas cum mari *Gryneo*, alijs *Quirino* (vulgò Krÿñs Mar) donec intermedio cliuo *ad Martyres* nouæ paludes agriq́; profundiores incipiant vſque *ad S. Gereonis* iam dictum lacum: In his ſtatiuis Rhenum verſus vbi nunc eſt platea aruinaria vel vnctoria (Schmirſtraß) forum erat rerum venalium portis aliquot opportunè ex vrbe adeundum, quorum loco nunc angi-

portus ſunt gradibus faſtigiati, pagus etiam hoſpitium nunc 16. domus dicimus. In A
ijſdem ſtatiuis olim S. Gereonis corpus ab Helena Auguſta repertum eſſe, eſt credibile, & cum cęteris corporibus collectum in vnam eccleſiam; cuius conditi memoriam per clades & vaſtationes interpolatam rurſum S. Norbertus anno 1121. excitauit, detecto loco in quo ſanctus Dux quieſcebat, vt dicam in eius eccleſiæ exegeſi.

Statiuorum Romanorũ Amplitudo par magnitudini exercitus.

Miraberis vero Beneuole Lector qui vrbis & agri Colonienſ. notitiam habes, me in deſignando Thębæo agro, tam ampla ſub muro caſtra & proceſtria Romana deſcribere; *vana caſtrorum ſpatia* appellabis cum Tacito in Veſpaſiano *cap.*7. Iudicia libera ſunto: ego vt plurimum conor tueri tralatitia Vbiorum præſertim à viris doctis accepta: Caſtra enim ſub Vrbe Colonienſi fuiſſe, & quidem hoc loco, monumentis varijs oſtenditur: B Clariſſimus quoque vir Stephanus Broelmannus Vbiorũ Antiquarius eâdem amplitudine eodem loco caſtra deſignat: Vult enim iuxta D. Cuniberti Baſilicam domus Calonum hibernaque fuiſſe, & vbi Aquilina porta eſt cum Hirundinum vico, ſtetiſſe ante Principia & pro Vallo Aquilas & ſigna; iam vbi in ſtatiuis ante Prætorium in Maurorum Curiâ, & apud eccleſiam S. Gereonis, & eccleſiam Martyrum (vulgò Mechteren) ſancti Thebæi cæſi & in profundum illic exiſtentem puteum demerſi ſunt, nonne ſpacioſiſſimi agri diſtrictus eſt. Atque ea amplitudo ſcriptoribus conuenit, ſiquidem ingentes erant Romanis exercitus quorum *præcipuum robur ad Rhenum* &c Ioſephus teſtatur *Veſpaſiano ad ſexaginta millia militum fuiſſe, præter Calones qui multi admodum ſequebantur, & peritia militari vix infra* C *Dominos ponendi.* Et de Vitelliano exercitu inquit Tacitus lib. 11. hiſtoriarum *ſexaginta millia armatorum ſequebantur, licentia corrupta, Calonum numerus amplior*: Ad receptum igitur tantæ multitudinis: Auctoribus etiam de re militari Romana, & conſuetâ amplitudine caſtorum examinatis, naturalem loci ſitum ſecutus metationem iſtam inſtitui, ex qua & Thebæi agri Vrſulanique deſcriptionem ipſus perſpicias, & intelligas quomodo oppugnata à ciuili Batauo Agrippinâ Legionarij potuerint dedititij eſſe ſine Vrbis expugnatione, quod Syntagmate 13. huius libri aſſero in ſecunda vrbis clade.

SYNTAGMA XI. D

Supplicatio ad VII. Vrbis Eccleſias, quæ vulgo dicitur via Romana (Römerfahrt) repetita ex antiquitate.

Gentilium ſupplicationibus ſucceſſerunt Chriſtianæ.

NOtum eſt non ſolum Coloniæ, ſed toto Orbe terrarum, deuicto mundi Principe, per Chriſtum in loca iniquitatis inductam eſſe iuſtitiam, & in templa ſuperſtitionis inuectam eſſe Religionem Exemplis in re adeo clarâ non eſt opus, inter cæteros autem impios gentilium ritus, fuit non poſtrema cæremonia, qua ad Deorum puluinaria ſupplicatum ibatur, cui ſucceſſit mox atque Oratoria ſua extruere

A tæuere ſancta noſtra Religio occepit, ſupplicatio ſancta ad Eccleſias pro iugi veri
Dei laude nocturna pariter ac diurna concinnatas: Eius ritus aut cæremoniæ origi-
nem dum auidus perquiro occurrit B. Maternum cum Chriſti ad Agrippinenſes
Legatus & fidei fecialis adueniret, nec Vrbem primo aditu impetuque ingredi, vel
vero Deo ſubdere ſineretur; niſi homo externus coram Ara thus offerret, & per
fortunam Cæſaris & imperij Reipublicæque iuraret, quod ſine impietate cum fieri
non poſſet, ante Coloniarum portas ſiue in ſuburbijs Chriſtianos Epiſcopos habi-
taſſe conſtat, tum Mediolani, tum alijs piurimis locis; ea ratione accidit vt ijdem ſæ-
pius, præſertim noctu ad dæmones principatu loci exturbandos ſupplicatum Colo-
nias circumierint, & hanc noſtram ipſam vrbem Sanctus Maternus obierit illa viâ
quam nunc ſanctorum limina circumlegentes Romanam dicimus: Confirmant il-
B lum morem Dæmones exorcizandi & proſcribendi multa, præſertim obuia in Re-
ligione noſtra initiatio, qua pueri antequam per Baptiſmi ianuam in Chriſtianita-
tis communionem inferantur, dæmonum expulſorijs luſtrantur exorciſmis. Ad il-
lum S. Materni morem ſanctum & pium non ineptè apto verba Liuij vel potius
Pompilij Numæ *lib. 1. Dec. 1.* fecialibus præſcripta, paucis ad rem Chriſtiauam inuta-
tis: *Audite Deaſtri & recedite ocyus falſi Dij audite fines (audi Regiomagum audi Bonna, audi
Colonia Agrippinenſis Auguſta Vrbs Vbiorum) audiat fas: Ego ſum Maternus Publicus Nun-
cius* IESV CHRISTI *Saluatoris & Domini Orbis & huius Vrbis atque Populi; iuſtè pieque Le-
gatus venio verbisque meis & miraculis ſit fides vrbem hanc Diuina prouidentia Theotocæ Ma-
tri ſuæ ſinchronam, & Lunaris ſideris pulchritudinem imitantem ſanguineque Chriſti
C profuſo emptam Chriſto aſſeri illiusque Nuncio mihi dedier poſtulo: Te Chriſte, Matrem tuam
Virginem, Cælitesque omnes teſtes facio; ſi ego iniuſtè impièque Vbiorum Vrbem & populum
dedier Chriſto mihique expoſco, tum cæli compotem me nunquam ſinas eſſe. Hæc Maternus cum
Vbiorum fines ſuperſcandit hæc cum Bonnam obuiam habuit; hæc portum ingrediens; hæc diu
noctuque; quin menſibus & annis Vrbem circuiens orabat peragebatque.* Et is mos vnius &
paucorum aſſeclarum primùm, deinceps ad multos eſt propagatus, dum eâdem via
ſacra veſtigia ſectantur. Non igitur abludit à verò vulgus Colonienſe dum viam
Romanam credit veterem Epiſcopalem (alten Biſchoffs weg) & amburbalem ex S.
Materni inſtitutis manaſſe, licet ſeptem Stationum deſignatio recentior ſit.

S. Maternus Vrbem initiauit ſacris.

Sacris initiationibus exorciſmi præmittuntur.

Exorciſmi gentilium Chriſtianizantur.

S. Materni deaſtros proſcribentis veſtigia ſæpè legunt Chriſtiani.

Poſteaquam enim Coloniæ ſuburbanum ſolum dedicatum eſt glorioſo The-
D bæorum, Maurorum, & vndecies mille Virginum Martyrum ſacro cruore, via ante
per ſe frequentata, maiori venerationi eſſe cœpit, cum non ab vno S. Materni inſti-
tuto, ſed & conſequentium Epiſcoporum frequentatione, ſed ſuo iure & numine
quodam cœpit in quibuſdam partibus ſuis eſſe venerabilis. Perſpicuè id diſcimus
ex geſtis S. Seuerini Colonienſ. Antiſtitis, hic enim cum Archileuita Euergislo Tũ-
grenſi orationis cauſa ex Baſilica quam BB. Cornelio & Cypriano erexerat proce-
dens, audiuit in loco vbi nunc Carthuſia eſt, cæleſtem muſicam Angelorum defe-
rentium S. Martini animam ad æterna præmia, ob meritorum verò inæqualitatem
delata eſt B. Euergislo auditio cæleſtis muſicæ, donec veniretur ad locum (teſte
Ægidio

Eſt ibi vetus via Epiſcopalis precatoria.

Ægidio Aureæ Vallis monacho) qui ob aſcenſum cantantium Angelorum porta cæli dictus fuit, & nunc B. Seruatij illic hoſpitio recepti nomine appellatur: E quibus liquet SS. Seuerinum & Euergislum illâ viâ quam Romanam modo appellamus, oratum proceſſiſſe. Idem circuitus ex vita S. Hereberti *cap.* xi. B. Annonis vita *lib.*1.*cap.*13. *lib.*3.*cap.*15. demonſtratur. A

Poſterioribus verò ſæculis exempla infinita addita ſunt vetuſtis, & à diuerſis libelli precatorij ad hanc ſupplicationem obeundam adornati, qui manibus Noſtratium teruntur, vt eâ de re loqui videatur idem eſſe ac ſi quis Rheno velit affundere aquas: vt tamen abſentibus & peregrinis eâ quoque parte conſulam, Eccum elenchum Eccleſiarum quæ per viam Romanam adiri conſueuerunt. B

Nomina Eccleſiarum viæ Romanæ, ſiue Stationes.

Hodœporicum & nomenclatura Via Romana.

I. Statio principalis eſt in Eccleſia Metropolitana.

Ex hac per portam Septentrionalem proceditur in amplam aream Metropolitanam antiquitatibus cinctam, ſiquidem ſita eſt hinc inter petram ſceleratam (Blawſtein vulgò dictam) Inde antiquam Aulam Archiepiſcopalem (den Saal) & Commentarienſem portam, per hanc verſus Capitolinam ædem pergitur & quaſi de via ſalutantur Eccleſiæ S. Spiritus hoſpitalaris in area Metropolitana, S. Laurẽtij parochialis intra antiquam Iudæorum Stationem appellatam die Judegaß vnd Salmenacher. C

S. Albani Parochialis apud Roſtra vulgò den Quartermarckt.

S. Martini minor Parochialis in vetere littore Rheni.

II. Statio principalis B. M. V. in Capitolio Collegiata.

Ex ea deſcendentibus in crepidine montis occurrit: S. Notburgis Virginis ſacellum.

S. Stephani Protomartyris ſacellũ. Inde apud Riuum in foro ferino, vel ſandycis.

S. Iacobi Parochialis & iuxta eam D

S. Georgij Collegiata Eccleſia.

Inde ad dextram B. M. V. de monte Carmelo.

B. Ioannis Baptiſtæ Parochialis.

S. Catharinæ Virginis militum ordinis Teutonici, vbi iuxta cæmiterium commune ad B. M. Virginis in Sion deflectitur: nonnulli vero compendio verſus S. Seuerinum vtentes, recta pergunt ad Carmelitarum Diſcalceatorum nouum domicilium.

S. Bonifacij Virginum Ordinis S. Franciſci.

III. Statio principalis ad S. Seuerini Collegiata.

Ex illa digreſſis occurrunt Eccleſiæ S. Mariæ Magdalenæ Parochialis.

Hinc

A Hinc per campum Martinianum inceditur. In eo occurrit S. Barbaræ Eccleſia cum Carthuſianorum Eremo.

S. Tereſiæ Diſcalceatarum Carmelitiſſarum noua Eccleſia cum Monaſterio B.M. Virginis de pace.

IV. Principalis Statio eſt in Eccleſia Sanctorum Medicorum Panthaleonis, Coſmæ, & Damiani cum monaſterio Ord. S. Benedicti. Et hic obiter noto S. Maurinũ noctu ad orationem progredientem occiſum fuiſſe, luculento incentiuo vel pietatis, eorum qui via ſacra progrediuntur: vel documento eorum qui vetuſtatis memoriam amant. Ex hac porro Eccleſia digreſſis occurrunt per viam ſacram loca Religioſa.

B S. Michaëlis in Weidenbach Clericorum Regularium S. Hieronymi.

S. Mauritij Martyris Parochialis Eccleſia cum monaſterio Virginum Benedictinarum.

S. Reinoldi Martyris Virginum Auguſtinianarum: vbi S. Reinoldus martyrio coronatus eſt, cum iſtic loci à cœmentarijs ponticulũ noctu tranſiens, iniuſtè occideretur: dixi ponticulum tranſijſſe, nam lacus eo loci fuit cuius memoriam tum alia iſtic, tum domus zum Loch dicta conſeruat, monui ea Lectorem ne in vita ſancti admiretur iſtic loci lacui immerſum fuiſſe vbi nunc Monaſterium, area, & campus viſuntur.

V. Principalis Statio eſt ad Collegiatam SS. Apoſtolorum, ex ea progreſſis occurrunt Eccleſiæ & ædes ſacræ.

C S. Apri Ord. Ciſtercienſium monialium. Deindè apud portam Helenianam, vbi Diui Conſtantinus Magnus & Helena Auguſti Prætorium militare inhabitarũt.

S. Claræ Eccleſia cum monaſterio Virginum Ordinis S. Franciſci.

S. Norberti Confeſſoris ſacellum cum domo Steinfeldenſium Ord. Præmonſtratenſis.

S. Quintini Martyris ſacellum in vinea.

S. Mariæ Magdalenæ hoſpitalaris domus cum capella.

VI. Principalis Statio eſt in Illuſtri & Collegiata Baſilicâ SS. Gereonis & Sociorum Thebæorum Maurorumque Martyrum, in qua ſubeuntes non decet eſſe immemores S. Euergisli, quippe qui viam ſacram legens cum ad hanc Eccleſiam

D ſupplicando perueniſſet, & verſum intonuiſſet ſacrum *Exultabunt SS.* &c. Angelos reſpondentes meruit audire; *Lætabuntur* &c. ibidemque collecto ad Martyrum tumulos puluiſculo, capitis dolores abegit.

Ex ea porrò Eccleſia abeuntibus videtur ad viam, S. Chriſtophori Martyris Parochialis Eccleſia.

Inſigne S. Crucis ſimulachrum in Ara ſeu monticulo, de qua egi in Staurologia ſiue libello de memorandis huius Diœceſios Crucibus.

Corporis Chriſti Regularium Canonicorum Eccleſia.

S. Vrſulæ & vndecies mille Virginum martyrum Collegiata virorum ac fœmi-

narum, cuius frequens mentio eſt in SS. noſtratium vitis, dum Romanam viam obijſſe inſinuantur: exemplo ſint Cuniberti, Annones, Hermanni ſeu Ioſephi Steinfeldici &c. A

Omnium Sanctorum hoſpitalis.

S. Mariæ Magdalenæ in Pœnitentia Auguſtinianarum fœminarum.

S. Mariæ Magdalenæ & Machabęorum monaſterium Benedictinarum.

S. Franciſci Capuccinorum Eccleſia & monaſterium.

VII. Principalis Statio ad S. Clementis, nunc S. Cuniberti collegiatam ſimul & parochialem Eccleſiam: Ex illa digreſſis occurrit Eccleſia & Collegium SS. Ioannis & Cordulæ Sacerdotum Ord. Melitenſis, olim Equitum.

S. Seruatij ſacellum, quem locum ad viam Romanam memorat Ægidius aureæ vallis monachus, dum iſtic à SS. Seuerino & Euergislo cæleſtem melodiam auditam fuiſſe memorat in funere S. Martini. Vide Hiſtoriam Harigeri Lobienſis Abbatis *cap. 26. hiſtoria Leodienſ. tom. 1.* B

S. Nicolai ſacellum Orphanorum.

S. Lupi Parochialis.

Epilogus via Romana.

S. Mariæ Virginis in Gradibus. Poſtquam in Metropolitanâ æde vnde initium factum fuerat ſacrum iter finitur: & ego caput hoc finio; niſi quod Lectorem admonere viſum eſt, priuſquam domum redeat, hanc quæ nunc adeò ſacra eſt via cognomento Romana, olim fuiſſe ſuperſtitioſam, videlicet Auguralem & Ambarualem S. P Q V. ſed per Sanctum Maternum occupatam à Chriſtianâ Religione, vt vbi olim abundauit iniquitas, modo abundet iuſtitia, & Chriſti Victoris inferorum victricia labara circumferātur, non ſemel quotannis à Sodalitatibus, Catecheticâ iuuentute, & Religioſis viris, & vbi dæmon ſuperſtitionum ſator nequitiæ ſuæ technas æternum ſibi ſtabilijſſe arbitrabatur, illic Epiſcoporum precatoria vetus via fuerit, quâ nunc vrbe incluſâ, noua extra Vrbem propagata Epiſcopalis via der Biſchoffs weg dicitur, & tot pietatis ſanctitatiſque Vbiæ ſolia ſtationeſq; includit. C

SYNTAGMA XII.

Diſquiſitio hiſtorica de origine portæ Paphiæ & de ſuſpenſione ibidem duorum Canonicorum maioris Eccleſiæ Colonienſis. D

De porta Paphia fabula Leonina.

Ait vulgus anno 1262. quo Archiepiſcopo arces binæ de manibus excuſſæ ſunt, duos apud Coloniam Metropolitanæ Dominos ſeu Canonicos, Conſuli Ciuitatis dicto Hermanno Gryn intentaſſe mortem per Leonem domi clauſum, cui Conſulem conuiuio excipiēdum obiecerunt: Conſulemque ad caueam impulſum, Leonem occidiſſe ſiniſtram pallio, dextram pugione obarmatum extemporali bello, & mox ipſos Canonicos apprehenſos & ſuſpendio necatos in porta quæ latinè modo Flaminea, modo Clericorum, & tam Latinè quam Germanicè Paphia appellatur, ita vulgaris fabula, quā Nouatores fidei auidiſſimè amplectuntur, credūt,

cum

A cum voluptate recitant, & in aulis ſuis depingunt. itaque ad retundendam illorum leuitatem & amoliendam à Clero calumniam, libet eam paululum trutinare.

Duo omnino ſunt quæ ſuadeant rem vti narratur geſtam eſſe; Primo picturę quædam ac ſculpturæ per ciuitatem, quæ exhibent truculẽtum Leonem, & heroẽm pallio inuoluto circa ſiniſtram, pugione autem obarmatum in dextrâ, in ſe irruentes, videtur autem adeò peruulgatæ picturæ aliquid ſubeſſe veritatis: neque ſane aliud ſcitur aut traditur eius myſterium, niſi id de quo nunc quæritur. *Argumenta pro fabula.*

Secundo idem ſuadet Chronici Colonienſ. anno 1499. excuſi Author, qui pag. 217. factum inter acta anni 1262. narrat: Aliud, præter hæc duo, momentum ad credendum nullum comperi. At pro inficiando ſunt hæc.

B Primò Auctor iſte Chronici Colonienſ. vti Anonymus eſt, ita recentioris æui, præterea damnatus habetur paſſim, ideoque ei fides nulla deberi videtur, niſi alterius auctoritate ſubleuetur. *Argumenta quæ fabulã euertunt.*

Secundò idem ipſe in hac ſua narratione non conſtat, dum modo priuato odio in Conſulem animatos, modo in Archiepiſcopi gratiam inſtigatos nefas attentaſſe dicit.

Tertiò Godefridus Hagen illo tempore Ciuitatis Secretarius & Hiſtoricus, ac præter illum alij octo Synchroni hiſtorici MSS. de tanti momenti & de tam publicâ re tacent, æque atque de eo quod cras patrabitur, cum tamen alia puſilla & minutiora deſcribant, nec vitium Cleri vel Religioſorum velent, ſed propalent; vti liquet

C ex ijs quæ de quodam Fratre Wolfhardo, & Parocho S. Columbæ recenſent: neq; verò dici poteſt, eam narrationem Ciuitati inutilem & noxiam prætermiſſam eſſe à Godefrido &c. Plurimum enim patrocinaretur Iuri quod in apprehendendis facinoroſis nunc exercent, & ſi hodie Ciuitati Cleroue non eſt noxia iſtiuſmodi narratio, quid cauſæ eſt cur olim noxia eſſe potuerit? timebantne ſuſpenſos? non credo, cum nec viuos videantur timuiſſe, timebantne igitur cæteros Clericos, nec id veriſimile eſt, quippe cum ſuſpendium auſus fuerit Conſul, narrationem vtique non exhorruiſſe debet videri. An igitur Ciuitas improbauit & ſuppreſſit Conſulis factũ? at hoc nemo perſuaſerit, ſi enim iuſtè egerit Conſul, ad quid improbauit? ſi nõ

D improbauit quare ſuppreſſit, & quomodo nũc factũ ſermone & literis reſuſcitatur.

Idcircò ex liuore illiteratorum tota illa narratio & pictura ortum videtur habere, prudentiores enim & catholici Ciues commentum deteſtantur; pro quorũ beneplacito, ad amoliendam vti promiſi, à Clero calumniam inuidiamque, atque vt ſtupor quorundam in Clerum ſæpè malè affectorum clarius perſpiciatur, veram originem picturæ pandam. Eſt autem eiuſmodi quam refert Luitprandus Diaconus *lib. 3. cap. 6.* quo loco narrat: Romanum Græcorum Imperatorem in arundineto à Leone inuaſum, obiecto quod manu geſtabat pallio ferociſſimum animalium regem interfeciſſe: Cum verò Erenfridus Colonienſ. Eccleſiæ Primipilus & Signifer, Comes Palatinus, Brawilerenſis monaſterij Fundator, affinis eſſet Romano per ſocrum ſuam Theophaniam Imperatricem, & affinis gloriam & laudem in extin- *Origo fabulæ Leoninæ.*

guendo ad eum modum Leone ad ſe pertinere arbitraretur; eandem Ciuitati & A
Diœceſi Colonienſ. ante ſexcentos & quinquaginta annos intulit, atque in aulæis vexilliſque oſtentare amauit; & picturæ quidem forma permanſit, tranſijtque ad poſteros: verum cauſa apud incurios euanuit paulatim, cum exinde diſſidia inter Vrbem & Clerum gliſcere & in maius excreſcere cœpiſſent. Illiterati liuidique fabulatores & Cleri eriſionẽ meditantes, ad arbitraria ſua narranda cõuerſi, plebeculæ ſtolidę aures & mentẽ anguſtam impleuerunt: & accedebat magnum narrationi argumentum, ipſum videlicet nomen portæ Paphiæ, vndè enim illa nomen haberet niſi à Papis? (veteri & Græci Etymi nomine, quo nunc Patrum nomine vtpote idem volente vulgus inſueſcit) & ſi à Papis, non ſane aliter, quam ob peculiarem quandam rationem præ cæteris portis, angiportus hic nomen accepit, itaque à B
duobus ibidem ſuſpenſis Papis nomen neceſſe eſt accepiſſe, hæc erat inſcitæ plebeculæ aſſentatoris argumentatio, hiſtoriam, quæ nunquam euenit in ora hominum traducentis, quaſi non eadem ratione liceret Clericis arguere plateam ciuium (Bürgerſtraß) ita dictam ſine dubio eſſe, quod iſtic olim Archiepiſcopus, vel textores tumultuoſi, cum quibus lis interceſſit, ciues omnes vitæ ſuæ inſidiatos necauerint.

Porta Paphia.

Cogit me ipſa hoc loco res & veritatis ratio, vt eâdem opera portæ Paphiæ originẽ genuinam aperiam, non enim illa à Papis, vt ante dicebam, ſed à Papho Veneri ſacro loco nomen habet, ſiquidem ipſamet Dea apud Poëtam ait.

Gentilis origo nominis porta Paphia.

Eſt Amathus, & celſa mihi Paphus, atque Cythera C

Et temporibus illis celebrem Deæ cultum probat Tacitus *lib. 2. Hiſtor.* in Veſpaſiano *quem dicit Cupidinem inceſſiſſe adeundi viſendique templum Paphiæ Veneris inclytum per indigenas aduenaſque:* Cum igitur Gentiles Romani hanc Vrbem conſtituerent, vti cęteris portis nomina Draſtrorum Pythiæ, Martiæ, Iouiæ, Iunoniæ &c. indidere, ita huic Paphiæ nomen à Venere impoſuerunt: Hoc idololatriæ & ſuperſtitionis genus cum Chriſtiani rerum potiti abolere ſatagerent, nomen impuritatis quę Veneris eſt propria, in pietatis & Caſtimoniæ quæ Clero propria eſt virtus, tranſtulerunt; ſuadentes filijs ac iunioribus à Clericis portæ nomen impoſitum eſſe, atque ita ſeſe rem habere poſſumus intelligere tum ex alijs antiquis monumentis, tum ex Clariſſimo viro Stephano Broelmanno Vrbis huius Hiſtoriographo, qui cum antiquitatum vrbicariarum perueſtigator, tum gloriæ eiuſdem Vrbis Patronus auidiſſimus fuerit, narrationem vulgi de Clericis iſtis ob nefas in eos deſignatũ ſuſpenſis, ſemper duxit impudens figmentum, licet Broelmannus exiſtimaret occaſionem D
fabulæ ductam ex monumentis pugionis, quo ſe Otho Syluius tyrannus ſub ann. Chriſti ſeptuageſimum primum interemerat, quem pugionem Aulus Vetellius Imperator Coloniæ Agrippinæ in Martis fano ſuſpenderat; aut certè quia in Curia ſtatua fuerit herois enſem exertâ dextrâ tenentis, quæ ipſius Vitellij fuerit. Nam Coloniæ Imperator ſalutatus ſe per celebriores vicos deferri curauit extenſâ manu oſtentans Iulij Cæſaris gladium Martis delubro detractum, Vtramque hiſtoriã ſuperius pagina 17. litera D, recitaui, atque hinc detortum eſſe commentum,

Teſtimoniũ Broelmanni & alia origo fabulæ.

Pugio Othonis.

Vitellius Cæſar.

Broel-

A Broelmanni fuit ſuſpicio, ſed veriorem ex Luitprando recitatam fabulæ originem exiſtimo. Quod verò Colonienſis Chronologus ex veſtigijs perforatę trabis figmẽtum comprobare nitatur, quam vana ſit argumentatio omnes ſcimus qui trabem illam priuſquam nuperâ in reſtauratione iſtius angiportus, fabulæ obnoxij Sereniſſimus Decanus Colonienſis



Franciſcus Lotharingiæ Dux & Epiſcopus Verdunenſis (vtpotè Decanalium ædium partem) eam Anno 1621. Clericalis honoris glorioſus vindex, remoueret, ſæpè inſpeximus & perſpicuè vidimus duobus foraminibus perforatam, verum eo modo vt longè alium vſum quam ſuſpendij præſeferrent, videlicet ad dimittendas ac in ſublime attollendas lucernas in anguſto & obſcuro, quibus ob incommoda pridẽ amotis aliæ ſubſeruiunt, inter quas eſt illa quæ cũ B.M.V. ſtatuâ in angulo portæ collocatæ ab eodem Sereniſſimo Principe Franciſco inſtaurata. Eodem pertinet commentitia illa cauea, quam antequam Idem Sereniſſimus apertam ſuſpicioſi vulgi oculis panderet, arbitrabantur Leonis caueam fuiſſe, eam poſtea deiecto muro (qui ad arcendum ſordium & latrinariæ ſtationis contumeliam, via adeo protrita, & aulæ Decanali penè inſerta olim ductus fuerat) idem Sereniſſimus C duabus manſiunculis ſeu ſtationibus propolarum aptauit, & earum cenſumS. Franciſci officio ſolemnius in ſumma æde celebrando addixit; patuit inquam tunc ex anguſtia incredibili caueæ apertæ (quæ nunc raſo plurimum muro aliquantum largior) quam non Leo, ſed vix canis iſtic ſtabulari potuerit, nedum homo vaſtus, veſtibuſque, pallio & pugione in ea decertare valuerit, immo veſtis iſtorum temporum erat toga cum cucullo quæ non tam promptè & expeditè potuiſſet excuti & tamen his nugis, relictis ſerijs, occupari gaudet nullius cerebri plebecula. Accidit fortè vt etiam ex ipſis Grineæ familię armis aucupati ſint quidam inficeti Encomiaſtæ occaſionem augendę fabulę & in maius euehendæ; ſiquidem Grinęa gens tria coronata Leonum capita in ſcuto pręferebat: ſed hâc cauſa oportuerat omni- D no fingere tres Leones ab ipſo Conſule decapitatos fuiſſe, & aliquid figmenti de coronis adieciſſe, vt commentitia hiſtoria ſpeciem veri ex omni parte nanciſceretur.

Quarto ſuperioribus vanæ fabulę refutandæ rationibus addo illam non leuem, nimirum nomina dignitatemque Colonienſium Conſulum fortaſſis ante annum 1301. ęgrè, aut omnino non in eâ qua nunc eſt amplitudine demonſtrari poſſe, ſiquidem non niſi Fraternitatum, & Tribuum ſeu manualium opificiorum prępfecti, Burgimagiſtri eo ſęculo dicti ſunt, vt conſtat ex Archiuis. Hermannus autem Gryn ex patritijs fuerit, qui tunc ciuitatem regebant ſub appellatione IVDICVM ET SCABINORVM, Patritijs verò ſemel exactis vel depreſſis & plebe potentiore

factâ, cæpit Coloniæ Conſulum ſeu Burgimagiſtrorum nomen adeò nobile & potens eſſe, vt Proceribus comparetur. A

Quinto damnatus iſte Chronologus aſſerens, ſub ann. 1262. propter ſuſpenſos Canonicos cæpiſſe deinceps hanc portam dici Clericorum, manifeſtè falſi conuincitur, ex Cęſario Heiſterbacenſi *lib.6.Illuſt.mirac.cap.5. & lib.11.cap.43.* vbi dudū ante annum 1262. meminit portæ Clericorum, ex quo liquidò comprobatur, id quod ſuperius de portæ huius nomine ex gentili in Chriſtianum tranſmutato, afferebam ex Antiquitatum Vbio Romanorum theſauro: adijcio his, totum vicum portæ huic intra veterem Vrbem vicinum, qui nunc platea pinguis Gallinæ dicitur à ſcuto domus clariſſimo Senatoris HERMANNI MYLII Senioris, à Paphia Dea nomen habuiſſe Paphiæ plateæ, vulgo die Paphengaß, nec tamen dicēt commenti amatores, tot ordine longo ſuſpenſos preſbiteros vt nomen & ſeries ad totum promanarint Vicum. B

Sexto cum ſub ann. 1262. Colonienſ. Metropolitana inſignem & Illuſtrem Clerum habuerit, cur non affert Chronologus nomina genusve adeo potentium Sacerdotum, qui domi Leones alebant.

Septimo B. Albertus Magnus, alijque Magnates ac Principes viri, ſæpius compoſuerunt lites & tricas inter Engelbertum II. Archiepiſcopum illo tempore & Ciuitatem Colonienſ. vbi minutiſſimè recenſent vtriuſque partis querelas, quibus Archiua farciuntur; ſemperne diſſimulaſſet Præſul ſuorum Sacerdotum ita interfectorum iniuriam? nunquamne ciuitati in mentem venerunt inſidiæ adeo truculentæ Conſuli ſuo ſtructæ? quod ſilentium ſi ſolum eſſet, tanti eſt momenti vt nullo adiutore alio rationisvè momento fabulam melius quam Conſul Leonem poſſit conficere; nam nihil vnquam annotaſſe Actuarios, non nomina, non proceſſum, non ſententiam condemnationis, non aliud monumentum ſtatuiſſe mihi ſimile videtur geſtæ in ſomno rei. C

SYNTAGMA XIII.

Clades Vrbis Colonienſis.

AGrippinenſem Coloniam Romanam in hodiernâ Vrbe per ruinarum & ruderum veſtigia, ductu Authorum manuſcriptorum & cuſorum quæſiui & vt arbitror maiore parte inueni; ſi non penitus & exactè, in cauſa ſunt frequentes vrbis clades, quas hic in loco obiter lubet recenſere & præmittere eccleſiarum quæ nunc ſunt deſcriptioni. D

1. Igne caleſti anno 62. I. Et vetuſtiſſima omnium clades Vbiæ Ciuitatis temporibus Neronis Imperatoris accidit, dum igne cæleſti ferè tota deflagrauit vna cum Lugdunenſi Galliæ Vrbe circa annum Chriſti 62. *Coſſ. Vipſanio Publicola & L. Fonteio Capitone* teſte Seneca *epiſtola* 92. cum vix ab annis vndecim Iulia Agrippina (Germanici & Agrippinæ filia, Druſi

A Druſi & Antoniæ minoris neptis ratione patris ſui Germanici, Cæſaris, & Marci Agrippę & Iulię Auguſti Filię Neptis ratione matris ſuę Iulię Agrippinæ) Coloniã veteranorum à Marito Claudio Imperatore impetratam, ad Natalitiæ Vrbis amplificationem deduxiſſet: Senecæ quidem verba meo iudicio de Colonia loquuntur Lugdunenſi, ſed quod ex erudito Ms. patrio ad Agrippinenſem Coloniam trahi legerim hanc cladem, in numero ponendam & quidem primo cenſui, credo tamen aberraſſe Authorem, qui obſeruans anno præcedente *Coſſ. Nerone III & Valerio Meſſala* incendium terra erumpens Coloniam conditam nuper & ſociam ſeu amicam Romanis Vbiorum (ſic enim pro *Iuhonum* lego apud Tacitum lib. 13. Annal. in fine) ciuitatem inuaſiſſe, Lugdunenſem flammam de noſtrate intellexit. nam quod aliqui de Lithantracibus, ſiue hullis vti vocant, lapidibus foſſilibus idoneis concipere B ignem. & ex affinitate grammatum Huonum apud Eburones ciuitatem legant, errorem exiſtimo, quia Tacitus appellat ciuitatem Sociam Romanorum & nuper conditam Coloniam, deinde ignis ille foſſilium carbonum quocunque humore extinguitur. hic verò prodigioſus ignis iactu lapidum, & veſtimentorum; ac fuſtium ictu opprimebatur, vti ſolent faſcini & illuſiones fugari contemptu & vilipendio.

II. Vbiorum vaſtitas Ciuili Batauo ab aliquibus adſcribitur, cum de Imperio Vitellius & Veſpaſianus concertarent; hæc tamen populi Vbiorum & Prouinciæ clades potius fuit, quam Vrbis; nam Ciuilis Romanis repugnans, cæſis legionibus exercitum in ſuas partes traxit, ſed qui vitatâ cautè Coloniâ apud Bonnam Herennij Flacci primę Legionis Legati copias cecidit, & Ciuilis quidem in Vbijs infeſtiſſimè C præ las egit, quod Gens Germanicæ originis eiuratâ patriâ Romano nomine Agrippinenſis vocaretur, cęſæque eorum cohortes in vico Marcoduro, nec quieuere Vbij, quo minus prędas à Germanis peterent, primo impunè, deindè circumuenti: per omne id bellum meliore vſi fide quam fortunâ. mortuo deinde Vitellio, Germanis cum Gallis contra Romanos conſpirantibus intra Colonię Agrippinę quidem ędes conſilia defectionis agitata ſunt à Iulio Tutore Treuerenſ. & Iulio Sabino Lingone, ſed in priuatis ędibus, nam publicè Ciuitas à talibus abhorrebat: è cõſpirantibus poſtea Tutor validâ manu Agrippinenſes circumdedit, teſte Tacito, ſed vt Broelmannus *lib. Epheſtiorum 12. cap. 9. MSco.* interpretatur: dediti in hybernis Legionarij non ipſa Colonia, neque enim pręſidium videtur Vrbs admiſiſſe, ſed pi- D gnora Societatis dediſſe & recepiſſe, ſicque prudenter hoſti illuſiſſe: cumque de Colonia liberâ non dedita diripienda ageretur, atque muris exſcindendis apud CONCILIVM AGRIPPINENSE proponeretur, SENATVS à Romanis deſertus, Ciuilis & Velledæ Regię Bructerę apud Lippiam FL. Virginis arbitrio ſe permittens, munerum interuentu Societati pactorum accenſus eſt, ibi tunc Sunici à Coniuratis contra Romanos Germanis Galliſque occupantur. & apud Moſellam Vbij atque Lingones mediam aciem inter ſocialia arma contra Romanos, tenuerunt, victique Romani Petilio Cereale aciem reſtituente; & viceſima prima Legione fortiter impetum hoſtis ſuſtinente, denuo vicerunt, tum orabant inquit Tacitus

2. Ciuile Batauo Ann. 71.

Tacitus auxilium Agrippinenſes offerebantque vxorem ac ſororem Ciuilis, & filiã Claſſici relicta ſibi pignora ſocietatis, atque interim diſperſos in domibus trucidauerant, largis epulis vinoque ſopitos Germanos, clauſis foribus & igne iniecto; hęc ferè veterum ſcriptorum verbis fuſius refero, vt oſtendam non tam vrbi quam Prouinciæ & Legionarijs vaſtitatem illo bello illatam, cum aliqui velint hanc ſecũdam Vrbis Colonienſ. cladem enumerare, quæ tunc direpta aut vaſtata non fuit, ſed vt poſteà ſæpè, inter ruinas partium, conſilio ſuo eſt ſeruata. A

3. Inuadente Poſthumo Gallo Anno 260. III. Clades præcedenti non abſimilis cenſeri poteſt quando Valeriano Cæſare à Perſis capto ſub ann. Chriſti 362. triginta Tyranni ex varijs coorti Prouincijs, ad Imperium capeſcendum inſurrexerunt; inter quos Poſthumus Gallus Cornelium Saloninum Gallieni filium obſeſsâ deditâque à Ciuibus & milite Agrippinenſi Vrbe, intra eius mœnia ſuæ poteſtati permiſſum interemit. B

4. Exciſione Germanorũ Ann. 355. IV. Clades, eaque certiſſima & ingens, ſedente S. Seuerino Epiſcopo ad an. Chriſti 355. refertur teſte P. Chriſtophoro Brovverio Soc. IESV in Annal. Treuirenſibus ex Amm. *Necdum Alpes* (inquit Brovverus pag. 295.) *emenſus erat Iulianus cum triſti ac peracerbo nuncio percellitur, nempe* Agrippinam Nobilem & amplitũ nominis Germaniæ ſecundæ Ciuitatẽ *diuturna Germanorum obſidione captam atque ingenti mole exciſam.* Inſidebant eo tempore Franci Allemanniq; omnia Romanorum in Rheni littore oppida; prætet exiguum apud Rheni & Moſellæ Confluentes oppidum, & vnam propè Coloniam turrem; igitur Agrippinam ingreſſus, non ante mouit indè, quam Francorũ Regibus furore poſito miteſcentibus, pacem Reipub. firmaret; interim profuturam dum Vrbem reciperet munitiſſimam:] C

Euolutio dubij contra hiſtoriã S. VRSVLÆ. Ex huiuſmodi cladibus, deinde ex Epiſcoporum, VI. Syntagmate, allato Catalogo, maximè ex aliquibus Antiſtitibus ante, & poſt Sanctum Cunibertum; videt beneuolus Lector, quanta clades monumentis & hiſtoriæ Vbiorum illata ſit: licet igitur argumentatio ab authoritate negatiua, parum habeat roboris, nihilominus facilè perſpicitur: cur in libris Hieronymi, qui obijt circa ann. 422. & Gildæ ſapientis, qui ſcripſit de excidio Britanniæ, quod in annum Chriſti 445. incidit, cur inquam, in eorum ſcriptis (quæ tamen extant) non ſit mentio Sodalitij Vrſulani apud Agrippinenſes cæſi, quia tot huiates, & apud exteros vaſtationes, impediuerint quo minus ad iſtos notitia rerum Vbiarum perueneri; imo eaſdem ſic obliterarunt, vt non niſi traditio & exigua monumenta peruenerint ad S. Cunibertum hiſtoriæ Vrſulanæ ſcriptorem, cuius tempore cum nomen Hunnorum eſſet notius (Nationem diu ante fuiſſe dubium non eſt) merito barbaros Maximini Tyranni ſub ann. 237. populares. Hunnorum nomine compellauit: erat enim *Maximinus*, teſte Iulio Capitolino *Origine barbarus, Patre Gotho matre Alana.* Mouet etiam quidam eruditus vir queſtionem cur de Virginibus illis non ſcripſerit Altelmus, qui octauo à Chriſto D

nato

nato floruit ſæculo, cui argumento etſi quoque ab authoritate negatiuâ deductum ſit, reſpondeo: notum eſſe perturbatum ſeptimo Chriſti ſæculo ſtatum Britannicæ inſulæ, & daturum me libro tertio huius meæ lucubrationis in deſcriptione Vrſulanę Baſilicæ, ſufficientes authoritates hiſtoriæ ante tempus S Altelmi, licet illa ad eum non permearint. redeamus nunc ad proſequendum cæteras vaſtationes Vbiorum.

V. Clades Vbiorum Metropoli ſub annum Chriſti 406. Hieronymo teſte, accidit: *quando innumerabiles*, inquit, *& ferociſſimæ nationes vniuerſas Gallias occuparunt, quicquid inter Alpes & Pyreneum eſt. quod Oceano & Rheno* (Rhodano) *includitur, Quadus, VVandalus, Sarmata Alani, Gepides, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemanni, & ô lugenda Reſpublica! Hoſtes Pannonij vaſtarunt*. de ea clade Saluianus Maſſilienſis presbyter (5. Clades. Ann. 406.)

B teſtatur, *vidiſſe ſe Treuiris domi Nobiles, dignitate ſublimes, licet iam ſpoliatos atque vaſtatos, minus tamen euerſos rebus fuiſſe quam moribus, in alia verò non longè ſed eiuſdem magnificentiæ ciuitate* (Moguntiam aut Mediomatricum Vrbem inſinuat) *eandem rerum ruinam pariter & morum fuiſſe, eoque peruentum vt Principes ne tunc quidem de conuiuijs ſurgerent, cum iam hoſtis Vrbem intraret*: Colonienſes tamen ea vaſtatione mores mutaſſe idem Saluianus inſinuat *cum Agrippina iam hoſtibus eſſet plena*. vide Baron *ad an.* 407. & Chriſtophori Brovveri Annal. Treuirenſ *pag* 324. tanta fuerunt Vbij paupertate illis temporibus preſſi & caſtigati, vt nobiles præ inopia barbaris obſequerentur, vt ferè fit noſtra tempeſtate, dicam id verbis Saluiani, *Adoleſcens* (inquit) *quē ad vos miſi, AGRIPPINÆ cum ſuis captus eſt, quondam inter ſuos non parui nominis, fa-* (Tempore S. Euergisli.)

C *milia non obſcurus, domo non deſpicabilis. & de quo aliquid fortaſſe amplius dicerem, niſi propinquus meus eſſet. Hoc enim fit vt minus dicam, ne de meipſo dicere videar de illo plura dicendo, Matrem ergo is de quo dico, AGRIPPINÆ viduam reliquit, probam, honeſtum & de qua forſitan audacter dicere valeam* Verè viduam. *Nā præter cæteras caſtimoniæ ſapientiaque virtutes, eſt etiam fide nobilis, quæ omnibus ſemper ornatibus ornamento eſt, quia ſine hac nihil tam ornatū eſt quod ornare poſſit. Hæc ergo vt audis tantæ illic inopiæ atque egeſtatis eſt, vt ei reſidendi nec abeundi facultas ſuppetat: nihil eſt quod vel ad victum vel ad fugam opituletur; ſolum eſt quod mercenario opere victum quæritans Vxoribus Barbarorum locatitias manus ſubdit: ita licet per Dei miſericordiam vinculis captiuitatis exempta ſit, cum iam non ſeruiat conditione, ſeruiat paupertate*. Fuit hoc tempore conſcripta Notitia vtriuſque

D Imperij liber valde inſignis: in quo cum recenſeantur dignitates tam ciuiles quam militares per Galliam Belgicam, nominato *Duce & Præſide Germaniæ primæ*, non nominatur *Dux & Præſes Germaniæ ſecundæ*. eo quod tunc Agrippinenſem hanc Coloniam pulſis Romanis obtinerent Franci.

VI. Vbiorum Clades ſub ann. 451. Attilæ adſcribitur, quando is maximâ hominū colluuie, ad vniuerſi orbis concuſſionem quingentorum millium comportato exercitu Romani Imperij limitibus incubuit. Sidonius in Panegyri Auito dicta (6. Sub Attila. Ann. 451.)

Cedit cito ſecta bipenni

Hercynia in lintres, & Rhenum texuit alno,

Et iam terrificis diffuderat Attila turmis
In campos ſe Belga tuos.

7. à Francis Ann. 475. VII. Coloniæ Agrippinæ clades anno Chriſti 475. accidit, quando reuocatus ab exilio Francorum Rex Childericus, Coloniam Ægidiumque ex Romano Equitum Magiſtro ad Francorum regimen euectum ſubegit, tunc Colonia omnium vltima Vrbium Francorum Imperio acceſſit: Aquæductus cæteraque ferè Romana opera interierunt, latinæ linguæ reliquiæ abolitæ ſunt, & Familiarum nomina, quorum multa adhuc latinitati conſonabant, peregrinis & Germanicis vocabulis planè exprimi cæperunt.

8. à Clodoueo An. 508. VIII. Coloniæ ſi non clades ſaltem deditio Vbiorum accidit, quando Clodoueus Francorum Rex, cæſo Cloderico parricida Sigeberti Agrippinenſium Regis filio, theſaurisque regijs direptis, propagato ad Rhenum Regni limite Coloniam ſibi ſubdidit ſub ann. 508. B

9. à Theodorico Rege An. 612. IX. Clades accidit ſub ann. 612. quando Theodoricus Burgundionum Rex, fratrem ſuum Theodobertum cecidit, & Coloniam victor intrans, fraternas opes diripuit; agam de ea re iterum in deſcriptione Baſilicæ Gereoneæ, hic ex Annal. Treuerenſ. Patris Chriſtophori Brovveri iuuat, eius præmeminiſſe *lib. 6. fol.* 405. *Anno itaque regni decimoſeptimo,* inquit, *vtrinque viribus, collatis, furentes animo fratres apud Tullum nobile quondam Leucorum oppidum acie confligunt, primoque impetu fuſus Theodobertus, victoriam Theodorico conceßit, qui inde per agrum Metenſem tranſito Vogeſo Coloniam trepido agmine peruenit vbi inſtaurato ex Saxonum Thuringorum, cæteriſque Rhenanis gentibus exercitu, recta Tolbiacum contendit: Theodoricus ſimiliter pugnæ auidus immenſiſque itineribus nullo ad quietem intermiſſo ſpatio, per Arduennam Tolbiacum aduolat; Ergo diſtributa in ordines ſuos vtrimque acie, collatiſque ſignis atrociſſimo prælio concurritur; cæſa ad internecionem Theodoberti copiæ, tantaque hominum occidio facta, vt omnes illi campi & colles vicini ſtragibus ac fuſis corporum aceruis repleti, iam vix prolabendi mortuis, & conſiſtendi viuis locum relinquerent: Theodobertus ſtupens ad miſerandam hanc ſuorum cladem, rebus omnibus iam obtritis terga vertere; Theodoricus cruore neque dum tanto ſatiatus, fugienti inſiſtere nec prius cadendi finem facere, quam Coloniæ mœnibus appropinquatum eſt.* C

Colonia cuſtodia Regij Theſauri. *Hanc ciuitatem victor ingreſſus cunctos illico regni theſauros qui tunc ibi ſeruabantur, diripuit, diſtraxitque. Vide appendicem Gregorij Turonenſis &c.*]

10. à Carolo Martello. Ann. 717. X. Accidiſſe etiam videtur Coloniæ aliqua clades Anno 717. quando Carolus Martellus è vinculis, quibus à B. Plectrude concludebatur, expeditus & altera iam elatior victoriâ aduerſus Regenfredum Friſium, à quo etiam receperat theſauros, quibus Plectrudis Coloniæ vaſtationem nuper ab exercitu Friſij redemerat, ipſe inquam Martellus cum exercitu Coloniam veniens, Vrbem deditione cæpit; & B. Plectrudis Nepotibus Ducatus Agrippinenſis ſeu Auſtraſiæ ſucceſſionem, Maioratumque domus, & paternos theſauros extorſit, Clotharium Francorum Regem ibidem proclamans. *Vide in appendice ad Gregorium Turonen. cap. 107.* D

XI. Cla-

A XI. Clades Coloniæ accidit ſub ann.845.anno 25. Archiepiſcopatus Hadebaldi S.Hildebaldi in Sede Colonienſi ſucceſſoris, quando Siffridus & Godefridus Reges cum Danorum & Nortmannorum turmis irruentes, Vbiorum vrbem & Prouinciam penitus protriuerunt; Eâ clade forte Antiſtitem ſuum Vrbs amiſit nam ſine Epiſcopali benedictione longo tempore fuit, (*vti* inſinuatur in vita S. Anſgarij Anno 1642.ex MSciS.editâ)donec 851. Guntharij electione Sedis interregnum abrumperetur, hanc calamitatem & iniuriam repoſuerunt Barbari Hadebaldo Archiepiſcopo Agrippinenſi.pro beneficio & munificentia quam impenderat Harioldo Neophyto & exuli Danorum Regi, atque Anſgario eorundem Apoſtolo, cum in Daniam abeuntibus ſub annum 827.omnem humanitatem exhibuerat, & inſtru- *An.827.*
B ctiſſimam duabus manſiunculis inædificatam nauem donauerat.

Ann.845. 11. à Normannis. *Ann.851.*

XII. Clades ab eiſdem Barbaris illata eſt in Colonienſis vrbis & Prouinciæ buſtum, anno 882.quando eâ quæ ſuperiori deprædatione exhauſta & exciſa, vix reſtaurata, nouâ crudelitate penitus euerterunt ferro & flamma ſæuientes Normanni; nec ſexui, nec ordini parcentes; magiſtratus cum ciuibus, paſtores & vniuerſum gregem obruentes. De hâc clade Vita S.Gudulæ ſic loquitur: *Secunda incurſione finibus Ripuariorum infuſi, cædibus, rapinis, ac incendijs cuncta deuaſtant, Coloniam Agrippinam, Bonnam Ciuitates, cum adiacentibus caſtellis, Tulpiacum, Vulpiacum* (id eſt Füſſentch arcem poſtea monaſterium Præmonſtratenſis ordinis)*& Nuſiam igne comburunt. Poſt*
C *hac Aquis palatium, inde Malmundarias & Stabulaus monaſteria in fauillam redigunt* &c. quo tempore B.Willibertus Archiepiſcopus Sanctorum pignoribus & Theſauro Eccleſiarum in loca tutiora abſconſis & translatis, ſe ſubduxit Moguntiacum cum pleroque Clero & primoribus: fuit ab hac clade ocyus munita & reſtaurata Colonia vt decennio ab hinc ſedente Hermanno 1. Archiepiſcopo Arduennam Bonnâ tenus vaſtantes Normanni, in patentia & plana loca ſe dimittere auſi non fuerint, eodemque Hermanno ſedente Vrbs ſic communita perfugium & aſylum præbuerit tum alijs Rhenanis, tum Geriſheimenſibus Virginibus poſtea Coloniam ob Hungarorum illuuiem confugientibus.

Ann.882.

D XIII. Vrbis Colonienſis deditio facta eſt, quando ſimili penè Wormatienſium tumultu, impulſi quidam prætextu violentiæ in nautam commiſſę, S.Annonem Archiepiſcopum domi ſuæ obſeſſum, & tracto in ſuas partes omni ferè ciuitatis populo, anguſtijs vallatum, vixque mortem effugientem ab Vrbe fugarunt; quod factum *poſtquam auditum eſt* ait ſcriptor *vitæ, per prouinciam & celebri rumore vulgatum, quod Colonienſes ſuum Archiepiſcopum probris & contumelijs affectum, vrbe fugaſſent exhorruit omnis populus nouitatem rei, atrocitatem ſceleris, ſpectaculum humanarum rerum,* .... *exclamant omnes ad ſuam iniuriam pertinere violatam Pontificalis nominis Maieſtatem, & mori ſibi ſatius, quam vt tantum flagitium ſuorum temporum inultum patiantur. Igitur per quatuor aut quinque milliaria circumquaque ad arma conclamant, multa hominum millia dicto citius concurrunt, nullo qui per ætatem arma ferre poſſet tam religioſam militiam detractante, conglobatique in vnum rogant Archiepiſcopum, & cunctantem vi impellunt, vt*

13. Tempore S. Ann.

 ad recu-

ad recuperandam ciuitatem quantocyus feſtinet, ſe pro eo dimicaturos, & ſi ea neceſſitas incumbat oues pro Paſtore, filios pro Patre libenter mortem excepturos, ac niſi Colonienſes maturent venientem ſuſcipere, & pro ipſius arbitratu ſatiſfacere offenſo, ſe aut ingeſto igne populum cum Ciuitate conſumpturos, aut diſſipato muro eum ſuper congeriem occiſorum in Cathedram Pontificalem reducturos: Ita Archiepiſcopus quarto die poſtquam exierat magno vallatus agmine ad Vrbem acceſſit; quod vbi Colonienſibus compertum eſt, & ſe tanta tamque efferatæ multitudinis impetum, nec muro nec acie ſuſtinere poſſe animaduerterunt, tum primū furor deflagrare, ebrietas euaneſcere cæpit; magnoque terrore concuſſi, obuiam Legatos de pace miſerunt, ſe reos confitentes, & omnem quam vita incolumi iuberentur pœnam pendere paratos. At Archiepiſcopus dignè pœnitentibus ſe veniam non negaturum reſpondit, tum celebratâ miſſarum ſolemnitate apud S. Georgium eos qui Pontificem Sede propriâ expuliſſent, qui Eccleſiam homicidio polluiſſent, qui Eccleſiam S. Petri hoſtiliter impetiſſent qui cætera religionis iura auſu temerario barbarè temeraſſent, Epiſcopali banno ad ſatiſfactionem vocauit. Protinus omnes nudis pedibus laneis ad carnem induti proceſſerunt, vix & ægrè impetratâ pace multitudinis, quæ circa Epiſcopum erat, vt hoc tuto facere ſinerentur, nam vt vehementer ei ſuccenſebant, quod tum immoderatius clementiam oſtentando popularis fieri vellet, nefarios homines ad audenda nequiora, huius ſceleris impunitate animaret: At verò Archiepiſcopus eos poſtero die ad ſuſcipiendum ſecundum Canonum ſcita pœnitentiam tam immanis flagitij ad S. Petrum præſto eſſe iubet: ipſe progreſſus ad S. Gereonem ibi extra Vrbem pernoctare ſtatuit veritusque quod tradita ciuitate vis concitatæ multitudinis inhiberi non poſſet ſed partim iniuria partim cupidine prædæ accenſi acerbius ſæuirent in populum, obnixè rogat Prouinciales qui ſecum erant, vt ſinguli in ſua cum pace recederent: ſatis opera eorum vſum & euidens tuliſſe documentum quid animi oues erga Paſtorem, filij erga Patrem gererent; aſperrimam partem negotij multa eorum virtute exactam eſſe: cætera quæ reſtant facilè iam priuata ac domeſtica manu poſſe confici, proindè quod bonum fælix fauſtumque eſſet, abirent in domos ſuas, hanc reportantes ſpem quod huius beneficij gratia apud eum ſeu viuum ſeu defunctum perpetuo manſura foret: hoc vix impetrato, milites ſuos quantos ad comprimendos vrbanos motus, ſi qui forte leuitate vulgi inſtaurentur ſufficere putabat, præcedere in ciuitatem iubet ſecuturus ipſe proximâ luce cum eorum qui præceſſiſſent diligentia ne quid forte inſidiarum lateret in ciuitate præcauiſſent: Ea nocte ſexcenti aut eo amplius mercatores opulentiſſimi & profugi ad Regem ſe contulerunt, interceſſionis eius opem aduerſus Epiſcopi ſæuitiam imploraturi: Cæteri Archiepiſcopo ciuitatem toto triduo iuxta condictum expectanti, minimè ſe præſentarunt ad proponendum aliquod ſatiſfactionis genus. Vndè indignitatem rei non ferentes Epiſcopi milites inſcio vt plurimi aſſerunt atque inconſulto Archiepiſcopo, arma rapiunt, domos incurſant, poſſeſſiones diripiunt, occurſantes partim ſternunt, partim captos in vincla conijciunt & prorſus vt veritati vel coacti aſſentiantur multo ferocius quam tanti Pontificis exiſtimationi competit, iuſtæ vltionis negotium exequuntur: Hic interſero grauem oppugnationem Coloniæ Agrippinenſis quam aliqui cladibus vanè accenſent anno 1105. *Filio inquit Vrſbergenſis,* Henrico V. Cæſare *dehinc ſuperioribus ſe partibus conferente Pater* Henricus IV. Imperator *Colonienſibus ſe reddit & Epiſcopo* Friderico *pulſo, ciuitatem ipſam vallis & propu-*

Sexcenti profugi ex ciuitate.

Direptio ædium.

A *propugnaculis* omniq́ue repugnandi genere magnificè muniuit. Ipſeq́ue cum fideliſſimis ſuis Leodium ſe contulit: igitur menſe Iunio iam ferè mediante Rex Henricus Filius cum exercitu ſuo copioſo id eſt viginti millium Coloniam Agrippinam obſedit, ſed cum eſſet vt dictum eſt, munita per omnem modum, tres aut quatuor hebdomadas caſſo penè labore conſumpſit, excepto quod vt fieri ſolet iuuentus vtpotè moræ impatiens, nonnunquam pro muris concurrens, ludo crudeli fugat alterutrum, vel ſternit] *Obſidio Ann. 1105.*

XIV. Colonienſis Vrbis clades circa annum 1201. Philippo & Othone de imperio diſceptantibus quo anno Philippus validiſſimo exercitu Coloniam obſedit, & ſi non, quod aliqui volunt, cepit, ſanè grauiſſime afflixit. *14. à Philippo Rege An 1201.*

XV. Loco diuerſas pugnas, deditiones, & clades conglomero, quæ acciderunt in B prælijs inter Conradum de Hochſteden, Engelbertum de Walckenberg Archiepiſcopos Colonienſes, & Ciues; dum illi hos ſubegerunt, & impoſitis arcibus ac præſidijs domuerunt: hi vero denuo caſtra & præſidia expugnarunt, & excuſſerunt. *15. ab Electoribus.*

Pro decimaſexta clade eadem ratione coniungo inteſtina bella inter Patritios & plebem diuerſis tumultibus & cum grauiſſimis damno, mutuis ſpolijs, excidioq́ue plurimorum ſæpius repetita. *16. Bellis inteſtinis.*

Demum decimam & ſeptimam cladem ſtatuo, varia incendia varijs temporibus locisq́ue exorta, vt nullam fere plateam, nullam ædem ſacram exiſtimem ſtare, quæ à condita vrbe poſſit dici à flammarum clade immunis à ſua origine perdurare. vide Cæſarium *lib. 8, cap. 62.* & euolue Chronica, vnde ad rerum omnium inſta- C bilitatem, viciſſitudinemq́ue perſpiciendam, plures hîc clades demonſtrantur, quã Vrbs condita ſæculis durauerit: Eſt tamen quo ſe in his malis ſoletur nimirum ſemper fortiorem quam ceciderat ſurrexiſſe, & modo inter Vrbium Germanicarum ruinas Dei fauore ſtare, penè ſolam, cum alias Imperij vrbes ferè omnes, aut animarum ſtrage ob Hæreſes & mores corruptos, aut ædium ac murorum quaſſatione videamus ſqualere. *17. Vario caſu.*

Epilogus Libri primi & recenſitio tredecim ex eo præciſorum Syntagmatum.

D

PRoſperato, Beneuole Lector, ſcripſi & vt plurimum ad velocem calamum dictaui primum lucubratum de Vbiorum ſacra & ciuili magnitudine librum, in eo commentando aduerto me adgreſſum rem imæ indaginis, cuius profunditate plerique Agrippinates abſterriti retro calamum traxerunt: ſed pergendum perrumpendumq́ue ſemel eſt: vadum oſtendere molior, ſi inter percontandum non ſatis certam viam deſigno, nemo mearum coniecturarum & opinionum veſtigijs inſiſtere adſtringitur, nec ego mea pertinaciter obtrudo: commemorando tralatitia & vulgò credita, doctioribus potius ſuggero materiam & queſtiones ad eruderandam

Plura quæ de Colonia poſſent dici. veritatem; eumque ſcopum mecum intendentibus lubens ex Muſæo ſubminiſtrabo quæ ex hoc opuſculo præſcidi, vt enim tenuium hominum & exterorum commodo ſtudens, libri precium & volumen minuerem, reſecui quæ æri incidenda fuerant, aut alias Syntagmatum numerum augerent. Itaque priuatim amicorum communicationi ſequentia reſeruata ſunto: A

1. De ſcriptoribus & Fonte Colonienſ. hiſtoriæ.
2. Academiæ plenus ſtatus, priuilegia, &c.
3. Vbiorum Pinacotheca exhibens Illuſtres, & Bellicoſos homines.
4. Res Vbiorum transRhenum.
5. Incolæ Sedis Vbiorum cisRhenum.
6. Antiqua Vbiorum Religio, & Deaſtri. B
7. Veterum Vbiorum lingua, mores habitus, ſtructuræ &c.
8. Vbij Germaniæ, Galliæ, vel cui Prouinciæ accenſendi, & quibus temporibus.
9. Vbiorum oppida & fines olim, viæ militares, & Stationes Romanæ, ac Franciciæ.
10. Archidiœceſios, diœceſium, Archidiaconatuum moderni ſacri limites & iura.
11. Temporalis territorij moderni limites, dignitas, & iura.
12. Colonia prophana vetus & moderna exhibens lineamenta matris Romæ in thermis, theatris, circis, prætorijs, naumachijs, quæſtorijs, armamentarijs, foris, caſtellis, aquarum lacubus, portis, fanis, pontibus, & reliquis publicis antiquis operibus, tum faciem modernæ in ædificijs, domibus publicis, & negotiatione, ac negotijs, Senatu, Conſulibus &c. C
13. Pancarpium vetuſtatis Vbiæ diuiſum in tres aulas, quarum prima exhibet ærarium ſeu numiſmata antiqua, altera Lararium in quo Deaſtri, aræ, cippi, effigies, vrnæ, lampades, marmora &c.

Tertia, dactyliothecam repletam aliquot centurijs gemmarum ſignatoriarum, &c.

Finis Libri primi. D

Lector

A

Lectori Heraldico Salutem.

SEcundi de magnitudine Agrippinenſis Coloniæ libri argu- *Argumentũ Lib. II.*
mentum, eſt Nobilitas Româ profecta. Vbiorum quâ edita quâ
B *manuſcripta Chronica referunt à Traiano Imperatore, ſiue à*
primo Epiſcopo noſtro Materno, ter quindecim familias in V-
bios deductas: Sed non mihi perſuadeo Authores Chronicorum
perſcrutatos vetuſtatem; cum enim triplex eſſet Romana nobi-
litas, patritia, plebeia, & Socialis ſeu Veteranorum, ciuitateve donatorum, in
triginta quinque numeratas, & decem extra numerum tribus familiarum
diſtinctæ quæ conſtituunt quadraginta quinque triplicis nobilitatis Tribus; ex
ys rogatu Iuliæ Agrippinæ, Claudius multa millia Stirpium deducens in Vbios,
eorum Oppidum ac omnem Regionem Romano ſanguine conſeuit, quæ Prouin-
C *ciæ noſtræ gloria ſupra captum Chronologorum, neſcio quibus tenebris obfuſca-*
ta fuit, mea igitur mens eſt iuxta ſigna quæ à Chronicis noſtris afferuntur, ter
quindecim teſſerarias claſſes explicare, digmataque Clypeorum cum antiqui-
tatibus bellicis conferre: & quia Nobilitas Marti congenita in primitiuis mi-
litiæ cunis & adoleſcentiâ quærenda eſt, cum in finem antiquiſſimè opinata cla-
raque Ciuium & Prouincialium arma, cum Romanis antiquitatibus & legibus
rei armariæ conferendo, in veterem & veram quaſi cognitionem familiarum
Romanarum deducere conabor: in quo ſpero me aſſecuturum quod R.P. Sylueſter
à Petra ſancta Soc. IESV, in præfatione ad teſſeras gentilitias his verbis omi-
natus, Erunt fortaſſe qui penetrabunt in adyta eius (*artis videlicet He-*
D *roaldicæ*) ſacratiora, & dabunt originem peculiarium, etiam iconum
gentilitiarum. *In hoc tamen ſtudio abdito, ſicubi ceſpitauero retrahi & mone-*
ri rogo. Quominus vero omnes ad amuſſim regulas Heroaldorum, vti vocant,
publico prodam, non ſit inuidia ſecreti, ſed ne videar intendere confuſionem
nouitiorum quorundam inſignium. Poſſem etiam plerarumque Stirpium à plu-
ribus ſæculis ſeries & generationes attexere, niſi quibuſdam non minus Illu-
ſtribus, per bellicas clades detrimenta ſcriniorum paſſis Domibus, eo con-
textu videretur aliquid de amplitudine decerptum. Itaque vt pari conatu
omnibus

omnibus ſeruiam vltra explicationem primordiorum prodire nolo : cætera pri- A
uatim communicaturus cum Amicis, ex apparatu comparatæ in eum finem
Bibliothecæ.



B



EPIGRAMMA C

Roma fons, Colonia riuus Nobilitatis.

Illuſtri fama cunctas celebrata per oras
AGRIPPINA tibi ſtemmata Roma dedit.
Fons tibi Roma fuit, TV riuus, cætera de te
Ex te Nobilior Teutonis ora trahit. D

LIB.

A

LIBER SECVNDVS,

De Illuſtribus Familijs in Ciuitatem Vbiorum Româ deductis.

B

Introductio in tractatum de Nobilitate Agrippinenſi cum legibus ſcutarijs.

CVM priori libro Syntagmate tertio obiter oſtenderim Vbio-Romanam Coloniam non ſolum Militarem, ſed etiam Auguſtam; Operæ pretium facturus videor, ſi ex Romanarum Familiarum incunabulis repetam origines Nobilium, pænes quos Senatotia, Conſularis, & Auguſtalis Vrbis Noſtræ dignitas auctoritasq́ue reſedit: quod
C argumentum etſi lucubrationi diuturniori potius debebatur propter amplitudinem, tamen Amici monitu rogatuq́ue, nunc delibo, ne Lectoris famem fruſtrari, aut rerum Vbiarum auido, illudere videar promiſſis. Neque ſanè ſine fructu Lectoris, qui ex commentario illo quantumcunq; properato, intelliget imagines ſcutarias, quas paſſim in Baſilicis videt ſuſpenſas, non otioſas, ſed multo ornamento pendere: Ecce autem mirum ſed oportunum fatum, cum diligenter eruiſſem omnia, & excuſſiſſem Nobilitatis angulos, oportunè ad manus meas venit Reuerendi Patris Sylueſtri à *Petra Sancta* Romani Societatis IESV Theologi & Bibliothecarij opus de Teſſeris Gentilitijs planè exquiſitum, & antiquitati & Fecialium legibus ad amuſſim conformatum; ingenuam ei tribuo laudem, quippe qui parcè laudare conſueui, non
D tantum gauiſus fui in re armariâ Virum videre teruditum, & longè diſſitum in pleriſq́ue coniecturis, eodem tempore ſcribentem, mecum conueniſſe, ſed etiam eſſe eum ex cuius lucubratione hinc inde meam qualemcunque opellam, quaſi quibuſdam floſculis inſperſis poſſem veſtire, quem virum præſtanti eruditione & claritate ſemel laudatum volui, ne ſæpius audire tæderet. Atque vt de methodo inter Nobiles familias obeundas à me ſeruandâ conſtet, hos qui eminentiæ ſunt appetétiores & vti dicunt præcedentiam amant, velim ſcire omnes; me litium oſorem declinaſſe forum, & ne quis de ſui Generis ſplendore queratur detractum, quod non inter primos referatur, ſine delectu procedere, eò ferè ordine, quē calamus caſusve obtu-

Argumentum Libri & origo familiarum.

Einſdem ſtudij elucubrator R. P. Silueſter à Petra Sancta Soc. Ieſu.

Ordo obſeruandus in ſerie Familiarum.

obtulerit, niſi quod ab ijs placet ordiri qui cæleſte quid in ſcutis præferunt, veluti aſtra, deindè ad eos qui alijs ſacris & prophanis ſignis exornatos habent clypeos, deniqueeos recenſere qui hominum & animalium imagines in parmis ſuis exprimunt, omnia breuiſſimè & vt dici ſolet verbo: Ne autem quis initio impingat mihi adulationis notam ancillare vitium, ſcire oportet: ſingulas familias quædam de origine ſua tralatitia habere, & hæc ſequor. cum monumentis, aulæis, antiquis manuſcriptis, & Chronicis conſentanea ſint, & in his ipſis adducendis ita ſum moderatus, vt fidei alicuius nolim dominari: ſed neque confido poſſe me mathematicas, vt aiunt, demonſtrationes omnium præſtare, cum mihi longiſſimè poſito, vtpotè in noſtri temporis orcheſtrâ, præteritorum ſæculorum geſta heroica, virtutes, ac præmia inſpicienda ſint, & veluti in ſcenam reuocanda: nam quæ modo in clypeis geruntur gentilitiæ Icones, ſunt vetuſtiſſimorum facinorum ſigna ab Heroum temporibus originem habentia; exiſtimo enim Heroes vti auſpicato omnia agebant; & Sacerdotes, Augures aruſpiceſque rebus agendis adhibebant, ita habuiſſe ad præmia Caduceatores, & Feciales, eoque munere functum pro Alexandro Magno Ariſtotelem; pro Numa Pompilio, pictis togis incedentes Salios in pectore ornatos ancilibus, ſecretis quibuſdam imperij pignoribus, ſic vt præliorum & fortitudinis idem initium ſit, quod eſt characterum ſcutariorum, & par ætas, vt proindè cognata ſit vtrorumque ſcientia, quam qui perfectè didicerunt, ijs conceſſum eſt dignoſcere & iudicare, qui ex claro à ſæculis ſtemmate ſint orti, qui noui homines, & vti dicitur Terræ filij: nam teſſeraria, vt ſic loquar Grammatica inuenta ab Heroibus prælia ſcientibus, atque ab ijſdem & eorum Fecialibus, cum virtus & Nobilitas pompam quæſierunt, exculta ad artem; tot præcepta reperit, quot integro volumine poſſent conſcribi, & vetuſtatem omnem legibus aſtrictam non aliter atque linguas regulis aſtrictas videmus planè ac nitidè explicare: Fateor quidem nonnullos nouitios antiquitatem ingenioſè imitari, ſed laruam detrahere facilimum eſt. Heraldicæ (ita enim etiam vocant) ſcientiæ ſtudioſo, etſi etiam interdum nouorum hominum arma nobilium characterum antiquitatem præferentia ego cōmemoraturus ſim, velim tamen id mihi vitio non verti, verum attendi ad verba mea, nam licet quibuſdam non adeo vetuſtis concedam generis honeſtatem, & ſimilitudinem pulchri Clypei, Romanam tamen & antiquiſſimam originem, ne vnicâ quidem ſyllaba adſcribam, niſi vbi veritas ita permittit. Nunc igitur in vulgo opertam artem aliquantum ingreſſurus, quo de rebus Vbijs differens clarius intelligar, quaſdam obſeruationes ex vulgatioribus regulis Fecialium & ſcutarij magiſterij præmittam, nonnullas hinc inde inſinuabo: auidiorem Lectorem ad Scriptores & multum vſum remittens; Authores enim & Inſignia cum hieroglyphicis militaribus frequenter tractando, ex Symbolorum militarium notitiâ in Stirpium cognitionem deueniri, certâ experientiâ deprehendi, ſicut nempe Ægyptij ante literarum inuentionem hieroglyphicis vtebantur ad exprimendas res ſingulas, ita Heroes breuibus ſignis magna facinora exprimentes, eas deindè notas, cū ſanguine

Ex quibus hauriatur argumentū huius libri.

Difficultas huius ſcriptionis.

Quæ origo armorum.

Obſeruationes de armis.

A B C D

& indo-

A & indole poſteris ſuis tranſmiſerunt; vndè quot ferè Stirpes, tot ſunt armorum diuerſitates, quibus familiæ diſcriminentur, non ſolum illæ quæ radice primâ differunt, ſed etiam illæ quæ ex eâdem radice ſeu patre oriundæ, in plures veluti ramos & propagines ſciſſæ ſunt, quæ tamen eiuſdem militaris virtutis à maioribus traditæ inſignia non prorſus eadem quidem, ſed tamen valdè affinia præferre voluerunt.

Quare primo vniuerſim obſeruanda eſt origo rei ſcutariæ: Inſignia enim inuenta ſunt, primum ad euitandas in militia confuſiones, ordinemque, graduum, ac meritorum diſtinctiones: deindè in virtutis bello demonſtratæ, atque etiam victoriarum monumentum, Denique ad familiarum ex progenitoribus bello Illuſtribus ortarum à plebeis diſcrimen indicandum; ſic primitus perticâ manipulum B fœni, mariſci, ſurculorum, ſtraminisve ſuſpenderant ad dictum Principis & ordines obſeruandos (vndè etiamnum manipuli nomen inter militiæ vocabula perſiſtit.) Itaque priſcis ſæculis Militiæ nata Nobilitas, nulli ſcienti admirationem cauſabit, ſi & nomina & ſigna, ex diſciplinâ militari ſumpſerit; & ex eâdem diſciplina ſua myſteria velet. Nemo etiam mirabitur eos quos nunc Nobiles dicimus, Militares, Armigeros, validos, Fortes, ſtrenuos, alijsque militaribus cognomentis inſignitos olim fuiſſe atque etiamnum inſigniri: Proindè ſi militiæ veteris multos eruditos haberet literaria Reſpublica, præclaros ſanè eosque viuos de Nobilitate commentarios haberemus: Nunc cum perpaucos toto ſæpè Regno viros eâ in re verſatos habeamus, nihil eſt quod miremur, in Nobilitatis myſterijs paucos inſtructos reperiri, C ac ſæpè ne ipſos quidem Nobiles quicquam eâ de re ſcire, præter fundos ac ſigna à Maioribus accepta, cum gentilitijs quibuſdam fabellis, ſub quarum cortice ſæpius latet origo ex antiquitate militari. Spectant hæc eò vt de opellâ meâ, tum illos, tum cæteros poſſim inſtruere; ſi prius agnouerint ſuæ peritiæ tenuitatem, quis enim aliter docere aut diſcere poſſit? Fidenter dico: **è militiæ veteris vſu & moribus myſteria Nobilitatis eſſe reſeranda:** Exigunt hoc & quà non voce intentâ clamant hoc pronunciatum, ſcuta, galeæ, & quæcunque vel ſcutis Nobilium infixa, vel galeis adiuncta cernuntur: D proprius ad rem atque particularia Nobilitatis accedendo, non minore fiduciâ dico: **in veſtimentis veteris militiæ, vniuerſæ Heraldicæ ſcientiæ diſciplinam latere,** dummodo veſtimentorum nomine, non ſolum ea intelligas quæ proximè corpus tegunt, ſed etiam quæ ſupra vel circum, & militiæ, domique adhibentur, vti ſcuta, vexilla, flamulæ, labara, ex biſſo, lino, vel alio tenuiſſimi panni genere. Item aulæa papilionum, & ſtragula veſtis, qua lectos, ſedes, equos, thenſas, mēſas, ac currus operiebant, quin & trabeæ pictæ, palmatæ, veſtesque Maieſtatis, opere phrigio aureis, & argenteis emble-

1. Obſeruatio.

Ex veſtium colore & figuris venerunt armorum picturæ.

Quid nomine veſtiũ intelligatur.

Veſtes à belli Ducibus dabantur.

emblematibus ornatę. Porro hæc veſtimentorum genera non tam cuilibet priuato conficere, quam in publico præſtitæ virtutis indicium accipere à belli Ducibus moris erat: Ab his huiuſmodi panni, veſtes, ſtragula, vexilla, aulæa & trabęæ militibus dabantur ad incitamentum gloriæ ; hi talibus ornamentis certo colore diſtinctis acceptis, clypeos & cætera ſua obtegentes Fortitudinis honoratæ notas poſteris tranſcripſerunt. Teſtes huius rei plures dare cum poſſim, vnico contentus ero Ariſtotele, quo authore Alexander Magnus Ducibus ſuis vexilla diuiſit. Sunt qui hæc eadem, nonnihil tamen differenter referunt; nempe olim publico ſumptu Legionibus concolores veſtes diſtributas, cum verò hoc ærario graue videretur, cœpiſſe ſingulis tantum beneficiarij & concoloris panni diſtribui, quantum ſingulorum clypeis tegendis ſufficeret, & huic panno ſingulos conceſſa à Principe ſigna virtutis & gloriæ intexuiſſe; gentes etiam militares, quæ nudè agebant, teſte Herodiano, notabant corpora picturis varijs & omniformium formis animalium. *vide Philip. Cluerij Germ. antiquæ lib. 1. cap. 16.* A B

Clypei panno acupicto tegebantur.

II. Ex hac vero obſeruatione pleræque regulæ ſcutariæ artis videntur intelligi poſſe, nam hinc elicitur ratio Axiomatis ſcutarij: non eſſe metallum in metallo , nec colorem in colore pingendum. Nimirum metalla appellant aurum & argentum , quæ nunc croco ſeu flauedine, tum albedine deſignantur: at reliquam, præter hæc, veſtium lucem , colorum nomine indigitant: Nam ſi aliter quis faxit ne is in principia & elementa rationis purioris impingit, quis enim ſcenofactoriæ , ſimilisve artis textoriæ , ſtamini ſeu fundo aureo , argentea fila intexat ſummo detrimento pretij & gratiæ ? Itaque ars etiam Textoria & Acupictoria hâc in diſciplinâ locum ſuum habere probatur, quippe ex cuius ratiocinijs , non pauca diſciplinę Heroldicæ dogmata vel diſcuntur, vel probantur. C

Metallum in metallo & Color in colore non luceſcunt.

III. Ex eâdem armorum ſeu ſignorum origine colligitur ratio legis qua prohibent Heroum Feciales: ne figuræ teſſerariæ cuſpidem parmulæ tangant , ſed ſuimet hæreant libramento. Hinc ſine culmo tot truncata Lilia, ſine ſtipite Roſæ, ſine pauimento Leones, & de ipſis in ſcuto Deaſtris inquit Iuuenalis: *Pendentesque Deos perituro oſtenderet hoſti.* Quod ſi aliter factum videant in Inſignibus, aiunt ijdem Feciales, ſuo inter ſe noto adagio, repræſentari fæcunditatem ruſticani fimi , quippe qui eiuſmodi ſignum ſibi nouus homo quaſi terræ filius confinxit, procul abluſit ab origine Nobilitatis, quæ ſigna in veſtimentis, vti dixi, non terræ adnata geſtare occepit, cum à plebe cæpit diſtingui ; ſunt namque nobiles per virtutes quaſi ex cælo & ſideribus nati & dati, atque vti Græcis in prouerbio eſt *efficti ex Ioue rami*: hinc illuſtres D

Figura armorum fluctuantes ſint.

ἀπλας-μένον ἐκ Διὸς ἔρνος.

A ſtres dicuntur. Deinde ex contextura telarum deducitur clypeorum ornatus, proindeque figuras illas ſicut fluctuantes in tela, ita in armis præferri oportet: Eadem originis obſeruatio ſuggerit quam ob cauſam *hermæ humanam effigiem à pectore repræſentantes exarmatæ vt plurimum ſint brachijs:* nam initium habent à trophæis ſeu exuuijs hoſtium, prout ex cippis, truncis, arcubusve triumphalibus inſuebantur panno, videmus enim Deos Terminos, & eneruatorum hoſtium exuuias à veteribus in numiſmatibus & alibi exprimi ſolâ facie, galeâ ac thorace tenus, ſine manibus, ac cætera truncos. Niſi etiam malis ſicuti ex militari robore & virtute eſt origo armorum nobilitatis, ita ex luctarum ſpectaculis exercitioque deducere figuras Hermarum, quia in luctis infra cingulum non licebat aduerſarium apprehendere. vt notat
B in certamine Bruxellenſi, eam legem Burgundicam, libellus inſcriptus iter Domini Leonis. Ex eadem obſeruatione colligitur, cur *in ſcutis limbi, fibulæ, laciniolæ, clabulæ & nodi interdum eiuſdem ſint iubaris cum areâ clypei*, nempe ſunt indicium poſterius genitorum, vnde exhibent prætextam, hoc eſt veſtem iuniorum, cui in fimbria aurum & argentum abſque læſione cuticulæ vix poteſt attexi.

1. Corollarium. Hermæ nō ſint brachiatæ nec ſtatuæ cruritæ. Vide iter Domini Leonis de lucta Olmedenſi. *2. Corollarium.* Signa adtexta poſſunt colorē in colore præferre.

Hinc vlterius paret *Heroldicam diſciplinam, non eſſe adeo fuſam & arduam vt pro impoſſibili intellectu debeat haberi*, nam ſi videamus mercatores omnis literarum ſcientiæ expertes, mille & plures ſuæ Societatis mercatorios characteres, quibus arculas & ſarcinas inſigniunt, nouiſſe; & Chinenſes populi ſingulis characteribus ſingulas ſyllabas, voces, & res exprimere, quanto magis in armorum digmatibus penetrari
C poterunt myſteria, vbi ad eaſdem virtutes explicandas, icones ſcutariæ ex rerum & rationis bonæ fuudamentis conſpirant.

3. Corollarium. Charactercs ſcutarij poſſunt explicari.

IV. Obſeruandum quarto multam cognitionem erui, ex modo, & forma conſtruendorum ſcutorum, vti nouerunt quorum manus terunt veterum diplomata, ſunt enim nonnulla oblonga, plana, & figuræ quaſi oualis, alia inſtar imbricis conuexa, quadrata, &c. *aliud genus eſt*, vt Liuius lib. 3. loquitur *ad ſummum latius, qua pectus atque humeri teguntur faſtigio æquali, ad imum cuneatius mobilitatis cauſa*, ſunt aliqua antiqua ſcuta triangularia inferiori cuſpide prominentiore, ſunt rotunda inſtar orbiculorum, ſunt Nobilium Matronarum
D puluillum referentia figuræ oxygonæ, aliæque formæ ex quibus diuerſitates nominum vt dicantur clypei, parmæ, ancilia, peltæ, cetræ, quibus ego abſque ſuperſtitione vtar promiſcue; hoc vnum monuiſſe contentus, ſemper plebæis ferè ſcuta vetita fuiſſe. Sed quis quæſo plebi modus ad ſuas ſuorumque notandas res? quæ inſignia? Dicam vniuersè: olim ſigna varia fuerunt & varius eorundem vſus, nam & literas, ſiue literis ſimiles lineas & ductus habuerunt, qualibus rudi quodam aut artificioſo nexu expreſſis nominibus diplomata Cæſarum ac Regum ſubnotata videmus, quibus hodie ferè ſimiles ſunt mercatorum characteres, vaſis ac Sarcinis inſcripti, & præter has literas Deorum, Heroum, atque Procerum figuras, in ſigilla adhibebant, quo modo Chriſtiani Dei veri Sanctorumque eius, ſiue in ordine aliquo Religioſo,

Varia formæ ſcutorū. *Et varia nomina.* *Plebis ſigna.* *Nominis ſigna.* *Signa Religioſa.*

ſiue alia communitate vſurpant. Denique cum quilibet ſtuderet ne diceretur *parma inglorius alba* ſcuta pingebant quibuſdã characteribus Hierogliphicis, quas teſſeras gentilitias nunc vocamus, de quibus Plinius *lib.35.c.3.* cum multa præclara, tum hęc ſcribit; *ſcutis enim qualibus apud Troiam pugnatum eſt continebantur* IMAGINES *vnde & nomen habuêre clypeorum, non vt peruerſa Grammaticorum ſubtilitas voluit à cluendo. O-rigo plena virtutis:*]& hæc plebi nunquam dicebã fuiſſe permiſſa, verũ ex antiquitate primus modus tantummodo, id eſt vulgo, Mercæ, ſeu antedictus literarum nexus. A

Signa Hieroglyphica.

Non eadem vulgusque decent & culmina rerum, & inde eſt quod Nobiles Armigeri, & Scutigeri, & milites dicantur in antiquis literis, etſi igitur plebi ſcutorũ vſus illicitus fuit, aliorũ tamen characterum modus ei vſitatus manſit. Neq; verò rectè fecerit ſi quiſquam ex eo quod literas priſcorum Regum ac Imperatorũ videat characteribus nomen exprimentibus inſignitas eſſe, arguere velit armorũ gentilitiorũ vſum eſſe nouũ, quid enim vetat quominus credamus è vario ſignandi genere paulo antè aſſignato in certis cauſis vſos fuiſſe, alia ſua manu duntaxat & nomine, alia ſigillis modo huius, modo illius generis communiſſe, quem morem etiamnum Reſp. Capitula, & aliæ Societates ſacræ obſeruant. B

Pedo Albinouanus.

Magnates etiam ſæpe vtebantur characteribus.

5. Obſeruatio.

V. Non obiter obſeruandum eſt qualiter conſideratâ ſcutorum Figura, veteres collocarint ſigna: Exempli gratia plures aues, ſtellas aut ſimilia; nam maiorem numerum ſemper in ſupremâ ſubacuti ſcuti areâ collocarunt, minorem in imâ, quippe quod illa eſſet deductior, hæc anguſtius coiret; nec totidem quot illa rerum capax videretur; qua obſeruatione vſus non pauca videas nouitia arma eſſe commentitia. C

Formis ſcutorum ſigna proportionantur.

6. Obſeruatio.

VI. Obſeruandum eſt ipſam ſcuti aream certis quibuſdam imaginariis cellulis diſtinctam fuiſſe, atque huiuſmodi diſtinctionem regulis quibuſdam ita fuiſſe inſtructam, vt qui extra conuenientẽ regulis ſtationem ſignum ſuum in ſcuto collocaſſet, is facillimè nouus homo eo errore depræhenderetur. In alueolorũ ſectione, certas cõmenſurationes habuerunt, certos limbos, quibus arma circumſcribant, certas laciniolas, & clabulas ob primogenitorũ ius, aliasque cauſas inuenerunt: multæ de his rebus ſunt leges & notæ. In galearum ornatu, monilibus, iubis, feneſtellis, plumatilibus, corymbis, & quaſi laqueatis vittis; aut repandis folijs, palliolis, Athlantibus; obſeruantur colores, numeri, plurimaque in culturâ artis ſcutariæ inuenta & religiosè exculta, quæ veterem à noua, & genuinã nobilitatem à ſuppoſititijs teſſeris diſcernunt, vti vberrimè demonſtrant Feciales rei armariæ & vetuſtatis periti Wolffgangus Lazius *in comment. Reip. Rom. lib.9.c.1?.* cum alijs videatur, & attendatur multus vſus. D

Et habent ſcuta cellas imaginarias pro ſignorum proportione multaque adiectitia. & circumferentias cutas.

7. Obſeruatio.

VII. Obſeruatio peculiaris in legibus ſcutarijs eſt: vt emblemata heroica ponantur iuxta generoſitatem naturæ, non ignauæ, neque

A neque Heroicæ ſignificationis virtutiſque proportionatæ expertes: hinc Leones finguntur erecti, leænæ ne vbera videantur oſtentare quadrupedantes terræ affigũtur; hinc quod in Armis Aquilulæ & Merulæ roſtris & pedibus exarmatæ pingantur. Aquilæ autem & maiores aues roſtratæ ſint & cruritæ. Neque huic obſeruationi obeſt quod V.G. pingantur Leones cęrulei, ſtellę nigræ, & quę talia a congruentiâ naturę recedunt, nam color qui rebus iſtis proprius non eſt, propter regulam ex veſtiariâ obſeruatione inſinuatam, conuenientiſſimus eſt in armis, maxime cum in ludis Circenſibus, & ſępè inter præliantes fuerint certi partium factionumque colores, quos pro Ducum obſeruantiâ obſequentes aſſumpſerũt, & tranſmiſerunt poſteris, quin & in hæreditatibus diuidendis apud maiores noſtros vſitatiſſimum fuit B colores mutare.

Signorum ſcutariorũ ſitus naturæ congruat.

Natura colorum ſcutariorum non eſt eadẽ quæ rerum.

VIII. Iam verò ad Vbios noſtros propius accedendo cum nunc Cęſares frequẽter dẽt aquilas Nobilibus, cur ex omnibus Vbio-Romanis quos allaturus ſum nemo Nobilis in parmula Aquilam oſtentat? ne mirere Lector eſt hoc Romanum & vetuſta is clarum indicium, nam veteribus Principis ſignum erat ſanctiſſimum[a], ne oriretur ſuſpicio tyrannidis, & affectati dominatus.

8. Obſeruatio.

Vbij-Romani nobiles non gerunt aquilas.

IX. Perſuaſum eſt Vbijs ex omni Romana & ſocia veteranorum Nobilitate copioſam Coloniam in oppidũ ſuum, etiam fortè veteranorum militum ex ipſa natus. C ſua conterranea gente deductam, ex quibus in Concilium lecti quindecim Patriciæ, quindecim Plebeæ Nobilitatis, & totidem ex ſocijs Equitibus Senatores: Neque diſſimilis à vero & vetuſtate ea eſt opinio cũ enim Romana Ciuitas triginta quinque numero, & decem extra numerum Tribus recenſeret, ex ſingulis Colonos & Senatores ad eum numerum ab Agrippina conſcriptos pronum eſt credere, ſed Tribus illas Chronicon Colonienſe confundit, & mutilatim numerat, partim à Tra-D iano Cæſare, partim à Materno Epiſcopo deductas tradi affert. Cum debuiſſet dicere à Claudio miſſos Colonos, à Traiano Coccæi Neruæ Legato auctos honoribus, à Materno Legato Petri accumulatos Chriſto. Eas vero deductas familias ego omnes nec poſſim nec propter inuidiam cuperem in ſuas claſſes redigere, & earum numerum redintegrare; vtque locus maneat omiſſis à me ob incertam aut negatam informationem, ſtemmatibus, hinc indè plura admiſcebo ſcutula teſſeris nudata, liberum relicturus cuilibet vt ſuum inſcribat ſignum ſi ius habet.

9. Obſeruatio.

Nobilium deductorum in vbios tres claſſes.

X. Obſeruandum Album quem nunc Matriculam dicimus Vbię Nobilitatis exiguum non fuiſſe: nam *aucta cognomento*

10. Obſeruatio.

Auguſtæ.

Copia & Nobilitas Vbio Romanorum.

Auguſta Agrippinæ, quo Sociis Nationibus vim & potentiam ſuam oſtentaret, in genitale ſibi Vbiorum Oppidum à Maioribus noſtris traditur nobiliſſimas è Romanis & veteranorum ſocijs proſapias duxiſſe, vnde pleraque Germaniæ Nobilitas dimanarit, vt Fons ſit Roma, riuus vrbs Vbiorum, manſitque tam excellens Colonienſis Equeſtris Nobilitatis Gloria, antequam à plebe vt plurimum exacta eſſet, vt numero & ſplendore Illuſtrium equitum omnem Germaniam ſuperaret, & ex ijs ſolis Vbijs ad Nationis Germanicæ haſtiludia centum probatarum ſtirpium equites conſueuerint educi, teſte Chronico. A

11. Obſeruatio.

XI. Obſeruandum eſt ex legibus ſcutarijs reijci arma

Armis cantantibus adſit antiquitas ſicut in Vbijs eſt.

cantantia, cantare autem arma dicuntur primo à Cantatorio ſcilicet, cum bullatum diploma nuper emptum priuato adhuc latet ſcrinio (quod Cantorium & cantatorium vulgo appellant) & necdum in Nobilitatis album vel Matriculam recipi meruit. Deindè ſunt cantantia de quibus ait Marcus Gilbertus Deuarennius Gallicus Scriptor. *Armes parlantes figures d'armes qui ont les meſme nom qui celuy qui s'en ſert dans ſon eſcu*, id eſt, arma dicuntur loquentia figurata teſſeris nominis proprij illius qui ſcutum defert hanc regulam ex peruestigatione, Vbio-Romanæ vetuſtatis, immo ex omnium Nationum quaſi conſenſu authoritate ſua eneruandam puto, exiguâ diſtinctione: nempe veram tantummodo eſſe in illis ſignis quæ nouiter ficta, aut empta à Principe mercatoriæ officinæ & ruſticani prædij ſigna, ſuppellectilem, apparatumque, & indè commentatas appellationes cantant, quaſi thecæ inſtitoriæ carmen, atriorum verò & monumentorum notis deſtituuntur; Rem hanc exemplis non elucidabo propter inuidiam: Aliud autem eſt in illis Stemmatibus quæ ex templorum parietibus, feneſtris, monumentis, aulæis, diplomatibus &c. vetuſtatis teſtimonium habent, quibus religioſiores Fecialiũ leges, tanquã minoribus rogationibus latæ, cotes eſſe non debent. An enim ignoramus à ſigno olim lato geſtantes appellatos, vti Draconarij dicebãtur olim à Dracone ferendo, Aquiliferi ab Aquila. Oſtendo id clarius exẽplis variarũ Nationum. IN ITALIA enim Colũniorum gens à ſcutaria Columna nomen habet; à Leunculis panẽ frangentibus, Frangipanij dicuntur. Spinolæ nomẽ acceperunt à cadi vinarij Epiſtomio quod adijciunt inſtitæ teſſellatæ Marcanorũ Comitum; ſic IN HISPANIA à Scutario Caſtello Caſtilla, & à Malogranato Granada, à Turre Torres, à calceis teſſellaris Zapatæ nominantur: IN GALLIA Barrij à piſcibus barbatulis: Iourij ab aurora ſeu illuceſcente die dicuntur. IN GERMANIA noſtra frequentiſſimæ ſunt huiuſmodi denominationes; exempli cauſa Drachenfeltziorum à Dracone, Salmiorum à Salmonibus, Fuchſiorum à vulpe, Helfenſteiniorum ab Elephãte, Spegeliorum à Speculis, Sonnenbergiorum à Sole exoriente ex montium iugo: & ne nimius ſim, ſexcenta & innumera eiuſdem generis occurrunt. Ad iſtius igitur legis interpretationẽ aliud dico eſſe cantare militem, aliud mercatorem; ille enim vetuſtatis & virtutis

notas

B C D

A notas habet, huic ex officina aut ruſticano apparatu imagines & nomina ſibi comminiſcenti, etiamſi Principis oſtentet diploma, cum contra rem ſcutariam errorem habet, præſumendum eſt Principis Feciales ſtudio leges ſuas diſſimulaſſe in gratiam ærarij & miniſtrorum aulæ; Nobiles verò quantumcunque recedant à minoribus regulis ſcutarijs ſeu conſuetudine ſeu conſenſu Nationum inductis, ſolum antiquitate centenariâ licitè armorum ſuorum errorem & piacula excuſant.

XII. Non mirandum inter Vbio-Romanos paucas aut ferè nullas reperiri familias in quibus ſit reperire latinæ vocis radicem cum vocentur V.G. Overſtoltz/Hirtzlin/Frentz die man noempt Ratzin Vamme Rode/van der Ehren/van der Pau/ van Wiſe/van Reuen: non mirandum inquam hæc Romanæ origini adſcripta adeo in *12. Obſervatio.*
B Germania germanizare: ſed ſi accuratos ſcutatores antiquitatis æmulari libuerit, ex his ipſis nominibus adeo Germanizantibus comperiemus Romanam originem, ſi *Vbij vt plurimum germanizant nomina ſua.*
nimirum hæc **nomina ad Romanæ linguæ, ſonum metaphraſi Grammaticâ reducantur.** Quid enim ſunt Overſtoltz niſi Superbi, Hirtzlin Ceruuli; Frentz Ratzen, Liberi Conſulares Vamme Rode Rodij vel Rufi aut de Noualibus: van der Ehren Honorij, van der Pauuen Pauonij: van Wiſe Cati, Sopi, aut Sapientes, Reuen Vitellij &c. id Tacitus de Germanorum moribus inſinuat, dicens *Vbios quamuis Romana Colonia eſſe*
C *meruerint, & libentius Conditoris ſui* (communi) *nomine Agrippinenſes vocentur, origine tamen erubeſcere*, nimirum latinum propriæ originis nomen ſingulos ferè ex coniunctione animorum cum Vbijs, in Germanicum idem ſignificans vocabulum immutare. Has quaſi leges duodecim tabularum præmittere volui, nunc quòd colorum daturus ſim indicium addo, itaque.



Obſeruabit Lector præter metalla, teſſerarios colores quatuor à me ſolum nominandos, etſi enim ſciam pictores ex commixtione primigeniorum plu-
D res componere, quorum iubare tabellæ hodie colluceſcant; in ſcutaria tamen re vti antiquiſſimâ, ſicut in ludis Circenſibus, compoſiti ferè ſunt ignoti; nec Apelles alijque veteres artifices, plures quam quatuor operibus ſuis adhibuerunt, tædij autem gratia pluribus vocabulis eos nominabo, & beneficio ſculpturæ ſic conabor exprimere, vt abſque aliâ explicatione ex adiunctâ figurâ ſingulos cognoſcere poſſimus.

Primo Metallorum pręſtantiſſimum *aurum* vulgo Golt punctim incidetur ☞ : : : A
& nominari poteſt color croceus, flauus, luteus, galbineus barbara Germana appellatione.

Secundò *Argentum* exprimetur omnis ſculpturæ expers, & promiſcuè album, candidum, niueum appellabitur.

Tertio ductis à ſummo ad imum lineolis ☞ ||| repræſentabo *Nigrum* colorem, vulgo Schwartz, & eundem atrum, pullum, ſabulæum dicam, atque ſæpius artis typographicæ beneficio integra quaſi litura exprimam.

Quartò, Lineis extranuerſo ductis ☞ ═══ dabo *Rubeum* colorem, vulgo Roth quem etiam dicam Tyrium, miniatum, igneum, conchyliatum, purpureum, puniceum, roſeum, oſtrinum, blatteum, etſi ſciam inter has appellationes plures primigenio colori non conuenire. B


Quintò, obliq; à ſupero angulo dextro ad imum ductis lineis ☞ ⫽ *cæruleum* oſtendam colorem, vulgo Blaw eundem vti in ludis Circenſibus appellabatur, venetum dicam, cyaneum, cæſium, cęleſtinum, vltramarinum, violaceum, Janthinum, glaucum.

Sextò, obliquis lineolis à ſupero angulo læuo ad dextrum ductis ☞ /// *viridem* dabo, vulgo Grün ſeu praſinum, gramineum, chelidonium.

Septimò, Vellus Hermionicum quod muſcarijs ſeu maculis atris inſperſum, repræſentat ſcutum pontici muris exuuijs pellitum.------------☞



Octauò, Vellus nolatum, aluta petaſis variata, quæ cymbalis & galeriſculis macularum quodam lumine aſſimulatur.--------☞ C



Atque vellus vtrumque tanquam opus vermiculatum habetur, & ſcuti aruum variegat, ſicut etiam interdum teniolæ faciunt, quibus Leones aut alia ſigna ſuperimprimuntur, vti Syntagmate trigeſimonono dico de armis Alueterānis &c.


Nonò, Vbi nolui colores ſpecialiter exprimere, abſque inſperſione dictarum linearum, rudi, incerto, & obuio ductu deſignabo imagines ſcutarias, vti facio in appicto centri Clypeo. Cæterum hac ratione expeditum iter erit Lectori ad iudicium formandum de armorum coloribus ſine colore expreſſo. Quia etiam dum lucubratio hæc ſub prælo ſudat, experior ſingulis Syntagmatibus non poſſe commodè ſua inſignia præfigi, niſi amplis hiatibus D
& lacunis relictis velim ſingula Syntagmata à capite nouæ paginæ inchoare, hinc aliquibus Clypeis amputatis, collegi centum in vnam claſſem, & æri inciſos ſic diſpoſui, vt à Lectore poſſint, facile ad ſua loca referri.

Sequitur centuria Clypeorum veterum, per quinquaginta & quinque Syntagmata explicandorum.

CENTVRIA VETVSTISSIMORVM CLYPEORVM NOBILIVM. Pag. 123.




CENTVRIA VETVSTISSIMORVM CLYPEORVM NOBILIVM. Pag. 124.
à Mulheim. 26 Pag: 152.
à Bernſaw. 27 Pag: 154
à Virmundt 28 Pag: 154.
à - Gulpen 29 Pag: 154.
à Schoding. 30 Pag: 154.
à Schönradt. 31 Pag: 154
à-Bornſaw. 32 Pag: 154.
Bilaci Anatini vulgo 33 Wilach, de Reynaem. Pag: 155.
a Sinzig dicti d Garz 34 Pag: 157.
a Raetſtock id est de 35 Poſte Senatoria Pag: 159
De Huyn ab Geyſtenradt. 36 Pag: 160.
Tœnigori. 37 Pag: 161.
Solidi de Buſchfadt 38 Pag: 161.
à Reck et Volmudſtein Malenstrod 39 Pag: 162.
à Lintlar. 40 Pag: 164
à Loiff. 41 Pag: 165.
Schwartz de Hietz 42 Pag: 166.
à Rottkirchen. 43 Pag: 167.
à Kleingedank d paveé 44 Pag: 168.
à Kleingedank de mem morſloch 45 Pag: 168.
a Kleingedank de Seſſen 46 Pag: 168
Bolandt de Moneret. 47 Pag: 171.
de Stane. 48 Pag: 172.
de Waldt. 49 Pag: 172.
de Haslangh. 50 Pag: 172.



CENTVRIA VETVSTISSIMORVM CLIPEORVM NOBILIVM. Pag. 125.
Pyramidale. 51. Pag. 173.
de Merode. 52. Pag. 174.
de Corzeſchein. 53. Pag. 174.
de Flatten. 54. Pag. 174.
de Hochſteden. 55. Pag. 174.
de Scherffgen provt in Colon. 56. Pag. 175.
de Scherffgen provt paſſim in Colon. 57. Pag. 176.
de Turze a Mollingaſſ. 58. Pag. 176.
à Suderman. 59. Pag. 177.
ab Overſtoltz i Overſtoltz. 60. Pag. 177.
ab Overſtoltz à quatt. 61. Pag. 178.
ab Overſtoltz de Efferen. 62. Pag. 178.
à Lyſolphkirchen. 63. Pag. 178.
de Efferen à Stolberg. 64. Pag. 180.
de Harue. 65. Pag. 180.
de Neſſelrode de Hus. 66. Pag. 181.
ab Ehren. 67. Pag. 183.
de Spiegell à Rodenberg in diſſburg. 68. Pag. 183.
de Spigel in Littore. 69. Pag. 183.
de Beneſis. 70. Pag. 184.
de Geyſpuſch. 71. Pag. 185.
de Krantz. 72. Pag. 186.
de Mauenheim. 73. Pag. 188.
de Stralen. 74. Pag. 188.
de Reuen. 75. Pag. 188.

CENTVRIA VETVSTISSIMO: CLYPEORVM NOBILIVM. Pag. 126.




A

SYNTAGMA I.



De AEliis & Aurelijs Romanis, vbi agitur de Familijs à VValpot, & ab Eller, ac alijs, quorum inſignia huc refer, vti exhibentur in Centuria Clypeorum numeris 1.2.3.4.



PRima Claſſis Romanæ Nobilitatis in ſcuto exhibet ſolis iconem, ex qua comprimis ſunt noſtrates Familiæ, WALPODEN, & ELLER, quorum hi ex gēte Heliâ vel Ælia progeniti, ab *Ælio Gratile* Belgij Præſide ſub tempus deductæ Coloniæ illuſtrantur, illi propter Prouinciam alias ſæpè adminiſtratam nobiliſſimum nomen acceperunt. Nam ſi veteres Romanos ad noſtræ appellationis regulas vocemus, veterum Walten & Schalten nomina ſunt quibus indicatur cum poteſtate Prætoriâ quiſpiam Præſidere; Poden verò & Boden & Potten Legatum latino idiomate rectè transferimus. Vnde liquet Walpodijs officij nomen inhæſiſſe à Proconſulari, Prætoriâ ſimilivè poteſtate. Porro Walpodios ſi nomen ſpectemus dictos à
C Legationis poteſtate; ſi inſignia Æſios ſeu ſolares aut Soligeros in Vbios veniſſe Româ traductos, antiqua eſt traditio, & atteſtatur Poëta Germanicus ante ſexcentos annos (nunc verò ex veteri membranæ editus à Martino Opitio Dantiſcano) dum ita cecinit.

Helij. Ælius Gratilis.

VValp oden.

Eller.

	Verbalis Interpretatio.
Du ward geſant heirro Agrippa	Tunc mittebatur huc Agrippa
Daz her diu Lande birechta	Vt gubernaret Prouincias
Daz her eine burg worthe	Et Ciuitatem amplificaret,
Ei diu daz in dat lieuth vorte	Id eſt colonos populosve introduceret,
Die Burg hiz her Colonia	Ciuitatem appellauit Coloniam
D Da warin ſinre herrin meniga	Vbi ſuorum dominorum erant plurimi,
Auer na ſelbe demo namen ſinle	Sed ſecundum ſuum nomen
Iſt ſie geheiʒin Agrippinen	appellauit eam Agrippinenſem,
Ei dere Burg vill dickli	ad eam Ciuitatem multum amplam:
Quamin di Walepodin wame Rome	Venerunt Roma Walpodij
Di dir aug ee dar in lantin	qui etiam in iſta Prouincia
Veſte Burge hauintin.	munita Oppida poſſederunt.

VValpoden venerunt Roma.

Quid clarius antiquiſſimus Poëta dixiſſet pro origine Walpodiorum, & Româ ad Agrippinenſem Coloniam aduentu? Idem etiam eruitur ex antiquiſſimis Vbio-Romanis muris qui marmoribus apud S. Claram & paſſim inciſos referunt,

teretes

teretes Clypeos vel orbiculos aut ſcuta rotunda, cum armis Walpodiorum, qualia A
etiam in antiquiſſimo ante annos ferè centum per Sigiſmundum Geleniũ vulgato libro Notitiæ vtriuſque Imperij attribuuntur temporibus Arcadij & Honorij Imperatorum Solenſibus Gallicanis. Cum vero ſcuta exhibita numeris Centuriæ Clypeorum primo, ſecundo, tertio &c. conueniant in eo, quod exhibeant ſolis ab vmbone ſe diffundentes radios ad extremam marginẽ ſcuti, hinc colligere licet has ijſdem inſignibus vtentes ſtirpes ab eodem principio repetendas, auctorem verò earum egregij cuiuſdam facinoris commendatione generis ſui claritudinem, Solis adumbratione in Ancylibus poſteritati commendantem Ælij nomen aſſumpſiſſe. Fuit ſane Æliorum familia maximis magiſtratibus geſtis nobiliſſima vti ex veterum Numiſmatum Authorumque monumentis liquet, audiatur Horatius Ode 17. lib. 3. B

AEli vetuſto Nobilis à Lamo &c.

Inſigne verò Solis apud tres Belgicæ Stirpes, vti in Centuriâ repræſento, conſtanter ſeruatum eſt: Ælij autem & Aurelij ſeu aurei ſolis, vel Auror.æ'ij nominis veſtigiũ ſeruatum eſt in gente quæ ſolem gerit & *Eller* appellatur, hinc *Ellen* arx quaſi Ælia, & Monaſterium, ac fluuius iſtius vocabuli apud Iuliacum. In Walpodiorum nomine manſit geſti magiſtratus cognomen Pod ·nim Legatum ſignificat & Walten gubernare, ſic hodie dicimus locum tenentem emen Verwalteren. Cum etiam nomen Waldt ſaltum ſignificet, & Walten gubernationem ſignificare deſineret obſoleſceretque ipſo verbi vſu quaſi euaneſcente, Francıco vocabulo *Foreſtaria*, id eſt Saltuaria *VValpotiorum* ſtirps cœpit dici, indè eſt ſtirps Foreſtariorum Flandriæ, illi Pro- C

Foreſtarij Flandriæ. NB. Ann. 509. temporibus Clotarij & Childiberti natus eſt primus Saltuarius Flandriæ Lydericus *Vide Oudegherſt* eſt autem Flandria Colonia Mænapiorũm & Lyderici propago Burgundica fuiſſe dicitur.

uinciæ ante annos mille imperans & eadem habens arma ſolifera quæ veterum & noſtrorum Walpotiorum, Solenſium, & Ellerorum ſeu Æliorum ſunt. Occurrit hoc loco non incongrua Hiſtorico. Fabella qua aſſeritur quidam Elias Grael nempe *AElius Gracilis* Belgicæ Præſes temporibus conditæ Coloniæ *ad nuptias cuiuſdam Virginis ex Romanâ origine Vrſinorum* nempe Orciniorum *properaſſe tractus à Cygno.* Nimirum in ludicris & triumphis & feſtis Nuptialibus ſolent Nobiles currus, trahas, naueſque inſtar auium aut aliorum animalium adornare, & huius ſanè rei memoriam aliquam repræſentat, ſupra Galeam Walpodiorum impoſitus Cygnus: Nunc tantummodo ſatisfaciam curioſitati viri ſagacis dum hæc ſcribo me interrogantis, quæ ſit ratio ex regulis Fecialium rei armariæ. quod in Walpodiorum ſcuto alij ſint colores quam in cæteris, qui ex Romana gente Ælia deſcendunt? cui interrogationi D
reſpondeo, videri â Conditore gentis commendari in Walpodiorum. Inſignijs amicam Muſis Auroram matutinamque vigilantiam, vt proindè in medio ancilis vmbone prætermittatur ſcutulum, quod in alijs ambobus inſignijs clari & ardentis ſolis ſphæram exhibeat, iuxta verò colores auroræ der morgen Röth) proprios rubicundum & argenteum repræſentet. Huiuſmodi ſcutum quoque habet in Gallijs *Morgeſiorum* proſapia, quæ originem ex Germania videtur trahere, nam Germani matutinum tempus Morges appellant. Armis Morgeſiorum ſimilia in Bructeris, Angriuarijsque florens geſtauit illuſtris gens, *ab ortu dici* detortis paulatim literis,

dicta


A dicta *Ordeya & Ardeya*, quos Ortudieios vel Ardieios aſtruunt nobiles fuiſſe veteranos colonoſve vel ex monte Eſquilino vel quodam ex monte Aquileienſi, in has prouincias deductos. Eorum caſtrum nunc eſt Monaſterium Scheidanum ordinis Præmonſtratenſis. Vbi hæc in tabularijs, *Scheida monaſterium in Angaria.*

Nobilis Ardeya ſtirps in tumba iacet iſta
Quæ templo Chriſti bona plurima contulit iſti
Hic permagnorum requieſcunt oſſa Virorum,
Nobilitas morum decorauit & hos Genitorum
Nati ex Ordeya, probat illud mons Aquileya
Nobilitate ſua, ſimul & Saxonia tota;
B *Agminibus magnis decimas tollens Alemannis*
Ardea, VVeſtphaliæ quondam rutilabat vbique
Hic iacet in cinere proſtratus ſexus vterque.

Ididem.

Mœnia VVilrtrudis caſtri confringere celſa
Ardeyæ gaudens hæc pia tecta dedit.

Contraria Morgeſijs Ardieiſque ratione Familia *Engiena* videtur veſpertinum crepuſculũ ſcutaria imagine ſolis occidui præferre, geſtat enim trygonias pinnulas ab vmbone ſe expatantes quaſi interpolatam die noctẽ partim argẽteas partim ſabuleas, aureis cruculis exornatas, ac ſi pugnæ pro religione in ſerũ veſperũ productæ characteres clypeo inſcripſiſſet, & nomen Engh aut vt modo loquimur End finem diei indigitat. Qui *Bigourſij* quaſi à latina Ethymo Bisdiurni in Francia dicuntur, forte ob præliorum, duplicem diuturnitatem, ij multiplicato alterno iubare in centro Clypei, aureum habent ſcutulum à quo ſedecim trigoniæ pinnulæ partim puniceæ, partim argenteæ expanduntur ſicut in armis Walpodiorum, niſi quod Bigourſij ampliorem numerum radiorum vel lingularum à ſcutulo vel ſperula vmbilici ſcutarij diffundant. Aliam coniecturam interpretationemque variati in Walpodiorum aliorumque ſcutario ſole coloris, mutuor ex Frontino referente Alexandrum Seuerum albo croceoque panno vſum in principatu vt polliceretur ſe ſubditis ſolis inſtar ac lunæ beneficum fore, quoties vero ad prælia excundum erat eoſdem colores ſubrubeum & album Prætorianos, & Legionarios tranſtuliſſe ad ſcuta imitatione Principis. Atque hæ ſtirpes Walpodia, Elia, Foreſtaria Flandriæ. Enghiena, Morgeſia, Ardieia &c. ita ſolem repræſentant qualiter deſcribit Virgilius lib. 7. Æneidos in fine: *Bigourſij.*



C

D

Vaſtos vmbo vomit aureus ignes.

Vidi in aliquibus Baſilicis Soligera inſignia, quæ in Vmbone Leunculum, vel crucem, aut ſimile ſignum gererent. —☞



R Baro-

Baronum verò Keiſerſtuliorum Clypeus, in libro Nobilitatis Germaniæ vulgo A
Wapſenbuch appellato, non ab Vmbone ignitos radios euomere, ſed in Clypeum à margine inuehere videtur, iuxta illud Nahum *Clypeus Fortium eius ignitus.*

EPIGRAMMA in ſcutum ſolare.

Emicat vt Phœbus Walpodia & Ælia virtus
Hæ ſtirpes Cælo ſtemmata clara trahunt.

Notatio I. B

De armis VValpodiorum.

Reualienſis Epiſcopatus.

REualienſi quondā ſub Teutonico ordine Epiſcopatui inſigne eſt Clypeus in cuius vmbone encauſtum ſcutuli miniati ſphæram ſolis ardentis repræſentat, & indè diffuſos aureos radios inter cæruleum iubar, vti ſupraſcripta Æliorum arma figurantur, quia videlicet conceſſa ſunt ab *Henrico à VValpode* primo ordinis Teutonici Principe ſeu Magiſtro ſub initium Epiſcopatus *Reualienſis* ante quadringentos annos.

Primus ordinis Teutonici Magiſter.



Notatio II. C

De Familiarum & armorum antiquitatibus.

SVbnectam ſequenti Syntagmati nonnulla de antiquitate armorum; permulti enim arma primum à Francorum Gothorumque temporibus aut ſerius repetunt. Sed demus vulgatiorem tum incepiſſe inſigniū ſcientiam & vſum, aut ab iſtorum tempore maiorem ad nos memoriam notitiamque potuiſſe dimanare, nihilominus oportebit quoque concedere, in effingendis digmatibus, talium D authores quocunque tandem cœperint tempore, reſpexiſſe ad longiſſima ſtirpiū principia, & Maiorum ſuorum prima vetuſtiſſimaque facinora repetenda & exprimenda in ſcutis, ſicuti olim accerſebant quam remotiſſimè familiarum origines. Ita Iulius Cæſar cum pro Roſtris defunctam laudaret Amitam, de eius ac patris ſui origine hæc refert, teſte Suetonio: *Amitæ meæ Iuliæ maternū genus ab Regibus ortum, paternum cum Dijs immortalibus coniunctum eſt; nam ab Anco Marcio ſunt Marcij Reges quo nomine fuit mater, à Venere Iulij; cuius gentis familia eſt noſtra. Eſt ergo in genere & ſanctitas Regum, qui plurimū inter homines pollent, & cæremonia Deorum, quorum ipſi in poteſtate ſunt Reges.* Si

A Si vellem omnes huiuſmodi antiquiſſimas ſtirpium repetitiones ex Romana Hiſtoria afferre in immenſum volumen excreſceret.

Hæc igitur ſufficiant ad demonſtrandum exemplo non carere Vbiarum familiarum vetuſtiſſimas deductiones & oſtentationes: & quidem in Ælijs aut Soligeris, authorem gentis ad Phœbi numen forte retuliſſe originem, quia amabant Ethnici diuiniorem ſanguinem ſibi & ex cælo origines ſuas affingere, quando pro illuſtri militari digmate fuerant à Principe ſyderis imagine donati.

SYNTAGMA II.

B 

De altera claſſe Gentis Ælia & Aurelia vbi agitur de Familijs quarum arma exhibentur in Centuria clypeorum num. 5.6.7.8. quæ huc mente refer, & ſimul diſquiritur vtrum arma fuerint olim in vſu & hereditaria.



SVbijcio his aliam claſſem Soligerorum quibus Romana Ælia vel Helia origo videtur aſſignanda, ſed imaginem ſcutarij ſolis repræſentant, ſimilem pyropo C radianti, vt vmbilicus areæ in clypeo ſit gemma, radijs in lilia vel florem deſinentibus ſeſe explicans, eius generis arma appinguntur Sanctis Thebæis & habent Duces Cliuiæ, itemque *Hauſmanni von Namedij* latinè Domeſtici de Nomine Dei. Quid ſit Domeſticus in iure ciuili explicat Cuiac. ad li. 12. Cod. Iuſtin. ad Tit. 12. durauitque Domeſticorum in Reipubl. munus adhuc Anno 640. teſte diplomate Dagoberti in hiſtoria Treuerenſi P. Brovveri pag. 421. Eſt autem corrupto latino vocabulo Namedij arx & vallis ſecundum Rhenum & viam militarem Romanam duabus ſupra Sin-Zeichium leucis, quæ loca commemoraui lib. 1. Syntagmate quarto, cum D oſtendi Conſtantino Magno & Exercitui, in *Sin-Zeiche* ſanctum Crucis ſignum, & noctu oſtenſam formam fabricandi labari ex Dei nomine (legebat vero Helena, Conſtantini veſtigia & templis adhuc durantibus colebat:) Nec abludunt arma, quæ ſcutum ſupernè aureum infernè atrum, veluti in clarum diem obſcuramque noctem diuidunt, retento Æliorum pyropo, quaſi gentis author aut heros Domeſticus, Comes, vel Dux in Conſtantini exercitu, ſe profiteretur Ælium Conſtantem Chlorum vel clarum. *Griffenclauij de Volberath* adiectâ obliqua inſtita in ſimili parma ſolarem pyropum habent cum octo diuaricatis ſceptris. Equites item *Buckij*, quod cognomen idem fuit gentis Foreſtariæ in Flandria quam priore claſſe commemoraui, nomenque *Buccana* Familiæ induit à Caſtello nunc Lilla dicto, deinde

Ælij & arma habentia pyropum radiatum.



Grimbergij, Burgrauijque Alſatiæ qui balteum,& Comites de *Dagsbergh* qui huiuſmodi radianti carbunculo Leonem ſupponunt. Vt verò cognoſcat beneuolus Lector quî in eruderatione Vbiæ Nobilitatis progrediar,non ex meo cerebro,ſed è fundamento argumentoque antiquitatis, libet hîc ex Hercule Proditio *Stephani Vinandi Pigij* dictam Cliuicam Domũ ex Ælia gente repetentis, verba inſerere. *Armorum quoque inſignia* inquit Pigius *quibus Ælium hunc Principem ornatum atque inſtructum aduenisse legimus Romanam originem præſeferre & ex eadẽ hauſta diſciplina videntur. Erant autẽ hæc Galea Taurini capitis exuuijs purpureis tecta, in cuius cono ex aurea corona in altũ expanduntur bina tauri cornua, clypeus oblongus purpurei coloris, in cuius vmbone medio pyropus rotundus (carbunculum appellant Feciales nunc temporis) ſolis globum referens, & octo radiis aureis triſulcis fulgens. Quo ſymbolo originem & gentilitij nominis rationem tacitè demonſtrauit. Æliam namque gentem à ſole non ſecus ac Aurèliam eſſe nuncupatam nomen ipſum declarat: quamuis priſci Latini aſpirationis admodum vitantes per diphtongon ſcribere nomen hoc maluerint. poſteri tamen Græciſmum amplecti volentes, Ælios, Helios dixerunt à ſole: Galea autem pererga atque inſignia illa ornamenta Romanam antiquitatem & veterem Philoſophiam præſeferunt, quia Zodiaci vt ſigna vniuerſa ſic & Taurus ad naturam ſolis referuntur. Tauri enim forma ſolem colebant Heliopolitani olim, quem Netiron appellant. Apis item Bos in ciuitate Memphi cultu Ægyptiaco ſolis inſtar excipiebatur. Et in oppido Hermunthi vt Macrobius auctor eſt ſaturnalium primo, in celebri Appollinis templo ſoli conſecratum taurum Bachin cognominantes, adorarunt inſignem miraculis conuenientibus naturæ Solis: Erat enim auerſo pilo hirſutus, ſetis aduerſum caput tendentibus contra naturam omnium animalium, & per ſingulas horas mutare colores affirmabatur. quo curſus ſolis auerſus, & perpetuâ illa regeneratione rerum animatarum mutatio notabatur, quam ſolis calor ſuis radiis facit. Itaque gentilitij nominis originem hæc Galeæ inſignia Taurini capitis exuuio referunt. Quinetiam Rheni bicornis effigiem vicinarumque in inferiore Germania regionum principatum notant: quem à declinantis Imperij Romani temporibus domus hæc continuâ ſucceſſione obtinuit &c.* Vides, opinor, vt ducente Phygio eruderanda ſint armorũ & ſtemmatũ myſteria ex memoria vetuſtatis, ego nihil his adijciendum exiſtimo præter oſtenſionem aliûs varietatis ſcutarij ſolis, nam *Loconci Hilkradij Comites* ex Cliuenſis proſapię ſecundo genito propagati, pro gẽtilitio digmate aſſumpſerunt ſolem veluti ex rubeo ſcutulo illuſtrantẽ reliquam parmulã niuei candoris iubare, & ad indicandã ſecundogeniturã adiecta eſt cærulea laciniola infernè pinnata. Eadem arma ſunt veteris domus *Ripherſcheidiæ*, quæ à Ripuariorum limite nomen accepit. *Comites de Broich* habent encauſtum rubei ſcutuli diffun-



Cliuenſis origo.

Arma habentia ſolem inſtar ſcutuli.

A B C D

A diffundentis in reſiquo clypeo aureum lumen, cur an quia is color ſolis matutini cum ad meridicm inſtat pluuia & Familiæ eius conditor obſeruata inſtante pluuia præclarum facinus aggreſſus, tranſegit: Illuſtris domus de *Parvveis* Vnico ex ſcutulo etiam reliquum Clypei illuſtrat: ſunt etiam in Rhenano tractu variæ Equitum familiæ, in medio vmbone ſcutulum quaſi gemmam oſtendentes, & in cætero ſcuto vnius tantummodo coloris iubar; quibus ſolaris iconis interpretatio & relatio ad Æliam originem non vanè applicabuntur, vt ſunt *Keldunckij, Droſtei, Nettenhemij, Schonbergij*, aliiq; plures; inter quos *Nattenhemij*, ſicut nomine, noctis etimologiam præferunt, ita a facinore noctu fortiter perpetrato, gerunt in obſcuro ſiue atro Clypeo imaginem candidi ſcutuli minoris.



B

Cum autem Vinandus Pighius & ego à Romanis Æliorum temporibus repetimus ſcutarij ſolis iconem in armis pyropo exprimi, id eſt gemmâ, quam carbunculum dicunt, poſſes de vetuſtis Romanis opponere illud Propertij lib. 4. eleg. xi. *Pyropus in armis vetuſtus.*

C *Picta nec inducto fulgebat Parma Pyropo.*

Sunt enim qui putent ſcutariarum imaginum adeo vetuſtum vſum non eſſe, aut ſi fuerit, quædam fortaſſe ſigna ſcutis inſculpta Prouinciarum, non verò ſingulorum hominum, multo minus priuatorum, neque ea ſigna ad hæredes tranſmiſſa. Enodabo particulatim omnia.

Primo quod Propertij authoritatem attinet: dicere vult, non fuiſſe iuxta ſui æui luxum, conſuetudinem vetuſtis Romanis ſcuta tanto ſumptu & ipſiſmet gemmis ornandi, vſum alioquin antiquum pingendi ſcuta inſinuat de Tatio Rege Sabino canens. I.

D *Pictaque per flauas arma leuare iubas.*

Secundo Græcis, Romanis, Barbaris morem fuiſſe pingendi arma, omnis ab olim vetuſtas docet. Herodotus lib. 1. originem rei ad Cares refert, Tacitus lib. 2. Hiſtoriarum de Vitellij ad Capitolium ingreſſu, dicit: *Cohortes vt nomina gentium aut ſpecies armorum forent diſcreta*. addo ex varijs Scriptoribus exempla: Ægyptij ternas boas ſinuoſas cum nouem paluſtribus folijs habuerunt pro inſigni, ijdem totidem falcias cum interiectis flammulis numero inæquali. Ætholij Alcidem & in eius manibus tauri reuulſa cornua, Arcades Pana Deum aut Lunam, Argiui Bufonem, Armeni Leonem coronatum aut arietem. Aſiæ populi puſionem maximo piſci inſidentem. Athenienſes noctuam, Babilonij Columbam, Bructeri harpyam vel auem. II. *Apud omnes nationes vſus pingendi clypeos teſſeris.*

Vide Notitiam vtriuſque imperij.

cum humano capite vti gerunt hodie Principes orientalis **Friſiæ Capadoces** librani & ſeptenas Cruces, Chaldei tria vexilla, Corintus bimaris paſſis pedibus vtrimque A
mari aſſidentem Neptunum cum ſuperuolante Pegaſo. Græci duas coronas & trabem ſeu pontem ſublicium, infernè tribus vaceris pinnatum.

Hebræorum populus vti numer. 2. ſinguli *per turmas, ſigna, atque vexilla & domos cognationũ ſuarum caſtra metabantur.* Lacedemones Draconẽ igniuomum. Libiæ populi ternos lepores. Locrenſes cicadam & supernè ſidus. Macedones inter duo cornua Alcidis clauam. Medi faſcias duas teſſellatas inſtar muri latericij: Meſſenij vulpem. Peloponeſi tardas & ſecum ferentes domum beſtiolas lumacem aut teſtudinem, Perſæ auratam aquilam. Romani aquilas, Dracones, centauros, & Principum vultus. Roma vrbs Lupam conditores ſuos lactantem, & inſtitam obliquam quatuor grammatibus S. P. Q. R. inſcriptam. Schytæ fulmen. Sirij trabes pinnatas; Teſſali equum.



B

III. *Principes olim vſi teſſeris.*

Tertio non populi tantum ſed & ſinguli habuerunt teſſeras in armis: oſtendo iterum exemplis, Adraſtus geſſit in ſcuto ſerpentes conuolutos. Agamemnon caput Leonis & tænias. Alcibiades teſte Athenæo cupidinem, Antiochus Leonem cum caduceo. Arius Spartanus Rex inſeſſum ab aquila draconem Auguſtus Sphingem & alia ſigna Palamedes Tridentẽ. Pompeius enſiferum Leonem. Semiramis tres tribus maximis coronis inſiſtentes elephantos, Veſpaſianus Cæſar Capricornum, Vlyſſes Delphinum.



C

IV. *Etiam priuati habuerunt teſſeras ſcutarias.*

Quarto ne ſolis Regibus adſcribas vſum ſcutariarum Iconum adfero exempla de priuatis. Archimedes dicitur geſtaſſe ſphæram. Liſandri interfector Draconem teſte Plutarcho, Lycurgus gruem, Lucius Papirius Curſor Pegaſum, Mæcenas Ranam. *Plinius Cæcilius ſecundus in ſigillo quadriga vtebatur,* inquit in vita Plinij Ioannes Maria Cataneus & ipſe Plinius *lib.* 10. *Epla.* 16. Refert etiam Plutarchus *de Spartiano quodam qui clypei inſigne muſcam haberet, viua nihilo maiorem, cumque irrideretur ab aliis quaſi ab ignauia & metu id faceret, ne hoſti conſpicuus eſſet; imò inquit, vt agnoſcat, vſque eo enim accedo vt cernere commodè poſſint ſigni mei modum ita Lipſij Analecta ad militiam.* Idem Lipſius *de multitudine inſignium ad Poëtas* inquit, *ſi abeam quis finis.* Suetonius de Tiberio in fine libri, dicit *teſtamentum eius obſignatum* D
fuiſſe etiam humillimorum ſignis.

V. *Teſſera ſcutaria tranſierunt ad hæredes.*

Quinto non fuiſſe ſcutarias imagines vnius tantum viri aut ætatis, ſed gentilitias demonſtrandum venit: ſunt enim qui agunt quod Caligula teſte Suetonio nempe *Vetera familiarum inſignia nobili cuique adimunt* ſed hæreditarium fuiſſe certarum teſſerarum vſum æque ac nominum & cognominum exemplis oſtenditur. Ita Scipionum inſigne roſam fuiſſe tradunt, & Domitorem Carthaginis iuſſiſſe octauæ Legionis milites ſecum in triumpho Romam intrare roſis inſignitos, Frontinus authoe

A thor eſt; neque manus militum vnquam alias hilarius aut innocentius rubuiſſe, Vide infra Syntagmate 33. Gordius ex agricola rex Phrygiæ pro ſuo & familiæ inſigni aratri teſſeram geſſit. Vetus ſignum proſapiæ Imperatoris Galbæ fuit catellus in prora nauis, Seleucus Rex eiuſque poſteri anchoram hæreditarium ſignum ſcuti & clypeis impreſſerunt, Pythonis Niſibeni progenies ſecurim, Temes Thebarum conditoris familia haſtam geſſit, &c. Poëtæ qui Genealogias canere & veterum Nobilium quaſi Feciales aut Heroaldi ſolent eſſe, optimè definient an ſcutariæ teſſeræ fuerint tranſmiſſæ in filios & nepotes: tres ex toto numero producam indices Iudicesque.

Primus ergo ex Tripode oraculum det Ouidius. *lib. 7. Metamorph.*

B *Sumpſerat ignara Theſeus data pocula dextrâ*
Cum pater in capulo gladij cognouit eburno.
Signa ſui generis.

II. Virgilius de Auentino Herculis filio

Clypeoque inſigne paterentis
Centum angues, cinctamque gerit ſerpentibus hydram.

III. Seneca in Hypolito

Regale paruis aſperum ſignis ebur
C *Capulo refulget, gentis Atticæ decus.*

Ex his concludo verbis Wolffgangi Lazij *comment.* Reipub. Rom. lib. 9. cap. 13. *Quemadmodum incit. menta virtutis,* inquit, *Romanis in pace quædam domiq; fuerant: ita foris in bellis ſtimuli ad res præclarè gerendas maiores erant. dona ſcilicet militaria, prudenti ratione primum excogitata, & deinceps cum imperio ita inaucta vt quot quiſque ſtipendia feciſſet; quot coronas, & quales meruiſſet, quot armillas, criſtaſque, quot torques, quales phaleras, haſtas puras. pila baltheum, hæc omnia ſupra clypeum & galeam appoſita in bellis geſtari ſolita, cum pacis munia iterum foueret, domum regreſſus optimus quiſque ſuſpenderet; eaque ornamentorum ſiue inſignium loco longa ſucceſſione ad poſteritatem tranſmitteret, vt poſtquam inclinante imperio Marcomanni, Sueui, Boij, Franci, Gothi, Heruli Romanarum Legio-*
D *num reliquiis in limitibus Danubij & Rheni mixti acceſſerunt: quemadmodum linguam confuſam fecerunt, ita populum etiam perfecerint quendam, qui Romanorum, Teutonumque ritus & mores coniunxerit. Ex quibus non in poſtremis Arma Gentilitia putandum eſt proceſſiſſe, eaque hodie Vulgo gentilitia lingua VVappas, ſiue cancellariorum Vocabulo clenodia, atque, inſignia vocantur. Quorum vſum quondam Romana in Republica non minus atque hodie extitiſſe, mihi monumentorum ſculptura veterum perſuaſerunt.*

SYN-

SYNTAGMA III. A

De Gente Lucretia ugens de familys quarum arma in Clypeorum Centuria exprimuntur numeris 9. 10. 11. 12. 13.

POſt Æliam ſeu ſoſarem gentem, recenſenda eſt Lucretia, ſtirps, quæ in parmâ exprimit lunam cornutam ſiue creſcentem: eiuſmodi familiam refert Chroni- B
Scenvveter. con Colonienſe inter Romanas ſub Germanico nomine *Schoin-VVeder*, alia item inter Rhenanas familias illuſtris eadē habens tā in ſcuto quā galea emblemata vulgo
Hund à Saulheim. vocatur *Hund de Saulheim*, quamuis hæc pro pileo Coronam ſtellamq; triplici lunæ inter poſuerit. Inter antiqua numiſmata Fuluij Vrſini, duo argentei denarij reperiuntur L. Lucretij Trionis cum imagine lunæ creſcentis & ſtellarum, *opinor autem* (inquit Fuluius Vrſinus) *Lucium Lucretium notis his quas in altera denarij parte ſigna-*
Lucretij. *uit, cognominis ſui originem indicare voluiſſe: de hoc* (Lucretio) *Varro lib. vi. linguæ latinæ ita ſcribit: Arbitror antiquos ruſticos primum notaſſe quædam in cælo ſigna quæ præter alia erant inſignia, atque ad aliquem vſum, culturæ tempus deſignandum conuenire arbitrabatur, &c.* Gemmæ ſignatoriæ veterum Romanorum frequenter eruuntur cum imagi- C
Creſcentij. Cencij. nibus lunæ & ſtellarum, florentque etiamnum Romæ Illuſtres proſapiæ *Creſcentia* & *Cencia*, illa tres lunulas creſcentes aureas in oſtreâ parma oſtentat, hæc quæ etiam Cynthia dicta fuit in diuiſâ galericulatarum acierum concurſu parmulâ (qualem inferius Scipionibus tribuo) lunas geminat: Florentiæ tres argenteas lunulas
Deti. intra valuulum Cyanei luminis geſtat ſtemma *Detiorum*: Inter vicinos nobis Batauos vetuſtiſſima gens *VVaſſenariorum*, ideſt creſcentium, nam creſcere dicunt Belgæ Waſſen, armis Trilucretia eſt, ſeu tres lunas creſcentes argenteas in miniato clypeo
Waſſenar. Polanien. Duuennorde. Gronueldt. geſtat, & Nobiliſſimæ tres quæ ex Wa[illegible]arijs promanarunt gentes *Polania*, tres lunas ſabuleas in areola argentea, *Duuenuordia* tres ſabuleas in auro, *Gronueldſa* tres argenteas lunas in campo gramineo oſtentant. Porrò lunæ geſtamen apud Arcadas D immo & apud Romanos Senatores antiquæ nobilitatis ſignū fuiſſe teſtatur Theodorus Hopingh de Nobilitate cap. 2. n. 208. *huius verò cauſam ſic commentos eſſe, vt hac ratione rerum viciſſitudinem quæ præſertim in luna ſpectabilis eſt, ne ſolo Nobilitatis nomine nimium turgeſcerent, conſiderare admonerentur:*]

Indicium Romanæ originis. Hæc pia explicatio, cui addo aliam repetitam ex Romanâ antiquitate cauſam geſtandi lunulas, nempe ſicuti Romani, pro ethnica Vanitate iactabundi erant, vt acceptos à Maioribus pro bellico facinore Clypeos, antiquiſſimè opinatos, ad numina etiam ſua referrent, diuinamque ſibi generis radicem affingerent, ſic qui lunulas gerebant, ſuam repetebant cognationem à Luna ſeu Iouis filiâ Dianâ, eodem editâ

cum

A cum Apolline partu, quam etiam Iunonis Lucinæ, & Proſerpinæ, & Dictynnæ, alijſque nominibus compellabant. Porro quia caſtitatis amore cum paucis Virginibus venatrix Diana ſyluas incoluiſſet Faſcelis à lignorum faſce dicebatur; vide igitur Lector, quam reiectis fabulis, & retento vetuſtatis indicio, congruat Romanæ Origini in armis Vbiorum Tri-Lu-cretiorum lunula ſupra galeam cum infixo ſylueſtri ramuſculo, vti in centuria num. 9. 10. 11. &c.

EPIGRAMMA in Tri-Lu-cretias.

B *Cynthia quæ triplex reſplendet ab axe ſereno*
Indicium eſt Fidei, Martis, & Artis idem.

SYNTAGMA IV.



De gente ab Abr cuius arma repræſentantur in centuria Clypeorum numero 14.



C

IN ordine familiarum quæ ſidereo ſigno Ancilia ornant, videtur non prætermittenda Illuſtris ſidere & roſis domus *ab Abr*, quam propter vetuſtatem aliqui ex Romanis ortam ſuſpicantur, & pronum eſſet id credere ex Fuluio Vrſino proferente M. Arrij ſecundi numiſma, in quo corolla & clatrus ſtellatus exprimitur, ad hoc tamen nondum induco animum, eo quod nulla penes hanc familiam extet traditio de Romanâ origine: ne dicam contrarium à Maioribus ipſi traditum eſſe, nimirum ortos eſſe ſe ex quodam famoſo belli Duce ſub incunabula Chriſtianæ Religionis, qui fortiter aduerſus Romanos pugnauerit, quique inſigne Romanæ Legionis Aquilam extorſerit, vt quondam Parthi aduerſum M. Craſſum cuius deperditas Aquilas demum Auguſtus recuperauit. Genuinam Ahriorum originem indicat Cornelius Tacitus de Moribus German: *Arij*, inquit, *ſupra vires quibus enumeratos ante populos antecedunt truces, inſita feritati arte ac tempore lenocinantur, nigra ſcuta, tincta corpora, atras ad prælia noctes legunt, ipſaq; formidine atque vmbra feralis exercitus, terrorem inferunt nullo hoſtium ſuſtinente nouum ac velut infernum aſpectum.*

Abr. — *M. Arrius.* — *Arrij populi.*

D (margin)

Ex huius populi Duce quopiam, familiam Ahriorum deductam eſſe conſentiens Tacito opinio, nomen, & inſignium color faciunt probabile, qui vt poſteris gloriam florentiſſimæ virtutis ſuæ commendarent, nocturnæ victoriæ indices flores cum ſtella in atro ſcuto reliquerunt; Cæteri enim Germani in armorum pictura curio-

curioſiſſimi, *claris & lectiſſimis coloribus ſcuta* diſtinguebant teſte Tacito, plurimiſque A
ſæculis maiores noſtri & inſignium Feciales ſumma diligentia vſi ſunt in diſponendis armorum coloribus, contra quorum regulam cum videatur purpureus color in atro ſcuto Ahriorum pictus, duobus iam ab hinc ſæculis cæperunt ſubſternere floribus aurea foliola, ne purpureus color ſine medio atrum contingat: Verum ego ob venerandam antiquitatem & recordationem originis ab Ahrijs populis, obſcuriorem rubeum colorem in nigro ſcuto abſque interſperſis & ſubſtratis aureis foliolis pertinaciter retinendum exiſtimo, vt Ater color ardui & difficilis laboris, Roſeus verò cruentæ victoriæ ſymbola eſſe non deſiſtant.

EPIGRAMMA in arma Ariorum. B

Abria gens fulget nullis obſcura tenebris:
Ceu roſa natiuis lucet amicta comis.

Notatio I.

De aliis habentibus nomen ab antiquis populis.



Quadi. QVadios Nobiles eadem ratione ex Quadorum populo deducunt, ſicut ab Arrijs familiam Ahr ortam dixi, alioquin Quaden antiqua lingua Teuthonica eloquentem, tum etiam malum ſignificat, de iſtis verò & cognatis eorum, alia erit occaſio & locus dicendi ex memoria vetuſtatis. C

Notatio II.

De aliis ſtelliferis.



De Vualdeck. DIxi Arios ſcutum gerere nigrum & ferali tinctum colore, quaſi infernum incuteret aſpectum, eandem feralem vmbram, cum aliorum, tunc compoſitus ad terrorem Clypeus *VValdeckenſium* comitum atratâ ſua ſtella repræſentare videtur. D

NO

A

Notatio III.

De aliis ſtelliferis.

NObilitatis fulgor oculos meos perſtringens, ſæpe eos extra Vbiorum aſpe-
ctum abripit & alio defigit. Itaque diuerſum à iam dictis, Clypeum video ha-
bere Illuſtriſſimam Gentem Chiſiorum, quæ quaſi de cælo originem trahens, in
fulgentiſſimo ſeu purpureo ſcuto, ſupra ſex auricoma montium culmina, aureo *De Chiſiis.*
ſidere refulget. Quod in eminentiſſimæ authori-
tatis Virum FABIVM illum CHISIVM dictum
velim qui propter ſingulares animi virtutes, incredi-
bilem in ſcientijs profectum, nec minus ſuauitatem
B morum inæſtimabilem, à Melitenſi Legatione ad
Vbios & Orbem Chriſtianum in comitijs Monaſte-
rienſibus Angelus Pacis à S. Sede Apoſtolica, imo ex
cælo ab ipſo Deo deſtinatus eſt. Optimus Romano-
rum meritò dicēdus, de cuius Fabij meritis ſi anguſtia
notationum amplius me loqui pateretur dicerem
non modo illum humanis laudibus ſuperiorem eſſe
ſed ad imitationem B. Ioannis à Chyſijs ex cognato
C ſanguine, cæleſtibus virtutibus præfulgere, & vt
ignis ſua natura in altum vnde gignitur, aſcendit;
ita ſanctitate morum venerabili, diuinæ particu-
lam auræ vberiore menſurâ in ſe effuſam, identidem ad originem ſuam tranſ-
mittere: quo etiam vir eruditus tanti Præſulis iubare perſtrictus, breui hoc & ad
rem Heraldicam accommodato carmine alluſit.



ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO
Viro Domino,

FABIO CHISIO,

D EPISCOPO NERITONENSI SANCTISSIMI D.N. INNOCENTII X.
Ac S. Sedis ad Tractum Rheni; aliasq; inferioris Germaniæ partes cum po-
teſtate Legati de latere Nuncio Ordinario, & ad pacis Vniuer-
ſalis tractatum Nuncio Extraordinario Clemen-
tiſſimo Domino meo.

Elogium Græcanicum.

Πεπλασμένον ἐκ διὸς ἔργον.

FVlgore Ethruſca nunc mea gloria,
Perſtricta neſcit quem videat Virum,

Denſamq; virtutum choream, A
Attonita ſtupet aure, Muſa.
Radice quali Te genitum feram
Illuſtris Heros, Præſul amabilis,
Fœcundiori exuberantem
Germine, Caſtalium per agrum,
Mature vernis ſolibus artium,
Guſtum ſuauem das Sapientiæ,
Menteſq; paſcis decibatu, B
Seminij generoſioris.
Haud Chiſiorum es ramus ab arbore.
Longè altiorem ſpirat originem,
Tot fructuum vis procreatrix:
Ramus es ex Ioue factus ipſo.

Notatio IV.

de aliis ſtelliferis. C

CVm plures ſint in Prouincia noſtra Germaniaque tota, ſtellatum quaſi cœlum in Clypeo, ob Heroicorum facinorum claritudinem à maioribus habentes & oſtentantes, libet cum R. P. Syluestro à Petra Sancta dicere: ſtellas poſt lunam collocandas quaſi vigiles mundi faces, & aptas eſſe militaribus nobilium virorum teſſeris exornandis, vtpote quæ ordine pulchro exoriuntur, ſtationem ſeruant, & noctu veluti excubias agunt; ex quo etiam fit, vt ſacro elogio, militia cœli nominentur.]



Videtur etiam ratio cur in armis aſtra ſcintillent, ex perſpicacitate Heroïcarum mentium prodire & prolucere. Ita Cicero lib. 5. Tuſcul. *Nec vero Atlas* inquit, *ſuſtinere cœlum, nec Brometheus affixus caucaſo, nec ſtellatus Cepheus cum vxore, genero, filia, traderetur, niſi cæleſtium diuina (* NB. *) cognitio nomen eorum ad errorem fabulæ traduxiſſet.* D

A

SYNTAGMA V.



De Liberis Conſularibus vulgo Familia dicta Frentz Raitzen cuius arma repræſentantur numero 15. in Centuria Clypeorum.



B INter Familias Romanas deductas in Vbios recenſent noſtratia Chronica domum *Frentziorum* cognomento *Raitzen*, quaſi latino ſermone dicas Liberorum Conſularium, adeò vt appellationi Familiæ etiamnum inſit veſtigium geſti à Maioribus Magiſtratus ſupremi in libera Rep. Eſt tamen hoc loco oppido notandum, quod huius Romani ſanguinis proſapia in diuerſas easque florentiſſimas ſtirpes diſcriminetur. inter quas in Francia floret domus *Baronum de Raitz*, quæ ſuperiore ſæculo produxit *Ægidium Baronem de Raitz Mareſchalium Gallici Regni* cuius Baronatus idem nomen eademque cum Noſtratibus Frentz-Raitzijs inſignia præfert, videlicet auream crucem: Sed cur adeo ſacrum ſignum? ſi augurari fas eſt, dixerim ex
C zelo ſuſceptæ olim Chriſtianæ fidei vetera nonnihil eſſe mutata: inter claros tamen perpetuò verſatos Maiores oſtendit vt dixi conſulare Nomen. Quamuis neque ego omnibus Vbio-Romanis Familijs antiqua Nomina reſtituere vel poſſim vel intendam, cum frequenter vna cum inſignibus & arcibus, varijs ex cauſis ſint mutata. Illud tamen non prætermittendum eſſe videtur veroſimili opinione Frentzios noſtrates deduci ex Claudiorum vel Clodiorum Regulorum Gente in qua conſulatus frequentiſſimos fuiſſe teſtis eſt Suetonius *lib.* 3. laudaturque à Fuluio Vrſino ex eâ gente cudendæ pecuniæ præfectus temporibus Cæſaris *Taurus Regulus Pulcher*. Galeæ enim Frentziorum tauri caput & ceruix imponitur, cuius Hieroglyphicum
D adſcribo ex Theodoro Hopinck de Nobilitate *cap. 9. n. 161. Taurus & robuſtum & ferox animal, pugnæ aptum non aliter Germanis priſcis fuit inter ſigna, imo & bellicoſis viris propter ingenium diuinationem amplectens maximè congruum, ſparſa ſiquidem in altum arena, eoque ſtimulo ardeſcens cornibus in procinctu manentibus dum aduerſarius duello accingitur.* Et ne deſint quæ Frentzij in ſuis armis mirentur & imitari pergant, addo ex eodem Authore cætera myſteria de taurili inſigni. *Eſt* inquit n. 163. *& Taurus ducatus ſymbolum Non enim præcedit armenta degener Taurus, ſed qui magnitudine ac toris cæteros omnes vicit. Habent quoque Taurus & Leo Regis typum, ſed ille huic in hoc præferendus.* n. 165. *Priſcis trium generum Bos erat hieroglyphicum. Primo caſtimoniâ, temperantiâ, modeſtiâ & paſſionum moderatione conſpicuum virum ſignificabat; Secundò iuſtitiæ erat imago. Hinc Aaron in iuſtitiæ ſuæ teſtimonium à Deo iuſſus Bouem pro ſe, & hircum pro peccato populi immolat, & hoc ipſum eſt quod in Athenienſium nummis caput Bouinum procuſum fuit;*

Frentz-Raitzen, id eſt liberi Conſulares.

Florent etiã in Francia.


Inſignia.

Tertio tolerantiæ, moleſtiæ, & laboris ſymbolum bos eſt; Taurini capitis inſigne Ethnicis Romanis in annulis ſignatorijs vſitatum fuiſſe ex varijs monumentis, tum ex Abrahami Gorlæi Dactyliotheca liquet, profert enim num. 112. gemmam Sardam cui caput & ceruix bouis inciſa, & inſidens expanſis alis Aquila, falculis tenens lauri ramum quaſi ſymbolum Romanæ ſeu diuinæ victoriæ, annulo inſcriptum. IOVI. OPT. MAX. SACR. A

EPIGRAMMA in arma Fraintz-Raitziorum.

Cum Cruce quid ceruix & frons tauri atra minacis?
Pro noſtrâ exprimitur Religione labor. B

SYNTAGMA VI.



De Claſſe Legionis Geminæ, & Familia à Gimmenigh vbi de multitudine Colonorum Romanorum per Prouinciam &c. huc vero refer ex Centuria Clypeorum arma n. 16.



C

Cruces in armis. Vide Domini Chriſtophori Butgens Trophæa Brabantię pag. 340. vbi inſignia Winemari de Gymnich Domini in Hochſtratē & Vorſele habēt crucē dentatam. *Gemenich vicus ſtatio Romana.*

FAmiliæ quæ ob Chriſtianæ fidei profeſſionem Crucis ſigno Clypeos muniẽrint, plures ſunt, & Crucum varij ſunt colores, variæ formæ, vti armorum Feciales appellant: ſimplices, dentatæ, potentiatæ, anchoratæ, fixæ, cruciatæ, floridæ, repandæ, expandentes ſe, &c. verum ſtirps quæ latini nominis veſtigium retinuerit cum cruce, & inter alias vetuſtate excellit, eſt Illuſtris domus à *Gymenich*: ſiue nomen deducas ab appellatione quæ Legionibus frequens erat, vt geminæ dicerentur, *ſic Gemina fulminatrix, Gemina pia, Gemina fælix, Gemina victrix, Gemina Flauia*, cuius poſterioris ſcutum in libro Notitiæ vtriuſque Imperij exhibet roſeam Crucem, & quæ huiuſmodi paſſim obuia ſunt in antiquis monumentis; ſiue repetas nomen à Gymniacenſibus militibus], quos idem liber vetuſtiſſimus Notitiæ vtriuſque Imperij commemorat, & Cluerius à Geminico vico ſeu Geminiaco dictos exiſtimat, putatque locum eſſe qui in Belgio erat olim Comitatus, deinde à S. Guiberto in Cœnobium verſus, à fluuio Giam & laco, Gemblacus dicitur; ſed quicquid eius ſit; videntur ſiue Gemina Legio, ſiue Geminiacenſes milites ſtationem habuiſſe in Vbijs, & Gymnich Vbiorum pago reliquiſſe nomen: Eſt enim in Vbijs non longe à Legioniaco, vel Leggenicenſi arce, pagus antiquiſſimus ſeu potius gemini vici vel Parochiæ ober vnd nieder Gymnich à Carolo Magno in tabellario Regalis Baſilicæ Aquiſgranenſis Gymniacus dictus, *in Gymniaco & Haruia* inquit: id eſt Gymnich & Harff, D

& Harff, nota & florens eſt vtraque domus, & illa inferioris pagi Gymnich Domi-
A nium adhuc retinens olim etiam Kerpenam quam nunc Hiſpani velut Regiam ar-
cem poſſident, ex quo Ioannes primus Dux Brabantiæ eam à Geminichianis teſte
Diuæo emit. Neque obſtat huic ex Romana origine repetitioni gentis Gymnichię,
quod in Catalogis Colonorum Agrippinenſium non reperiatur, nam præterquam
quod manci ſint & vitioſi qui circumferuntur catalogi: obſeruandum eſt etiam per
Prouinciam fuiſſe Nobiles Romanos colonos diſtributos, quod interdum hoc,
tertioque libro de Aquæductu loquens, exemplis oſtendo, & Vbiorum Oppidi no-
mine totum populum comprehendo, vnde Tencterorum Legati ad Agrippinen-
ſes miſſi, rogabant non in Vrbe tantum *ſed Romanos omnes in ipſorum finibus interfici.*
B vide Tacitum lib. 4. Hiſtoriarum. Præterea in omnibus Romanorum ſtationibus &
Caſtellis Romanos præfuiſſe deprehendimus, ex ipſis Ducum in vetere hiſtoria
nominibus Romanis, & quod Cerealis apud Tacitum dicit *lib. 4. hiſt.* In his parti-
bus genitos *Legionibus præſidere & has alias que prouincias regere;* de alijs propter vetera
latina nomina accipi non poteſt, quam *de deductis olim & cum noſtratibus per connubia*
Sociatis qui hîc prouenêre, & quibus hæc patria ſit. vti eodem libro Taciti, Agrippinē- *Romani Prouinciam complerūt.*
ſes loquuntur: erat alioquin *peregrina conditionis hominibus vetitum vſurpare Romana*
nomina gentilitia: Teſte Suetonio in Claudio Druſo. Quæ etiam ad oſtendendam
Colonorum Nobilitatem & multitudinem hic repetij: & forte eandem excellentiā
inſinuat Sex Aurelius Victor in Vlpio Traiano appellans *Agrippinam NOBILEM*
C *Galliæ Coloniam*, id eſt Patritiam, Equeſtrem, & Auguſtam, ſic enim Romana no-
bilitas cenſetur: vulgati quidem albi Colonorum exiguum manipulum proferūt,
& vix minimam partem antiquæ Nobilitatis: ego verò exiſtimo Agrippinæ rogatu
vt vim ſuam ſocijs nationibus oſtentaret, in genitale ſibi oppidum & primarium
Imperij limitem, Nobiliores & plures quam Romā in vllam aliam Prouinciam
Colonos miſſos, vt ideo Oppido noſtro manſerit prærogatiuæ nominis, quaſi no-
bilior ampliorque colonia huc deducta ſit, quam vſpiam limitum. Aſt quam nu-
meroſi Coloni ad agrorum culturam alibi deducti ſunt? nempe interdum viginti
millia ſæpe octoginta millia, centum etiam & viginti millia prout Lipſius *lib. de ma-*
gnitudine Romanâ cap. 6. oſtendit vix Regiunculam fuiſſe ſine colonis maximo igi-
tur numero Agrippinenſis fuerit emiſſa Colonia, quæ prærogatiua nominis excel-
D lit, ita vt omnis Prouinciæ ager oppleretur Ciuibus & Veteranis, nec deſunt qui ini-
tium Iuliaci non Iulio Cæſari, ſed Iuliæ Agrippinæ & huic Colonorum deductioni
attribuant, & quæ ex omnibus ferme pagis eruuntur veterum monumenta, pro-
dunt frequentiam & nobilitatem Romanorum colonorum; erant verò Romani
Ciues omnes Nobiles, *magnique exiſtimauit Octauius Auguſtus* teſte Suetonio in vita
cap. 40. *ſincerum atque ab omni colluuione peregrini, & ſeruilis ſanguinis incorruptum ſer-*
uare populum.

EPI-

EPIGRAMMA in arma Gymnichiorum. A

Virtutis Geminæ Nomen, Geminæ pietatis,
Gimniacæ domui gloria lauſque manet.

Notatio I.



B

Cruces erectæ in armis multorum.

VOlueram hîc de teſſariæ Crucis origine & diſcrimine pluſcula annotare, ſed
video campum opinione latiorem, forent enim pleræque ſacræ expeditiones
commemorandæ : Vnicus olim Tarenti Princeps Boemundus Guiſcardi Apuliæ
Ducis Filius, ſacram expeditionem meditans, coccineis duabus veſtibus in tenio-
las ſciſſis & diremptis cruces compoſuit, easque aſſuit ſagulis duodecim milliũ bella- C
torum, paria de alijs Chriſtianis heroibus legimus, eas deinde cruces poſteris in hæ-
reditarias teſſeras conſecrarunt ne in Nepotibus quicquã minus Chriſtianum redo-
leret. Antiquius exemplum 28. Syntagmate dabo iu Coruinis. Benè itaque inſinua-
ueram commemoratas domos *Raitz Frentziam, & Geminichiam* mox amplexata
Chriſti religione clypeos cruce inſigniuiſſe ; ſic enim & Conſtantinus Magnus
Chriſti iugo ſe ſubmittens egit. Vnde Prudentius lib. 1. contra Symmach.

Clypeorum inſignia Chriſtus
Scripſerat, ardebat ſummis crux addita criſtis.

Paria eruuntur ex hiſtorijs Principum Familiarum cruces inter gentilitia ſigna ge-
rentium. Vti ſunt Illuſtriſſimæ domus *Aldeburgicorum* in regijs Cymbrorum teſſeris D
Principum *Calabriæ*, Ducum *Allobrogum*, & vetuſtiſſimorum *Aſperi montis Lindeniæ,*
Reckhemiq; Comitum, aliorumq; Regulorum & Nobilium à *Bilandt*, à *Mudersbach*

De Capellen in Geldria.

ab *Houelick* ab *Epſendorff* ab *Vlſt*, à *Rötgen*, ab *Hacke*, ab *Hoen de Cartelijs*, à *Romerſal*,
à *Tengnagel*, à *Capellen* & aliorum: atque in ipſis familijs ſæpè quot diuerſi rami, tot
Crucicularum diſcrimina ſunt, verbi cauſa. in his quos commemoraui de Capellen
ſtirpium diuiſio ante ſexcentos annos inchoata, omnibus eiuſdem de *Capellen* no-
minis poſteris, hæreditario in ſcuto reliquit crucem anchoratam, id eſt habentem
vtrimque repandos & recuruos quatuor extremos ſcapos, eam gerunt noſtrates

Geldri

V Geldri argenteam in campo coloris veneti. cui ramus Capelliorum de Woningen in dextro ſuperiore angulo aureum templum interſerit, ſicut de Hochkirchen qui tamen in cruce & colore differunt. Qui in Normannia & Gallicâ Bononia degunt la Capellen, eandem anchoratam crucem ſanguineam habēt in argenteo ſolo, cum tabula coloris veneti obliquata à dextro in ſiniſtrum. Sunt etiam in Artheſia dicti de la Capelle anchoratam ſanguineam crucem in perpendiculariter diuiſo habentes clypeo, cuius anterior pars aurea poſterior argentea. Res ſane multæ antiquitatis in tanta diſtantia & diuerſitate Prouinciarum. Ipſum de Capella vel Capellariorum nomen fuit ſæcularis muneris & dignitatis, in aulis Regum. atque hæc pauca de crucibus erectis. Sunt aliæ Familiæ quæ gerūt decuſſatas

In Tranſiſulana.

In Normānia.

In Artheſia

Cruces decuſſata.

B cruces, quarum argumentum ex domo Burgundicâ in multos tranſiuit Clypeos; cum enim *Burgundiæ Principes* partim pietatis & honoris cauſa erga S. Andræam, partim in recordationem illatæ iniuriæ & preſſuræ, duo commiſſa & decuſſatim confricata ligna inſcriberent vexillis, qui in militari commemoratæ Domus obſequio emerſerunt, poſterorum ſuorū clypeis intulerunt decuſſatæ crucis digmata:



Niſi alia origo Romana antiquior ſit vti explicabo hoc tertio libro Syntagmate 14. videlicet ex numero ſtipendiorum X. aut decennalibus, vicennalibus, tricennalibus votis, ludis militaribus, & triumphis; quaſi inſcriptio votorum SIC. X. SIC. XX.
C SIC. XXX. ex campo theatrali & trophæis, translata ſit in areas ſcutarias & ſigna gentilitia: Exempla integrum volumen replerent, vide infra Syntagma 14.

Notatio II.

SVnt aliquæ gentes quæ decuſſatas & erectas cruces in clypeis ſuis coniungunt: ſic *ab Horrich* in Iulia Nobiles repetentes genus ab Horicho Nortmannorum Principe. Sic *Ther Lahn Lennep* ſtirps Patritia Vbiorum. Sed ſufficit mihi principia in ſimplicibus ſignis explicuiſſe.

D DE FAMILIIS HABENTIBVS ARMA inſignita diuerſis teſſeris rerum inanimatarum.

Introductio ad ſequentes Claſſes,

Nobilium & Syntagmata &c.

IN repetenda origine Vbio-Romanæ Nobilitatis progreſſuro, poſt ſidereas & ſacræ Crucis in ſcuto imagines, dicendum eſt de Familijs quæ ſcuti ſui areas alijs quibuſdā inanimatis Signis notant vbi paucula interfatus fuero: Etenim inſigniorū

& imaginum diligentiſſima veteribus cura erat, tot colorum regulæ. tot formularum teſſerarumq́ue picturæ, tot diſcriminantes notulæ, vt Heroum Grammaticam iure poſſimus appellare; quæ tempore Troianorum ſtudioſiſſimè exculta fuiſſe videtur, vt operosè conatur Octauiano Auguſto Cæſari demonſtrare diſſertiſſimus Orator Meſſala Coruinus, oſtendens genti Iuliæ deberi ſcropham vel ſuem in auro vexillo, ſanè ſimpliciſſima & paucis duntaxat coloribus diſtincta ſcuta Maioribus noſtris erant nobiliſſima, nobiſq́ue originaria & prima videntur, colorum vero ratio ab initio accurata erat; vt Metallinus, id eſt Aureus vel Argenteus ſecundũ curioſitatem & conſuetudinèm Fecialium Nobilitatis, in omni ſcuto eluceret. Tacitus Romanus Eques & Scriptor, qui paucis res Germanorum neruosè exprimit, dicit eos ſcuta *lectiſſimis coloribus* diſtinguere, *fucatis colore tabulis* in Annalibus appellat Matthias Berengerus Tacitum interpretans quæſt. xxııı. ait: *Id quod ferè duplici fit modo, nam vel πλινθία laterculi ſunt ſiue Rhombi* (vulgo Rauten oder Wecken) *vel ῥάβδοι* virgæ lineæ Strich oder Balcken.

Metallum & color. A B

Ex his duobus variæ componuntur teſſeræ, nam fiunt acies, tigna, cantherij, ſublicæ, pali faſciæ, apices, teniæ, ſtriæ, vectes. limbi, obliquationes, decuſſationes, diuiſiones, culminationes, nubilationes &c. ſic vt alteruter color lectiſſimus, id eſt Metallinus inſit. Romani vero in Vbios deducti ſimilia in ſuis clypeis apportarunt, aut in Vbijs imitantes ſcuta ſibi finxerunt & reliquerunt poſteris, quæ nos manu ducunt ad eruendum ſtirpis originem, aut claritudinem facinorum in Maioribus cognoſcendum. nunc progredior & primo de Tignigeris dicam. C

Variæ teſſeræ.

SYNTAGMA VII.



De Familijs habentibus in armis teſſerarium Capreolum vti ſunt de Plays, de Bongart, de Wilich & de innumeris alijs, atque ad hoc Syntagma refer ex Centuria clypeos num. 17. 18. 19.



FAmilia *Plays* quæ in archiuis interdum *de Palatio* nominatur inter Vbio-Romanas à Noſtrate Chronologo exhibetur duobus coloribus; nempe nigro in ſcuto, aureo in dentatorum tignorum cantherio vel acie, quibus indubiè ſignificatur Playſos magiſtratum publicarum fabricarum geſſiſſe, ſeu ædiles Reipub. fuiſſe. Habet Fuluius Vrſinus M. Platorij (à quo nomen Playſorum non multum abludit) numiſma, exhibens prorſus eas notas quæ in Playſorum ſcuto cernimus, nimirum templi frontiſpicium ſerratum, ſeu denticulis ſtriatum culmen, ſiue ex duabus dentatis trabibus tigna vel cantherium; verum quia vt plurimum imagines clypeorum ob bellicum facinus dabantur, malo etiam aſſerere huiuſmodi capreolum, ſiue arcuatum D

De Plays & de Palatio.

M. Platorius.

cuatum

A cuatum cuneum geri à Familijs quæ virtutem pugnando in acie ſeu militari cuneo oſtenderunt, ita Nobiliſſimæ Familiæ *de Pomerio* vel *Bungart*, *Ledebur*, *Nehem*, *Rein*, *Momeſtechen*, *Herſell*, & alij culmen ex duabus quaſi trabibus, id eſt bellicam aciem oſtentantiu clypeis. Aliquæ domus plures acies in clypeo habent, videlicet in Francia *Pleſſeorum* ex qua quondam Cardinalis Armandus Richelius, à *Kendenich* (quorum arma nunc cum hæreditario officio Cubicularij *Frentz-Ratzij* habent) *Dort*, *Rennenberg*, *Vorſt*, *Rauensbergh*; *Hanau*, *Egmundani*, &c. Aliqui vnum ſimplicem Capreolum ſcutarium ſeu aciem retinēt,

Teſſerarius capreolus diuerſarum familiarum



B ſed areolam quibuſdam digmatibus ſeminant, nam dicti *Herſelli* aciem ſcutariam habent, in ſeminato lilijs campo: *VViddichij* Colonienſes Patricij tria foliola amnicolæ ſalicis circumponunt capreolo, & gentis nomen idem eſt quod ſaligneum. *Furſtenbergij* circumgerunt tria coronata leonum capita. *Piligrumi* tres peregrinantium ſcipiones addunt aciei, atque ſymbola nomini congruunt. Si autem ad bellicam originem arma referre volueris, pro comperto eſt Peregrinationum vocabulo exprimi ſacras militares expeditiones.



Herſel.

C Ita quæ ſub Friderico Barbaroſſa tres factæ ſunt pro terra ſancta expeditiones, tres dicuntur peregrinationes, & ſacri milites, Peregrini appellantur. Vide de tribus his peregrinationibus Godefridum monachum Panthaleonitam & Cæſareum Heiſterbacenſem alioſque illius æui ſcriptores. Ob militarem vero virtutem geſtari in inſignibus aciem, ſcutarios capreolos, pyramidales cuneos, ſeu faſtigiatas trabes, ex Nobiliſſimæ gentis *VVilichiæ* armis liquet; nam cum bellum geratur, offenſiuè vt loquimur, & defenſiuè, id eſt aut acie in hoſtem irruendo, aut tuendo ſe conglomeratione in globatum cuneum vel ſpiram, hinc in vtroque pugnæ genere glorioſi Willichij, præter aciem vel cuneum pyramidalem etiam rotundum gerunt in armis, quos proindè Frater meus Ioannes Gelenius Vicarius Generalis Colonienſis, & in hac materiâ doctiſſimus annotauit inter Familias Vbio-Romanas.

D Apud Florentinos in Italia nobilis domus eſt *Antellarum* puniceum capreolum in argenteo ſcuto oſtentans, cuius proſapiæ Antellanæ ethymon ſi ab Antibus deducamus, conſequenter aſſerere debebimus ſcutarium cantherium geſtari ob ædilitiam in Repub. functionem, eiuſque hieroglyphicum in gente Antellana eſſe. Tacitus lib. 16. Annal. meminit conſimilis nomine P. Anteij quem Nero adegit exitio &c.

EPIGRAMMA in arma geſtantia aciem.

Splendidè tignis patrios penates
Ornat, & ciues acie tuetur
Sanguis illuſtris, generoſa dextra
Nobilitatis.

A

B

SYNTAGMA VIII.



De ſcutarÿs. Capreolis. teſſellatis. in Familÿs quarum arma exhibentur in Centuria. num. 20 *&* 21. *&c.*



à Troien. INter Illuſtres Vbio-Romanas domos eſt dicta de *Troien* non ab vrbe Troiana tot fabulis celebratâ, neq; enim arma ſuem in aureo ſcuti campo referũt, licet plures C ex hac gente ſe Troianos in diplomatibus nominarint; verum von der Troien Teutonico nomine appellati, quod latinè Fidelem ſignificat, cognomen quod ex virtute apud Romanos promeriti erant. Fidi igitur vel Fideles Romani in gratiam Vbiorum von der Troien dicebantur, inualeſcentibus vero Francis in eorum gratiam aliqui ſe *Schallios* ſcripſerunt, ſic enim vetuſta Francorum lingua fidelis dicitur, ita *Seneſchallus* Dominicus fidelis *Mareſchallus*, fidus ſtabuli *Gottſcalgus* fidus Deo, dicebatur, vnde qui *Schallÿ & von der Troien*, olim & hodie nominati, à primâ gentis origine dicti ſunt fidi Romani, & habent vti in nominis ſignificato ita in armis ſimilitudinem, & eadem arma gerens *Libenſteinia* domus ob arcem nomen mutauit, ſignum & virtutem retinet. Si itaque Vir virtute clarus, quadratus eſt, vt inquit Ariſtoteles, id eſt firmus, conſtans, immobilis, pro accurato ſtudio D Maiorum noſtrorum in re armaria, attende depictam in inſignijs *Schalliorum de Bell* virtutem & fidelitatem bellicam diſpoſitis quaſi in duas teſſelatas acies pluribus laterculis & quadris, vt per hoc generis Auctor vel Vbio-Romanus Nobilis Colonus, ſpeciali commento & imagine de ſæpius demonſtratâ, præſertim duabus in aciebus, bellicâ fidelitate gloriaretur; deque fide Dijs hominibusque ſeruatâ & eiuſdem virtutis hieroglyphico cane teſſellatum millum gerente, aut alis ſymbolo alacritatis ſe Nepotibus imitandum proponeret. Ego florẽtiſſimæ Genti idem fidei

Fideles Romani.

Schallÿ.



ſtudium

ſtudium apprecor conſtans, æternumque & vt à cælo inſtillatum firmiùs exhibeam:
A tanquam Diuas inuoco, Bellonam, Maieſtatem, Aſtream & Iridem vt Schalliorum de Bell inſignijs depingendis auxilio ſint & colores varicgataſque teſſellas ſub miniſtrent.

Huc igitur Bellona veni, Bellona fidelis,
Militibus, pugnaque truci Dea prompta cienda;
Auxiliatrices galeas depone, cruentas
mitte acies, cape pinniculum, ſociaq; quietis
Arte acies depinge nouas, & Schallia quadra
Exprime, quadra acieſque datur queis lauſque decuſque
Auctori Gentis, priſciq; erit inſcia mortis
Æui ſancta fides, conſtans generoſaque virtus.
B *Adſis Bellona crocei decorata coralli*
Nube, & cæruleum rorem inter diſcolor Iris
Blanda, coruſca, nitens; alternos ſparge colores
Schalliacis quadris, toto circumuaga cælo
Immotum pectus fideiq; tenacia corda:
Gentis ſpectaſti pictis de nubibus olim
Nunc refer æternis hæc non peritura tabellis,
Tu quoque magnorum genitrix & diua virorum
Fautrix Maieſtas humeros iucunda ſereno
Murice, ſanguineoque rubens circum caput oſtro
C *Huc ades, incertis quæ ſcuta coloribus Iris*
Miſcet, Tu rectis ancilia dirige quadris
Oblitaque alternis trabeis quadra culmine celſo
Effer, Memphitica monumentum pyramidi par,
Poſtremas Aſtrea manus fer ſplendida, fulua:
Et rutilante coma radianti ſole fidelem
Illuſtra campum, multique coloribus auri
Fortunata diu ſeriſqae Nepotibus arma
Exprime. fauſta magis quam quæ Numa traxit ab æthrã
Pompilius, quãuis Ancilia parte reciſa,
D *Hæc etenim ſummo glomerata ancilia cælo*
Schalliacæ gentis concedunt Numina ſumma:
Maieſtas, Iris, Bellona, Aſtreaque fulgens.

Notatio I.

CVm hiſtoriam S. Engelberti publico darem arma quæ duos teſſellatos cuneos habent, exiſtimabam ad Philippum Heinsbergicum pertinere, interea accepi Doctoris Hermanni de Weſalia Chronicon Colonienſe MS. ex Reuerendiſſimi

Nobiliſſimi & pariter Doctiſſimi Prælati BERNARDI A MALINCKRODT A
Decani Monaſterienſis Bibliothecâ, ex quo didici *Luferdum de Troien* Militem & Queſtorem Ciuitatis Colonienſis, Philippi Heinsbergici Colonienſis Archiepiſcopi tumulum ædificaſſe & ſua cuneata arma impreſſiſſe.

Notatio II.

CAduceatoribus nobilitatis ex præſcripto vſuque Heraldicæ ſcientiæ ad interpretationem armorum ea firma eſt regula ., & diuina quaſi virgula, vt ortum ſcutorum gentilitiorum quærant in Belli cunis, vbi Virtus & Pompa familiarũ nobilitatem progenuerunt, ſagaciter igitur eſt in vetuſtis Clypeis meditandum an ſcutaria ſigna & verba conueniant ſplendori vel rebus militaribus, vti hic fit in aciebus teſſellatis. Iulium enim Cæſarem dicit Suetonius Tranq. *in vita C.46. In expeditionibus teſſellata & ſectilia pauimenta circumtuliſſe.* Hoc ad pompam Caſtrenſem deinde ad B
virtutem diſciplinamque ſpectat quod Dion Nicæus in Auguſto C. 9. dicit : *Ii qui ſunt grauis armaturæ quiq; vtuntur ſcutu longiſsimis, ad alas inſtruuntur, & reliquos inſtar laterculi circundant.*

Ex cauſa gerendi in Clypeo teſſellatas vel laterculatas acies, eodem argumento interpretanda veniunt arma Comitum *Naſſouicorum*, qui in ſcuto diſcretis laterculis ſeminato, generoſiſſimum oſtentant, veluti cohortibus armatis obuallatum leonem. Eadem ſignificatione comites *Cratzÿ à Scharffenſtein*, ſparſis in Clypeo laterculis. tranſuerſam, *Barones ab Hæneck* perpendicularem, & Nobiles *Oeſtÿ* obliquam C
inſtitas vel haſtas interſerunt.


Notatio III.

Kleppinge. SVnt alij qui cuneos ſiue pyramides in armis diuerſis imaginibus exornent, ita enim Clyparti ſiue *Clepingi* Nobiles Tremonienſes, quos Carolus Magnus Imperator ex Cis-Rhenanis & Clypiaco Franciæ in Saxoniam, vel antiquum Vbiorum Interamnium tranſtulit, hi inquam Clypeati Nobiles in argenteo ſcuto oſtentant atrum cuneum tribus aureis arietum capitibus inſignitum, ſed non eſt modo inſtituti mei omnia Illuſtria nomina & arma atque origines pertractare.

SYNTAGMA IX. D



De familiis vectigeris vel Barriferis quæ habent antiquiſsimos Clypeos & aliquot recenſentur in centuria num. 20. 23. 24. 25. 26. &c.



PRogrediar nunc in armorum Vbio-Romanorum examine ad notitiam familiarum, & explicato cantherio, ſimplicem cantherij trabem ſeu dimidiatam aciem

A aciem exponam. Ea verò dum in armis exprimitur pro vario ſitu variam habet vim ſignificandi, nam ſi perpendiculariter vel ſurſum erecta trabs ponitur, pali figuram & nomen habet. Si obliquè inclinatur, cingulum militare ad ſuſpendendam pharetram, haſtam puram, baltheum, cuneum quadratum extenſumq; refert, imò viam ſemitamue, aut vectem, vel aggerem, tanquam monumentum laudabilis facinoris ac virtutis, cuius cauſa quondam generis Conditor tali inſigni fuerit à Principe donatus

Quid figura vectis in armis.

Eâ ratione inter Vbio-Romanas familias in Chronicis Noſtratibus ſtirps PANTHALEONTIS ſeu de PANTHALEON vocata, ſcutum obliqua & in altum ſurrecta ſemita diuiſum geſtat, quales in ſacra Prophanaque hiſtoria noti ſunt accliues tramites montium, & arcium, cuiuſmodi & ad rem noſtram apud Parnaſum deſcribit Liuius lib. 2. Dec. quintæ: *Aſcendentibus*, inquit, *ad templum à cirra priuſquam*
B *perueniretur ad frequentia ædificiis loca, maceria erat ab leua ſemitæ paulum extans à fundamento, qua ſinguli tranſirent, vbi ad eum locum peruentum eſt, qua ſingulis eundum erat, primus ſemitam ingreſſus PANTHALEON ÆTOLIÆ Princeps cum quo inſtitutus Regi* (Eumeni) *Sermo erat, tum inſidiatores exorti ſaxa duo ingentia deuoluunt: quorum altero caput ictum eſt Regi, altero humerus ſopitus, ex ſemita proclius in decliuè multis ſuper prolapſum iam ſaxis congeſtis, & cæteri quidem etiam amicorum & Satellitum, poſtquam cadentem videre diffugiunt. PANTHALEON conſtanter impauidus manſit ad protegendum Regem.* Habes hic hiſtoriā PANTHALEONTIS Ducis, qui laudatur de fide & conſtantia in
C Eumenem Regem, Romanorum ſocium, impensâ loco arduo difficilique calle, quo ſingulis tantum patebat aditus: An huius PANTHALEONTIS poſteri inter veteranos Agrippinenſes fuerint, vel acquiſito Romanæ vrbis iure Coloni in Vbios miſſi ſint, aut aliquis ob ſimile factum nomen Phanthaleontis aſſumpſerit, & monſtratæ fidei imagines clypeo ſuo inſcripſerit, nolo pertinacius diſquirere, licet non multum abludat etiam in clypeo Pantaleontidarum ab Eumenis Regis vulnere in capite humeroque, quod noſtri Panthaleontidæ gerant corollam & ſpeciem armillæ, ſed hæc longius nempe 170. annis ante Chriſtum natum, repetita exiſtimo, fateorque nihilominus & in notatione ad primum Syntagma oſtendi, Nobilitatis
D originem & inſignia longiſſimè ſolita erui ab ipſis familiarum Authoribus, quare & Græca nomina aſſumebant, vt vetuſtiſſimi viderentur. Iam præter imaginem deſcriptæ à Liuio ſemitæ meo quoque iudicio Panthaleontidæ Vbij gerunt potius in armis martium arietem id eſt, trabem inclinatam, ſeu vectem, vt enim cognoſcas arietis bellici machinam repræſentari, ad ſuperiorem partem non mihi videtur armilla, ſed trabs vncinulis & ſpinteribus affixis munita, præparatis quaſi ad ſuſpendendum eum vectem, erat enim aries machina vt ab Ammiano Marcellino *lib* 23. deſcribitur trabs munita æreo arietis capite quâ ex fune ſuſpenſa pulſabant & ſubruebant mænia ſic domus Principum *Badenſium* (licet *pade* ſemitam arctam ſignificet) in aurea clypei area, non ſemitam ſed ſanguineam trabem oſtentat: nam arietis cornua galeæ impoſita geſtat, & ſunt Nobiles Rhenanæ familiæ pluſquam quindecim,

Phanthaleontida.

Plures familia vectigera. Paden.

cim, earumque nonnullæ eiuſdem originis, quæ ſimile gerunt ſignum, ſiue illud A
Balteum, ſiue vectem militarem, aut haſtam, ſiue viam arduam, & in ſublime ten-
dentem ſemitam, aut obliquam faſciam & Barram interpreteris. Inter quas fami-
Mulheim. lias Nobiliſſima Vbio Conſularis à *Mulheim* Balteum vndu-



Roma. latũ & inſtar fluuij ſinuoſum geſtat. Ipſa Vrbs Roma origo
& fons omnis fermè Nobilitatis huiuſmodi rectam in clypeo
geſſit teſſeram, quatuor Grammatibus S.P.Q.R. inſcriptam.
Et apud Argentoratenſes florere dicunt à Iulij Cæſaris tem-
VVetzel à Marſilien. poribus Nobiles *Marcellinos Vectelios* vulgò Wetzel von Marſi-
lien/ qui vectem argẽteum in purpureo campo gerũt, quem-
admodum Ciuitas Argentoratenſis viam purpuream in cam-



po argenteo. Hæc autem de qua potiſſime loquendum fami- B
lia Romano-Agrippinenſis nomine Panthaleontis ſupra ga-
leam etiam gerit ex aurea corona emergens Hirci caput, atq;
Meller. Stirps *Meller* apicem ſimilem cum huiuſmodi ſcuto geſtat.
Talis autem armorum ornatus res veteribus vſitata fuit, re-
fert enim Ammianus Marcellinus in Principio lib. 9. *aureum
capitis arietis figmentum interſtinctum lapillis pro diademate geſtaſſe*
Saporem Regem Anno Chriſti 359. in oppugnatione vrbis
Amidæ, & Plutarchus in Pyrrho *agnitus* ait *fuit ab eximia criſta & cornibus hircinis* No-
Portz. bilis familiâ *Portz* ob perfractas celerrimè hoſtium portas nomen habet, & in ſcuto C
vectem gerit, ſupra galeam verò alas quaſi ob velocitatem adoriendi VECTEM
Oeſt. ALATVM virtutis monumentum habeat. Sic Nobiliſſima familia vectigera *Oeſtia*
nomen à perruptis oſtijs accepit, Et domus vectigera Baronum *de Horrion* dicitur
quaſi horror Ianuarum vel Horrei ianua. Quæ pleræque Stirpes vectigeræ ſi ſan-
guinis origine ſibi non ſint cognatæ profectò fortitudinis aliarumque virtutum
æmulatione ac teſſeris familiares & pares ſibi ſint: Aliquos etiam vectigeros Nobi-
les idem generis initium cum noſtris PANTHALEONTIDIS habere ex ipſorum
archiuis eruitur; etiamſi nomen & nonnihil arma mutauerint. Ita familiæ Ecke,
MALSEN, DRVTEN, in armis vectem gerunt & pullularunt ex PANTHALE- D
ONTIDIS Vbijs, nam cum anno 1249. *Otto Geldriæ Comes* aſſiſteret *VVilhelmo Hol-
landiæ Comiti* conſanguineo ſuo in Cæſarem Coloniæ electo, & Gelder diutius mo-
raretur in Panthaleontidarum arce iuxta B. M. V. in Liſolffskirchen parochialem
Colonienſem Eccleſiam, ſenioris *Bartholi de Panthaleone* Equitis filium iuniorem
Bartholum Equitem in aulam ſuam tranſcripſit filioque Reinoldo præfecit. Hic
Bartholus de Panthaleone iunior Eques ædificauit arcem ECKH Pater octo E-
quitum ex Domicella *VValburge de Maurick*, quorũ Senior Gerardus de Panthaleon
ab ECKH ſeptem fratres & 14. filios Panthaleones Equites auratos duxit. 1347. in
feſto S Bartholomæi ad prælium contra Leodienſes: vbi Panthaleones ſymbolo tri-
coloratarum plumarum ſe internoſcentes, cauſam dederunt inſigniendi inpoſterũ
galeas

A galeas tricolore plumeâ criſtâ. Ex his viginti duobus Equitibus deſcendunt Panthaleontidæ qui de ECKH, de MALSEN, de DRVTEN, &c. cognominantur, & vectem ſeu militarem arietem vel ANGVSTAM AD AVGVSTA ſemitam armis repræſentant.

Cum autem tot ſint in Vbiorum Prouincia Claræ ſtirpes quæ ſcutum obliquâ faſciâ inſigniant, libet eius ſcutarij ſigni aliquanto plures adferre origines; poteſt enim aliquibus eſſe recentius talis ſcuti initium. Nam qui prælium Woringanum ſcripſit, de nocturnâ quadam Brabantinorum pugna inquit. *Faſciola Brabantinorum.*

Faſciola obducunt alba ſua ſcuta Brabanti
Hoſtibus immixti ſeſe vt dignoſcere poſſint.

B Fœderi autem Brabantino tunc contra Geldros ſociati erant Agrippinenſes hinc idem author de prælio Brabantinorum poſtea aduerſus Geldros apud Woringam habito canit.

Interea adueniunt quos clara Colonia Ciues
Inter Patricios numerat, queis publica cura
Res erat, &c.

Itaque recentior origo faſciæ poteſt aliquibus eſſe ex eo cum Brabantis fœdere. *Haſta pura donum.*

C Poteſt alijs vetuſtius & quidem Romanum initium eſſe, vnde ſupra haſtæ puræ verbum inſinuaui, pura haſta dicitur quæ ſine ferro eſt, qualis hodie Colonienſibus Conſulibus ab Ephebo faſcium loco præfertur, res antiquiſſima: *Romani viros fortes ſæpè haſta donarunt* inquit Feſtus, *Haſta pura* interpretatur Lipſius de Militia Romana Polybium explicans, & ipſe Polybius inquit: *Ei qui hoſtem percuſſerit, haſtam donat, qui vero deiecerit & ſpoliauerit pediti quidem phialam, Equiti phaleras, olim autem haſtam tantum.* Quod poëma de antiquo vſu Haſtæ ciuilis & militaris, his verſibus proſequitur.

Iam quoniam mores pœnaq; & præmia ſeruant
Vſque bonos, hiſque exemplis ſtat bellica virtus;
Magna quoque egregij merces ſiat haſta laboris,
Ergo aliquis vallum ſi forte inuaſerat vltro,
Et ſpoliis hoſtem exuerat ſi mœnia princeps
D *Scanderat, ante omnes, ſi ſigna reuulſerat audax*
Inter diuerſos virtutum & laudis honores
HASTA pro merito PVRA donatus abibat
Taliter obtinuit faſtis & robore clarus
Sicinius, victorque tulit numero octo decemque.

Nec puræ haſtæ abſimile donum eſt eburnei ſcipionis de quo Sic Tacitus lib. 4. cap. 26. *Repetitus ex vetuſto mos, miſſuſque è Senatoribus, qui ſcipionem eburneum, togam pictam, antiqua Patrum munera daret, Regemque & ſocium ac Amicum appellaret.* *Scipionis eburnei donum.*



SYNTAGMA X.

De familÿs gerentibus vectes teſſelatos quarum Clypeos huc refer ex Centuria num. 27. 28. 29. 30. 31. 32.



VTi poſt rudes ſeu ſimplices cuneos deſcripſi teſſellis variegatos, eadẽ ratione procedo in vectibus deſcribendis: vectem verò teſſellis variegatum habet in in inſignijs inter Romanos noſtros Colonos Gens *Bern Sauiorum* quam latini Aproniam dicunt, cuius conditor ſi ad arma & nomen reſpicimus omnino videtur B
aliquis Vectius Aper. Porro Vectiorum apud Hiſtoricos & Vectilianæ in Cæliomontio domus frequens eſt in Romanâ hiſtoriâ mentio. Sed & quidam Vectij Apri gentilitium nomen habens laudatur ab Ælio Spartiano, vbi de Didio Iuliano agit ſub initium: Nec Aprorum infrequens nomen eſt etiam in Conſulum faſtis: quidquid autem ſit de cauſa & occaſione cognominis, Vectij Apri Romanâ appellatione & origine pro armorum digmate gerunt teſſellis variegatum vectem aut ſemitam, aut balteum, tot enim modis id genus inſignium vocari in præcedentibus dixi. Ille autem ornatus ſemitæ, & laterculorum varius ſplendor denotat, primum quidem quod Conditor iſtius gentis eo veſtimenti & armorum genere fuerit conſpicuus, ſecundum eam vero cauſam etiam indicat virũ nobilem debere virtutibus C
eſſe variè adornatum, teſte Theod. Hæping. de Nobilitate *ca. 6 n. 1365. omnes* inquit *qui Nobiles nati ſunt ÿ legem quandam ſibi impoſitam intelligant neceſſe eſt, vt maiorum præclarè geſtis inſiſtant, arduam & aſperam crebriſq; ſentibus inuiam prærupto ac difficili aſcenſu, quam multæ inſidiæ velut perpetui hoſtes infeſtam habent capeſſant, delitias voluptatis cõuiuia & quæ iſta ſequuntur & imitantur, illecebras, libidines, amores, cupiditates, ambitionẽ iracundiam fugiant ne potius fumoſas imagines quam veram nobilitatem habere dicantur.*

> *Tota licet veteres exornent vndique ceræ*
> *Atria; Nobilitas ſola eſt atque vnica virtus.*

NB. De Caſtro Marſiaco Burgundi, & Cybi Illuſtriſſimi apud Genuenſes ex Græcia orti vectẽ gerunt teſſellis vel cubis variegatũ. Ibid. Centurionij, & Adorni, atque Neapoli Thomacelli. Virmũdt *Gulpen Scheiding.*

Cum autem de familia Bernſauuiorum vectem variegatũ teſſellis, in inſignijs gerente, apud noſtrates certum habeatur, eam ex veterrima Romana Nobilitate in V- D
biorum oppidum deductam fuiſſe, & Romano nomine Vectios Apros appellatos videri dixerim, conſtet autẽ de Illuſtribus familijs Baronum de Virmundt Dominorum de Nerſen & Anradt / atq; illorum qui de *Gulpen & Scheiding* appellantur inſignia, Bernſauiorum inſignijs valde eſſe affinia, nihil dubitandum videtur quin eæ familiæ ex communi aliquo ſtipite diſcretæ eandem originem ex Romanis repetãt, tum propter eximiam illarum familiarum vetuſtatem, tũ quod eadem planè in colere & numero laterculorum habent arma, ſcilic. in campo argenteo vectem variũ, later-

A latercculis nouem aureis totidemq; nigris interſtinctum: *Gulpea* Gens etiam purpureum dentatum limbum adiecit. In galeæ apicibus aliquanto maius diſcrimen eſt, neque mirum id eſt, cũ familias in ramos diſciſſas oporteat diſcrimen aliquod præferre. Superiori vero opinioni non aduerſatur quod conſtet Barones Virmuntios ex Haſſia conceſſiſſe in Vbiorum Prouinciam ante annos circiter ducentos, cum enim ſciamus à Carolo Magno inſtitutas familiarum tranſmigrationes, & his acceſſerint aliæ ob belli vel nuptiarum cauſas translationes, exiſtimare oportet Virmuntios in priſtinum potius agrum & ad cognatos olim Colonos rediſſe quam tunc primum adueniſſe.


B

EPIGRAMMA in Vectigeros.

Vectis dura domat, virtus robuſtior iſto
Sternit Lernæum & proterit omne nefas
Inuia virtuti via non eſt, ipſa phalanx eſt
Arduus & trames egregiumq; decus.

Notatio.

C Video frequenter in monumentis, antiquiſſimiſque Clypeis *Bernſauiorum* Veterum aliquos, ſubijcere teſſellato vecti, aream ſcuti metallo & colore in ſemiſſes tranſuersè diremptam, ſicuti etiam gerunt *Schœnradij*, ſupra num. 31. Immo nonnullos Romanam canitiem redolentes *à Bernſauu* dictos, prætermiſſo vecte, alterno lectiſſimo iubare ſcutarium campum irradiare, vti videre eſt num. 32. quod armorum genus frequentiſſimum eſt apud omnes Prouincias. Noſtrates vero Barones ab *Harue* & *Schenkerni de VValdenburg* clabulam ſcutarij pontis bicolorato campo inſcribunt, alij alia digmata, ob maiorum virtutem conceſſa. *Bernſauv.*



Harue. Schenkern.

D

SYNTAGMA XI.



De gente Bilaca Anatina vulgo de VVilach & de Einatten quorum inſigne repræſentatur nu 34. in Centuria vetuſtorum Clypeorum.



Linea quæ ab humero ad imum obliquè ſcutum diuidit, interdum Pontis, plateæ,

Einatten VVilach. vel aggeris ſpeciem habet, ſic antiquiſſimæ familiæ *Einatten* & *VVilach* idem geſtantes inſigne, nempè in argenteo clypeo ſanguineum aggerem & ſex ſanguineas anates quaſi aquæ nitidæ innatantes, dicuntur ex Romanis tranſplantatæ in Vbios, & quondam latinâ linguâ appellati gens *Bilaca Anatina*, vocabulorum veſtigium *Anatina Bilaca.* manſit clarum vna aut altera litera nonnihil variata, vulgare enim eſt Germanis B. in W. vertere, res verò ſignificata in inſignibus integra repræſentatur: Anates nempe & Agger quaſi in duos lacus ſcindens aream armorum. Hæc quondam ad Prænobilem. *Ioannem à VVilack in VVengen & Nyenhauen* ita luſi. A

VVilacha Romilidum priſco gens ſanguine creta
A binis lacubus Bilaca dicta fuit
Conſpirant veteres ceræ cum nomine, binas
Stirpis enim in clypeo diuidit agger aquas
Innatat hiſce trias fulicarum hinc precor omen.
Sit ſtirpi fælix auſpicio Triadis. B

Notatio I.

CÆras appello ſcutarias imagines, non quod eæ in prœlijs cereæ fuerint, ſicut in atrijs gentilitiæ; ſed quod eodem modo ad hæredes tranſmitterentur & inter ceras atriorum ſæpè inſignia ſuſpenderentur.

Notatio II.

Romani habitabant ad aquas. GEns Bilaca nomen & arma habet aut ab egregio facinore patrato in aggere, veluti Cornelius Tacitus *lib.* 1. *Annal. cap.* 12. dicit Cæcinam ſuum militem ab Amiſia ad Rhenum reduxiſſe *per anguſtum tramitem vaſtas inter paludes, quondam à L. Domitio exaggeratum, vbi cætera limoſa, tenacia graui cœno, aut riuis incerta erant.* Aut Bilaca dicitur, quod lacubus adhabitarit, nam emeriti & Coloni, agris Prouinciarum à Romanis donati omne colebant rus, & propter pecorum pecudumque copiam prædia ſecundum aquas eligebant, poſſem id vbiuis territorij ex monumentis oſtendere, eadem nunc, eadem culturæ ratio præteritis ſæculis fuit, Pellimur modo & Gallo-Haſſorum eruptione vaſtamur. Maiores noſtri pulſi & peſſundati ſæpius ſunt à Barbaris: ceſſerunt, reuerterunt, reædificarunt fundorum & ſanguinis hæreditatem tranſportarunt ad poſteros. vtinam ante aliarum Nationum populos vetus & nobiliſſimus ſanguis Romanus agri Agrippinenſis, prædijs ſuis & ſucceſſioni reſtituatur, & virtutem ac fidem catholicam Romanam pergat in ſeros tranſcribere Nepotes. D

NO-

A

Notatio III.

DE coloribus argenteo & purpureo in clypeo Einattorum &c. obſerua eos militibus ad prælium progreſſuris ſolitis dari. Vnde à Valerio Maximo *lib. 1. cap. 6.* de Craſſo hæc dicuntur. *Ducturus erat à Carris verſus Parthos ei pullum traditum eſt paludamentum cum in prælium exeuntibus album & purpureum dari ſolet.*

Singulorum colorum interpretationes prætereo: videt enim beneuolus Lector me ex antiquitatibus inſtructum ſat magna dicendorum copia, vt particularibus nimium immorari non conueniat.

B

Notatio IV.

GEns *Schenemontia* ex Patria Lymburgenſi. gerit quoque obliquam tæniam, & vtrimque adpoſitas tres apodes aues, & Gens Marcana *de Holteij* ſimiliter, niſi quod hæc tæniam obliquam inſigniat, alio ſcutulo cruciato.

SYNTAGMA XII.

C



De Familia Gartzen à Sintzich cuius clypeus exhibetur in Centuria numero 34.



NOn intendo omnium Illuſtrium Familiarum totius Prouinciæ noſtræ fontem, & clypeorum exegeſin perſcribere, eo quod id alio ſpectet & iuſtum volumen poſtulet, quæ tum demum exactè conficientur, ſi Marco-Durani à Marco Vipſanio cum Vbiorum oppido conditi, aliæque infra & ſupra Coloniam ſociæ Ciuitates, paulatim dederint ſuarum maximè Iuliacenſium Arcium & Nobilium D Colonorum origines: Vt tamen ſtudioſus exordiorum Nobilitatis amator & indagator, ex attenta meditatione dignatum, quæ in clypeis oſtenduntur, cognationes eruat armorum & ipſorum Armigerorum. occaſione inſigniorum quæ ab *Einattis* & *Gymnichianis* geruntur, pono ob oculos arma *Baronum Gartziorum à Sintzich*, quæ iſtis duobus cognata ſunt ſibique mutuo congruunt, quaſi ex eodem Maiorum atrio decerpta & conflata: Einatti enim vti in Centuria clypeorum num. 33. habent in argenteo ſcuto duas triades ſanguinearum auicularum pedibus & roſtro exarmatarum, ſupra galeam vna ex auiculis repetitur inter bina argento crocoque variegata cornua: Gymniachiani vti oſtendit Centuria clypeorum num. 16. *Gartzen à Sintzich.*

in argenteo ſcuto croceam gerunt crucem, galeæ inſidet alba auis & niger inſigitur A
ramus ſurcui aut paluſtrium gladiolorum, vel iuniorum, cuius vſus ex antiquitate militiæ veteris ſeruatus, in galearum ornatum tranſijt, dum ſub prima bellorum incunabula fæni & paluſtris herbæ manipulos pro ordinum ſigno erigebant, vnde huiuſmodi ramuſculus (& quidem apud omnes nigri coloris) aut ſcutaria vel plumaria panicula (nam plerique in plumarios gladiolos ſeu Gallinacei pennas mutant:) frequens eſt in antiquiſſimis armis, vt infra de pluribus cum alia interpretatione repetam; nunc pergo conformitatem armorum oſtendere. Itaque Gartziorum de Sintzich arma exhibentur triplicia in diuerſis monumentis, & libro haſtiludiorum Nuptialium Sereniſſimi Principis Ioannis Iuliæ, Cliuiæ, Montium &c. Ducis celebratis anno 1587. In monumentis inquam & eo libro, clypeus Gartziorum B
quadri-partitus in binis argenteis areis croceas ſex apodas aues oſtendit, Gymnichianam autem Crucem argenteam in crocea area (ita enim ob quadrifidam diuiſionem ſcuti conuenit ne omnes quatuor areæ eſſent ex metallo abſque diſtinctione) ſupra galeas Gartziorum arma tripliciter variantur, quidam enim cum Einattis habent inſidentem Galeæ croceam auem, & cum Gymnichijs nigrum paluſtrem ſurculum aut infixam paniculam aliqui ſupra Galeam Einattorum cornua cum aue; Tertij demum inter cornua auem & ſurculum habent, cum vtriſque Einattis & Gymnichijs: Floruit etiam Familia *Sygell de Gurtz* in aureo campo tres croceas anates habens, & ſupra Galeam anatem cum nigro ſurculo. Deindè paria forent dicenda de Familijs in Alſatia dictis *Berckheim* & *Andlavv* quorum inſignia Gymnichianis congruunt, & vita S. Ottiliæ iſtis Romanam originem aſſignat. Ex quibus C
colligitur has ſtirpes veterrimas ab initio vti armorum, ita ſanguinis parem deriuationem ex eodem, vt dixi, Maiorum atrio trahere.

Segell de Curtz. Berckeim Antlavv.

Si vero, quod ſimilitudo armorum loquitur, hæ ſtirpes communia quondam exordia atriaque habuerunt, foret de principio diſcriminationis in plures ramos coniectandum ex initio vocabuli caſtrique Sin-Zeiche, cuius (vti lib. 1. pag. 25. in Syntagmate 4.) origo cæpit cum reiectis auſpicijs, oſtenſum de cœlo crucis labarum Conſtantinus Magnus inter caſtrorum inſignia intulit, quaſi arma gentilitia antiquiſſimas domus Sin-Zeichiæ dicant, antiquato exarmatarum volucrum auſpicio, ſanctum ſignum Crucis proponi poſteris ſuis in bello fiduciæ Chriſtianæ monumentum & calcar. *Vide lib. 1. Syntag. 4. de Oppidio Sinzeigh & Cruce pro auſpicijs.* D
E diligente conſideratione aliorum inſignium ſtudioſus indagator, ſimilia facilè eliciet.

EPIGRAMMA ad Gartzios à Sintzich.

Gartzia de Sintzich ſtirps floreat inclita, cuius
Auctor Romanis claret originibus.

SYN-

A

SYNTAGMA XIII.



De Manlijs Capitolinis vulgo de Raitſtock vbi de ſtirpibus qua gerunt planos vel conuexos orbiculos. Refer huc ex Centuria clypeorum numeros 35. & 36.



B ETſi omnes nationes ex bellicâ virtute Nobilitatem ſuam celebrarint, nulla tamen clarior Illuſtriorque olim Troiana, deindè Romana Nobilitate fuit. Vnde tanquam ex fonte claritudinis & Generoſitatis ab Vrbe Orbis Domina pleræque Illuſtres domus ſuam originem adnituntur repetere, verum quæ ad ipſam arcem Romanam principium ſuæ gentis referat eſt Vbio-Romana ſtirps *Rauſtock*, *(Raitſtock.)* quaſi de Rupe vel Cippo-Capitolij. Id Cognomen Capitolinum fuit in gente *Manlia*, *(Manlij.)* ita Tit. Liuius dec. 1. lib. 6 *Quem propè cæleſtem cognomine certè Capitolino Ioui parem fecerunt*, Antonius Auguſtinus Epiſcopus Ilerdenſis in libro de familijs Roman. de Manlio ait: *Vrbe captâ à Gallis, in arce Capitolina, dum anſeres obſtrepunt, hoſtes adeſſe intelligens, eos deiecit ex cuniculo qua aggreſſi arcem erant.* Geſtat Vbiorum Raitſtockia *(Arma Raitſtockiorum.)*

C ſeu Capitolina gens in aureo campo atram plateam tribus orbiculis tralucentem vel perforatam, quæ ſcutum tranſuerſim ſcindit, quaſi faſcia Byzantinorum nummorum ſtipendio ornata, ſupra galeam vir pectore tenus emergit tectus caput vitta nocturna. Cum igitur Agrippina quo vim ſuam ſocijs quoque nationibus oſtentaret, in oppidum Vbiorum in quo genita erat, veteranos Coloniamque deduci imperaſſet, qui ex Colonis de progenie Manlia, Capitolini cognomentum Romæ quondam eiuratum, aſſumpſit, vt ſanguinis claritatem & vetuſtam originem ſocijs quoque nationibus oſtentaret, atram plateam quaſi cuniculum cum tribus reſpiraculis, *(Aurelius victor de Viris Illuſtribus.)* & nocturna vitta inter imagines ſuas geſſit in ſociali



D oppido, ad quod ornandum erat deſtinatus. Hęc armorum paraphraſis, ſtirps dicta de *Opendal*, *(Opendalij.)* id eſt de patulo profundo eadem habet arma, quæ etiam propria ſunt Familiæ *Ilem de Meitinghoue*. *(Ilem de Meitinghoue.)* Cum autem Raitſtochiorum inſtita in Colonienſibus Baſilicis ſæpè exhibeat orbiculos non cauos ſed prominentes, quam ſpeciem Feciales dicunt Byzantinos nummos, *(Byzantini nummi.)* ſicuti videtur Raitſtochiorum clypeus æneus in choro Metropolitanæ Colonienſis, ſub ſtatua S. Iacobi Apoſtoli: hinc libet in gratiā *Benthemiorum* *(Benthemij.)* Comitū *Sickingiorum, Staelorū &c.* de Nobilium, qui Clypeos ſuos orbiculis ornant, attexere ex R. P. Syluestro à Petra ſancta explicationem orbiculorum: *Feciales* inquit *appellant nummos Bizantij, typos teſſerarios impreſſos eâ figuratione, vt monetam orbe ac metallo referant: ſunt autem qui putent ijs no-*

taris

tari ſtipendia Heroum in expeditionibus ſacris: Alij pertinere arbitrantur aut ad ærarij ſupremos Præſides ſeu Regios Quæſtores: aut ad ſummos Dynaſtas qui monetam propriam cudendi ius ac poteſtatem habent. Ego ſimilitudinem in eis agnoſco lati claui, ex auro argentove in veſtibus eorum qui fuerunt in primario Magiſtratu: ſiquidem ex alterutro fiunt metallo ſemper nummi Bizantini in arte rei teſſerariæ: ſicut ſemper fiunt ex colore aliquo liba ſcutaria ſeu placentæ ſymbolicæ: Atque hæc pariter etſi vocantur liba ſeu placentulæ, fuerint lati claui ex purpura aliovè rei veſtiariæ colore.] Hactenus P. Sylueſter a Petra ſancta A

Globi in armis. *Vide Vegecium de re militari lib.3.cap.19* *Gronsfeldt.*

Addo ex Aulo Gellio *lib 10.cap.9.* Orbiculorũ vocabulũ militare eſſe, quo conſtructæ in circulum vel gyrum acies appellantur; ſic etiam dicimus *militum globos.* Atque ad exprimendum prouinciarum quaſi, terreni Orbis dominatum frequentiſſime occurrunt in antiquitatibus & plani & conuexi orbiculi: *Pilam* inquit Iſidorus *in ſigno conſtituiſſe fertur Auguſtus, propter nationes cuncto in orbe ſibi ſubiectas, vt eas magis figura orbis oſtenderet.* Gens GRONSFELDICA, quæ quaſi Granifeldia, id eſt Granicampia, à Granio Corioualli & Thermarũ in Sunicis ſiue *Aquiſgrani* Principe, orta dicitur, tres ſanguineos orbes in aureo campo geſtat, originem res habere potuit abs aliquo facinore militari, quale fuit, quando *Carioualda* pro Romanis Dux Batauorũ à Cheruſcis circumdatus *collegit in orbem milites vt ingruentes catervas globo frangeret.* Vide Corn. Tacitum *lib.2.Ann.* Sunt in Sunicis ſiue tractu Moſano prope Traiectum ſuperius, aliæ antiquiſſimæ domus arma huiuſmodi globis vel conuexis orbiculis inſignientes. Romulei enim ſiue *Rommel in Hetzingen,* ſupernè duos, infernè vnum geſtant ſanguineos globos, inter quos nigra inſtita tranſuerſim ſcindit clypeum. Et *Huynni ab Anſteradt,* qui nomen ab Hunnorum ſanguine vel victoria induerunt, ex quibus orbi datus eſt generoſiſſimus & excellentiſſimus D. Godefridus Comes ab Huin, Baro de Glehen Campimariſcalcus ſacri Romani Imperij. Hi inquam Huinni ſtirpe veterrimi, cruci in octo ſerpentum ora deſinenti, quaſi quadruplici (vti V. Syntagmate dicam, & ſicut etiam Dobbelſteinij gerunt) anchora tres adijciũt orbiculos. Printhageni eoſdem gerunt globulos, quæ huiuſmodi hoc Syntagmate explicata ex armorum cognatione ſæpe oſtendunt ex eodem atrio originem ſtirpium. B C D

Rummel ab Hetzingen. *Huin ab Anſteradt.*



Gronsfeldt.

Atque hæc ſatis de clypeorum rotundis digmatibus. Ad Coriouallum reuertor, creditur à quibuſdam eruditis Valckenbergium, id eſt mons Falconius, ſed probabilius congruentiusque vijs & tabulis itinerarijs, eſt Gronsfeldicum municipiũ, antiquitas huic opinioni momentum addit, accedunt lepores & luſus ingeniorum coniecturantium, à quo vicinæ thermæ, nunc Imperialis Sedes Aquiſgrani nomen habent Granium Ducem, conditorem arcis Graniſfeldicæ, nunc Gronsfeldicæ. Deinde vero alterius Ducis Carioualdæ nomen detorquetur ex Theutonico Kornſeldt, quod ſignificat frumentarium vel granarium campum, ſic ex ſignificatione

A tione eadem duorum ducum, geminum loci nomen profflueret, vt Gronsfeldicum & Corioua llum appelletur ſicuti ſunt binomina loca, in limitibus Germaniæ verſus Bohemiam & Pannoniam.

EPIGRAMMA in Capitolinos.

Nobilium virtus araſque focoſque tuetur
Pro quibus obſcuras non fugit ire vias.

B

SYNTAGMA XIV.



De Stipendiarijs veteranis quo refer ex Centuria Clypeos numero 37. 38. 39.



PLatearum ſeu inſtitarum tranſuerſim ſcutum diuidentium variæ interpretationes ſunt; vt etiam de vecte dixi, ſed vt plurimum quadratum cuneum militarem
C ſignant, cenſet ita qui Auguſta norum inſignia explicat. Quam plurimæ ſunt inter Vbios cũ hac armorũ teſſerâ ſub diuerſis colorib' ſtirpes vti *Anſtelà Segenhouen, Giſenbergh, Horſt, Raſvelt, Veltbrugge, Bodelsvvinge* & cæt.



D qui puram inſtitam gerunt æmulantes *Auſtriacam* domum, alij figuris inſcriptam habent; ſed ex veteranis in Vbios deductis ſe oſtendit Domus *à Solido* cognominata, cuneum gerens quatuor decuſſatis cruculis X X X X inſcriptum, vt ſe dicat ex veteranis quadrageſimæ legionis vel quadraginta ſtipẽdiorum deſcendere, quadragena enim ſtipendia notare ſummum iuſtæ militiæ tempus de Scuero Cæcinna inſinuat Tacitus *lib. 1. & 13. Annal.* Integrum autem ſtipendium, à Romanis ſolidum ſtipendium dicitur. Germani à Solido *Soldner* ſtipendiarium appellant. Sic Cluuerius lib. 1. cap. 8. interpretatur ex Cæſare genus militum noſtrate lingua *Solduriorum* dictum, nunc huiuſmodi ſcutum cum cuneo ſignato quadragenario numero inſculptum eſt ſepulchro *VVilhelmi Solidi Domini in Bornheim & Buſchfeldt* qui ante annos

Vide ſuperius Syntagmate ſexto.

X

Vide ſupra Syntag. 6.

annos quadringentos fundauit Nobile Monaſterium Capellenſe: Familia hodie A *de Buſchfeldt* eadem habet inſignia, & ſimilia quæ ab arce *Landsbergh* dicitur, & qui *de Genth*, & de *Quernheim*. Proſapia *Heimbachiana* cuneum talem duplicat in armis, & ſupra galeam intra duo cornua vel proboſcides oſtentat manipulum mariſci ſeu paluſtrium gladiolorum, *Lintzenichÿ* tres decuſſatas cruces inſtitæ circumſpergunt.

Reck.

Reckia domus cuneum habet aureum ternario laterculorum numero miniatum, quaſi Maiores veniant ex Triarijs, aut tertia Legione, ſeu ob Triumuiratum ſæpius aditum glorientur, alioquin vetere Germanorum vocabulo Heroëm dicebãt ein Reck. *De Gemen* itemque *Dudingi* ſimilem gentilitiam habent teſſeram & exprimitur in Vbio-Romanis muris Prætorij nunc Parthenonis S. Claræ. Dion Niceus in Auguſto cap. 9. oſtendit laterculos ex re militari in gentilitia arma promanaſſe, B. ait enim: *Ad alas inſtruuntur, & reliquos inſtar laterculi circumdant: cæteri quorum ſcuta ampla ſunt* &c.

EPIGRAMMA.

Nos veterana manus aſſuetaque pectora bello
Illuſtres faciunt ſtirpe domoque viros.

Notatio I.

De armis Malingrodiarum, Volmundeſteniorum, Reckiorum, & Rombergorum.

DIxi *Reckiorum* arma eſſe inſtitam vel cuneum tribus inſignitum laterculis, nam ea primordialia ſunt horum Heroum, quibus deinde iunxerunt, in argenteo ſolo tres nigras plumas ſeu potius tria oblonga, in literam Y. Pythagoricam ſic diſpoſita, foliola vt confluentibus quibus increuerunt petiolis, inſerantur orbiculo vel annulo in ſcuti centro. Hoc ſignum gente Volmundeſteinianâ in Reckiorum ſtirpem deſinente; in horum clypeum acceſſit: translata vero creditur ex Gallicanâ in D. Saxonicam ripam Nobilis gens in tres diſſecta ramos, cuius vna ſtirps, à fluminis Volmij vel Volmidi ibidem rupe dicta eſt *Volmundeſteinia*, altera Romanæ originis ethymon retinens Romano pyrgia vel *Rombergia* appellatur, tertia ab aſſignato arduo nouali malignoque ruto, dicta videtur *Malingrodia* (vocabulum Quatrodiæ cisRhenum olim Quadriburgi nomine idem ſignificat) harum familiarum arma trifoliata, planè ſibi conueniunt, & ſunt cognata, ac Volmirupeorum ſeu Volmiſteiniorum hæreditas armaque inſerta ſunt Reckiorum genti. Ipſius autem folialis digmatis origo, etiam in Romanis antiquitatibus fundatur; cum præter vetuſtiſſima alia indicia, vetuſtas clarè reperiatur in Notitiæ vtriuſque Imperij libro, ante-

mille-

mille ducentos annos ſcripto, & per Sigiſmundum Gelenium edito ante annos A centum: in hoc enim Codice *inter aurea inſignia Viri Illuſtris Comitis largitionum priuatarum* exprimuntur oblonga foliola. Cum itaque arma ſint hieroglyphica caracteresque Heroum, hæc trifoliata ad pietatem interpretando (nam & ſpirituales virtutes exprimebat priſca nobilitas in ſymbolis ſuis) explico ſignificare: mundanæ quouis foliolo plumave leuioris triplicis gloriæ æſtimationem æternitatis orbitæ & Circulo innexam. Licet autem ex Volmudſteiniorum ſcutario ſchemate, valeã edicere argumenta magis congruentia rei militati, prælubuit tamen in eam piã ſententiam legere Heraldicos caracteres. quia ex Volmundeſteinijs nõ pauci eccleſiaſtici Metropolitanæ Colonienſis & Illuſtris ibidem S. Gereonis aliarumq; eccleſiarum Prælati & Canonici emerſerunt, quodque caput eſt, clari opinione ſanctitatis. B Memoratur enim ad 5. Octobris diẽ in Menologio Ciſtercienſi B. *Guervvicus* de Wolmudſtein *Monachus qui ex potentiſſimo Domino humilis cœnobita inter Benedictinos factus,* (primum Sigbergæ) *deinde in eremo VValſaſſenſi vbi Ciſtercienſibus Monaſterium conſtruxit, eorundem inſtitutum amplexus eſt, ibidemque ſanctiſſime vixit & felici ſine quieuit.* Vide Bauariam ſanctam, Bruſchium, & alios.

NB. De familia Volmẽſtein Marcana Weſtphala vide MSCM Bervvordij & archiua.

5. Octob. B. Guervvicus An. 1133

Gotſchalcus de Wolmudſteine ex Canonico Metropolitano Colonienſi Sanctus Monachus Heiſterbacenſis. *Vide Menolog. Ciſtercienſe 7. Martij. Cæſarium Heiſterbacenſ. lib. 9. cap. 2. & 67. & in Homil de Natiuitate Domini.*

7. Martij B. Gotſcalcus Anno 1185.

Gertrudis de Wolmiſtein ſancta & religioſa recluſa celebratur in Menologio Ciſtercienſi 15. Februari. Sufficiat hoc ſanctum trifolium trifoliato clypeo Wol- C mudſteiniorum.

B. Gertrudis 15. Febr.



Notatio II.

De armis inſignitis decuſſato Clathro.

Verbo hîc meminiſcendum de armis quæ areolam totam implent decuſſatis crucibus, ſeu potius laciniolis in decuſſim ſe mutuo reuincientibus. Sunt enim peruetuſta à Caduceatoribus rei armariæ, Cancelli & Clathri dicuntur, geſtãtur diſcriminari coloribus à Comitibus *de Daun* (quod nomen ſepem ſignificat, & D eo ſigno exprimitur) *à Marſukiis*, *à Biberſtein* in Miſnia, *Sechelleſijs* in Francia; & in noſtra Prouincia cis Rhenum à *Zeuellis*, trans Rhenum à *Merueldis*. Atque hi poſteriores tam armis quam cognomenti ſignificato conueniunt, nam vtrumque marinum campum ſignificat, & Zeueltij vetuſtâ opinione originem ſtirpis ſuæ credunt fluere à Ciuili Batauo præpotente & Regia ſtirpe Duce contra Romanos, cũq; Romanos, Iulium Ciuilem dixiſſe, qui ab auitis poſſeſſionibus, de Zeueldt, id eſt de Marino campo nomen hæreditarium haberet: ita detorquebant nomina Cornfeld, id eſt frumentarij campi in Carioualdi, Erenueſti in Ariouiſti, Sigenmayeri, & Sigengaſti in Sigomeri & Sigeſti iuxta mollitiem ſuauitatemq; auris & linguæ Romanæ.



SYNTAGMA XV.



De Legione Linteata & Gente Lintelaria cuius inſignia repræſentantur in Centuria Clypeorum: num. 40.

Lintlair. ESt inter Vbio-Romanas familias quædam nomine Lintlair, quaſi Linteatam appelles, nam Germanicè inſtitam aut tænias, ein Lindt dicimus, ſic tænias ſericas, ein ſeyden Lindt; quamuis vocabuli Lindt ethymologia videatur à lino ſumpta, B & Lintlar propriiſſimè linteatum, aut lineâ faſciâ cinctum ſignificet. ſane ſcutum gentilitium, lintelariæ ſtirpis, tænias, faſciam, aut cingulum præ ſe fert, ſiue ex linteo ſiue alio quouis genere conſutum dicas; ſcinditur enim ſcutum tranſuerſim, quaſi faſcia aurea filis & laciniolis variegata, dentato autem opere liliatoque circumtexta & reticulata, vnde videtur quidem veteranus miles & Colonus in Vbios deductus, *Lintea Legio.* gentis & nominis armorumque originem retuliſſe ad Linteatam Legionem, tanquam è Samnitium Nobilitate deſcendẽs. De præcellentia eius Legionis Tit. Liuius decad. 1. lib. x. inquit. *Primoribus Samnitium decem nominatis, ab Imperatore eis dictum: vt vir virum legerent, donec ſexdecim millium numerum confeciſſent; ea Legio linteata ab integumento conſepti quo ſacrata Nobilitas erat, appellata eſt, his arma inſignia data & criſtatæ* C *galeæ vt inter cæteros eminerent.* Noſtris temporibus militiæ Duces Balteis liliato reticulo fimbriatis thoracem cingunt, ſed ſericis non linteis.

Cum autem Lintelaria gens in roſeo ſcuto aureis dentatas lilijs tænias gerit, qua ſu purpuram aureo cingulo aſtringit, occurrunt ea arma paſſim in Baſilicis Coloniẽſibus, & exprimũtur in deaurato Sarcophago SS. Ewaldorũ in Eccleſia S. Cuniberti.

Inſigne Prouinciale Alſaticum, videtur non multum diſſimile, ſcutum nempe ſectum, obliqua inſtitâ reticulatâ, vel- *Antiquitas ſcuti: tæniati.* uti mitella, ruteâ vtrimque prætextata. Videtur vero huiuſmodi teſſerarias inſtitas aut zonas, & metalli colorumque iubar, ac profectum in ſcuta ex veſtibus vſum, inſinuare Phil. D Cluerius Germ. Antiquæ *lib. 1. cap. 16.* cuius verba adduco, quod huic & ſequenti Nobilium claſſi bellè congruant. *Cæterum* (inquit) *cum quædam inſignia pro laterculis latiuſculas habeant zonas patria lingua Balcken, id eſt trabeis dictas, quarum tres plerumque conſpiciuntur tantum binis coloribus ita vt duæ candidæ vnam nigrã includant, vel duæ puniceæ vnam fuluã, duæ cæruleæ vnam candidam, & e diuerſo: quæ & ipſa ob hanc ſimplicitatem, inter vetuſtiſſima habentur inſignia: hæc quoque ſagis olim fuiſſe intexta, quemadmodum ſcutis adpicta haud dubium eſt.*




SYN-

A

SYNTAGMA XVI.



De Balteatis, Accinctis, & laudatis vulgo von Loeff, Atque ad hoc Syntagma refer ex centuria Clypeum nu. 41.



E Romana vetuſtate deriuatum conſtat, vt milites propter virtutem Balteo donentur. Erat autem Balteus cingulum ſiue zona ex coreo argenteis aureiſque quadrangulis, vel teſſellis ſuper corio contextis, vel etiam defluentibus bullis fulgens, ſic enim Propertius ait lib.4. eleg.11. *Balteus.*

B

Præbebant caſi baltea lenta boues:

Ornatum Balteorum deſcribit virgilius Aeneid. lib.12.

Balteus & notis fulſerunt cingula bullis.

Et Claudianus lib.11. de raptu.

Parthica quæ tantis variantur cingula gemmis.
Regales vinctura ſinus.

Bullato tali Balteo donari, cingi, accumbere magna gloria fuit. A Balteo nomen habet Familia *Beltersheim*; habens argenteum Cingulum in purpureo ſcuto cruculis ſeminato: Deinde huiuſmodi duo cingula purpurea argenteis bullis ſeu romboidibus ornata in aureo clypeo oſtentat in Vbios deductus quidem Veteranus, qui genti ſuæ nomen reliquit de *Laude van Loiff*, quaſi poſteri maturè laudem & gloriam militaris cinguli promereri debeant, nam *laudata virtus creſcit & immenſum gloria calcar habet.* & Tit. Liuius ſub finem lib.2. dec.1. *addebantur, inquit, laudes quibus haud minus quam præmio gaudent militum animi.* Quemadmodum his verſibus exprimitur. *Veterani laudati.*

C

Stabat in aggeſta ſublimi ceſpite terræ
Dux belli, & multis verborum floribus ornans
Commiſſum facinus iungebat munera dictis
Inſpectante acie, ſtimuloſque addebat in hoſtes.

D

Sunt non paucæ familiæ Baltigeræ, quæ hæc inſignia imitantur, atque fortè ex eadem gente originem ſuam ducunt; nam fons Nobilitatis eſt Romana virtus, & eſt Romana in Vbios Colonia riuus, vnde Germana Nobilitas, Romanæ fortitudini corriualis, digmatum ſuorum ſimilitudinem & ſtemmatum originem hauſit, latiſſimeque diffudit. Vnde tot Balteos atque tænias cum bullis, teſſellis, lunulis, roſis, floribus, folijs, ſtellis, alijſque ornatibus inter arma conſpicimus, ſpeciatim de-

ſtellatis Balteis (quod propter *Veſtrumiam in Summeren, Bongardiam*, aliquaſque Noſtrates ſtirpes repeto) inſinuat Trebellius Pollio in Gallieni filio Salonino Gallieno minore (eſt is quem Coloniæ Poſthumus obſedit, cæpit, & interemit) de hoc inquit Trebellius *cum cingula ſua pleriq; militantium qui ad conuiuium venerant, ponerent, hora conuiuij Saloninus puer ſiue Gallienus his auratos conſtellatoſque balteos rapuiſſe perhibetur, poſtea rogati, cincti accubuerunt, cumque ab his quereretur cur non ſoluerent cingulum, reſpondiſſe dicuntur Salonino deferimus: Atque hinc tractum morem vt deinceps cum Imperatore cincti diſcumberent.* A

Balteorum quoque præcipuus ornatus prouenit ex fibulis quibus conſtringuntur; & fibulas gerere in armis veteris, indicium nobilitatis eſt, quia propter virtutem in bello dabantur, res per antiqua, nam in libro Notitiæ Prouinciarum imperij Romani temporibus Arcadij Honorijque Imperatorum, inter inſignia viri Illuſtris Comitis rerum priuatarum diuinæ domus, pinguntur fibularum dona, immò vetuſtius, apud Liuium lib. 27. legimus. *Tum puero annulum aureum; tunicam lato clauo, cum Hiſpano ſagulo ET AVREA FIBVLA, equumque ornatum donat*, & 9. belli Macedonici: *Quintius alter Prætor ſuos Equites catellis ac FIBVLIS donauit.* Ioannes Smit in libro de Batauorum oppido *pag.* 42. *&* 43. multa de fibulis veterũ eleganter tradit. Ex quibus omnibus colligitur beneficiarias fibulas, quondam inter congiaria & donatiua bellica fuiſſe, hinc in Germania ſcutarias fibulas geſtant *Boiſij à VValdeck, Steinrodij ab Heligenhouen*. Pincernæ *de Schmidbergh, Nagelij*, &c. In Gallia verò *Pourquei. Villei, Graullei, Maleci, Bounneboti, Groſmeniti, Vellei, Boiſi, Stuarti, Drugeli*, &c. B C

SYNTAGMA XVII.



De Ceruinis nigris vulgo familia Schvvartz vom Hirtz, vbi de Carafis, & Rottkirchijs, &c. Atque huc 42. & 43. refer ex centuria Clypeos num.



D

NEcdum à commentatione in Baltigeros recedendum eſt, nam varias tænias ſeu Balteos in armis aſpicimus. Eſt enim in Vbijs, inter veteranos à Claudio Cæſare miſſos Gens appellata *Nigrorum de Ceruo* (vtrumque autem cognomen & Nigrorum & Ceruinorum, frequens eſt in Romanis monumentis) hæc gens in argenteo ſcuto tres purpureas habet tænias, tranſuerſim ancile diuidentes, qualiter Homerus Agamemnonis clypeum pluribus vijs & ſemitis diſtinctum depingit *Iliad.* 11. dicuntque olim belli Imperatorem cuidam Ceruino vulnerato, tribus prioribus digitis à vultu abſterſiſſe cruorem, vnde eas lineas clypeo inſcripſerunt,

Nigri Ceruini.

A ex eâ ſtirpe Ceruinorum Coloniæ (non ex Polonia) quidam Illuſtris Eques cum Germanis Cæſaribus in Italicam expeditionem profectus, gentem Caraffarum Principum condidit, qui eadem inſignia habent: Nomen verò Carafæ quod lagunculam ſignificat, impoſitum eſt tranſlatæ in Italiam familiæ, quod Vbius Eques ſedandæ ſitis cauſa, in æſtiuis coloribus, vti armis ita lagenula accingeretur, alij volunt à Principe laudatum Vbium his verbis *cara fe* id eſt, *cara fides* vel *caro fio* id eſt, *care Fili* & hinc promanaſſe Careſeorum nomen, vel quia mater ei dicatur fuiſſe ex Patritia gente Vbia Waſſerfaß id eſt de ſitula vel aquea vrna. Sunt qui tænias tres Noſtratium Nigrorum habent mutato colore, & ſunt qui eaſdem tænias duplicant, vti *Comites de Reineck* Colonienſes Burgrauij, *de VVeuelinghouen*, Barones *de Reidt*, & *Eluerueldij* cum alijs apud Vbios Proceribus.




B Cum anno Chriſti 712. Aduerſus Mauros plures Germani Equites auxilia Hiſpanis ferrent, inter præſtantiores quidam Vbij fuiſſe putantur, & ex hac gente Ceruina *Guilielmus Ceruera*; & *Guilielmus Ramon de Ceruello* recenſentur nominibus non nihil Hiſpanizatis, qui alioquin Guilielmus de Ceruo (*vom Hirtz:*) & Guilielmus Romanus de Ceruulo (*vom Hirtzlein*) fuiſſent dicendi: Hinc auguror tot ex Vbio-Rhenana nobilitate arma ſua Maurorum capitibus aut Hermis ornaſſe, vti inter



Integer vitæ ſceleriſque purus non timet Mauri. *Explicatio armorũ de Rottenkirchiorũ.*

C alios qui ex Clematijs Romanis ſe de Rubea ſteſſa ſcribunt, Æthiopum capita ſagittaſque clypeo addentes, quos R.P. Garneueldt Carthuſianus Colonienſis ſuſpicatur dictos fuiſſe de Rubea ſteſſa (von der Roderſteſſen) corrupta voce ex barbara clypei inſcriptione quæ erat DV Roijs de FEESSA) von der roden ſteſſen. Sed mihi videretur fœlicior coniectura, ſi dixiſſet nomen *ſteſſe* mutuatum ab ESTEPANA Granatæ oppido, quod *Aſtapa* Liuio eſt, & Nauagerius putat *Steppam* barbare dici, vel vt alij ESTEPAM, quem locum Moralis vult



D alium, collocandumque ad XENIL fluuium dicit *Aſtapam* Oppidum à Liuio nominatum.

Deindè eſt Prænobilis & antiquiſſima Patriciorum proſapia de Rottkirchen ex Ceruinis orta, vel in Ceruinorum gentem inſerta (nam auitis in atrijs Ceruinorum imagines paſſim oſtentat) Hæc etiam detruncatum Æthiopis caput laciniola tæniatum in ſcuto geſtat, veluti geſtiens *Contis infigere vultus occiſorum Arabum*: Atque vt ex Fecialium rei armariæ regulis colligas non domeſtico aliquo facinore, ſed aliundè importatas eſſe imagines familiæ Rottkirchiæ; ea ſymbolicam parmulam partitur duobus luminibus, à dextro angulo ſupero ad læuum imum angulum, vt referre videatur Zodiaci circuli perinde obliqui partem illā quæ nobis aduerſa eſt: quaſi Heroū characteribus linguaſq; ſic arma loquerētur.

Ex:

Ex plaga Longinquæ Regionis cum his cæſi Æthiopis ſpolijs Aurati reuertimus in Vbios. A

Nam poſtea quoque à Siciliæ Cyprique Rege olim aliquis Rottkirchius Eques torque donatus fuit. Ad hunc modum plures ſunt Coloniæ & in Vbiorum tractu familiæ, quæ opinionem habent quod pullularint ex vetuſto Romano ſanguine Colonorum in Vbios deductorum, licet tum nomine tum armis plurimum diſcrepent. Nam Romana, vt ex Tacito dixi, nomina primitus fuerunt Teutonizata: Inſigniorum verò mutandorum occaſionem pietas, vel varia facinora heroica præbuerunt. Interdum etiam hæreditarij fundi nouum cognomen dantes, priſtinam ſuſtulerunt appellationem, poſteaquam enim Conſtantinus M. Cæſar pro militibus lege Flauia B indulſit, vt agri attributi ad hæredes tranſirent, dici à paternis & auitis fundis cæperunt proſapiæ, ſic à locis quidem aliud cognomen hæreditariè tranſcripſerunt poſteris & mutatis armis incertum cui ſtemmati accenſendi veniant, licet communiter certam habeant opinationem Maiores ipſorum origine eſſe Colonos Romanos, hoc modo commemorata familia Rottkirchia, poſſet videri accepiſſe vetus nomen mutuatum ab antiquiſſimo Vbiorum pago Rodenkirchen, ea tamen fallit opinio: hic enim pagus quondam à S. Materni funere dictus Reukirchen id eſt C apud luctus eccleſiam, poſtea paulatim Rodenkirchen id eſt rubea eccleſia appellatus eſt, non Noualium eccleſia, quæ Rottkirch nomine ſignificatur, nam quis fere ſub mœnibus Coloniæ enatas & erutas ſyluas diceret? ab alijs igitur lege Flauia adſignatis noualibus accerſendum erit nobile hæreditarium cognomen, quod idem commune eſt tranſplantatæ in Sileſiam familiæ, quæ mutuæ neceſſitudinis iura adhuc colit, & à condita ibidem arce Rottkirchia dicitur variato non nihil clypeo in aliud eiuſdem interpretationis emblema vbi enim nobiliſſimi in Vbijs Rottkirchij auratum Clypei campum nigerrimo Mauri capite pingunt, Sileſij oſtentant detruncata tria nigra volucrum in aureo ſimiliter ſcuto capita, quibus cæſi prædatoris gloriam ſignificari ex regulis Heraldorum oſtendam, cum de auium ſignis egero D Syntagmate 36. De Rottkirchiorum Romana Origine extat carmen ad eius familiæ Religioſum nudipedem mundana proterentem.

————primo ætatis tuæ
Te flore, Voluit ſæculi ereptum luto.
Fauor Tonantis: illico hinc rumpens moras,
Nudiſque pedibus Ordinem ingrediens ſacrum
Ieſum es ſecutus. Limine in primo, vt nihil
Tardaret animos maſculos, cum honoribus
Stemmatis auiti decora conculcans pede,
Nomenque pariter nobile, ac perquam Vetus
Rottkirchiorum (*fama quos Roma exegit*)
Meliore mutans omine.



SYN-

A

SYNTAGMA XVIII.



De Claſſe Clematiorum, vel Epimetheorum, vulgò de Kleingedanck & à Mommersloch, vbi de familiis quæ vtuntur inſtita cochleata, & de lacu ad monumenta vrſulana. Refer vero ad hoc Syntagma Clypeos ex Centuria numer. 44. 45. 46. 47.



B

CLematia gens græco vocabulo quaſi ſcalaris dicta, à Romanis temporibus in Vbijs floret, pro armis geſtans inſtitam cochleatam, vel gradus parmulā trans uerſim diuidentes. Eadem arma ſunt *Manderſcheidtiorum*, ex *Kerpenſium*, & *VVittelsbacenſium* Comitum, *Brendeliorum de Homburgh*, aliorumq; Procerum. At Clematij noſtri ab olim Germanico nomine ſeſe donantes *Cleingedanck*, & *Mommersloch* appellari voluerunt, quâ in appellatione crediderim Germanos ad ſuum ſermonem nonnihil detorquentes Romanum nomen Clematiorum, primo Cleinmuth & Cle-
C math id eſt, puſilli animi vel menſuræ nomen exſculpſiſſe, & ampliore demum trāsmutatione non inſueta Maioribus, deflexiſſe in Cleingedanck id eſt paruæ cogitationis, tanquam abſque cunctatione reſoluti, timorem negligentes, & minimè perplexi ſint ad fortiter agendum: Appellatio verò *de Mommersloch* à loco habitationis impoſita eſt, vbi enim nunc eſt parthenon *Virginum S. Apolloniæ in Mommersloch*, olim fuit ſuburbana habitatio Clematiorum iuxta monumentorum lacum nunc fere expletum, qui quod Sanctarum vndecies mille virginum monumentis vicinius eſſet indè nomen traxit, & Clematia gens agri iſtius domina *Mompterslacia* cæpit dici. *Mompter* enim monumentum dicimus: ſic fatetur Teſchenmecherus conſarcinator Cliuicæ Hiſtoriæ dū pagos *Obenmompter* & *nider mompter* ad ſuperius & inferius mo-
D numentum dici in antiquiſſimis monumentis mecum reperit, hinc etiam *Buchelmumpt* quaſi cliuus monumentorum dicitur, eſt enim pagus iuxta Coloniam in cliuo veteribus monumentis diuite, vti muro ædiculæ parochialis vtrimque inſertum monumentū Romano-gentile conuincit. An Clematiorum genus idem Clementium Romanorum fuerit dubitaui aliquando, quod Clemens Romanus Conſul ſalieni à ſaliendo nomen ſibi adſciuiſſe videatur. Apud vbios ex Clematijs ante annos trecentos floruit Illuſtris Baro Hildigerus, qui ædes ſuas (nunc Collegium Batauorum ſacerdotum & habitatio Clariſſimi viri L. Schnellij prope S. Laurentium) Coloniæ cognominauit ad ſteſſam id eſt ad gradus, quaſi *Eſtaſe vel ſtegge*, & in monu-

Clematia Gens.

Klingedāck

Lacum monumentum.

mentis paſſim ſcribitur *Hildegerus de rubea ſteſſa.* vndè autem quidam ramus ſtirpis *Pauonia* cognominetur de *Mommersloch* vel de Monumentorum lacu dicam vbi de Pauonijs egero. Quia verò Clematij maiorem partem agri Vrſulani poſſedêre, hinc in illas Diuas ſingularem munificentiam omnino trium diuerſis temporibus Clematiorum inuenimus. Inter quos fuit Clematius qui temporibus S. Seuerini circa annum Chriſti 355. baſilicam Sanctarum Virginum *de proprio & in loco ſuo reſtituit* ita enim habet monumentum DIVINIS FLAMMEIS VISIONIBVS FREQVENTER ADMONITVS VI VIRTVTIS MAGNÆ MAIESTATIS MARTYRII COELESTIVM VIRGINVM IMMINENTIVM EX PARTIBVS ORIENTIS EXHIBITVS PRO VOTO. CLEMATIVS VIR CONSVLARIS DE PROPRIO IN LOCO SVO HANC BASILICAM VOTO QVO DEBEBAT A FVNDAMENTIS RESTITVIT. A B.

Quo quidem Monumento plurimum illuſtratur vetus Colonienſium hiſtoria. Nam cauſam reſtituẽdæ eccleſiæ videtur præbuiſſe vaſtatio quã illo anno intulerãt Germani diuturna obſidione vrbis Agrippinenſis, Deindè erudimur ex eodẽ monumẽto Clematios Monumento-lacenſes eius fundi fuiſſe Dominos, nec in hoc ſecum pugnant verba monumenti quod *ex oriente* Coloniam venire compulſus fuerit per flammeas imminentium Virginum viſiones Clematius, & nihilominus templum *in ſuo* reſtauraſſe ſcribatur. Scimus enim Romanis temporibus, maximè à Conſtantini M. initijs frequentes fuiſſe Romanis Nobiliſſimorum peregre ſuſceptas profectiones magiſtratuum gerendorum gratia. Eſto igitur quendam è Clematijs virum Illuſtrem Alexandriæ ab vxoris Græculæ matre ſocru ſua (quod Ammianus Marcellinus in principio libri XIV. inſinuat) ad probrum ſollicitatum, ſed repulſum amorem in odia conuerſum ad calumniam & mortem pudiciſſimum Vbium rapuiſſe, Cum itaque ex Oriente vt inſinuat Ammianus *plurimi acti Laribus extorres & opulentæ domus & claræ claudebantur,* tunc huius Clematij interfecti Nobilis aut filius aut Conſanguineus, auitas Vbias poſſeſſiones repetens & voti reus ob ſuorum calamitates in oriente, & viſionibus cæleſtibus exagitatus *in loco ſuo de ſuo,* id eſt in hæreditario fundo ex proprio peculio vaſtatam Sanctarum Virginum eccleſiam reſtauraſſe potuit. Hoc inſuper ad Colonienſium & Clematiorũ laudem addo, videri mihi Seniorem Clematium illum Alexandrinum ex Vbio Romanis oriundum pro caſtitate non tantũ ſed & pro fide, Martyris titulo dignum, licet de profeſſione Chriſtianæ fidei nihil afferat Ammianus Marcellinus, qui Chriſtianis rebus infenſiſſimus, fidem noſtram pro ignominia cenſebat. C. D.

Clematius Vbio-Alexandrinus.

Notatio I.

De ſteſſa.

Qui ex Clematijs nominati ſunt de Rubea ſteſſa, cochleatæ inſtitæ capita Æthiopum adiunxerunt, quale hodie gerunt Nobiles Rottkirchij, quod autem cœperint eam Iconem addere ſuis imaginibus, volunt plerique referre ad Hildegeros Clematios de ſteſſa qui ante annos trecentos floruerunt, Ego vbi de Ceruinorum gente

ago,

A ago, altius eam rem repeto ab anno Chriſti 712. non multum antequam apud Vbios floreret S.Hildegerus Archiepiſcopus.


Notatio II.

Manderſcheidt.



EX Lyskirchiorum archiuo obſeruo Kleingedanckios etiam dici familiam Negligentium & Epimetheorum, aſſeriq; ex eis ortos Manderſcheitios ſic dictos quaſi viri diſcedentes, aut ſolum vertentes, aut qui viros diſſidentes conciliarent, ſed Manderſcheitij caſtri appellatio ab alijs probabilius dicitur Mangerichſſcheid Magnerici limes, vel Man-
B fridsſcheid id eſt limes Manfridi.

Notatio III.



COloniæ Agrippinæ nobilis familia fulget à Monnemet dicta, vulgo cognominata de Bolandt, gerens tres antiquas claues argenteas in puniceo campo, prout vides in centuria clypeorum num. 47. Exornant eam *Ioannes à Monnemit dictus à Bolandt* Reip. Colonienſis XIV. Coſ. & *Henricus à Monnemit dictus à Bolandt* Vice Comes Colonienſis.
C Cognomen à Bolandt mutuantur à clarâ & locuplete familiâ Monaſterio-Weſtphala, in quam adoptatione tranſierunt.


Quod vero Monnemit dicantur, videtur mihi à detorto Monumenti latino vocabulo deriuatum: floruit enim eâ compellatione vetus ſtirps, ex qua inclaruit An. 1366. Berckenſis ſatrapa Theodoricus de Momimet, ſcriptus in tabulario veteris campi *pag.17. ſtrenuus & honeſtus miles Dominus Theodoricus de Momimet officiatus & Dapifer Berckenſis*. Vtroq; vero nomine gentilitio *à Momimet*, & adoptato *à Bolandt* dicuntur, *nam hæc eſt* (inquit DioNicæus in Auguſto cap. 2.) *eorum qui adoptantur conſuetudo, vt adoptantium quidem nomen accipiant, priſtinum vero aliqua ratione formatum ac paulum mutatum ſeruent.*

D

SYNTAGMA XIX.



De Scipiadis, de Vallo, & de Haslangh, vbi agitur de vſu Cornuũ ſupra galeas. Ad hanc vero claſſem ex centuria Clypeorum refer num. 48. 49. 50. 51.



INter miſſas è Romanis in Vbios familias memoratur quædam *de Staue*, id eſt Sci- *Staue.*

piadum

piadum ſeu Scipionum, ea ſcutum habet duobus coloribus à ſummo deorſum inæqualiter diuiſum, quaſi galericulatis murorum pinnis ſibi mutuò implexis diſcriminatum, vt ſuſpicari liceat repræſentari roſeam, aut muralem coronam, vel ſerras ſiue ſerratas Romanorum acies: Affirmant vero exhiberi littus ſeu procurrentem in aquas atq. in ſinus denuò reflectentem Ripæ marginem, quod vna Clypei pars quaſi crepido ſit, altera depreſſior; Eaſdem Clypei notas habet in Colonienſibus Chronicis mutato tantũ colore gens Vbio Romana nomine *VVald*, id eſt de *Vallo*. Præterea eſt clara Nobilitate veterrima domus cognomine *Haslangs*, idem plane inſigne geſtans. Romæ familia Creſcentium vti in centuria Clypeorum vides nu. 12. & 13. ſcutum habet ſicuti Vbio-Romani Scipiadæ, in eo verò ſcuto creſcentes Lunæ Cinciorum aut Cinthiorum Romanorum exhibentur; vt ſuſpicari liceat, eos Scipionibus & Lucretijs iunctos ſanguine, ex eiuſdem atrij parietibus decerpſiſſe ceras. Authores igitur harum familiarum cum in Vbios venirent quod Africa in frequẽtiſſimos ſinus flectatur de Africani Scipionis littore & ſtirpe gloriatos atteſtantur armorum imagines. Littus Africæ Iulio Cæſari Victoriæ fuit auſpicium, nam contra Scipionem Pompei ſocium mouens, in Africanumque littus deſiliens, prolabens bene verſo omine Prouinciam ſe inuaſiſſe interpretabatur, & quod Scipionum fortuna in Africa auſpicatam haberet ſedem, Salucionem militem cognomine Scipionis ante ire exercitibus iuſſit Nec ab hiſtoria P. Cornelij Scipionis Affricani recedunt ornamenta galearum, teſtatur enim Aurelius Victor Scipionem habitum Iouis filium, quia *antequam inquit, conciperetur ſerpens in lecto Matris eius apparuit & ipſi paruulo Draco circumfuſus nihil nocuit.* Vbio-Romana autem familia Wald, in galeâ duos dracones habet fulmina euomentes: At pro indicio frequentati à Scipionibus auguratus atque ſacerdotij, hi qui *de Staue* id eſt Scipiones dicuntur, in galea lituos geſtant: & apicem *qui Haslangh* cognominantur. Afrorum quoque Nobilitas videtur imitata Scipiones. Nam teſte Claudian. lib. de laude Stiliconis.

Serpentum geſtant patulos pro caſſide rictus

Cornua ſupra galeas.

Cornua verò quæ ſupra galeas oſtenduntur, & ex Romana antiquitate repetẽs, lituos interpretor, cum in extrema cuſpide abſtruncata ſunt, & nonnihil ſe exſpatans exhibent orificium, appellat quidam Clariſſimus vir proboſcides: quo vocabulo cum galearum ornatum, ad veterem militiam videtur referre, nihilque Scipionibus Africanis poſſet aptius congruere, quia ſolent veteres nummi exhibere caput Africæ veſtitum proboſcide, & cæteris exuuijs elephantinis. De Scipionis elephantis vide A. Hircium lib. de bello Africano: Eodem libro lege qualiter Veteranus V. Legionis miles ab elephante raptatus, proboſcide inciſa periculum euaſerit; quintæque Legionis ſignum fuiſſe Elephantum, dicunt Scriptores.

Notatio.

VVeſel familia.

FAmilia de Weſel (ex qua ante annos ducentos prodijt Doctor *Hermannus de VVeſalia* Canonicus S. Seuerini, manuſcripti cuiuſdam Colonienſis Chronici author)

A author) in clypei, ſcutario capite ſeu lingulam, ſeu ſupinam geſtat pyramidem, vt exprimitur in choro San-Seueriniano. Dicā vero in fine huius libri vetuſta Vbiorū arma pyramidaliter diuiſa, ſignificare labium fluuij vel littus. *Vetera arma Coloniensia.*

Eſt etiam gens dicta *à Blittersvvich* quaſi *ab littoris vico*, & geſtat Vbiorum veterum ſeu Francorum ſcutarias erectas pyramides. Hohenweſelli Stockheimij & Heuſenſtamij ad Rhenum ſimiles erectas pyramides geſtant, nec multum diuerſas familia Neapolitana de RVFA quaſi de Ripa. Poteſt vero huiuſmodi pyramidalis aut pinnati ſymboli origo alia aſſignari, quia cum olim temporibus ingruentium Francorum, rari eſſent eccleſiæ vindices & defenſores, miſſo labaro, ſeu lingulato pinnatove vexillo Romani Pontifices in ſuā curiam, & eccleſiæ aulicos, cooptabant B Illuſtres viros, quos *confaloneríos* ſeu primipilos & vexilliferos Eccleſiæ dicebant. Mos ille retentus videtur ex vetere militia & bellicis veſtibus. Ita tradunt Comitū Bononienſium Genealogiæ & monumenta: Leodegario ſuo primo comiti, à Felice III. Pontifice, ob ipſius & eius Parentis non exigua in rem Chriſtianam merita, tranſmiſſum eſſe ſacrum labarum triplici caudâ, ſeu pinnâ rubri coloris, viridi ambienti fimbria, idque aureo prominens in æquore. Sic dicebam libro. 1. Syntagmate 12. Erenfridum Comitem Palatinum Hermanni puſilli Comitis Colonienſis Eccleſiæ vexilliferi filium, vexilliferum ſeu confalonerium eiuſdem huiatis Eccleſiæ fuiſſe, labarumque inſigniuiſſe Aui ſui vel Affinis Romaniglorioſa memoriâ interC fecti Leonis ſigno, & gerunt hodieque Palatini Comites atque Iuliæ Montiumque Duces Leonum imagines in labaris.

Blittersvvick Familia.

Alia origo pinnati insignis.

P. Iacobus Malbranq. de Morinis lib. 2. c. 45. vide infra Synt. 23.

Comites Palatini Brauuilerenses.

SYNTAGMA XX.



De Claſſe proſapia Caſtrenſis, Palina, vel Paulinorum vulgo Merode &c. Atque ad hoc Syntagma refer ex Centuria clypeos num. 52. 53. 54. 55.

D



CAſtrenſem Familiam appello, quæ pro ſcutaria Icone gerit coronam quam Valerius Maximus alijque depingentes ex vacerris, ſublicis, aut palis quibus caſtra communiebantur compoſitam oſtendunt, notior eſt ex monumentis figura quam vt egeat monſtrante digito, *nunquam* (inquit Vegetius lib. 1. de re militari cap. 12.) *aut arena aut campus inuictum armis virum probauit niſi qui diligenter exercitatus docebatur ad palum*. Palorum huiuſmodi vero teſſera à Noſtratibus Chronicis attribuitur Genti Vbio-Romanæ liberonum Baronum *Merodiorum*, videlicet ex quinque aureis & quatuor purpureis palis, quare vſitato literarum ſyllabarumque flexu *Corona Caſtrenſis.* *Merodij.*

Palina & Paulina Gens poſſent dici. Eadem inſignia ſunt *Aragoniæ Regum* cum Merodijs ſanguine coniunctorum, de qua neceſſitudine Regij ſanguinis vidi diplomata Regis data Anno 1386. & *Infantis Aragonum* Anno 1384. Vrbs *Machilicenſis* eodem modo inſignit clypeum, videturque mihi quid ſimile depingi per Ælium Lampridium in Antonino Diadumeno Cæſare de quo ait. *Hic vbi primum indumenta coccea & purpurea, cæteraque caſtrenſia imperij inſignia accepit, quaſi ſidereus & cæleſtis emicuit, vt amaretur ab omnibus gratia venuſtatis.* ſunt in Germania Italiaque plurimæ proſapiæ vacerris huiuſmodi vel Coronâ Caſtrenſi vtentes, etſi nonnihil in colore & numero ipſarum ſublicarum differant, vti *Svvartzenbergicorum* Comitum in Germania *Carboniorum* Neapolis. *Manniorum, Monettiorum, Mauſoniorumque* in Hetruria *Grimaniorum & Gualteriorum* inter Ligures; ſed & noſtris Vbio-Romanis Merodijs aliquæ adſunt diſcriminantes ſtirpium notæ: cum nonnulli Caſtrenſem Coronam dentato limbo cyaneo circumſcribant. Origo eſt ex lato clauo fimbriato. Vide Sueton. in Iulio Cæſ. cap. 45. A B

Variæ gentes quæ habent coronas caſtrenſes.

Flatten. *Conreſchũ.* *Scheiffard.*

Alij *Flattenij* dicti in triente ſcutarij capitis ſtellam adijciant. *Conreſchumij* verò in ea ipſa imaginaria ſcuti cellula, appingunt concham marinam, de his infra repetam. vtrumque ſignum aſſumpſiſſe referuntur, ob memoriam familiarum quarum ad ſe hæreditas tranſijt; nonnulli quoq; agnomen *Scheiffardi* ab egregio quodã ſui ſanguinis Heroe retinent. Integra volumina diffuſiſſimæ ſtirpis Encomijs nõ ſufficeret: poterit Beneuolus Lector videre Auberti Miræi donationes Belgicas *ca.* 142. & quas priuatim communico integras lucubrationes: E monumentis & diplomatibus mihi conſtat olim dictos fuiſſe *de Rothe* lingua Teutonicâ, quod latine & Rubeos dicit, & Noualia, forſitan olim attributa Lege Flauia Conſtantini Magni: Quod autem deinceps Merodij dicti ſint paulatim accidit ex diuiſorum Teutonicorum vocabulorum copulatione, nam propoſitio Vamme, de, ſignificat, ſic qui Wamme Rothe dicebantur, cœperunt dici VammeRote & Vam Merode, de Rothe, & de Merothe. C

Breuiores pali. *Exuuiæ thoracis.*

Sunt deindè in Vbio-Rhenano diſtrictu vetuſtiſſimæ ſtirpes, *Hochſteden, Brempt, Hilbach, Meill, Zors, Priola* apud Venetos, aliæq; ſcutarijs palis ſed breuioribus valuulum ſeu dimidiam inferiorem clypei aream depingentes: ſiue Caſtrenſem dicas coronam, ſiue interpreteris formam trophæi repræſentari in pelta, id eſt, ad lunarem figuram vtrimque exciſo clypeo: ſic vt videatur ex detractis ab hoſte exuuijs thorax oſtendi, & ſuperior ſcuti area exhibeat illam partem thoracis ſiue penulæ quæ ſcapulas & pectus obtexerat, inferior verò virgatæ veſtis defluentes bicolores ſinus, vel caſtrenſis togulæ ſpeciem; militare enim fuit coccineam togam apud prętorium ſuſpendere ad monitionem & indicium pugnę Ita Plutarchus in Bruto *vna cum luce propoſitum fuit in Bruti & Caßij caſtris ſignum pugnæ, tunica punicea.* Veſtes autem militares in teſſeras transferri nouum non eſt, præſertim detractas, veluti trophæũ aduerſarijs dum *virgatis lucent ſagulis.* Æneid. lib. 8. D

Concha ſcutaria.

Redeo ad Conreſcheimios, qui ex Merodijs profecti, in hæreditatem tranſierũt, nomi-

nominis & arcis de Conreſcheim. ſitæ prope à Legioniaco ſeu oppido Leggnichenſi
A & Gimnich. vbi Geminam Legionem conſtitiſſe dlxi *hoc lib. Syntag. 6.* Ramus Familiæ ſupereſt Coloniæ, & ſcutarium Conchylium emortuæ ſtirpis, adiunxit Merodianis palis. E concha Venerem ſatam Euagrius in hiſtoria eccleſiaſticâ meritò ridet, *deamque in mari conceptam appulſam in Phaphum* author eſt Tacitus lib. 2. hiſt. *Venus genitrix* dicebatur à Iulio Cæſare ſuum ad eam genus proferente: ea propter Iulia Agrippina, Iuliæ gentis matri Paphiæ Deæ portam & fanum in noua Colonia Vbio-Romana dicauit: ſed ea vana licet falſaque matris & originis iactatio, comprobat tamen vetuſtatem generis & indicat ex militari marino facinore antiquiſſimum ſplendorem ſtirpis cœpiſſe: atque in familia dicta, ea tanto ſunt propiora vero, quia candida concha Conreſcheimiorum, pingitur in ſolo vel ſalo cæruleo, qui color teſte Cedreno maris ſchema exprimit. Appoſitè huc quadrat, quod Suetonius lib. 2. cap. 25. ait: Diuus Octauianus *M. Agrippam in Siciliâ poſt naualem victoriam cæruleo vexillo donauit.* *Porta Paphia.*

B



Qui Parmulam gentilitiam, conchis ornant ſunt iam dicti *Conreſchemij*, manente adhuc indicio vocabuli latini exprimentis conchæ ſchema: deinde *Heimberichij, Boulichij, Metternichij, Eybei, Speiſij, Gevvenichi, Geneſſei, Herbaiſci; Sirickij, Riedij, Strauij, Plaſbi, Hohenſcoti, Pimentelli.* & multi in noſtra alijſque terris, adſcribentes marinis victorijs principia nobilitatis ſuæ.

C

SYNTAGMA XXI.



De Gente Teſtacea, vel Marcia Ancia vulgo de Scherffgen vbi de ſcutis Lemmiſcatis &c. Refer vero ad hunc locum Clypeos ex Centuria numeris.

56. & 57.



D CHronica Colonienſia enumerando deſtinatas Coloniam à Claudio Cæſare Familias, ſecundo loco recenſent dictos *de Scherffgin*, quod vocabulum ſignificat *teſtulam*, ſiue nomen adhæſerit ob frugalitatem, quod teſtâ biberint, ſicuti (teſte L. Floro *lib. 1. c. 18.*) Curius fictilia ſua Samnitico præferebat auro, ſiue à Monte Teſtaceo vel Figulino, quaſi ex eâ Romanæ Vrbis Regione eductiſint. In Ducatu Montium arcibus, montibus, & fluuiolo nomen ſtirpis ſuæ impoſuerunt. In archiuis Colonienſibus reperio alludi ad vetuſtiorem ortum Teſtaceolariorum, nam Marcianciorum nomine compellantur, quaſi nobilitatem ſuam ad Regiam retulerint originem Ancus enim Marcius Rex, Marciæ ſtirpis creditur Conditor. Fuit ille qui religiones neglectas aut prauè cultas, reſtituit integritati, quæ fuerunt à Numa in- *Scherffgin. Teſtacei.* *Ancus Martius.*

ma inſtitutæ, hinc ſacrificus appellabatur & in numiſmatibus lituus pone eius caput A
ſignatur; quadratque maximè in Scherffginios ſeu Teſtaccolos noſtros obſeruantia veræ Religionis. nam quocunque te vertis in ſacris Vbiorum Ædibus, nihil frequentius eſt videre quam munificentiam & arma huius Generis; quæ quondam eadem planè genti Marciæ congruiſſent. Nam primus in vrbē Romanam aquas ducere auſpicatus eſt Ancus Marcius vnus è Regibus teſte Plinio *lib. 36. c. 3.* quas poſtea Q. Marcius Rex in Prætura reſtituit. Gens autem Teſtaccola vel Scherffginia, quaſi duobus aquarum alucolis ſcutum geminatis argenteis nigriſque ſtrijs vel ſulcis obliquè lemniſcatum exhibet, galeaque incumbunt, gemini litui inuerſi, quaſi ex cornucopijs vbertatem effuſuri, ſtrias illas obliquas cotiſſas beſſales, balteos, & virgatos ſulcos dicunt Feciales, nihilque antiquius in re ſcutaria eſt inuenire: quamuis in colore & numero lemniſcorum magna ſit diuerſitas. Theodorus Hoping de B
Huttenorum ſtirpe loquens, dicit huiuſmodi arma vetuſtiſſimæ nobilitatis proſapiam arguere: Geruntur verò à pluribus, præſertim à Domo *Burgundica,* à Baronibus de *Reiffenbergh*, ab *Aldenradiis*, à *Roſtiis de VVerſt*, à *Cortenbachijs*, ab *Aſvvinis.* In Italia etiam nihil eſt viſitatius, nā obliquè lemniſcatos clypeos gerunt: *Aquilini Fliſci, Contarini, Lelij, Ariani, Bandini, Scaglioni, Baroncelli, Nauagerij. Chalergi, Obicij,*






NB. Beſſales antiqui Germani dicebant ligacula hinc hodie Veſſell dicimus com pedes.

Caſtrocucchi, Ziani, alijque innumeri, quorum interpretationem ex domeſticis familiarum hiſtorijs oportet eruere: ego verò in *Aquilinis* interpretor ab aqua, ſulcos huiuſmodi ſignificare alueolos fluminum, quod idem de *Fliſcis* aſſero quorum nomen Teutonica voce ſignificat fluuios, in *Bandinis* balteos ad pharetræ vel aliorum armorum ſuſpenſionem in *Obicijs* portarum obices, in *Scaglionis* vias arduas & ſcalas, in *Nauageriis* nauium carinarumque tranſtra, laterales aſſeres, & remos, quaſi nauem gerentes, &c. C

SYNTAGMA XXII.



De Gente Turrea vulgo von Mulſengaß die man noempt von Thurn, *quo refer inſignia num.* 58. *& 59. &c.* D



Thurn v. Mullengaſs.

ENumerant Colonienſes inter Romanas ſuas Familias gentem Thurinam vel de Thurre vicoque Molinario vulgo van der Müllengaß die man noempt vom Thoyrn


A Thoyrn ſcutum habet fermè ſicut Caraccioli in Regno Neopolitano lemniſcatum, ſed breuioribus ſtrijs, vt caput ſcutarium ſulci non expleant. Nauem repræſentari autumo, vti in præcedente Syntagmate de Nauigerijs dixi, potueruntque in Molinaria Vbiæ Vrbis regione præfuiſſe annonæ & nauibus Cererem ad molas vehentibus. Thurn & Thurini nomina non valdè diſtant, ex quibus hoc Octauiæ Gentis erat teſte Suetonio in Auguſto c.7. Sed nihil certi ex antiquitate habeo, ſi tamen ex antiquitate alludere placuerit per me licet eo modo, vel coniecturā referre ad Turriliū Cerealē de quo Corn. Tac. lib. 2. Hiſtor. *Tradidere ſe abeunti Cacinæ Turullius Cerealis cũ compluribus claſſicis, & Iulius Briganticus cũ paucis equitū hic præfectus alæ in Batauis genitus, ille primipilaris & Cacinæ haud alienus, quod ordines in Germania duxerat.*

Turreorum arma nauẽ exhibent.

B DomusMelinorū Romæ habet Clypeū ſimili figuratione Lemniſcatū. Sed & Patritia Vbiorum ſtirps *Sudermannica*, ita Lemniſcos geſtat inſtar Capreolorū ſuperiore parte concurrẽtes, inferiore explicatiores & diuiſos vt plane cõnexos in proris & puppibus nauiū aſſeres videātur exhibere, vel ſtragulā qua Equorum terga feſtiuè inſternebantur. Et ſunt qui contrario ſitu ſcutarij capitis cellam impleant lemniſcis quaſi ex alto propendentibus, vti in Italia gerit Gens *Ludouiſia*, quæ Gregoriū XV. Pontificem Maximum orbi Chriſtiano dedit, talia ſunt apud Vbios plura, imprimis ſigna Patritiæ Gentis *Phingſthornia*. Mihi ex re militari ea inſignia cupienti eruere, viderentur oſtendere militarem ex ſcutis teſtudinem & obtectionem aut loricas ſegmentatas, id eſt æreas lamellas ex humero flexas in pectus, quales ex Columna

C Traiani Lipſius exhibet lib. 3. Militiæ Romanæ.

SYNTAGMA XXIII.



De Claſſe Gentis Superborum, & Tarquiniæ vulgo Ouerſtoltz / Quattermart / Lyßkirchen / Efferen *quarum ſtirpium clypeos repræſentat Centuria numeris* 60. 61. 62. 63.



D VEnio nunc ad gentem Superborum vulgo Ouerſtoltz, nam ſuperbum Germani Stoltz / Ouerſtoltz ſuperelatum ſeu ſuperbiorem dicunt; non exiſtimo autem id nomen ex moribus adhæſiſſe ſtirpi, quia viro Nobili Magnanimum eſſe licet, ſuperbia virtutis exceſſus eſt; ſed vel nomẽ habent quod in Vbios deducti Coloni à Tarquinijs cognomento ſuperbis Regiam iactarint progeniem, vel à copiā ſuperbiâque atriorum & imaginum auitarum, ſanè nulla Gens apud Vbios æque conſtantem habet exiſtimationem & fidem de certitudine Romani ſanguinis, neque alia ita hæreditariè in faſcibus Reipub. verſata eſt atque Ouerſtoltzia vel ſuperba, & quocunque in Colonienſibus Baſilicis obtutum conuertis huius munifi-

Ouerſtoltz Superbi.

à Superbia atriorum.

centiam gentis & ſuperba monumenta offendis. Præcipuè autem Gens in quatuor ramos diſcriminatur. Primo ſunt *Ouerſtoltij* ʒum Ouerſtoltʒ quorum excellentius quondam palatium nunc Tribunitia domus Vaſariorum. Secundo *Ouerſtoltij* de *Quatermart*, quorum palatium conuerſum eſt in domum publicorum conuiuiorū. Tertio *Ouerſtoltij* dicti *Efferi* vel *Afri* de his poſteà dicam. Quarto *Ouerſtoltij* de Eccleſia *Liſolphi*, ſeu vt in veteribus monumentis inuenio de Sancti Liſolphi Eccleſia, & Liſolphorum vulgo Liſkirchen, de qua proſapia modernus Conſul Liskirchius prudentiſſimè gubernat Vbiorum Faſces, quos Pater, quos Auus, quos Proauus, omnesque Maiores rexerunt; eſſent plura de Nobiliſſimo hoc ſanguine Romano dicenda, ſed cum perſcrutandi cauſa conceditur Lyskirchiorum Panchartas inſpicere, cop. â ſubſidiorum deterreor: erit qui encomijs integra olim volumina compleat: mihi ſufficit oſtendere quædam de origine & armis. Atque hæc ipſa Liſolphorum familia in diuerſos ramos diſſecta paſſim in Eccleſijs colore & figuris quibuſdam differt, hodie tamen in vnum virentem adhucdum ramum coierunt, & vniti ſunt. Arma quadruplicem admittunt interpretationem, aut enim ob agriculturæ amorem raſtella præſeferunt, aut pontes, aut coronam muralem, aut mœniana vel podiola, quæ mutilis ex marmore ſuppoſitis inſtar pulpiti ante domos porrecti, ſpectatorum accubationi ſeruiunt, ſunt videlicet, tres faſciæ ſapphirinæ pinnulis internè aſperatæ in aureo clypeo. Quæ cum primo raſtella exhibent, congruunt Panegyriſtæ, in Theodoſij laudatione verbis: *Curij*, inquit *Coruncanij, Fabricij, cum induciæ bella ſuſpenderant, inter aratra viuebant: & ne virtus quiete langueſceret, depoſitis in gremio Capitolini Iouis lanceis* (vel laureis) *triumphales Viri ruſticabantur*. Secundo cum pontes exhibent, benè dicuntur ſublicis, fulcris, & pilis coſtatæ firmatæque ſic olim Lyskirchiorum inſignia explicata ſunt in Capitolino Agrippinenſi monumento: A B C

Arma pontem raſtellū & corrnam muralem exhibent.

Hic Conſtantini velut à Coſtāte vocati
Sunt fratres trini de Liſekirchen humati
Viri pacifici prudentes atque benigni
Semper honorifici recti tanto patre digni
Hunc caritura dolet plangitque Colonia triſtis:
Cuius honor redolet. & vnus amplior iſtis
Quos blaſmauiſti, quos ô Deus & homo vere D
Morte redemiſti defunctis his miſerere.

Hoc verò aduerte ad exprimendum pontem, vacerras quibus ſuſtentatur, non dimitti ad imum, neque quaſi infigi ſolo, quia ex regula Fecialium ſuperius allatâ arma priſcorum ſunt fluitantia. Deindè obſerua ſicut à quodam ſtirpis heroe Liſolphi cognomen hæreditarunt, ita Conſtantini prænomen tam frequens & familiare Lyskirchijs, in diplomatibus per quinque vel ſex ſecula reperiri; vt audeant ad Magni Conſtantini memoriam referre compellationem vetuſtiores Vbiorum Poetæ, & Conſtantinidarum Gentem dicere.

Tertiò, vt Lyskirchiorum arma tres murales coronas videantur demonſtrare, aliqui

A aliqui ſcutum triangulare cum productiore in ferius cuſpide inuertunt, ego tamen crediderim commodè etiam aureas tres murales coronas exhiberi, ſi dentatas infernè cæruleas inſtitas aërem imaginemur repræſentare, & aureas pinnulas in campo, murum; quod autem ſuperior inſtita quinque, media quatuor, & infima tribus pinnulis aſperetur; hoc Fecialium priſcorum vſui congruit vti ſuperius notaui. Pro murali corona præclarum eſt quod Dion Nicæus vel Ioannes Xiphilinus refert in Auguſto cap. 18. *Pollio Eques Celta iactu lapidis in murum ita pinnam eius concuſſit vt ea ſtatim ceciderit, traxeritque ſecum hominem qui tum forte ad eam adhærebat, quo facto cæteri obſtupefacti ac timore perterriti relicto muro in arcem confugiunt, eamque poſtea ſeque ipſos dederunt.* Cæterum in Lyskirchiorum teſſeris ſi quis omnino velit inuerſam

B muralem repræſentari coronã, quaſi monumentum premiumq; ſubruti euerſique hoſtilis muri, habeat ſpecimen continuati vſus in veſtibus quæ armis dederunt originem: nam teſte R. P. Bartholomæo Fiſen Soc. Ieſu Hiſtoriographo Leodienſi lib. x. Pictores æque ac fictores S. Lamberti imaginem ornant ſuperhumerali, quod ita deſcribit: *Eſt autem inquit ſuperhumerale Opus auro. ſerico. gen. m is, vnionibus que eleganter contextum: quod inſertum collo vnum ferme pedem dependeat in omnem partem, non abſimile omnino coronæ illi quam muralem appellant Romani. quibuſdam quaſi murorum pinnis inæqualem: ſed inuerſæ; vt nimirum, qui comam premeret circulus, is collo propior eſſet; dependerent verò illa pinnarum ſimulacbra.*] Hactenus R. P. Fiſen. Exiſtimo eandem figuram inuerſæ Coronæ muralis repræſentari in vexillis, militaribusque labaris quæ infernè denticulorum & pinnarum defluentia lineamenta oſtentant. Vt vide-

C re eſt in armis Familiarum quæ *de Rubro vexillo & de Monte forti &c. cognominantur.*

Quarto in Lyskirchianis teſſeris Podiolorum repræſentatio: originem in Romana antiquitate & pompa habet, honoratiorem enim theatri ante orcheſtram inſtar Pulpiti locum, Podij nomine dicebant, in eo princeps accubans (teſte Suetonio) & Nobiliſſimi Romanorum (teſte Iuuenale) ſpectare ſolebant, Satyra II.

E Capitolinis generoſior & Marcellis,
Et Catuli, Paullique minoribus, & Fabiis, &
Omnibus ad Podium ſpectantibus.

Et in Carmine monogrammatico Purpuræ, præcellentis Poetæ

D *Purpurei pedio proſpectant prælia Patres*
Pugnantum pugilum pugnis, plebs pallida pendet
Propter pugnantes pugiles; poſt pace peralta,
Perſultans plaudit pedibus, perfuncta pauore &c.

Nauium puppes, fori, ac proræ quaſi pergulæ muniuntur coronide ex ferreo aut ligneo podiolo, quibus nauigantes incumbunt, ita benè congruit Liskirchiorum ſcutario podio atque cani, quod gentilitium Galbæ Cæſaris inſigne aiunt fuiſſe catellum in nauis puppe ſedentem, emblema vigilantiæ ad Reip. clauum. Vide Dionem Nicæum in Auguſto Cæſare *cap.* 10. *in fine.*

EPIGRAMMA in arma Lyskirchiorum. A




Puppe coronata geſtabat Galba Catellum
Nunc Lyskirchiacæ præſid:t ille rat:

SYNTAGMA XXIV.



De Afris vulgo ab Efferen & armis Pontinis quæ repræſentantur in Centuria numero 64.65.&c. B



HAc claſſe iuuat repetere gentem Ouerſtoltiam cognomine *ab Efferen*, ſed quæ
ſcutarias feras à præfatis de Efferen nonnihil mutarit. His iunxi alias quaſdã
Prænobiles domus, eo quod hiſce cognata & ſimilia arma geſtarent, ſublicij pontis
nimirum. Enimverò opinio vetuſtiſſima eſt *Ouerſtoltios* de quibus ago ſiue ab Ef-
feren latinè Efferos dictos, ſicet alij Africanos ſeu Afros ab expeditione Africana
dictos arbitrentur. Nam Barones ab Efferen conditoresque pagi Effrenſis ſine du- C
bio cenſentur Romanæ originis eſſe. Cui ſententiæ ſuffragantur inſignia nimirũ
in galea caput Africæ, hoc eſt exuuiæ Elephantini capitis cum proboſcide, quo mo-
do idem inſigne exprimitur in antiquis numiſmatibus, apud Fuluium Vrſinum vbi
agit de Ceſtijs, Eppijs, & Norbanis quibus poſſum ex meo Ærario antiquitatum V-
biarum ſimilia producere: & Africani cognomen in Gallia floruiſſe de Iulio Africa-
no Santonẽſi Tacitus teſtatur Lib. 6. Annal. Africani igitur vel ab Efferen Vbio-
Romani Afri, quod inſtitam inferius pinnatam retineant ad Ouerſtoltiæ agnitionis
profeſſionem ſpectat, quod duas glabras inſtitas adiecerint cum elephanti exuuijs,
geminas deſignare poteſt in Africam expeditiones, vel geminos fluuios ſuperatos
ſicut apud Florum lib. 4. cap. x. Craſſus *titulorum cupidine Araxem & Euphratem ſub* D
imaginibus ſuis legi concupiuit.

Proſapia nobilis de *VVeſtphalen* vnam glabram, alteram dentatam habet inſtitas,
& ex galea duas emergentes palmas, Barones de *VValdenburgh* dicti Pincernæ in He-
ligenhouen, & *Harffij*. Domini in Landtskron ac Geilenkirchen, deniq; Lupini ſiue
VVolffij Barones à Metternich in Gracht, & Equites de *Brachell* vnam huiuſmodi inſti-
tam gerũt in primoloco teſſerarij alueoli diuiſi tranſuerſim, quaſi ſecaretur terra-
rum orbis Horizontis circulo, vt pinnata faſciã ſcutoque ſignificent ſe ex altero
Horizonte rediјſſe claros murali corona, vel facinore occupati aut tutati pontis.

SYN-

A

SYNTAGMA XXV.



De pontibus bipinnatis, vbi de gentibus Pontinis quæ gerunt inſtitam vtrimque dentatam, & huc pertinet in centurea Clypeus num. 66.



B ALterum eſt genus faſciarum vtrimque pinnatarum; quæ, vt præcedentibus Syntagmatibus explicatæ inſtitæ, ſublicios pontes, ita hæ, lapideos exhibent: nam quod infernè aſperentur quibus Pons innitatur pilas & ſuſtentacula repræſentant, ſuperiores autem denticuli murales ſunt pinnæ, huiuſmodi armis Vbio-Romanam aſſigno originem, quia in periſtromatibus & monumentis quæ Vbio-Romanas familias commemorant id ſcuti genus frequentes reperio, & qui ante octingentos annos *Geldriæ Comites de Ponte* nominati ſunt, arcem & Dominium habuiſſe dicuntur propè ab



C Geldria, in pago Pont, latino vocabulo indicium ſuggerente ad originem Romanam: addo antiquiſſimos in Weſtphalia Regulos *de Buren*, ſcutarium pontem gerere, & ad veteres Geldriæ Dominos proſapiam referre, vt videre eſt apud Caſparem Sciopium in ſtemmate Burano. In Vbiorū verò prouincia paſſim obuia ſunt Pontigerorum ſcuta in antiquiſſimis familijs *Neſſelrodia, Hugenpotia, Keſſelia, Schullera, Streithagena à Mertzenhauſen, Vorſtia, Scirpia Luſtorffia* (quæ olim inter quatuor hæredicarios Equites officiatos, Vbiorum cenſa) Domus *ab Alner* huiuſmodi pontem infernè & ſupernè tigillatum gerit in campo ſeminato laterculis, vti videre eſt in antiquo æneo ſcuto ſuſpenſo ſupra caput imaginis Conſtantini M. in choro Metropolitano Colonienſi:


D præterea ex gentibus Patritijs *Kannengieſſera, Hittorpia* &c. Pontigeræ ſunt.


Scutarij pontis teſſerâ quondam à Principe exiſtimo ſimiliter donatos qui egregium facinus in ponte ediderunt. quale eſt quod Horatius Cocles à Tito Liuio *dec. 1. Lib. 2.* ſcribitur vnus ſuſtinuiſſe & miraculo audaciæ obſtupefeciſſe hoſtem, donec à tergo pontis iuga abrumperentur & ipſe armatus in Tyberim deſiliret.

Dixi in principio huius Syntagmatis, & aliàs ſæpius, atque hic repeto: inferiores huius ſigni tigillos repræſentare, quibus pontes innituntur, pilas & fulcra; nec tamen ea profundius dimittere, quia nobiles terræ filij non ſunt, ſed in arduo & ſublimi gradiuntur; vnde quædam illuſtres gentes huiuſmodi pontes nubidatos habent, exemplum appono in armis *Comitum de Padberg*, & Tremonienſium Comi-

Germanicè ein gevvæickte bruck.

tum ex familia *de Steeck*. quorum gloria quaſi nubes tranſcendit & Iouis ſedem generoſus vertex quatit. atque in genealogicæ meæ bibliothecæ quodam MS. codice, à trecentis annis compilaui probationum vt vocant arboreta metropolitanæ Colonienſis eccleſiæ, ad quam Comites Tremonienſes ex domo Steckia, ſæpius fuerunt admiſſi. Significat Steeck & Stegh lignum per quod aquam tranſimus & ſemitam: Padberg ſignificat ſemitam montis vel ſemitoſum collem. A





B

C

Gladenbeckij. in Brunouicenſi, & in Franciæ orientalis, Ducatibus *Baſtheimij*, non multum à pontis ſpecie diſſimilibus, obtuſis, & veluti regeſtis, mutuoque ſibi implexis nubibus, ſcuti ſymbolici alueolos dirimunt, ad antiquiſſimæ & eminentis nobilitatis indicium: quaſi *ſit virtute caput quæ ſupra nubila tollat*, vt Ianus vitalis canit de Gente *Veralla* apud Italos, Verall autem vel ouerall Germanâ ethymo ſignificat: quod trans omnia procedit, & nubilatâ inſtitâ *Veralli* ſcutum diſcriminant. D

De Quadijs, Arckelijs, Saluiatis Florentinis, alijſque magnis nominibus, qui dentatos tigillos ſeu pontes multiplicant, nihil proſequendum vlterius cenſeo, ex traditis enim hactenus perſpicitur; aucturam ſigni, cum numero heroicorum facinorum increuiſſe in ſtemmatibus.

SCN-

A

SYNTAGMA XXVI.

De Honoriis & Speculigeris vulgò de Ehren & de Spiegell.

B VBio-Romanorum Colonorum Catalogi recenſent tres propagines quæ ſcuta gentilitia ſpeculis pingant, vti exhibeo in centuria Clypeorum num. 67. 68. & 69. earum vna *Honoria* dicitur vulgo *von der Ehren* altera *ſpecularia à littore* vulgo *Spiegell auff dem Ouer*, tertia *ſpecularia Montis rubei à Diſpargo, vulgo ſpiegell vom Rodenbergh tzom dysbergh*, ex hac Diſſenbergi prope Padebornam conditores & Reguli ſunt: puto autem Honoriorum nomen omnibus ſpeculiferis primitiuum fuiſſe, quos enim in libro Notitiæ vtriuſque Imperij Honorios milites legimus, his ſpeculi ſignum appingitur, non tamen ſemper orbiculari figuratione, modo autem dictæ tres familiæ in hoc conueniunt, quod ſingulæ tria ſpecula rotunda geſtent; C nempe ſuſcepta Religione Chriſti, cum nihil *vnum trinum infinitum numen* aptius explicet quam orbicularia tria ſpecula, generoſum Honoriorum ſtemma & nominis & teſſeræ ſuæ heroicum ſymbolum nobilius exprimere non potuit, quam communi diuerbio Alemannorum, mit Gott vnd mit Ehren/ id eſt *cum Deo & gloria* vel honore. In Lyſikirchiorum Tabulario reperi Honoriam apud Vbios plateam portamque Honorios Conditores laudare. Ælius Spartianus in Diuo Iuliano dicit, ſpeculi vſum in ſuperſtitioſis Diuinationibus fuiſſe. Theodorus Hopingh de Nobilitate cap. 6. n. 1398. hæc de noſtris ſpeculigeris habet.

Trium rotundorum Speculorũ figuras in fumoſo Spigeliorum Nobilium Clypeo, apud Veſtphalos animaduertimus, nõ ſine cauſſa & myſterio. Nam vt ſpeculũ per diuerſas particulas ſeorſim diuiſum, totidẽ reddit formas quot fruſta: imo & ſub dio demerſũ, diurnis horis ſtellã quandam quamuis nulla tum in calo appareat, ſemper refert, quoniam tot ſunt effecta ſpecula quot D *partes, ita non conuenit animos qui per vim ſuperati non fuerunt, qui rationes aliquas habent quas aduerſariis objiciant, vt ſuam cauſam probent, calamitatis euentu, & malis qua acciderunt debilitari: ſed exiſtimare vſu ventre, vt rebus quidem futuris homines fallantur: ſed ijdem ſi animos fortes habeant. ſemper ſtent erecti. Enemus & cateri Poloponenſes Duces apud Thucid. lib. 2. pag. 74. non in hoc & ſpeculum myſterium vt ad illud barbam faciemque vellamus. aut vt faciem viri poliamus. In nulla re illi luxuria negotium conceßit, ſed primum omnium quia imbecilli oculi ad ſuſtinendum cominus ſolem, ignoraturi erant formam eius, hebetato illum lumine oſtendit. Certè inuenta ſunt ſpecula vt homo ipſe ſe noſceret: Multa ex hoc conſecuta, primo ſui notitia deindè & ad quadam conſilium. Formoſus vt vitares infamiam, defor-*

deformis vt ſciret redimendum eſſe virtutibus quidquid corpori deeſſet. Iuuenis vt flore ætatis admoneretur, illud tempus eſſe diſcendi & fortia audendi: ſenex vt indecora canis deponeret, & de morte aliquid cogitaret Ad hoc rerum natura facultatem nobis dedit noſmetipſos videndi inquit accommodate Sen. Lib. 1 *Natur* Quæſt.cap.12.per tot. *Vbi de ſpeculis plenius.* A

Addo ſpeculum veritatis & Iuſtitiæ hieroglyphicum videri, veritas enim & iuſtitia omnibus eædem & æquæ debent eſſe, ſicut ſpeculum idem eſt ſeni atq; iuueni, Mauro atque pulchro, in repræſentando æquum eſt ſine adulatione.

Ouidius ——— *quod quemque decebit,*

Eligat, & ſpeculum conſulat ipſe ſuum.

SYNTAGMA XXVII. B



De Gente Beneſia & de familiis quæ Plinthides & teſſellas gerunt, quo ſpectant ex centuria Clypei numeris.70.71. 72. &c.



BENE SIS verbum auſpicatum deducta Colonia.

INter Vbio-Romanas à Chronicis Colonienſibus familia recenſetur nomine *de Beneſis*, quæ compellatio nunc gentilitia, boni ominis ergo dicitur cũ ſtirpe permanſiſſe ex materna Romani in Vbios deſtinati Equitis apprecatione, quem BENE ESSE peramanter Genitrix iuſſerat. Poſſident Beneſij ampla pomeria cum iuriſdictione à veteris vrbis Vipſania viâ aduſque Agrippinæ portam, vbi Beneſius lacus, Vulgo Venus Pol, id eſt, lacus Veneris. Gentilitium nomen vti fit in alijs, ſic in hac familia coniecturare oportet ex Iconibus ſcutarijs, quæ ſunt ſeptem Plinthides, ſeuRhombi nigri in argentea areola, Germanicè rauten, Belgicè rhuten dicunt. Nicætas in Balduino aptè ait: *Aciem quam Routam appellant.* ergo & militare vocabulum eſt, & ſignum, nam ita in clypeorum campis acies militares repræſentari non in eligans Poëta teſtatur: C D

Arma Beneſiorum.

Ludimus effigies belli ſimulataque Veris

Prælia, buxo acies fictas.

Ex galea Beneſiorum emergunt ramuſculus paluſtris & Heros vmbilico tenus ſcutulata trabeâ indutus: Putoque non vanè (intra tamen coniecturæ limites) ad Auguſtalem progeniem poſſe referri, dum agrum Iuliæ Agrippinæ prope portam Agrippinam, & præ cæteris concolonis Dominium libertatemque in hunc vſque diem poſſident, atque deductæ ſacro ritu Coloniæ auſpicij & apprecationis ſymbolum ſibi hæreditarium fecerint, maximè autem ſic conijciendum eſt ex teſſerarijs Rhombis, quibus & tota veteris Agrippinæ mænia incruſtantur, & Beneſiæ gentis arma,

Beneſia principalis familia inter deductas

Sulpi-

A Suſpicor enim Iuliæ Auguſtæ Genti charas fuiſſe Plinthides, quaſi acutangulas limataſq; fabas, quod Auguſtus ex Fabia Tribu eſſet teſte Suetonio, quiſquis igitur in Coloniēſibus monumētis Romana illa nomina Iulios, Marcos Fabios, aliaq; eruis & legis. quamuis temporum intercapidine gentilitias ſeries non poſſis contexere & continuare, de Nobilitate tamen Vbio Romanorum Ciuium argumentare ſicut de Treuericis facit R. P. Chriſtophorus Brovverus Annal. Treueren. initio cap. 12. *At verò hæc ipſa, inquit, quæ indicabam, nominum decora, Iulius florus, Iulius Claſsicus Iulius Indus, Iulius Tutor; vt Tullios, Valentinos, Alpinos prætercam, quid aliud ſibi volūt, quā huius Coloniæ Senatores, Ducesq́; magnam partem Romanis ſtetiſſe Familiis. Id quod aliundè forſan, omiſſa quoq; Iulij Cæſaris illa non ambienda ſtirpe, haud difficulter oſtendero. Etenim (* Vbiorum *) Ciuitas poſtquam Colonis ab Auguſto deductis ornata fuit, Ciues accepit vtiq; Romanos*
B *quam plurimos. Atque hi, cum XXXV. Tribuum aliqua cenſerentur, in quas diſtributa Romana ciuitas, accidit non raro, vt poſtquam omiſsis locorum; illuſtrium familiarum, quæ ſe miſcebāt; nomina Tribus aſſumerent, libenter quoq; hanc originis claritudinem Tribules vſurparent. Auguſtum vero Tribum obtinuiſſe Fabiam, & Scaptiam, meminit Suetonius; atq; ex his alteram, in Auguſti honorem Iuliam appellatam. obſeruauit Dio. Cum itaq́; probabiliter ſtatuā. ab Auguſto Conditore tranſcriptas huc in (* Vbios *) familias quaſdam Illuſtriores, eadem opera effecero, ciues hoſce, Iuliorum prænomen à Tribu, cuius originem agnoſcebant, etiam mutuatos. Et de his potiſſimum illud Cerealis Legati dictam acceperim, ipſi plerumq́; Legionibus noſtris præſidetis, ipſi has aliasq́; Prouincias regitis. qua quidem oratione concluſit, quidquid in Clarorum Ciuium ornamentis & imaginibus deſiderare poſſes.*

Reuertamur nunc ad ipſam Gentē de Beneſis, cuius intra modernæ vrbis muros liberum Dominium & arma poſſidet, cumq; auitis ſuis cuſpidatis ſcutulis coniun-
C xit, Prænobilis & Generoſus vir *Gerardus Pheill à Scharffenſtein* Conſul, Patre, Auoq; Conſulibus & longo ordine Maiorum ex patricia Nobilitate deſcendens, anno Chriſti 1644. Vltima Aprilis Vitā cū faſcibus defunctus. Arma quoque familiæ de Beneſis geruntur eadem in colore, numero, & ſitu Rhomborum à vetuſtiſſima gente Rhenana de *Gayſpitz*, niſi quod hæc ex galea emergentem dimidium caprum habeat, atq; idipſum D. Auguſti honori tributum eſt; quod Auguſtus ſub Capricornu natus erat, teſte Suetonio libro ſecundo cap. 94. *Tantam* inquit, *mox fidem fati*



Pheill à Scharffenſtein.


Gayſpitz.

D *Auguſtus habuit vt thema ſuum vulgauerit, nummumq́; argenteum nota ſideris Capricorni quo natus erat percuſſerit*: hinc Capricornus Veſpaſiano erat inſigne, & plurimæ inueniuntur gemmæ ſignatoriæ Ethnicorum militum, quæ Capricornum, id eſt dimidia anteriore parte hircum, cætera piſcem exprimant; hancq́; ob cauſam credo tot ex Vbio-Romana Nobilitate capram vel hircum alias fætens animal, inter gentilitias imagines gerere. *Capricornus.*

Comitum *de Virnenbergh* domus, & Nobilium *de Montereali*, itemq́; *de Rautenbergh & de Does* vel Douſæ variato colore iiſdem ferè armis vtūtur cum Beneſijs. Sunt etiā

quædam aliæ Nobiliſſimæ noſtrates domus quæ Plinthides geſtant ſed numero & diſpoſitione differenter, vti Comites de *Dick*, Equites de *Nickenich*, de *Steinhart*, de *Lutzenrath*, de *Oeſt*, de *Heick*, de *Vliet*, de *VVoerden*, de *VVouden*, de *Geuertzhagen*, de *Turck*, de *Selbach*, &c. A

Keſſel. De *Keſſelys* ſpecialiter obſeruãdum eſt ex domeſtices ipſorum traditionibus, origine Romanos credi, ſed quinque Plinthides Crucis inſtar gerere, à fide Chriſti ſuſcepta, ob memoriam quinque velnerum ſaluatoris, cum alias ſcutarium, ex ceſpite Caſtellum geſſerint, & à Mænapiorum Caſtello prope Ruremundam *de Caſtello & de Keſſel* dicerentur, nam ex Comitibus de *Keſſel* per ſecundo-genitum deſcendunt, atq; olim Caſtelli aggeres in Clypeo repræſentaſſe narrãtur: forſitan ſicut in libro Notitiæ Imperij Mauris tonantibus orbicularis clypeus appingitur, in cuius vmbone rotundus agger, quatuor vineis ſeu aceruis circundatur, duobus ſimpliciter quadratis, duobus acutangulis. B



Crantz. Præterea ad Rhombigeros adijciẽdos puto quos dictos *& Serto* vulgo *vom Krantz* Colonienſes Catalogi recenſent Nobilibus Colonis Romanis: inter militaria vocabula quibus inſtructa certo modo acies appellari ſolet, Gellius *l.19. c.9.* refert *Serta*, itaq; nobiles *de Serto* veluti tres militares cuneos in argentea areola tres gerunt purpureas plinthides, anguloſo foramine adapertas, ſupra galeam inter taurina cornua globum cui ſtipes cum virenti corolla infigitur, qualis OB SERVATOS CIVES dabatur, & Virg. lib. 7. Æneid. depingit. C

Fronde ſuper galeam & fælici comptus oliua.

Cornua. De ſcutariorum cornuum frequentiſſimo apud Germanos geſtamine, dixi vſum profluxiſſe à Lituis vt ſacerdotium ſit origo, & à Cornucopijs vt ſint indiciũ vbertatis & munificentiæ in Nobilibus viris, aut habere ſimilitudinem proboſcidis, quod quædam Clariſſimus vir vbſeruauit mihiq́. ſuggeſſit, idque ab immanis beſtiæ præciſſa manu id eſt ab Elephantinis exuuijs deſumptam veteris Romanæ militiæ veſtigium monſtrat: Sed dum Galeæ ornamenta proſequor abiui à Plinthidibus, quæ ſcutum inſigniunt; harum frequens pictura in Romanorum militum occurrit parmulis, expreſſis in libro Notitiæ vtriusq; Imperij: hic liber ſine Heroaldica perſcrutatione intelligi nequit; & Publilius Optatius Porphirius ante mille trecentos annos Panegyriſta *Conſtantini magni*, dum certa carminum dimenſione Conſtantino aram ſtruit, *& labarum cœleſtiaq́, ſigna legenti minio exprimit, & dicat*, etiam colore artificioſisq; verſibus depingit, quæ in armis ſpectãtur, etiam dicta ſunt à me ſigna, cuneorum, cochleatarum inſtitarum, laterculorum, palorum, cancellorum, rhomborum ſed imprimis *Illuſtri viro Baſſo* ſcribens quales noſtri *Krantzij* geſtant, exhibet perforatas veluti plinthides, tria minio ſignata ſerta, vide ipſum ex editione Pauli Velſeri Patritij Auguſtani. D

Laterculi quadrati. Huic teſſerariæ Claſſi demum annecto vetuſtiſſimas gentes quæ Clypeos implent quadris ſeu laterculis æquiangulis & ex alterno

A alterno coloris & Metalli iubare diſtinguunt, veluti habent *Vberti* apud Florẽtinos, *Populi* apud Bononienſes, *Barbardori* & *Narducci* in Hetruria, *Calua* Ligures: & in Germania Comites *Spanhemij*, Equites *Coppenſteinij*, & antiquiſſima domus *Randerodia*, de *Aa*, *Maſcherellij*, *Pellij*, *&c.* Res ex primæ militiæ leuibus armis proficiſcitur, cum ex bicoloribus viminibus & ſaligna cõtexerent crates, ſtorias, & ſcuta quæ Perſica, & Gerræ dicuntur. Germanicus apud Tacitum li.
B 2. Annalium ſic depingit: *non ſcuta, inquit, ferro neruoue firmata, ſed viminum contextus vel tenues & fucatas colore tabulas habent*, in Domibus Sereniſſima Electorali Bauarica & illuſtriſſimorum Comitum DE KONIGSEGG, &c. obuium eſt ſignum. Modo Indicium origines monſtraſſe ſufficiat plenas enim deductiones ſuſpendo.





Notatio.

De ſigillorum imaginibus.

QVia innumera diplomata tractaui & tracto, volui occaſione armorum familiæ Virnenburgicæ hic mouere Lectorem; primũ ex Archiepiſcopis Colonienſi-
C bus *Henricum de Virnenbergh* anno 1306. electum Antiſtitem, gentilitia ſua teſſellata arma ſigillo incidiſſe: alioquin de ſigillis Eccleſiaſticorum Principum obſeruari vt plurimum in ſacro habitu Cathedræ inſidentes exhibere Antiſtites. Ita *Conradus de Hochſteden* Archiepiſcopus conſueto more in cathedra ſedet, ſed hic primus in auerſo latere Bullæ, vtitur minore, quod contra ſigillum appellant, in eo exhibetur Epiſcopus geniculans & iunctis manibus orans. Succeſſores *Siffridus* & *VVichboldus* primi vtuntur contra ſigillo exprimente Epiſcopum cum binis vexillis. Sic in Archiuo Auerbodienſi Contra-ſigillum Wichboldi habet Epiſcopum cum duobus vexillis, ante pectus ſcutum cum cruce, quæ eſt ſignum eccleſiæ Colonienſis, non Gentis de
D Holte, quæ tres alas geſtauit. Similia dicam l.3. in deſcriptione metropolitanæ eccleſiæ de armis *Cunonis à Falckenſtein* qui vti hic Vernenburgicus, vt dixi, gentilitia arma adiunxit eccleſiaſticis. De ſæcularium Procerum ſigillis addo: Duces ſæculares repræſentari in ſigillis, inſidentes equo phalerato, & vexillum oſtentantes: Comites & Barones inſidentes equo & gladium ſtringentes.

Filij familias Ducum & Comitum, repræſentantur aut ſellæ inſidentes & demulcentes canem, vel auem, aut in equo manu falconem geſtantes; nonnunquam cum venaticis canibus equum ſtipantibus donec militari balteo accincti ſigilla mutent, ita vſq; ad annum 1500. per ſexcentos amplius annos, monſtrante D. *Ioanne Gelenio* piæ memoriæ Fratre meo & Vicario Colonienſi Generali, animaduerti in archiuis.

A

SYNTAGMA XXVIII.



De Sagittariis vulgo de Mauuenheim, &c. Atque ex centuria refer huc inſignia numer. 73. & 74.



Mauuenheim.

REcenſent Chronica noſtratia in Colonia Agrippinenſi Gentem *de Mavvenheim*, B à qua nomen habet ſuburbicarius verſus ſeptentrionem pagus, vel ipſi a pago tanquam hæreditario fundo lege Flauia emeritis quondã aſſignato, cógnomen poſteris reliquerunt. Arma ipſorum ſunt in parmula veneta aureæ decuſſatæ duæ ſagittæ, quæ perſæpè occurrunt in Baſilicarum parietibus propter munificentiam; quamuis noſtra tempeſtate prætextu nouorum ornatuum veterum paſſim omnia monumenta Nobilium deijciuntur & obliterantur vna cum beneficiorum recordatione. Interpretationem harum Iconum non adnecto, quod principalia pugnantium inſtrumenta, quam congruant militibus clarum ſit, nec dubitandum quin olim ob ſagittandi ſtudium & peritiam à Principe data ſint in ſymbolum præcellentiæ. In Diui Laurentij Baſilica videmus Mauuenheimorum *& Straleniorum* arma C coniungi. Stralenia autem peruetus Patricia ſtirps, tres ſagittarum ferreas cuſpides in ſcuto aureo oſtentat, & interdum rubentis lunulæ adiectitiam notam.

Sagitta ſcutaria.

Straleni.

De ſagittis plurimæ antiquitates & varia emblemata poſſent adduci. Fuit etiam Romæ familia ex qua Octauius Sagitta Tribunatu plebis abiens Sententia Patrum & lege Cornelia de ſicarijs damnatus eſt. Vide Corn. Tacit. *Annal. lib. 13.*

SYNTAGMA XXIX.



De Vitelliis, Anchorariis, & Bellicoſis vulgo, Reuen, Hanxleden, & Bellinghauſen, quorum inſignia vide in Centuria num. 75. 76. 77.



D

FAmilia *Reuen* quam latinè Vitelliam non à vitulo ſed à vite compellant, inter Vbio-Romanas cenſetur, & duas colligatas vites pro ſigno habet. Sic Lucanus ait.

Latiam longo gerit ordine vitem.

Ma-


A Maximæ nempe Nobilitatis inſigne Centurionibus, vti nunc Indicam arundinem, ſic olim vitem dabãt: vnde Spartianus de Hadriano Imperatore ſcribit, ipſum nulli vitem (id eſt Centurionatum) dare ſolitum, niſi robuſto & bonæ famæ. vide Baron. *anno Chriſti* 262. *&* 298. vbi ſicut in inſignijs noſtratium vitigerorum pingitur, nodoſam vitem cum Iuuenale appellat. Clariſſimus vir Iuſtus Lipſius *lib. 2. de militia Romana dialogo* 9. obſeruat vitem non ſolum centurionis fuiſſe inſigne, ſed etiam ita incuruatam vt X literam notaret. Quod autem tres ſtirpes vitigeræ caudulas repandarum vitium anguinis capitibus cuſpident, credo ab anguibus caducei *Vitis inſigne Centurionũ* *Amphiſibena ſcutaria.*

B diuini deriuatum: ſunt qui putent geminam anchoram repræſentari fiduciæ ſymbolum, quaſi ſpes quam in terrâ habent cælo inhæreat. Seleucus Rex anchoram in annulo gerebat & gentilitium ipſi regiumque ſignum fuit. Anchoram in ſcuto cuiuſdam expictam ait. Herod. lib. 9. *Quæ nunquam quieſcens ſemper rotabatur.* Vnde colligo fuiſſe eam in ſcuto anchoram anguinis cuſpidatam capitibus, ſeu quaſi viuentes ad terrorem angues vel amphiſibenas exhibuiſſe ſcutum, inflexas vndique inſtar anchoræ, veluti dixeram Syntagmate 13. eſſe ſcutum Huinnorum ab Antteradt. & aliorum qui Vitelliorum noſtrorum ſignum in clypeo duplicant, id eſt octo repandas vites, vel quadrifidas gerunt anchoras in caducei diuini ſerpentina capita deſinentes. Cum vero certum ſit, digmata ſcutaria eſſe characteres priſcæ virtutis, & Heroum literas; repandam vitem inſtar caducei diuini ſerpentinis cuſpidatam

C verticibus. benè interpretabimur ſignificare: *militiam & centurionatus rectè, diuinaque cum prudentia adminiſtratos*; itemque anchoram quadruplicem ſerpentinam vel ſcutariam amphiſibenam interpretandam eſſe: *firmitatem circumſpectæ vndiquaque bellicæ prudentiæ & prouidentia.* nihil hic commemorabo de ſcutis veterũ draconibus ſerpentibusque inſignitis, ſed redeo ad Syntagmatis huius propoſitum, itaque inter ſtirpes noſtris Vitellijs armis cognatas vna nobiliſſima nomine *Hanxelar* & *Hanxleden* videtur Anchorarij nominis affinitatem habere. *Reueny* nomen Vitelliã gentem ſignat, quæ autem nũc Bellinghauſen dicitur, olim Bellicoſa perhibetur dicta, ſine dubio propter frequentes Centurionatus, eademque domus adhuc tam ſago quam toga Illuſtrium virorum Traiano equo fecundior eſt: Romani diuino ſemine progeneratos fingebant Vitellios C. Suetonius Tranquillus Lib. x. inquit. *Ex-* *Hanxleden.* *Reuen.* *Bellicoſi.* *Vitellia gens.*

D *ſtat Q. Eulogij ad Q. Vitellium Diui Auguſti Quæſtorem libellus, quo continetur Vitellios Fauno Aborigenum Rege, & Vitellia quæ multis locis pro numine coleretur, ortos toto Latio imperaſſe. Horum reſiduam ſtirpem ex Sabinis tranſiſſe Romam, atque inter Patritios allectam, indicia ſtirpis diu manſiſſe viam Vitelliam ab Ianiculo ad mare vſque, Item Coloniam eiuſdem nominis quam gentili copia aduerſus Æquiculos tutandam olim depopoſciſſent: tempore deindè Samnitici belli præſidio in Apuliam miſſo, quoſdam ex Vitellijs ſubſediſſe Nuceriæ, eorumque progeniem longo poſt interuallo repetiſſe vrbem atque ordinem Senatorium.* Cum itaque hîc habeamus ex Sabino-Nucerinis Romanam Senatorij ordinis gentem Vitelliam, & ex alijs monumentis colligere liceat translationem in Vbios nominisque Germanizationem, adiungendo his auitas traditiones: ex armorum ſimilitudine diſcretas

tres ſupra ſcriptas proſapias, ad eandem referimus Vitelliam radicem, latinis nominibus Vitellios, Anchorarios, & Bellicoſos appellando. A



SYNTAGMA XXX.

De Gente Iudæorum atque huc refer inſignia numer. 78. 79.



B

Iudæi.

IVdæorum cognomine Illuſtris cenſa inter Vbio-Romanas Familias, domus, claritudine ſua patrios libros & monumenta atque archiua repleuit, & illius *per faſces numerantur aui* vt cum Claudiano loquar: ex eaque modo ad Reipub. clauum ſedet defunctus nuper faſcibus Conſul *Conſtantinus de Iudæis.* Gentilitium familiæ ſignum in miniato ſcuto tres argentei petaſi, aut pilei quibus olim Hebræa natio vtebatur, libertatis autem ſymbolum in pileo repræſentari author eſt Appianus lib. 11. inſinuans perpetratâ Cæſaris nece, pileolum haſtæ fixum ad indicandam libertatis reſtitutionem, hinc teſte Dione *lib. 47. & aliis,* Brutus ſignificaturus Patriam à ſe in libertatem vindicatam, numiſmati quod cudebat, ſuam imaginem cum pileo incidit, aſcriptis verbis: IDIBVS MARTII: quo die libertatis cauſa cæſus erat Cæſar. Ita apud C. Suetonium in Tiberio. *cap. 4.* per pileum libertas ſignificatur, cum dicitur *ſeruos ad pileum vocatos.* Cognominis Iudaici originem quoque claram oportet fuiſſe, non enim fruſtra tot ſæculis retentum pertinaciter eſt nomen in Proſapiâ Chriſtianâ & munificentiſſimâ in ſacras ædes, ſiue dicantur à Galeri Iudaici geſtamine in armis, ſiue ob rem fortiter pro Repub. Romanâ geſtam contra Iudæos, vti Germaniam, Numantiam, Africam à geſtis contra populos prælijs nomini ſuo Romani induebant, ita apud C. Sueton. Tranq. in Tiberio. cap. 3. *Druſus hoſtium duce Drauſo cominus trucidato, ſibi poſteriſque ſuis cognomen inuenit.* ſiue denique propter fidem Chriſtianam maturè amplexatam: Nam ſub fidei incunabulis, Chriſtiani Iudæorum nomine cenſebantur, ita C. Suetonius Tranq. lib. v. dicit Claudium *Iudæos impulſore Chriſto aſſiduè tumultuantes Româ expuliſſe,* cum expulerit Chriſtianos.



Pileus ſignū libertatis.

Vide Alciatum in Emblematis. C

Iudæorum nomine cenſebantur Chriſtiani. D

Nobilis Patritia ſtirps Harderadiorum tres, ſed differentes Galeros geſtat, & ſtemmatis gloriam ex Anglia aduexit; qui ex eis quotidianam muſicam in æde Capitolina fundauit: cum nobili ſtipendio & dignitate Præfectus fuit Equilis Caroli Auſtriaci, poſtea eius nominis quinti Cæſaris, vti ex archiuis ſcio.

EPI-

A EPIGRAMMA in Prænobilem ſtirpem de Iudæis.

Stirps Iudæa tenet nomen de Gente rebelli,
Quâ domita Chriſtum percolit ipſa Deum.

B SYNTAGMA XXXI.



De Gente Tricipitina vulgo von Guldenheufft. *Vide in Centuria clypeum num* 80.



HVmani capitis effigies numiſmatibus & ſignatorijs gemmis incidere Ethnicis fuiſſe ſolemne verſato mediocriter in antiquitatibus notum eſt, inter Patricias autem Vbio Romanas domos eſt, dicta von Guldenheufft,
C id eſt *de aureo capite* quæ in atra areola tria aurea capita humana oſtentat, & ſupra caſſidem nigrum viri ab vmblico thoracem, cum aureo capite, & aureis loco brachiorum lituis. Principum *Malateſteorum* in Italia Domus arma ſimilia geſtat. Nobiles noſtrates *à Kolgen* in aureo campo tria fuſca capita gerunt, nec multũ diſſimilia habet Nobilis clariſſimis vir D. Robertus ab *Hillebrinck* Officialis Colonienſis. Origo talium poſſet referri ad imitationem Iulij Cæſaris qui triplicem Galliam in numiſmatibus tribus capitibus humanis expreſſit, aut quod occiſorum hoſtium facies & capita olim clypeis imprimerent, ſicuti Tacitus lib. 2. hiſtoriarum de Galbæ cæde & interitu loquens, *Præfixa* inquit *contis capita geſtabantur inter ſigna cohortium, iuxta aquilam Legionis* Res paſſim obuia in hiſtorijs, vide Florũ lib. 3. cap. 21.
D & alios. Vel denique, quia in his erudendis aliter procedere nequimus quam per coniecturas, voluerit Patritia hæc gens ad Tricipitinos Lucretios referre genus, & nomen oſtentatæ ſtirpis ſcutarijs characteribus exprimere

Adijcio *Comitem Svvartzenbergicum* adhuc patrum noſtrorum memoria cum *Gaurinum* Germanicè *Raab*, id eſt coruum compellatũ occupaſſet, detruncatæ Turcæ verticem cum inſidente Coruo vetuſtiſſimis gentilitijs teſſeris adieciſſe: Antiquis etiam caput humanum boni ominis indicium dabat, hinc Liu. *Dec lib.* 1. refert perfoſſa Torpæâ rupe *aperuiſſe integrâ facie hominis caput eamque fore arcem imperij rerumque caput portendiſſe.*


SYN-

A

SYNTAGMA XXXII.



De Duropugniis vulgo Hardenfauſt *vbi etiam de Vyghys quorum inſignia repræſentat Centuria clypeorum num.81.& 82.*



NB. Duſter loe gerunt arma Hardeuuſtiorũ.

HArdeuuſtia, id eſt de duro pugno Vbio-Romana domus, duo cancellata brachia & manus ad pugnum complicatas gerit: In nonnullis Colonienſibus B Monumentis Catonum gens dicitur. Quod communi ſermone dicantur M. Scæuolæ memoriam oſtentare, an fabuloſa quorundam imaginatio, aut auita traditio ſit non magnopere indago. Credo tamen monumentum gentilirium poſteris relictum in recordationem robuſti Romani Herois, ſi non Sceuolæ, ſanè, qualis erat Tritanus Samnites, vt Solinus ſcribit, qui manibus brachijsque cancellat s, omnes aduerſarios leui tactu ſecurisque congreſſibus vincebat, cuius filius ſub Cn. Pompeio hoſtem prouocantem inermi dextra ſuperabat, ac captum digito vno in caſtra ſui Imperatoris trahebat: ſæpè huiuſmodi Heroes in vetere Hiſtoriâ legimus, vti ipſum Maximinum Imperatorem, qui ab Herodiano ſcribitur, ſi pugnum equo dediſſet dentes ſoluiſſe, vndè per adulationem à quibuſdam Milo Crotoniates, ab a- C lijs Hercules dicebatur &c. De Tiberio inquit C. Suetonius Tranq. cap. 68. *erat ſiniſtra manu agiliore ac validiore: articulis ita firmis, vt recens & integrum malum digito terebraret: caput pueri vel etiam Adoleſcentis, talitro vulneraret.*

Vygh Familia.

In Hardenuuſtiorum armis interdum colorum quædam & adiectitiarum notularum differentia videtur, id ex aucta ſobole & numero diffuſioneque ſtirpis venit, nam quidam lunulam, alij auẽ, alij ſtellã, vel denique liliũ addiderunt, quod cõmune erat veteribus, vt plurimum autem pollicem abditum inter medium digitum & indicem premere videntur, quem modum vulgus ad plebeium cauillandi ingenium *ficuum monſtrationem* dicit: ſicuti forſitan Caius Cæſar Caligula teſte Suetonio lib. 4. *ex cauſa aliqua agenti gratias, oſculandam manum offerebat formatam commotamque in ob-* D *ſcænum modum.* Hæc ideo referenda cenſui quod Generoſa Familia de Vych talem ex Hardenuuſtijs originem trahat: cum inter Colonienſem Archiepiſcopum & plebem quondam graues intercederent controuerſiæ, & per contemptum imaginum Hardenuuſtiarum plebs in turpem morem digitos complicans oſtentaret & inclamaret: *ficos*, quidam Hardenuuſtius egregie vindicatis vt ſic loquar ficubus, vitandi popularis odij & contrariæ vindictæ cauſa, compulſus in Geldriam diſcedere Vyghiorum iſtic plantauit progeniem, videnturque Tielæ in magnificis & quaſi ducalibus, Vyghiorum ædibus, inſculpta Hardenuuſtiorum antiqua arma aſſociata

armis

A armis Borboniorum & Geldriæ Ducum, putoq; ex eâ gente adhuc Nepotes ſupereſſe Theodori Vighij Droſſardi territorij Maſſe-wale dicti. Præfect Tilenſis, qui variam fortunam durantibus tumultibus Belgicis expertus, liberos reliquit claros & diuerſarum Toparchiarum Poſſeſſores, &c.

Diuerſa eſt ab Hardenuuſtijs & mitioris rei ſymbolum exhibet Equeſtris in Vbijs Proſapia à *VVolffskel* ex plaga orientalis Franciæ huc tranſplantata, gerens in aruo cæſio brachium & manum argento veſtita, annuligera, ſicuti fermè Beierorum de Boppardia generoſum ſtemma geſtat brachium florigerum. Honori Wolffskeliorum appono verba Dionis Nicæi in Auguſto cap. 7. *Olim* ait B *ciuibus Romanis, niſi ijs qui Senatorij erant, aut equeſtris ordinis annulos ferre non licebat*, ergo annulum dare ſolius Principis fuit, & apud nos ſponſi eſt, recipere vero & geſtare nobilioribus tantum permittitur.



VVolffskel.

SYNTAGMA XXXIII.



De Roſigeris vbi de Familijs à Stommel, Lipp, Altena, 8. Legione, item de Lilijgeris. Vide in Centuria clypeorum num. 83.



C

ROſam & flores, cum in Numiſmatibus, tum in gemmis ſignatorijs vetuſtiſſimis frequenter deprehendimus, ſed maximè geſtatur roſeus flos in armis Familiarum quæ Romanam, illuſtrem, ac diuiniorem iactant originem. Nam Martē Deaſtrum ex Iunone & Roſa genitum perhibent, videturque ſignum Martijs Heroibus congruere, cum arcana oporteat eſſe conſilia bellica, & communi adagio S V B R O S A dicantur quæ propalanda non ſunt; aculeiſque quibuſdam veluti telis roſa armetur & cruore perfundatur; merito igitur in delectum ſcutariorum D ſignorum venit, & à veteribus attribuitur cum Scipionibus, tum octauæ Legioni. Quæ verò in Vbijs Roſigeræ ſunt ſtirpes, etiam Romanæ originis habent opinionem. Dicam de ſingulis, atque imprimis certa traditio Romanæ originis eſt Proſapiæ quæ à *Stommel* pago nomen habet & in Vbiorum Chronicis exhibetur, in aurea parmula ad Crucis figuram diſpoſitas ſex roſas purpureas oſtentans. Cum verò primogeniæ ſint quæ ſimplicioribus ſcutis inſtruuntur familiæ, præferendę ſunt Stommeliorum ſtirpi quæ paucioribus vtuntur roſis, vti *Lippienſium* Comitum genus, quod Carolus Magnus dicitur in veterum Vbiorum interamnio ad Lupiam flu. tranſplantaſſe, & habet vnicam in argenteo campo rubentem roſam; teſtaturque Nobilis & ſagax Scriptor Ioannes à Berſworde in Huſten in MCtis fragmentis familia-

Mars ex Roſa natus.

Sub Roſa

VIII. Legio.

Stommel.

NB. Familia de GRAVE geſtat quinq; roſas de DRYNBORN tres WOLMERODII quoq;

tres, alij pauciores alij plures.

familiarum Weſtphalicarum: Lippienſes à quibuſdam ad Manliorum, ab alijs ad Vrſinorum ſtirpem, ad Romanam verò originem à pleriſque referri: Ego *Altenanam* familiam ex armorum cognatione puto propagatam eodem cum Lippienſibus ſanguine. quia ante cædem S. Engelberti Altenæ & Marcæ ac Montium Comites vnam in ſcuto roſam geſtarunt, & communis fabula habet, tempore Ottonis tertij duos fratres Vrſinos ob diſcordias ex Italia in hanc Prouinciam immigraſſe: in Hiſtoria autem S. Engelberti pag. 306. demonſtraui ex archiuis Altenanam ſtirpem in his partibus vetuſtiorem eſſe Ottone tertio, ex Aduocatis Tuitienſibus ſeu Vbienſibus Comitibus ortam. Itaque dum veterum tabulæ deriuantur ex hiſtorijs rudi ſæculo ignoratione veri corruptis, puto ad Romanos Colonos & Vbio-Romanam nobilitatem reuocandos Vbienſes ſiue Altenanos, & Lippiacos Comites, quia præſertim mox à tempore deductæ Coloniæ Agrippinenſis, &c. in ea Vitellius exiſtens & Imperator ſalutatus, Othonem imperium affectantem inimicum habuit, qua de cauſa potuerunt Vbij fratres, Othonis & Senatus partibus fauentes, in transRhenanas Sedes refugiſſe, vt ſic & Othonis Cæſaris (ſed non ex tribus illis Saxonicis) & inteſtini belli commemoratio optimè quadret in originem Altenani & Lippienſis ſanguinis, quod autem de Vrſinorum ſeu Roſinorum nominibus dicitur (cum teſte Crantzio Vrſinorum nomen recentius ſit) ad homonomiam Vrſini refer, quæ commento occaſionem dederit huius cognominis, Vrſos enim & Vrſinos appellant frequentiſſimè transRhenani qui parta tuentur & ea omnino non, vel ægrè ſibi eripi patiuntur, exemplo Vrſi, qui infantem vel hominem complexans, nullo modo vel difficulter dimittit. Vnde Saxones qui Martem ſub Harminij nomine colebant, eius ſtatuæ Armiſulio inſtar Herois ſculptæ, cum vexillo roſa inſignito ſupra pectus figuram Vrſi addiderunt. Dum ergo hos duos fratres Vbio-Romanos ab ædificatione caſtrorum Altenani, & veteris Montis remouere, aut in eorundem conſummatione impedire vicini Reguli & proceres non poſſent, ab ipſis Vrſinos exiſtima appellatos. Atque veteris Montis quidem arcem nunc Monaſterium, olim incoluiſſe Romanos docet erutus ibi cippus cũ hac inſcriptione MATRONIS GESATENIS LATINIA FVSCA. V. S. L. M. in quo aduerte Vrſinis familiare nomen LATINIORVM.

Altena.



A

B

C

D

De Cliuenſium primis Dominis ex Gente Vrſinâ ſimilem ortũ fabulantur, ſed tẽpore diuerſum, cum referant ad fugiendam ignominiam Samniticæ cladis apud Caudenas furculas à Romanis acceptæ migraſſe ad inferioris Rheni partes, duos Vrſinos fratres & condita arce Cliueuſi, tandem à Caio Iulio Cæſare poſteros vtrique limiti Rhenano Præfectos, & alia quæ vix lubet referre: Ex quibus tamen liceret colligere, eam gentem in Vbios deductam ex nobilitate forte Samnitium fuiſſe, & ad vtramque Rheni ripam dilataſſe ſtemma, ſi verò Vrſinorum memorata homonymia diſpliceat, elegantiorem habes Pyghij interpretationem, qui Vrſinos

A nos Orcinios Romanos putat fuiſſe; quaſi forſitan Orſauij caſtro fuerint præfecti, ex quibus filia hæres in armis roſam geſtans, Ælio ſimiliter Romano nupſerit. De Vrſinorum autem Romæ adhuc Florētium Principum armis exiſtimo ea compoſita eſſe, & initio Roſam fuiſſe, indè ob Anguillariæ Ducatum, adiectam inſtitam inſignitam Anguillâ, atque lemniſcos nauem repræſentantes. Eſt etiam ad Viſurgim Nobilis domus Salderorum cognata Lippienſibus noſtris, & Roſenbergijs in Bohemiâ proceribus, Roſam ſcutariam geſtans. Sane Ioan-



Clem.

B nes Letznerus Hardeſſianus Mſcs Chronico Hildeſienſi, ample deducit, & inter alia commemorat cum S. Bonifacio anno Domini 718. indictione prima, veniſſe Roma in Germaniam, Sigehardum de Roſis virum Nobiliſſimum, Salderæ gentis apud Hildeſios Conditorem: adeo vulgare eſt vbique Roma Roſigeros deriuare. Producit etiam P. Syluester à Petra ſancta *lib. de teſſeris Gentilitijs cap.* 60. diuerſas familias roſeis teſſeris vtentes, quibuſcum poterunt noſtri qui roſis & floribus vtuntur Patritij veteres ſua arma confacere. Singulariter verò huic roſeæ claſſi attexēdæ ſunt proſa-

C piæ, quæ gerunt ſcutaria lilia, proximam teſte Plinio à Roſa nobilitatem obtinentia, quibus poetæ cæleſtem originem aſſignant: quippè deciduæ ex lacteo circulo ſtillæ, ſemina liliorum dederunt. Perſis Regiæ Vrbis *Suſa* nomen Lilium ſignificat, habetur emblema fœlicitatis & innocentiæ, in veterum nummis & ſignatorijs gemmis etiam ſpei bonæ, Auguſtæ, publicæ & populi Romani ſignum in manibus Diuæ & Genij exprimitur. In Regum aulis ſceptri vertex & gloria, lilium eſt, nec abeſt à re militari vſus liliorum, *lib.* 7. de bello



Gallico Cæſar apud Alexiam munimenti genus ſtruxit *quod à ſimilitudine floris lilium appellabant*: Denique cum frequentiſſimè intexatur veſtibus è quibus ſcuta-

D riæ imagines promanant, non mirum eſt antiquiſſimas noſtræ Prouinciæ familias ſcutarijs lilijs inſigniri, nempe Barones de *VVachtendonck*, Nobiles ab *Eill*, Nobiles ab *Ellempt*, Nobiles *Kriechenbeck*, Patritij *Gropperi*, Nobiles Smiſingh dicti Corb quos deriuant à Corbulone Claudij Cæſaris duce, qui ad marina æſtuaria deriuanda Rhenum inter & Moſam duxit foſſam, nominis veſtigio, argumentum additur ex binis Syrenibus, lilium ſpei & fortunæ ſymbolum, ſupra galeam amplexantibus.

Pari ratione explicaretur Cerealis nomen *Betelij* quod ſilueſtrem florem

lilio non abſimilem ſiguificat. Addo Arbergenſes A
Principes non quinq; foliorum flores tres in armis geſtantes, quos dicunt Geldrienſes (à commento interfecti Draconis, Vnde oppidi Geldriæ inſigne eſt in campo floribus ſeminato alatus ſerpens) eoſdem appellant Eſculeos vel Meſpilinos. Sunt Arbergici hæreditarij officiati ac ſcutati Pocillatores vel pincernæ Electoratus Colonienſis, armorumque & ſtemmatis vetuſtas omnem hominum antecedit recordationem.



Patritia Gailiorum in Vbijs Gens, quæ Andream Clariſſimum Iuriſconſultum edidit, in armis ſupra lilium duas roſas coniunxit. Broelmanni ex quibus Stephanus Broelmannus Iuriſconſultus & Hiſtoriographus, duobus lilijs addiderunt ſtellam. B

EPIGRAMMA

C

In Candorem Nobilium Roſâ verecundiæ Stemmata ſua tingentium.

Nobilium Candor pudibundo pingit honore
Stemmata, ceu faciem terra benigna roſis
Deliquio procul eſt etenim natura, patrumque D
Sanguis natorum purpurat in niuibus.

SYN-

A

SYNTAGMA XXXIV.

De Gente Albana & de Comitibus Salmiæ cuius inſignia vide in centuria numer. 84.

B ALbanos à Romanis ſubactos & in vrbem orbi dominaturam traductos, etiam indè Nobiles Colonos Vbijs ſubminiſtraſſe argumento antiquitatis diſcimus, nam hæc extat ſacrata Deo penati Ara Coloniæ in Helmannianis ædibus. *Albana gens Colonia.*

BACVRDO
SACRVM
M. ALBANVS
PATERNVS
OPTIO
C V. S. L. M.
TT. SIL. CONS.



Deindè conſtanter traditur S. Maternus in has partes adueniens, ſenatoriæ viduæ Albanum filium miraculosè vitæ reſtituiſſe; in quam igitur gentem Conſularis ſtirps Albana abierit inquirenti, occurrit omnium ferè conſenſu credi ex SALMENSIVM proſapia fuiſſe Illuſtrem Albanum Iuuenem à morte prodigioſo beneficio reuocatum: Itaque ſecundum Fæcialium curioſam trutinam arma Salmenſium examinans, ſtatuo ipſos reſuſcitationis argumentum gentilitijs teſſeris intuliſſe & reliquiſſe poſteris gerunt enim in miniato clypeo aureis cruculis ſeminato, fulgentes argenteo iubare, duos piſces: ſi quis autem Romæ ſubterraneæ aliaque primorum Chriſtianorum monumenta peruoluat, nihil frequentius reperiet quam reſurrectionem piſcis emblemate ſignificari, ſicut Ionam piſcis euomens Chriſti reſurrectionem denotat; vita quoque incolumi fruentes (Geſundt wie ein Fiſch) ſani inſtar piſcis dicimur, & quantum à piſcibus ſomnus, tantum à reſuſcitatis ad vitam meliorem mortis abeſt indormitio; demum piſcis morem habet in aduerſas eundi vndas, ſicut reſuſcitatio eſt contra naturæ curſum Hinc Chriſtianis adeo familiare fuit piſcium inſigne, vt à gentilibus contemptim piſciculi dicerentur, & inueniuntur veteres gemmæ, oſtendentes Crucem cum piſciculis inſculptam, Itaque duos piſces

Ex Albana gēte adoleſcens reſuſcitatus ad vitam, dicitur Salmenſis.

D *Piſcis hieroglyphicum vitæ.*

piſces Albanus Iuuenis à Materno reſuſcitatus parmulæ ſuæ inſcripſit, vt altero recuperatam vitam præſentem, altero acquirendam æternam beneficio Chriſtianæ fidei innueret, ac proindè cruculis campum inſperſit: ab hoc poſteà clypeo Salmiorum nomen promanauit, & à poſteris Salmia arx vbi Aduenarum Curia ſteterat ædificata eſt, atque hoc modo Albanæ gentis nomine in Salmiorum Stemma euaneſcente & tranſmigrante, facillimè conciliantur traditiones veterum, quod ex Albana gente Comes Salmenſis fuerit à Diuo Materno reſuſcitatus, quæ verò de Salmone Franco Troiano ſtirpis conditore dicuntur, aliud non puto nobis ſuggerere quam Nobiliores Francos in has partes olim effuſos, connubia cum Salmenſibus iniuiſſe. Hæc verò antiquitatis cauſa profero, non tamen damno opinionem quæ genus à Francis deducendũ vult. Barenſes Pirdtij, Montis Belligardij, Heinsbergij, Blanckenbergici, alijque, differenter piſces gerunt, ſed eadem ferè ſignificatione, aut etiam victoriȩ ſymbolo, quemadmodum Octauio Auguſto Cæſari, piſcis ad pedes accidens vaticinio fuit Siciliam in eius fore poteſtate, Teſte Dione Nicæo. *in vita Auguſti cap.* 8. A B

Notatio.

ARa quam attuli hoc Syntagmate explicatione eget, quantum ad Deaſtrum, Stirpem Albanam, tempus erectionis, & verba in eadem ara. PRIMO quis Deaſter Bacurdus fuerit enodatu difficile eſt, extat Coloniæ in ædibus quondam Clariſſimi Viri Doctoris Broichij, alia eidem erecta. C

BACVRDO SACRVM T. IVL. FORTVNATVS PRO SE ET SVIS. V. S. L. M. Itaque frequenter cultus videtur, ſiue ex Penatibus & Dijs minorum gentium fuerit ſiue aliquod Numen ex maioribus, hoc Vocabulo appellarint Vbij, ſicuti in Brittanicâ inſulâ Colebant BALATVCARDVM & in Germania Wodanum, Crodum, Tuiſconem, Tafanam, Nehaleam &c. fingebant enim teſte Prudentio, *Geniorum millia multa.* SECVNDO pro Albana ſtirpe Henricus von der Borch CL. Ciuis Francofurtenſis ſubminiſtrauit inter diuerſos cippos vnum non Deorum Manium, ſed TITVLI & MEMORIÆ Vocabula habentem qui proinde Albano alicui iam Chriſtianis Sacris imbuto poſitus Videtur. nempe ALBAN. BALVI. F. DEC. ALA. AVGVSTA ITVRAEORVM DOMO BATAVOS ANNOR. XLIII. STIPENDIOR. XX. HIC SITVS EST TITVLVM MEM. POS TIB. IVL. REITAGENVS ET LVCANVS DEC. ALÆ AVG. ITVRÆORVM. D

In Woringen (olim Burunco) municipio prope à Coloniâ, repertus eſt Cippus Albanio Vitali Equiti poſitus, tres habens areas, in quarum ſupremâ exhibetur ſeminudus adoleſcens innixus ſiniſtro brachio quaſi in ſtragulâ & puluinari, accumbens menſæ tripodi, in qua duo vaſa cum cibis & Scyphis, ad pedes puer adſtat manibus decuſſatim compoſitis.

Me-

A Media Area hæc habet Verba.

ALBANIO VITALI
EQ. ALÆ INDIANE
TVR BARBI CIVI
TREVERO AN. XXX. S. ✠ P. X.
H. EX. T. E. C.

Ininfima area.

Equus generoſus ſtragula & phaleris ornatus, ex cuius ephippio ſcutum oblongum dependet, famulo faſces ferente, loroque equum à tergo regente.

TERTIO oportet de erectæ aræ tempore coniecturare, è TT. Silij vel Syluani
B Conſulatu, qui non ex Romanæ ſed Agrippinenſis Reip. Conſulibus fuerit. Silanorum nomen clarum Romæ oſtendit Clariſſimus Lipſius ad Tacit. Ann. lib. 13. ſi autem ſtatuamus TT. Silium hunc fuiſſe non filium ſed Cognatum alterius C. Silij Legati exercitum ducentis apud Vbios circa 17. Ann. Chriſti *Statilio Tauro & L. Libone Coſſ.* Teſte Tacito lib. 2. annal. Cognatum dico, nam filius Teſte Tacito Lib. xi. Ann. adulter Cæſareus fuit, ergo SiLanus Vel C. Silij Legati TT. Silius Conſanguineus Coloniæ Agrippinenſi inter primos Conſules obueniſſe potuit anno deductionis Circiter primo conditæ Vbiopolis 70. Chriſti quinquageſimo quinto, mox Vero aduenięs. S. Maternus ſub initia Colonię Agrippinenſis deductę potuit, filiũ Al-
C bani ſub TT. SiLano vel TT. Silio Conſule Vitæ Matriq; Viduæ Albanæ & fidei veræ reſuſcitatũ miraculoſe aggregaſſe: ſed hæc intra terminos coniecturæ, ex quibus tamen perſpicias, quam non vana ſint à maioribus tradita dum his augent fidem eruta poſteris monumenta.

Quarto. Verba Aræ facilem explicationẽ admittunt: Optiones enim vel Accenſi Vocantur electi adiutores Centurionum, itaque Albanus quondam in eo munere meruerat. Vide Ioannem Roſinum *antiq. Roman. Lib. X. Cap. VII.*

Literis V. S. L. M. ſignificatur Votum Soluit, lubens merito, &c.

D

SYNTAGMA XXXV.

De Pauonijs quibus adſcribe ex centuria Clypeos num. 85. 86.



PAuonia gens in albo Vbio-Romanorum Colonorum cenſetur, & cognomen Romanis vſitatum fuit, inque gemmis ſignatorijs Ethnicorum inciſum freque- Pauonij.

tec

ter ſignum reperio: dicit Panegyriſta ad Conſtantinum Magnum: filiam Maximiani Herculei, puellam puero Conſtantino obtuliſſe galeam auro gemmiſque radiantem, & pennis pulchræ aliſis, id eſt Pauonis eminentem. Quod vna linea Pauoniæ A ſtirpis *Mompterslacia*, id eſt, *de Monumentorum lacu* dicatur, indicat plures Coloniæ lacus ad plura monumenta fuiſſe, nam Capitolium Colonienſe quondam ſuis muris & foſſis circundatum, vicinas habuit Patriciorum ædes, quarum aliquæ etiam foucis muniebantur, inter alias ædes in foſſa arenaria prope Roſtra (vulgo auff der Sand Koulen bey dem Quatermart) domus angularis ad Pauonem habet vicinum vicum Vulgo *Mommersloch* dictum: vna igitur ſtemmatis linea non à ſuburbano iuxta S. Vrſulam monumentorum lacu, ſed ab hoc vico nomen aliud ſortita, galeæ B inſidentis pauonis iconem prætermittit, pro eaque Auguſtalis capricorni figuram gerit.

Pauonij Mompterslacij.

Ala verbum militare eſt, ſic dicimus alas equitum, &c. Eſt etiam ſymbolum alacritatis, & ex caſtris inter gentilitias notas transfertur. Alam etiam, vtraque P[illegible] uonia ſtirps in ſcuto retinet. Pauo auis Iunoni ſacra, hinc diuiniorem originem iactantes eius gerunt ſignum inter Vbios, non *Pauonij* tantum ſed & *Clematij*, vel *Cleingedankij*, interque cæteros Germaniæ proceres quam plurimi alij, præſertim *Comites de VVieda* in aureo rubeis tæneis obliquè lemniſcato ſcuto oſtentant pauonem; ſunt apud Batauos alij *VViedani* in argenteo ſcuto geſtantes pauonem, & vt de Romana origine ſuſpicari audeas, obſerua latini vocabuli *vitæ* veſtigium in cognomine gentis & ditionis, nam Pauo veteribus etiam Chriſtianis vitæ fuit hyeroglyphicum, teſte Ambroſio Boſio ex monumentis Romę ſubterraneę; perſuaſum enim vulgo eſt Pauonis carnes putrefactionis expertes eſſe, & gentiles Conſecrationem expreſſuri ſignabant nummiſmata pauone euolante cum puſione, ita apud C Octauium Stradam vides *pag.* 58. numiſma Plotinæ vxoris Traiani *pag.* 105. Paulinæ vxoris Maximini, *pag.* 129. Marianæ vxoris Valeriani, *&c.* Sunt aliæ ad militarem rem interpretationes Pauonis; nihilque cauda Pauonis communius eſſe in illuſtribus armis, norunt huius rei ſtudioſi.

Aligeri.

Noſtro tempore plures nobiles Proſapiæ, cognata veteribus Pauonijs ſigna ferunt; id eſt alas in ſcuto, vti Etzbachij: Melſchedij, Halvveilij, & veteres Barones de Holte, ex quibus Wichboldus Archiepiſcopus Colonienſis, cuius inſigne videlicet tres alas, exhibet feneſtra ſupra organum Maioris Eccleſiæ Colonienſis. D

Cauſa concedendæ nobilibus alæ ſcutariæ, bellica celeritas, vel virtutis ſublimitas dici poteſt. Quibuſdam origo diuinior perſuaſit vt in armis, & ſupra galeam, alas gererent: quod ſtirpem gentilitiam repeterent à galerito & talaligero Deaſtro Mercurio.

SYN-

A

SYNTAGMA XXXVI.



De Aquæductia Gente cuius Clypeus exhibetur numero 87.



B

VBio-Romanis Colonis ſtirps *Aquæductia* fœlicibus auibus fuit conſociata, geſtat in cæruleo ſcuto tres aureas coronatas aues, pſittaci eſſe dicuntur, aureus tamen fulgor à coloribus pſittaci diuerſus, incertam volucris ſpeciem facit: ſupra Galeam ſimilis à pectore auis emergit: vbi curioſo antiquitatis Feciali obſeruandum eſt anteriores auium partes & capita cum gutture & roſtro, præſertim gallorum gallinaceorum, falconum, pſittacorum, & huiuſmodi volucrum, cæpiſſe ad rem ſcutariam transferri ab Heroibus, ad repræſentandum trophæum cæſi Raptoris vel exactoris, ſic enim etiam in numiſmatibus & ſignatorijs gemmis malignæ
C aduncis roſtris aues, & Harpiæ galeatæ ea volucrum figurâ fermè exprimuntur: ita teſtatur Suetonius lib 9. *Antonio Primo* Vitellij interfectori, fatale fuiſſe cognomen *Becco*, id eſt, *roſtrum gallinaceum*. Cyrus militem hoſtis interfectorem iuſſit aureum Gallinaceum lanceæ affixum aciei anteferre, Machabæorum monumento tres pſittacos ferunt impoſitos, dubio procul ad memoriã ſuperati tyranni; De Aquæductiæ gentis nomine mirum eſt, tot à deductâ Coloniâ ſæculis, id firmiter in hærere, & in omnibus diplomatibus latino vocabulo ſcribi *de Aquaductu*. In Germanicâ verò appellatione tenuè Romani nominis veſtigium manet cum dicantur von Aduchte: ipſum cognomen muneris fuit, & à curandis aquis inhæſit; cum enim Romæ matris lineamenta in omnibus filia Colonia æmulata fuerit, in aquis etiam ducendis videtur vna ſtirps hæreditariè occupata, quæ cura Romæ erat familiæ
D Fronteæ. Itaque auguror Iuliam Agrippinam pro inclinatione ad natale ſolum, cupiuiſſe Coloniæ ſuæ optimè de aquis proſpectum, ideoque inter ductos adlegiſſe Aquæductuum intelligentes expertesque viros, fortè ex Frontæorum proſapia, quod veriſimile tenebimus donec certiora ex monumentis eruantur. Ipſum Colonienſem Aquæductum, inter mundi miracula cenſendum, deſcriptioni Metropolitanæ eccleſiæ ſubnectam. Illud ratus non prætereundum, ex Aquæductia progenie fuiſſe Mengoſum vel Menginum, cuius vxor Richmodis *à Lieskirchen* ſepulta ad vitæ vſum mirabiliter redijt; res in familiæ Lieskirchiæ MStis. Annalibus ita refertur. *Hæc eſt illa.* *Aquæductus Trenerico-Vbius.*

Ce *Rich-*


Richmodis à Lieskirchen præcociter viua ſepulta, reſurgit.

Richmodis mulier Agrippinas caſu agitata plus admirationis habituro apud poſteros quam fidei, peſte ſeuiente Coloniæ anno 1357. Innumeri in ciuitate, cum alij ceciderunt, tum etiam ea ipſa de qua dicere ordimur Richmodis, à ſimili clade extincta vt putabatur ad SS. ſepelitur Apoſtolos. Maritus conſorti thori charæ annulum digito iunctum coniugalem ob beneuolentiam non detraxit, ſed Comitem Comiti vitæ deſideratæ & tanquam teſtem amoris mutui nunquam apud ſe intermoturi, mitti ſimul paſſus eſt, iſtam non æſtimans iacturam ad tantam iacturam boni. Id quomodocunque olfecerit Veſpillo, noctis ſecreto ad ſepulchrum iter tacitus reflectit, monet tum humum, tum humatam, aurum ablaturus, ad motum mouetur illa, veſpillo profugit, mulier ſurgit, indè ad notam domum mariti, quæ ab pſittaco inſigni de Aquaductu appellata, in nouo foro, tendit, pulſat, procedunt domeſtici, ad feneſtram percunctantur qui mortalis ſit, vndè aut quo caſu prouectus domo, quidue quærens nocte eo in publicum exiſſet; poſtquam audiunt Richmodim Dominam eſſe, timore diffugiunt, illa pulſat magis. Maritus ad pulſum excitatur, aſſurgit & illico ipſe familiam vocat, ire viſum nocte intempeſta quis verberet fores, iubet, factum intelligit & rem ab ipſis mirè compertam. Quis non credat falſa narrari? defunctum ac defoſſum cadauer terra obrutum appareat, viuat, audiat, loquatur, pulſet? Experiri ipſum certius erit. Succedit foribus aut feneſtræ, foriſque ſtantem euocat ad colloquium, aperire quis, quid ſibi velit, priuſquam aperiatur iubet, ad quæ Richmodis nomine ac caſu ſuo edito ne vnicè ſibi deditam animulam, præforibus mora tædioque ac nocturnis frigore poſtquam miraculosè gratia Dei ſaluata ſit perire ſinat, orare: quæ vox vbi ad aures accidit. Mengis, haud ſecus ac fidei, amoris coniugalis dignum erat, remoto ocius peſſulo & oſtio aperto vxorem ad ſe lætus grataníque recipit, ibi ſalutatio facta, ſuauia data, ioci & hymenæi noui celebrati, ſimul gratiæ & Deo actæ, cuius impenſo fauore à crudelitate mortis mortalis vindicata Richmodis apud Mengim in matrimonio per plures annos fuit, trium etiam poſtea liberorum mater. Tandem vocantibus fatis priori redditur ſepulchro, quod eleuatum terra altius cum hiſtoria ibidem adiecta hodie apparet, ſed poſito nomine Richmodis ſolo, & gentis cognomine in quam hæc tranſiit nubendo (vt Coniugem à Coniuge mari cognominari alterum, & hæc ætas conſuetudinem fert) nomen gentile Richmodis non promptum eſt, quod veſtis ad Minores cum nomine vtriuſque & inſignibus auro multo, argento atque ſerico intertexta ſacra profitetur ſunt ea.

(***)

MEN-

A MENGIS. RICHMOIT.



Notatio I.



B

MElius Richmodi Matronæ nobili contigit, quam Acilio Auiolę, qui elatus in rogum, cũ reuixiſſet, nec ſubueniri poſſet, viuus exuſtus eſt, teſte Plinio. Vide etiam apud Gregorium Turon. *Hiſt. Franc. lib.* 4. de Cautino Hæredipeta ſepeliente viuum presbiterum, &c. Ad orcum cum hæredipetis præcociter inhiantibus alieño labori, &c.

Notatio II.

DE ipſo Aquæductu à cuius cuſtodia nobilis tribus familiæ Aquæductiæ cognomentum traxit, dicam in deſcriptione Metropolitanæ eccleſiæ, fuit alioquin apud Vbios Reſp. Aquarum, à Thermis dicta, quas Antoninus & Adrianus principes ſuo opere ædificarunt, nam teſte Smetio inſcriptionũ antiquarum fol. 155. Coloniæ Agrippinæ in porticu templi aquarũ, hoc eſt Thermarum, talis repertus eſt Cippus. *Aquæductus Vbiorũ.*

C

M. AVRELIO
ANTONINO CÆS.
IMPER DESTINATO
IMP. L. SEPTIMII
SEVERI PERTINACIS
AVG. FILIO
RESP. AQV.



D

Notatio III.



FRequens eſt auicularum ſcutariarum vſus apud Noſtrates. *Sombreffi, Reuſchenbergij, Bodbergij, Lupenauij, VVeienhorſtij, Gieſenbergij, Velenij, Schlenderhani, Leichtenburgi, Roſſumij, Lintlaei, Rhemeni, VVachenheimij, Leienbrochij, Hombrichij,* aliijque nobiles tres in ſcuto volucres habẽt, alij duas; alij pauciores, alij plures: puto originem rei & numeri ternarij ex vetuſta militia procedere, quod Heroes in auguria propenderint. Cicero Lib. 1. de Diuinatione, *Rem inquit, Bellicam Maiores noſtri adminiſtrari niſi auſpicato noluerunt* Augurum Sacerdotia, multitudinem, & Religionem apud ſcriptores Romanos videat, *Aues in armis.*

videat qui ea arma gerit; mihi res fuſior videtur. Et ſuggeſſiſſe initia ſatis eſt; addo tamen pro claritudine ſtirpium, arma huiuſmodi eſſe Auguſta dicenda, ſi Suetonio credimus *lib. 2. cap. 7.* Aſſerenti *Auguſti cognomentum dici ab auium geſtu guſtuue*, Sicuti etiam Ennius docet ſcribens. A

Auguſto augurio poſtquam inclyta condita Roma eſt.

Notatio IV.

Vpupa in armis.

HIc de auibus loquens moneo: Patritiæ Vbiorum gentis cognomento *Vpupa*, vulgo von der *Hupp*, paſſim in baſilicis ſpectari arma, ſcil. cognominem auem quatuor tumulis inſiſtentem, licet autem vpupa cœnoſa volucris ſit, nec armorum figuris, præſertim volatilium, iungi, terræ congruat, canitiem tamen vetuſtæ originis militiæque indicium poteſt redolere illud ſignum, quia Vpupæ proprietas eſt morari in ſordibus; vnde illius fimo inſidentis cognomen & ſignum conceſſa à Principe, notant deuictam obſcænam Dominatricem, ſubactumue hoſtem, velut Vpupam, criſtæ & pennarum iubare fulgentem, ſeu dignitatis aut generis gloria quidem ſplendentem, ſed vitæ fœtore & auaritia turpem, à victis enim hoſtibus, & nomina, & arma mutuabantur veteres. B

Notatio V.

ETſi aues ſublimitatem nobilium animorum, & militaria auguria frequenter ſignificent; frequentiſſimum tamen eſt inter tœnialas, & in tæniolis videre aquatiles & natantes aues, vti in *Schlenderhanis*. Comitibus *de Knick de Sombreff*. & alijs, in quibus nobile natandi excercitium ſignatur ita Flauius Vegecius lib. 1. de re militari cap. XI. ait *Non enim ſemper pontibus flumina tranſeuntur, ſed & præcedens, & inſequens natare cogitur frequenter excercitus.* C

SYNTAGMA XXXVII.



De Olorinis vel Cygneis vulgo von Schvvanen quorum Clypeus in centuria exhibetur numer. 88.



D

Cygnus quidi

CYgnea ſtirps Vbio-Romana Theutonizatâ appellatione vom Schwanen dicitur, tres argenteos olores in puniceo ſcuti laterculo gerens. Veterrima ſtirps *Halberorũ de Hergeren* ferax Clarorũ procerũ, quæ ſuperiori ſeculo genuit Wilhelmũ ordinis Teutonici Prouincialẽ Commendatorẽ Confluentinũ, tres etiã argenteos

in

A in armis olores gerit. vnum *Parauicini* Illuſtres Itali. Muſici ſunt hi alites & emblema quietis, Laceſſiti vero pugnaciſſimi & martias aues proſternunt, multusque fuit eorum vſus in Heroum inſignijs, nam & Alexander Magnus traditur caſſidem non ſolum criſtata iuba, ſed & candidiſſimis miræ magnitudinis alis reuinxiſſe, Virg. *lib.10. Æneid.* inquit.

Non ego te Ligurum ductor fortiſſime bello
Tranſierim Cygne & paucis comitate Cupauo
Cuius olorinæ ſurgunt de vertice pennæ
B *Crimen amor veſtrum formæq; inſigne paternæ.*

Stat. *lib.6. Theb.*


Capiti intremit area caſſis
Ter niuea ſcandente iuba.

Et olorinas pennas in prælio geſtaſſe Hannibalem innuit Sil. *lib.2.*

Vibrant cui vertice coni
Albentis niuea tremulo nutamine pennæ.

Vide Theodorum Hopingh de Nobilitate *cap.9. num.258.* Quæ præterijſſe non debui in Cygneæ gentis Syntagmate, vt dum paſſim videmus Vbias & Rhenanas Familias olorinis exuuijs exornare arma & galeas, inde vetuſtatem cognoſcamus & vſum ex antiqua Heroum & Romanorum conſuetudine profectum. Et quamuis C primorum nobilium vetuſtiſſima inſignia ſciam perſæpe origine referri ad fabulas Ethnicorum, ſtudiosè tamen his iam non immorabor alioquin nota res de Cygno illo inuulnerabili filio Neptuni, & de altero Martis filio, itemque de Pyndari vxore Leda, quæ ex Ioue Cygno concepit duo oua, quorum ex altero nati ſunt Pollux & Helena, ex altero Caſtor & Clytemneſtra.

Ethnici huiuſmodi origines diuinas dicebant, nos inde vetuſtatis indicium ſtirpibus concedimus, diuinitatem fabuloſam improbamus.

D 

SYNTAGMA XXXVII.

De Coruinis quorum Clypeus exhibetur num.89. in Centuria.



Coruinæ gentis frequens eſt in omni vetere Romana hiſtoria mentio, & adhucdum Romæ floret progenies Coruinorum in argentei metalli campo atrũ oſtentans coruum. eſt hæc auis Apollini ſacra, vnde gemmis ſignatorijs Ethnicorum frequentiſſimè inciſa occurrit. atque Abraham Gorlæus in ſua Dactyliotheca *Coruinorũ arma.*

exhibet onichin, in quo vbertatis & munificentiæ ſymbolis inſidentes tres repræſentantur corui: ſimiliter in argenteo ſcuto tres coruos, & vnum ex galea expanſis A
alis emergentem, oſtentat gens Coruinorum in Vbios-Româ deducta, Germanizato cognomine Walrabia dicta, id eſt de Syluestri Coruo: Quomodo quondam Coruini nomen & inſigne Marcus Valerius primus acquiſiuerit, referunt Eutropius *lib. 2. hiſtoriæ Romanæ*, Aurelius Victor, & Plinius ſecundus, *de viris illuſtr.* Nempe cum Gallus quidam fortiſſimum Romanorum ad monomachiam prouocaſſet; Marcus Valerius in arenam deſcendit cum coruo ſiniſtro brachio inſidente, qui vti ex inſpirato aduolarat, ita non ſolum victoriæ auſpicium & omen, ſed etiam auxilium attulit, nam in Galli Caſſidem irruens, & oculos roſtro aliſque impetens, & verberans, proſternendi Galli potiſſimum momentum attulit, qua de cauſa Coruini nomen Valerio & Familiæ inhæſit, & Auguſtus ei ſtatuam erexit, cuius galeæ B
Coruus inſideret. hinc Silius Ital. *lib.* 5.

Marcus Valerius Coruinus.

——— ——— ———nomenque ſuperbum
Coruinus plebea ſedet cui in caſside fulua,
Oſtentans ales praauitæ inſignia pugnæ

Corui alias interpretationes, & in Augurijs ſignificationem qui Curioſius deſiderat legat Aldourandum——— &c.

Notatio.

Stirps ab Houen.


SVperius in Notatione ad VI. Syntagma, pollicitus ſum, prolaturum me hoc loco exemplum mutatæ in crucem gentilitiæ teſſeræ ob fidem Chriſtianam, nunc C
ſtabo promiſſis: Nempe vetuſtiſſima gens *de Houen* ex auitis traditionibus habet; origine ſe Romanam Ethnicam fuiſſe, gentilitiam autem ſibi teſſeram in clypeo galeaque coruum; quem deinde Chriſti legem ſubiens, retento in Caſſide coruo, in ſcuto mutârit in coruini coloris aſperatam dẽticulis crucem, poſteris futurã perpetuũ mnemoſynon tuendæ Religionis, ideoq; frequentatã à maioribus cõpellationem CORVINI inter prænomina ſtirpis ab Houen. D



SYNTAGMA XXXIX.



De gente AEmilia vbi de Familiis Leonem gerentibus prout videre potes Clypeum num. 90.



POſteaquam commemoraui Nobiles Colonos ſcutarijs volucribus ſtemmata deſignantes, ad eos venio qui quadrupedibus vtuntur in armis; & primo quidem,

A dem, qui animalium robuſtiſſimo Rege gaudent, Leone virtutis bellicæ principe ſymbolo, adeoq; frequens is eſt in Iconibus nobilitatis veteris recentiorisque, vt operoſum ſit confuſionem euitare: & ad interpretandum Leonis ſymbolum, integræ requirerentur lucubrationes. *Inuicti clypeoque animoſi teſte Leones.* Claud. de bello Getico. Primò autem producemus vnicum ſolum Leonem, non ex Lybiæ Spelæis, ſed ex Vbio-Romanæ nobilitatis ſtemmate: nam quæ à Stephano Broilmanno Vbiorum antiquario & à Scriptoribus vitæ S. Brunonis Æmilij Carthuſianorum fundatoris, gens *Æmilia* olim dicebatur, ea Leonem ſcutarium pro gentilitio ſigno gerit, vulgo in Chronicis dicta von Weiſen, id eſt de Sapientibus & de Albis, vocabulum Weiß vtrumque ſignificat; & vtroque latino nomine ante annos ſexcentos B ea gens in latinis diplomatibus vtitur, ex his Equites de Weiß in Vettelhouen hodie vtuntur Leone albo in cæruleo campo. Diuerſa etiam Colonienſium Chronica, exhibent proſapiam *à Nuich*, id eſt *Aniciam de Henberg* geſtantem rubeum Leonem in diuiſa parmâ ſupernè aureâ, infernè cyanæa; Equitumque *de Horſt* Leo in bipartita parma idem eſt, & in mutatis campi coloribus, proximè accedunt Walderstoffij & Queſtenbergij &c. Horſt autē cliuum & equile ſignificat, eſtq; etiā vetuſtiſſimæ nobilitatis domus Baronū ab *Horſt*, quæ in ſcuto lemniſcato gerit Leonē ſicut *Luxenburgici, Hoenbrouchij, Enſchringenij*. & Alueterani Reguli, Mareſcalli Vbiorū, atq; ex his per ſecundas Nuptias propagati & parte fundi dotati, *Metternichij in* Metternich, quibus idem in parmula tæniata Leo, qui Alueterenſibus Comitibus eſt. *Alpenſibus* autem C ſeu Alpinis vetuſtiſſimæ originis opinionem habentibus Burgigrauijs Vbiorum, Leo ſcutarius eſt in pellita parmulâ velleris petalati, planè ſicut gerit *Macedonia* gens Italica in Regno Parthenopæo.

Æmilij.

Sapientes.

Anicij Romani veteres habent etiam duos Leones, cõtra ſe mutuo ſurrectos, tenentes libum globatum cruce inſignitum ex quibus fuit Ann. 483. Fœlix II. Papa, ab ea figura libi ſuſcepti in clypeo accepit Familia nomen Frangipanum.

Sed vt reuertar ad Æmilios noſtros, nihil magis obuium eſt in Vbiorum-Romanis monumentis, quam inuenire marmoribus inciſa Æmiliorum nomina, *quippe Æmilium genus fœcundum bonorum ciuium* inquit Tacitus *lib. 6. Annal.* Cum vero noſtri Leonem, vt dixi, geſſerint in armis, qui his cognata inſignia habent, & quibus vltra omnem antiquitatem origo tranſcendit, eos licet coniecturare ex nobilitate Æmiliâ Aniciâve deſcendere, quales ſunt *Comites Palatini* Brauvilerenſium fundatores, & vicini nobis *Iuliacenſes Principes* atque eorum Clientes (quorum aliquos in diplo-

D    

diplomatibus ſæpe conſanguineos appellant videlicet) *Binsfeldij*, *Leeradij*, *Haſſij in Stravviler & Ophouen*, *Schenckij*, *Spiſij*, *Ouerlackeri*, *Schellardi de Obendorff*, *Kintsvveilere* & plures abſque numero Leonibus ſcutarijs inſigniti, qui toto ſe corpore ſurrigunt, inſiliuntque quodammodo pugnaturi, propriâ Leonum figuratione & militibus congruentiſſimâ. A

Notatio.

IOannes Azorius Leonem nonum Pont. Max. Regiæ Gallorum Familiæ inſerit, ductus argumento inſignium, quia in campo lilijs ſeminato, geſtarit Leonem: ſed Germanus fuit, & vti ex capite 8. lib. 1. vitæ videtur, in Vbijs hæreditaria bona poſſedit. contigerit fortaſſe cognatione Franciæ Reges & Proceres, illud nihil Germanicæ origini obſtat, neque gentilitia eius arma aliter arguunt, etenim & Schleidani Comites noſtrates gerunt in cæruleo aruo lilijs ſeminato Leonem. B







EPIGRAMMA
In Leonigeros. C

In Clypeis quotquot geſtant ex ære Leones
Indicium magnæ dexteritatis habent.



SYNTAGMA XL.

De Gente Elaphia, vbi de illis Familijs quæ gerunt duos Leones Pardinos, quarum inſignia habes num. 91. & 92. &c. in Centuria.



D

SVnt inter deductos Româ Colonos geminis ſcutarijs Leonibus ſtemmata ſua notantes, eiſque non erectis ſed gradientibus, quos Pardinos appellant Feciales, & quia vtroque oculo hominem aſpiciunt, aliqui volunt Leænas eſſe. Mihi vero videtur eâ Leonum figuratione triumphus ſignificari, ſeu iuga Leonum currûum triumpha-

A triumphalem trahentium; atque fortaſſe Ethnici Romani, prout ſtirpem ad Deaſtros ſuos facile referebant, volebant eo ſigno diuiniorem generis ortum ſignificare, quoniam Deorum matri Leones currum trahẽtes affinguntur & in quibuſdam gemmis ſignatorijs Iuno inter duos Leones gradientes exhibetur; aliqui etiam triumphatores Leonibus vecti ſunt, vidi numiſma vetus, cuius antica pars repræſentabat caput fœmineum cum epigraphâ DIVA FAVSTINA (fuit ea vxor Antonini pij) in poſtica exprimebatur, currus triumphalis tractus à iugo Leonum cum inſcriptione ÆTERNITAS & S. C. Qui autem in Chronicis Colonienſibus Leonum pardinorum ſeu Leænarum iugo, arma pingentes Romanorum albo accepſentur, ſunt Hirtz von Landtskron, id eſt *Elaphy*, vel *Ceruini de diademate Prouinciæ*, & von Coſſin, id eſt de *Propinquis*, niſi malis dicere Coſſutios vel

B Coſſos Romanos qui in Romana hiſtoria ſæpe commemorantur, & Coſſus Cornelius Lentulus Anno Chriſti nati Conſul, cum alijs eius nominis, notus eſt hiſtoriarum peritis.

Illa Elaphiorum vel Ceruinorum familia, à Ceruinis nigris, quorum ſupra memini, armis ſanguineque diſtincta videtur; quamuis paſſim in Baſilicis Colonienſibus ſpectetur ſupra eorum caſſidem cornuto cum capite Ceruina ceruix quaem Ceruini nigri gerunt.



C Bilconum pardinorum huiuſmodi in armis vſus, non ſolum ad vicinos nobis ſupra Confluentes in Henriciâ *Decios Comites* propagatus eſt, ſed etiam promanauit in extremas Germaniæ oras ad *Brunouicenſes*, & *Holſatiæ*, aliosque Principes, atque *Normandiæ* Reges, plurimosque per Germaniam & Galliam Equites, in quibus obſeruatu dignum eſt, de Brunouicenſibus Principibus: ab omnibus credi duos Leones pardinos à Richardo Angliæ Rege Henrico Leoni aſſignatos, quando omnibus ditionibus ob arrogãtiam & rebellionẽ exutus, duos tantum Ducatus Luneburgẽſem & Brunouicenſem retinuit. Quare imagines interpretans exiſtimo; Leones nõ erectos, ſed humi gradientes, & reſpectantes, duosque aſſignatos, vt in duabus illis Prouincijs prouidè magis & circumſpectè abſque elatione poſteri incedant.

D



SYNTAGMA XLI.

De Diribitoribus Reip. & Vultureis vulgo Scheiderich *&* Gyr *vbi de gerentibus tres Leones, quorum præcipuos clypeos vide num. 93. 94. 95.*



TErtio loco tres in ſcutarium campum producimus Leones; ternarius numerus

Leonum, Fecialibus olim gratus fuiſſe, ex eius generis inſignium copiâ colligitur, & inter deductos Româ Nobiles hæc arma aſſcribuntur familijs; *de Gyr*, & *Scheiderich*, illos Lyskirchiorum tabularia Vultureos Romanos dicunt, Gyr enim non hic Gyrum vel diſtrictum, ſed vulturem ſignificat, quamuis eam volucrem in armis non deferunt, verum in hyantino ſcuto tres aureos Leones, & cæruleum cum aureis cornibus emergentem ex galeâ hircum, cuius boni omnis ſignum in Octauiani Auguſti honorem delatum ſupradixi. A

Scheiderichi autem in baſilicis & Chronicis Vbiorum, in aureo ſcuto tres atros Leones habent; & ſupra caſſidem aurei bubali ceruicem & caput ad nares fibulatum nigro circulo, gens multorum equitum etiam hodie genetrix, nomen ab officio in Rep. obtinuiſſe videtur, nam Diribitores ſignificat. Erat verò Diribitorum munus duplex, aliud Ciuile eorum qui in electionibus intercedebant, ad cancellos propter ſuffragia colligenda & ſic poſſemus in moderno Magiſtratu Colonienſi Magiſtros ad pulpitum, vulgò Meiſteren zur Banck Diribitores appellare. B

Deinde erant Caſtrenſes Diribitores præpoſiti cenſendis exercitibus, & per hyberna diſtribuendis, quos hodie quartiriorum Magiſtros dicimus, à munere vero Diribitores ſiue Ciuili, ſiue Caſtrenſi appellati, more cæterorum Colonorũ Agrippinenſium cognomen teutonizarunt in Schiederich. & quod mirere duæ ſunt ad Moſellam vetuſtiſſimæ ſtirpes, vna de Senheim Sonderorum, quaſi dicas Seperantium vel diribitorum, & altera in Merll Zanten quaſi Cenſentes dicti, vtraque vero ternionem Leonum in armis gerit, duos ſuperne tertium inferius, ſicut noſtri Vulturei ſeu Gyratores & Diribitores. C

Annumerandi ſunt trileoniorum claſſi qui præſcriptis armis inſitam ſcutariã addunt, & vetuſtiſſimi habentur, veluti Nitones & Lupini vel *Wolffij de Birgell*, *Ketzgen*, id eſt Catelli vel Catilinarij *de Geritzhouen*, *Hocherbachij* &c.

Verkenni de Hemmerbach, & alij cognata ſcuta, ad antiquiſſima atria referentes, & in Verkennis de Hemmerbach etiam quædam affinitas nominis & litterarum videtur cum Vbio-Romanis *Verecundis*, cognomento enim Verecundorum in Vbiorum agro familia extitit, abſque dubio nobile promerita nomen ex pudoris puritatiſque candore & rubore, nam inter alia monumenta.

Stephanus Broelmannus in Epitegmate.	*Coloniæ lapis repertus Anno 1643.*	*Brulæ inuentus Cippus.*
IN H. DD.	LEPIDI. F	T. FL. VERECVN-
DIABVS	S DVPICA	TVS DOM.
MALVISIS	LAETORIA	APPO.
ET. SYLVANO.	STYPE XX	F. C.
AVR. VERE-	I. DOMI	
CVNDVS	VERECVN.	
ORD. BRITO		
V. S. L. M.		

D

A

SYNTAGMA XLII.



De Gente veterana Dalmatica vulgo Grynea vbi de Familiis gerētibus vultus Leonū & de iunceis manipulis, ipſum vero Gryneæ gentis ſignum exhibet Centuria num. 96.



B VEnio nunc ad Grineæ proſapiæ cōmemorationem ex qua perſuaſus eſt plebeculæ commentitius ſub ann. 1262. Conſul *Hermannus Gryneus* λεοντοφερνιος, quam fabulā libro præcedente refutaui clariusque detrahetur larua ſi antiquitatē cognominis & armorum attendamus, Gryn enim ad terrorem toruum vultum & monſtroſum aſpectū ſignificat, quæ tamen appellatio fictitio Conſuli à puero & maioribus hæreditaria fuiſſe aſſerenda proculdubio eſt. & digmatū ſcutariorū figuratio congruit, nullo itaq; modo tunc primū tres Leonum & vnum portentoſi māduci toruos vultus armis inſcripſerunt; eſt autē vultus toruus & ferocior militaris animi indicium, vnde nonnulli Cæſares ad ferociam vultum componebant, & Maximianus qui Herculei cognomentum amabat, teſte Eutropio *lib. 9.* aſperitatem ſuā vultus horrore ſignificabat, de Maximo inquit Iulius Capitolinus: *domi foriſq; ſemper*
C *ſeuerus, ita vt & triſtis cognomen acciperet,* Ammianus quoque Marcellinus ſub horam prælij toruum cani claſſicum dicit, idem lib. 31. *toruitate* inquit *mutua bellatores luminibus ſe contuebantur obliquis,* Quæ autem Grinæi inſignia habent, eadem ſunt Dalmatici regni quadrat huc locus Trebellij Pollionis in Diuo Claudio. *In bello* inquit *quod geſtum eſt, Equitum Dalmatarum ingens extitit virtus, quod originem ex eâ Prouincia Claudius videretur oſtendere , quamuis alij Dardanum, & ab Ilio Troiano, atque ab ipſo Dardano ſanguinem dicerent trahere.* Simili igitur modo à Præfecto aliquo Dalmaticorum Equitum, vel ob expeditionem Dalmaticam, gentis Authorem eo ſigno donatum eſſe dicendum eſt non vero aſſumptum eſſe ob interfectū Leonem, oporteret enim tunc aſſignare quæ priora familiæ arma, quod nomen fuiſſent, deinde Anno
D 1262. Fecialium leges reſuſcitatæ ſuperſtitiosè obſeruabantur: quę inter alia cauent: *ne vultus aliquis directus & vtroque oculo aduerſus exprimatur in parmulis Nobilium.* Iſta autem ſunt Grineæ gentis arma: ſcutum furuum exhibet tres coronatos Leoninos aureos vultus, aduerſim exertis linguis torue intuenti oppoſitos, Galeam autē magno hiatu Leoninus manducus ore premere & abſorbere videtur, & ſupra manduci verticem ex aurea coronâ emergit atra plumaria panicula, quæ vetuſtiſſimæ originis indicium eſt, vti poſtea dicam, cum prius explicauero, quam ob cauſam Leonini vultus aduerſi ſint in ſcuto expreſſi: quoniam enim præcipua Leonis vis in oculis, & terror in rugis frontis conſiſtit; aptiſſimum militaris ferociæ & incutiendi metus

Grinæi.

Quid ſignificet Gryn.

Vultus toruus eſt militaris.

Arma Grynæa.

metus emblema poſteris transſcripſit, gentis Author Veteranus in Vbios deductus miles; poſtea vero ex armis natum eſt, Gryneum nomen. ſic Agamemnon toruum Leonis vultum, & hoc verbum TERROR clypeo inſcripſit. A

Paluſtres gladioli.

Plumaria autem panicula modo ferè ex incuruis gallinacei pennis, olim ex arundineto nigro aut paluſtribus gladiolis, ſupra Grynæa arma prominens demonſtrat præclaræ antiquitatis radicem. Eſt huiuſmodi paluſtris ſurculus, & quidem non praſino, verum vno ſimiliq́ue atro colore plurimis & veterrimis ſtirpibus communis ſupra Galeas, vti videre eſt in Galeis *Schonvvetterorum, Hundiorũ de Saulheim, Gymnichiorum, Sintzichiorum, Beneſiſorum, Gulpeniorum, Duuiniorum, Zandthiorũ, Ottenſteiniorum, Metzenhauſiorum, Erlachiorum, Hepponheimiorum, Sarvverdenorum, Hallrorum Schonbergiorum, Berſteiniorum, Niehoffiorum, Drachenfeltziorum, Som[illegible]orum, Imſenorum, Carbenorum, Breidebachiorum, Sturmerorum de Neuſtetter, Schecke[illegible]fſiorum, Aduocatorum de Salsburg Devvdichiorũ, Heimbachiorum, Caraciolorum* in Italia, & B plurimorum aliorum qui omnes paluſtrium iuncorum, mariſci, & herbarum non virentem ſed atram paniculam plumariam gerunt ſupra caſſides, vt videatur res ab Ethnicis originem habere, & extortam, inuitis paluſtribus numinibus victoriam idem ſingulis ater color ſignificare.

Ita Marcus Agrippa Vipſanius Vbiopolis Conditor, inuito Neptuno victoriam pro Octauiano Cæſare adeptus eſt, contra Sext. Pompeium ob maritimam fortunã pro Neptuni filio ſe gerentem, hinc Dei ſimulacrũ Octauianus Auguſtus in Circẽſi pompa detraxit, primusq́ue Romanorum Agrippa Claſſicæ coronæ inſigni donatus eſt, teſte Velleio *lib.* 2. ſimili ratione aquaticæ victoriæ & ſuperati paluſtris Deaſtri ſignum intelligo ſupra galeas iuncos. vide libro 1. Ann. Taciti. Paluſtria bella Germanici, & Vbiorum, Ducibus A. Cæcina, L. Apronio, C Silio, P. Vitellio &c. C

Coloniæ nobilis Patritia gens Furſtenbergiorum, ſimillima Grynæis inſignia habet adiecto capreolo, vti dictum Syntag. 6. Item vetuſtiſſimi Barones de Buchholtz teſſeram non multum differentem gerunt &c.



SYNTAGMA XLIII.

De Leopardis quorum Clypeum vide in Centuria numero 97.



D

LEopardorum nomen ex primitiuorum Chriſticolarũ monumentis Romæ ſubterran[illegible]ę ſępius eruitur. & inter olim deſtinatas coloniã Trib' eſt gau[illegible]ẽs *Leopardi* nomine, pro auita teſſerâ oſtẽtans in areola coloris veneti aureũ pardum grad[illegible]entẽ & aduer-

A & aduerſa fronte, plenoque intuitu vibrantem oculos, ſupra galeam caſsio cudoni ſimilis pardus inambulat. Quanta Leopardinæ gentis in Vbijs potentia fuerit, ex ſplendidis & frequentibus ipſorum ædibus colligitur, dicitur ſcutarius leopardus in armis conſilij militaris hierogliphicum eſſe, nam cum inter leonem & pardum inimicitiæ ſunt, hic virium robore & ſcapulis minor, celeritate & aſtutiâ præſtat, cuniculum enim vtrimque patentiorem in medio anguſtum agit, quem vix ipſe penetrare poſſit, tum leonem laceſſens ardente prælio accenſaque irâ fugam arripiens, cuniculo ſe immergit, alteraq; parte euadens leonem antri ventre interceptum à tergo obruit & interimit, *nam dolus an virtus*, Pardi *quis in hoſte requirat?* Quod beneuolus Lector in Colonienſibus Baſilicis frequentiſſimè videat ſacras veſtes, ſupellectiles atque parietes ornari ſcutulis aureis, quæ miniatum pardum cum aureo
B millo & aliquot in pectore Biſanticis aureis nummis exhibeant, indicat munificam in ſacra manum nobilis proſapiæ de Blitterſvvick, cuius ea gentilitia eſt teſſera. Hi vero Blitterſvvichi & ſigno gentilitio, & ſtemmate diſcreti ſunt ab illis, quorum Syntagmate, 19. memini in notatione. *ſupra pag.* 173. *lit. A.*

SYNTAGMA XLIV.

C 

De Vrſinis vulgo de Birckelin, & de Horn. quorum inſignia numer. 98. & 99. huc ex centuria refer.



VRſinæ gentis inter Vbio-Romanos duo ſunt rami vnus Horn id eſt corneus vel cornificius, cognominatus, in argenteolo ſcuto miniatum vrſum habet, inaurato ad collum loro annulato reuinctum, alter dictus Birckelin id eſt vrſulus vel Vrſinus, in area aurata furuum Vrſum cum argenteo colli vinculo exhibet, v-
D trumque ſcutum habet hermam vrſinam concolorem Clypei ſigno: ex deductis Romanis ortos, conſtans habet Vbiorum traditio, an verò referendi ſint ad vrſum, Vrſulum, Vrſinum, Vrſicinū, aut Orcinium aliquem in tot obuijs, ex Romana Hiſtoria coniecturis, nolo arbitrum agere, mihi ad Vbiorum celebritatem ſufficit gentis gloria nota ex monumentis quæ non vna eſt, ſicut teſſerarij vrſi ad explicanda militares excellent as variæ ſunt interpretationes.

Primo enim um Heroum filij dicantur noxæ, vrſus quaſi orſus à limatione fætus d ctus ſolicitam liberorum educationem ſignificat.

Secundo ab vrgendo volunt dictum. & ſic interpretantur viri militaris eſſe, non lubrico impetu res moliri, ſed perurgere & fortiter cœptis inſiſtere.

Tertio volunt vrſum eſſe characterem ſolertiæ humanæ,quod licet membris & toto ſit obœſus corpore, aptus tamen,flexibilis, & dexter ſit ad omnem vſum,demum quod vrſus firmus ſit pedibus & rectus incedat, ſicut militem conſtantia & Iuſtitia decent. A

Vrſino ſigno vtuntur noſtrates Nobiles Behr à Lahr, & ipſi Anhaltini ex Aſchaniæ principibus Berengerijs & Berenholtys orti Duces.

SYNTAGMA XLV.

De Cornutis Ceruulinis vulgo Hirtzlein, quorum Clypeum exhibet numerus centeſimus in centuria. B



APud pleraſque Europæ Prouincias appellari Cornutum ignominia eſt, nam cornua Adulterum gerere dicunt, ſic Ouvvenus poëta.

In mare cornutos iaciendos Ponticus inquit,
Pontica reſpondit diſce natare prius.

Sed ea moralia adulterina in vertice geruntur cornua, Germani Veneris probra C execrantur, proſcripſerunt, & inſita à natura honeſtatis virtute, quantum alij in vitia habent pronitatis,tantum horroris ſibi imaginantes, abſtinent à turpitudine, præſertim caſtiſſima gens Vbiorum; hi igitur parietes atriorum, vbique ferarum exuuijs exornantes,vt antiquam rem cornuum geſtamen habent; cum etenim adhuc in milite,vetus diſciplina & Romana virtus vigeret, olim Romanæ cohortes & Legiones amarunt cornutæ appellari, nam à ſuperatis inimicis ferè glorioſa adſciſcebant nomina, quia igitur obuium eſt barbaros ferarum cornutis exuuijs ſe in prælijs ad terrorem contegere,hinc à detractis cornibus Cornutorum, arma & nomina videntur promanare; aut etiam ab ipſis feris ſuperatis, nam venatoria Nobilem & militarem virum decet. Philippum Macedonem cornutum proceſſiſſe Li- D uius lib. XXVII. Teſtatur. *In arborem* inquit, *illatus impetu equi alterum cornu galeæ ad eminentem ramum perfregit.* Afri ad Ammonis Deaſtri honorem cornutas galeas habebant, & diuinum ſemen ſtirpibus ſuis affingebant, propter generis vetuſtatem. Virgilius etiam lib. XII. ait.

Enſemque Clypeumque & rubræ cornua criſtæ.

Apage igitur cum hominibus pipulo dignis, & maneat Germanis, cornubus inſigniendi gentilitia arma, mos ex vetuſtate promanans. *In ædibus* inquit *Polibius conſpectiſſimaque earum parte ponunt ſpolia & teſtimonia ſuæ virtutis.* Atque congruenter rationi,per ſcutaria enim cornua teſte Pierio *lib. 7. hierogl.* Imperium,fortitudo, digni-

A dignitas, potentia, & authoritas indicantur, quæ igitur alijs probri indicium ſunt, apud Germanos moribus antiquis & auita virtute vtentes, geruntur præſtantiæ cauſa. Sic inter Vbios deductos Româ, gens dicta Hirtzlein id eſt, *Ceruulina* in argenteola parma oſtentat ceruina cornua miniata, octo dactylis inſtructa, galeæ autem aurea Corona impoſita eſt, cum ſimilibus ſcuti cornibus, ſimilia ſunt arma *Vbaldina* nobilis in Hetruria ſtirpis, niſi quod inter cornua coruſcet aureola crux in orbiculo, quo inſigni primitus ſolo vſi ſunt; cornua Princeps poſtea adiecit.

Familia *de Daſſele* ex qua S. Anno Archiepiſcopus Colonienſis prodijt, cornua ceruina argẽtea habet in ſabuleo bizantinis argẽteis ſeminato ſcuto. Noſtrates Nobiles *de Mirbich*, & *de Kuckem*, *de Schaesbergh*, *de VVæſtenrat*, *de Dammerſcheidt* mutatis pau-
B cis, & inprimis variatis coloribus, gerunt Ceruina cornua ſicut Ceruulini Vbij Romani. Alioquin & in re militari ceruoli vocantur valli, vel ſtipites dactyloſi, & ramoſi, ad communienda caſtra.



CORONIS PRAECEDENTIVM SYNTAGMATVM,

C ex armis vrbis Agrippinenſis, antequam tribus coronis vteretur.



D Libro primo ſub finem Syntagmatis noni quædam de vrbis Agrippinenſis inſignibus inſinuata, modò pleniùs explicabo, *in Ciuitatum quippe parmis ſtemmaticis ſuam eſſe rationem & myſterium, vt maximè comperio* inquit Iacobus Malbrancque lib. I. de Morinis cap. XI. & lib. 2. cap. I. ait. *Inſignia ciuitatum & regionum non carent fundamento, & grauiſſima ſimulque gratiſſima eſt ipſorum myſtica interpretatio, quæ maiorum continua traditione comparatur.*

Vetuſtiſſima Vrbis inſignia, plane videntur eadem eſſe quæ Francorum veterum, nec multum diſſimilia illis Scipioniadum quæ 19. Syntagmate tractaui: niſi quod Scipioniadum area ſcuti perpendiculariter, Vbiorum vero & Francorum tranſuerſim area clypei diuidatu à pyramidibus ternis illic ſupinis hic erectis; ac fortè quis trifidum aut trigonum littus pro pyramidibus accipere poterit; dimidia

enim

enim pars ſcuti in crepidinem protuberat, & cætera ſubſidet inſtar aluei: antiquius Vbiorum ſignum ex omni vetuſtate eruderare, hactenus non licuit, an porrò futurum ſit, vt id liceat, futurorum bonus arbiter nouit. Sanè Antvverpienſes ſuum ſcutariarum manuum ſignum conantur demonſtrare ex manibus, quæ in populi Romani priſcis ſignis ſymbola erant virtutis bellicæ & fidei exercituum. Auguſtani apud Vindelicos, è monumentis producunt ſtrobilum pineum Vrbis ſuæ teſſeram. Argentoratenſes ſiue Straſburgenſes ſcutariæ viæ ſeu ſtrazzæ teſſeram ex vetuſſimis initijs pandunt. Quidni Colonia idem potiore iure agat? Ego itaque ſic arbitror tum ex veterum nominum tum ſymbolorum harmonia, non pyramides eſſe eas figuras in area veteris clypei procurrentes, ſed littoris introcedentis & extantis angulos & ſinus, idque pluribus ductus rationibus: ſiquidem Tacitus Vbios SVPER RIPAM fluminis poſitos ait, non vt cuſtodirentur ſed vt cuſtodirent: quod ipſum in vetuſtis Francorum legibus tum hiſtoricis videas inſinuatum, dum quos vetuſtas Vbios, proxima ætas Agrippinenſes, poſterior Ripuarios appellauit; nolo in ipſo nomine Germanicam Ripæ appellationem venari, nè eorum cenſuræ ſubijciar, qui analogiam eiuſmodi ſunt peroſi, alioquin Vbiorum compellationem ab *Vuer, Ouer, Vber, &c.* quibus nominibus Ripam ſignificamus, genti dicerem enhæſiſſe, quia olim ex Hermionibus Sueuis orti, Rhenanum habitauerint littus interq; Adranam & Lupiam fluuios, ſedem amnibus Sigâ, Viperâ, & Rorâ in tres iſthmos & ſinus diſtinctam; vt hinc gentis clypeus ſit & nomen. Vnde & vlterius poſſes Hiſpanienſem fluuium Iberum cum populo, ab *Vber* & Vbijs repetere, maximè cum Nonnus antiquus Poëta Iberi cognomen Rheno indat, vt videre eſt apud Philippum Cluer lib. 1. antiquit. Germ. cap. 2. Sed hæc peregrina; tutius à Romanis ſcutariam ripam in armis datam aſſero, à quibus ipſa ripa citerior conceſſa fuit, vt ex Tacito dixi non vt cuſtodirentur ſed cuſtodirent, & ipſam præterea ter ſinuoſam ſcutariam teſſeram poſſunt videri aſſumpſiſſe Vbij, à ſuo cis Rhenum conditore M. Agrippâ Vipſanio, ob memoriam ter ſinuoſi portus Cumani, in quo Cæſaris Auguſti & Agrippæ Fortuna, quaſi ex vtero prognata eſt: *Nam Marcus Agrippa Vipſanius,* inquit, Dion Nicæus in Auguſto cap. 7. *Claſſem celerrimè comparauit, cum quod ea loca ſiue portu erant, opus magnificum & præclarum fecit apud Cumam, quæ ciuitas eſt in Campania inter Miſenum & Puteolos, locus quidam interiectus inſtar lunæ incuruus & inflexus eſt, eumque exigui montes ambiunt, vacui ab arboribus & nudi, paucis tamen exceptis, præterea tres ſinus maris habet, quem locum vbi Agrippa obſeruaſſet, in eo portus tutiſſimos fecit.*

Quid igitur prohibet dicere hinc Iuliam Agrippinam ob memoriam M. Agrippæ Aui ſigna trium Promontoriorum, triumque ſinuum dediſſe, nouæ Coloniæ Agrippinenſi, quæ & ipſa inſtar lunæ incurua in tres ſinus & Σ vel MV literas Marci Vipſanij nomen ſignificantes inflectitur.

Liceat quoque ſuſpicari vetere Vrbanâ Vbiorum teſſerâ exhiberi defluitans tricuſpidato limbo vexillum vel labarum, ad deſignandum à Iulia Agrippina ex triginta quinq; numeratis & decem extra numerum Tribubus, triplicem huc deſtinatam

nobi-

A nobilitatem, Patritiam videlicet, Plebeiam, & Municipalem ſeu ſocialem Veteranorum, quam ſanguinis Romani gloriam innoxijs ferè hactenus matrimonijs propagant Vbij: poſſunt & aliæ confingi potiùs armorum interpretationes, quam origines, vt ſi dicamus triplicem ſerratam aciem exhiberi, vel triplicem Vbiorum fœlicitatem, quam Scaliger ſic canit:

Maxima cognati Regina Colonia Rheni
Hoc te etiam titulo muſa ſuperba canit
Romani ſtatuunt, habitat Germania, terra es
Belgica, ter fœlix nil tibi Diua deeſt.

Sed quid cauſæ dicemus, quod eademmet inſignia veteres Franci vſurpaſſe deB præhendantur, & etiamnum Herbipolis ſeu Francia Orientalis geſtet? non credo accepiſſe à vetere trans Rhenana ſede Vbiorum, tanquam eorum vel reliquiæ vel ſucceſſores, quia nec Vbijs inde arma fuiſſe mihi perſuaſum habeo, an hi igitur ab illis, aut illi ab his accepere? alterutrum reor, nimirum vt victores ſubiectorum arma vſurpant. Vſurpârunt autem Colonienſes inſignia illa, vſq; ad SSS. Trium Regum ſeu Magorum aduentum Coloniam quando fidei & religionis ſuæ conteſtandæ gratia, ſimul perpetuæ tutelæ ab illis obtinendæ affectu, eorundem honori datum eſt, vt gentile à Romanis incredulis acceptum inſigne infidi littoris, in ternas coronas glorioſè commutaretur: quæ ſpes Colonienſes certè vſque ad noſtra tempora non fefellit, vt Reuſnero quamtumuis Lutherano teſte conſtare poC teſt, qui id hiſce verſiculis fatetur.

Quæ tres oſtentat clypeo Regina Coronas
Tot vrbium Colonia.
Treſne poteſtates notat & quibus eminet ipſa
Tres dignitates maximas?
Principis vna ſacri, magniq; ſecunda ſenatus,
Academiaq; tertia;
Fœlix vrbs in qua pietas, ſapientia, virtus,
Ciues coronant ſplendidos
D *Funiculus triplex haud rumpitur, inclyta ſemper*
Vrbis Corona triplicis
Fulgeat & totum radijs illuminet Orbem
Concordiæ nodus facit.


Subijcio ex mea pharetrâ Epigramma in nobilem Coloniam Agrippinenſem triplici redimitam Corona, eiuſq; ſigni perbreuem interpretationem.

Archipolis ternis Vbio-Romana Coronis
Libertate, fide, nobilitate micat.

EPILOGVS LIBRI II.

NObilitas, beneuole Lector, militiæ nata eſt, vt igitur gentilitia arma ex milita- A
ribus armis producerem, incunabula quæ eadem & bellorum & nobilitatis
ſunt, excuſſi, Heroumque tempora & principia Vbio-Romana procul inſpexi ad-
iectis tralatitijs, radices nobilium familiarum ex vetuſtatis coniecturis perquiſiui,
reperi, & poſtliminio protuli, non quidem certas & infallibiles origines, veriſimiles
tamen, & quæ meliorum obſides ſint donec certitudo eruatur, ſcripſi ergo Syntag-
mata quadraginta quinque in vicem tot familiarum, licet plurimas claſſes ad vnam
eandemque Tribum pertinere prudens ſim, atque hæc quidem breuiſſimè & quaſi
fugitiuo obtutui oſtendi, vberiora plurimaque in pharetra & muſæi pluteis reti- B
nens ad vſum maioris lucrubrationis: rogor enim vt plenum & abſolutum opus
moliar, leges Fœcialium omnes, & ex omnibus gentibus teſſerarias radices, ac fa-
miliarum arboreta publico dem, vt dicam qui ex Francis, Hunnis, Nortmannis,
Saxonibus, & alijs gentibus ſuas habeant domos & claritudines, quod in galeis diſ-
crimen ſit torquiam, feneſtellarum, plumarum, criſtarum, ceſticellorum, cudo-
num, coronatum, & ſimilium: promitto aliquid ſi ipſæ familiæ ſua archiua mecum
liberaliter communi cauerint: nam quod plurimas domos illuſtres tacens iam præ-
terierim, licet opinionem Romanæ originis vulgo habere non ignorarem, cauſa
fuit ipſorum Nobilium in ſubminiſtrandis inſtructionibus tarditas & negligentia,
imò quorundam vecordia: proteſtor demum in nullius iniuriam me collimaſſe, C
ſicubi erro, aſſerta reſcindo & reuoco, ac precor mihique promitto veniam ex no-
bilium animorum generoſitate.







D

A

LIBER III.

De admiranda ſacra & ciuili magnitudine Coloniæ Claudiæ Agrippinenſis Auguſtæ Vbiorum Vrbis.

B

PROLOGVS LIBRI III.

Beneuolo Lectori.

Quid hoc libro tractandum.

C AVſpicor tertium Librum de Coloniæ, Claudię, Agrippinenſis Auguſtæ Vbiorũ vrbis magnitudine SACRA, quã intuitus illico videbis vix aliud quã SACRARIVM, in quo templorum origines aliaque præclariora monumenta, veluti in Archæi ſcrinium congeſta digeſtaque ſint, eorum opera qui ſuas Eccleſias honore dignas duxerunt, & ſua annotata beneuolè mecum communicarunt; quorum etiam verba plerumq; religioſè ſeruaui; licet methodum, ne diſpar eſſet, ſæpe aliquantulum mutarim. Fundationes eccleſiarum integras, Priuilegia, perfectos Prælatorum Catalogos & monumentorum Epitaphiorumque omnium copiam, putaui ad editionem
D METROPOLIS COLONIENSIS reijci oportere, ne infinitus fierem in re finita. Et quia boni Ducis, ſcandalis viatorum mederi, ex officio occurro ſcandalo, quod poſſet imperito rerum in recenſitione Reliquiarum Colonienſium, infirmitas humana aut peruerſitas diabolica inculcare, dum ex iteratis eiuſdem perſonæ Reliquijs, falſitatis & fictionis ingeritur ſuſpitio. Noſce igitur, Lector cordate, multas eſſe cauſas & occaſiones, vt vnius martyris aut Sancti Reliquiæ eædem in pluribus videantur locis aſſeruari.

Quomodo Reliquiæ vnius ſancti in pluribus locis.

Primam Eminentiſſimus Cardinalis Baronius affert in Martyrologio Romano cap. IV. *Quod veneranda martyrum corpora ſub altare recondi* *con-*

conſueuerint ſecundum illud Ioannis Apocalyp. c. 6. (vt omnes præſertim antiquiores declarant interpretes) vidi ſub altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei & propter teſtimonium quod habebant: cumque ipſa altaria ſepulchra eſſe martyrum viderentur ac ſubinde præclara memoriæ martyrum haberentur quæque eadem ex cauſa ſupra ædificarentur Eccleſiæ æque martyrum memoriæ dicebantur. Accidit inſuper vt pium ardensq; fidelium in Martyres ſtudium non ſatis eſſe putaret ſi vnius vel alterius Martyris in vno tantum loco eſſet memoria collocata ſed plures optaret. Quamob rem factum eſt vt non ſine reliquijs eiuſdem martyris in eius honorem altare erigere & memoriam ſuperſtruere liceret id legibus Eccleſiaſticis prohibentibus Concil. African capite 50. quamobrem cum ex corpore Martyris ſumptæ reliquiæ in pluribus altaribus collocarentur id effecerunt, vt plura vnius eiuſdemque Martyris ſepulchra atque memoriæ dicerentur, proque numero altarium ſepulchrorum numerus augeretur: ſed ex his anſam calumniandi nacti ſunt Nouatores, vt ſicut ſtultè ita & temerè dicerent Catholicos quibuſdam illuſiſſe præſtigijs, vt frequenter vnius Martyris corpus diuerſis in locis traderent ſitum eſſe, ignorantes vel neſcire diſſimulantes, nos non dicere in diuerſis ſepulchris vnum idemque integrum eſſe corpus, ſed in ſingulis (vt dictum eſt) ſepulchris vnius martyris conſeruari reliquias, ac proinde eidem honorem eundem impendi ac ſi integrum eſſet corpus. Nam ſententia Greg. Nazianz. eſt in orat. 1. in Iulianum eaſdem præſtare virtutes quaslibet Martyris ſanguinis guttas & exiguа paſſionis ſigna, quas integra corpora: ac proinde non eſſe indecens vt vnius martyris plura erecta appareant monumenta, cum alicui niſi lex Chriſtiana prohiberet nec indecens videri poſſet etiam ſine ipſorum reliquijs eiſdem excitare memorias, vtpote teſtes eorum virtutis egregiæ & beneficiorum eorundem ope conſecutorum. Nam ſi licet ad ſacra profanum exemplum adducere de multis Aeneæ ac aliorum ſepulchris Dionyſius Helicarnaſſæus hanc ipſam affert rationem lib. 1. hiſt. Rom. dicens quod ſi quem perplexum facit quod Aeneæ ſepulchra monſtrentur in multis locis nec poſſit niſi in vno eſſe conditus, cogitet hanc dubitationem eſſe vulgarem, & intelligat quod quamuis vnicus locus capiat corpora talium apud multos tamen monumenta eius facta ſunt in gratiam acceptæ vtilitatis cuiuſpiam.

Hæc ille. Vnde non mirum ſæpe brachium, aut caput vnius ſancti videri in pluribus eccleſijs. Ego ſanè apertis & inſpectis diligenter hierothecis, deprehendi ex vnius oſſiculi parte, brachium vel caput appellari.

A Altera cauſa eſt non tam Corporum & Reliquiarum partitio, quam nominum identitas & ſimilitudo, qua interdum vnius Sancti caput, vel etiam corpus dicitur & creditur ſpectari in diuerſis Eccleſijs, cum non tam eiuſdem, quam homonymæ perſonæ ſit corpus: & ſic plures Mauritios, Caſſianos, Victores, Cordulas, Odilias, Pinnoſas &c. inter Agrippinates numeramus. *II. Ratio.*

His tertia accedit ratio, quia interdum ob ſimilitudinem vitæ & Martyrij deprehenſi ſine certo nomine Sancti, denominabantur à Præſulibus nomine ſub quo in Litanijs inuocarentur. Exempli causâ, teſte Tertulliano Ethnici Chriſtianos per contemptum piſces appellabant, atque ita incenſo rogo, in vſum nocturni luminis, vel ſubiectis carbonibus eos torrebant vſque ad mortem: ſi quis igitur martyr eruebatur ſine nomine ex cœmiterijs & ſpeluncis arenariarum, cui idē quod B. Laurentio ſuppliciū illatū eſſet, vt poſſet certo titulo celebrari, Laurentius, alter vel Laurentius minor, aut ſimili donabatur nomine à Fidelibus, præſertim à Pontificibus: licet in hac vita habuerit nomen aliud, hominibus ignoratū: & cum in æternâ vita, acceperit nomen nouū, quo in ipſo Deo ſciatur & ſciat, quid magnoperè attinet quomodo à militante Eccleſia compelletur? Sic ad colendum Collegam S. Fœlicis, Adaucti nomen repertum eſt, quia Beatiſſimo Martyri auctus fuerat ad coronam: atque hoc modo ignota capita ex Societatibus Sanctorum Gereonis & Vrſulæ, ſcio alibi dicta & culta ſub improprijs nominibus Gereonis & Vrſulæ, pro quibus Colonia Agrippinenſis potius vitam & fortunas expenderet, quam ipſa propria & principaliora ſibi ſineret abripi. *III. Ratio.*

(Margin letters: B at "tulliano Ethnici"; C at "letur? Sic ad colendum".)

Si vero ex errore aut fraude Reliquiæ alicuius Sancti ſuppoſititiæ eſſent: nec id poterit Catholicæ deuotioni obeſſe, cum enim Religio & Cultus ex fide fluant, actus Religionis parem habebit cum Fide terminatione, quemadmodum igitur Fides terminatur in generalibus, verbi gratia, fides dicit hoſtiam conſecratam eſſe adorandam, Reliquias Sanctorum honorandas, in particularibus autem non terminatur Fides diuina, vt dicat hæc hoſtia eſt verè conſecrata, hæc eſt adoranda, hæ ſunt veræ Reliquiæ &c. Sic actus Religionis in termino *ad quem* eodem deſinit, vbi fides ad vniuerſaliorem terminum deſinens, in veris & cultu dignis Reliquijs: minimè in illis, quæ ſacri honoris ſunt incapaces: vt dicam paucis & exemplo, ſi quis ignorans Ruſticum aut Spatharium pro Rege ſalutaſſet, non ideo haberetur reus criminis læſæ Maieſtatis, ſic *Falſificatio Reliquiarū non falſificat cultum.*

(Margin letter D at "tione, quemadmodum".)

neque ſi ſuppoſititias Reliquias quis coluiſſet, de falſo cultu videretur A reprehendendus.

Diligentia Eccleſia in Reliquiis examinandis. *Anno 1640.*

Eccleſia tamen Catholica ſemper ſupremam diligentiam adhibuit, ne quæ fraudes fierent in expoſitione Reliquiarum, præſertim Colonienſis ſancta Sedes; quæ reperta Anno 1640. centum corpora diligentiſſime curauit examinari, & adhuc ſub iudice ſinit latere.

Cui adſiſtit Dei gratia.

Denique etiam ipſa Diuina prouidentia hic ſuas partes ſtrenuè agit, quæ non ſemel veritatem Reliquiarum prodigioſè demonſtrauit, vti videre eſt apud probatum ſcriptorem Cæſareum Heiſterbacenſem *lib.* 8, *c.* 89. Vbi miraculosè ex Colonienſibus Reliquijs eiectum ſcribitur prophanum os equinum. Hæc te Lector monitum volui, & ijſdem ad cuncta animoſe legenda credendaque animatum. B

C

D

A

LIBRI TERTII
SYNTAGMA PRIMVM.

METROPOLITANA Colonienſis Eccleſia.

B

§. I. De initijs & incrementis Cleri.



PRincipem locum Metropolitana Baſilica ſibi vindicat inter Colonienſia ſacra, immo ob nobilitatem Cleri ſui facilè præ reliquis Germaniæ Eccleſijs eminet: nam in huius Collegij numerum admittuntur nulli, niſi ex Regum & Regulorum ſanguine, aut alias perhoneſtè nati, & literis Illuſtres Viri, ijq́ue pauci ac ſelecti. *Excellentia Metropolitana Colon.*

C Et quia de Canonicis eorumq́ue Eccleſijs ſæpius ſermo eſt futurus, libet eorum Originem paulo altius repetere, *ex Ioannis Molani, Ioannis LangeCrucij, Alberti Miræi, Laurentij Landtmetteri, & Caroli à Mansfeldt, aliorumque Scriptorum animaduerſionibus.* Principio itaque certum eſt Canonicorum ordinem ab Apoſtolis eorumque diſcipulis inſtitutum, cum in primitiuâ Eccleſiâ omnium eſſet cor vnum & anima vna, ita atteſtatur Eugenius IV. in decreto ad Congreg. Later. *Huius* inquit *Ordinis & Sancti propoſiti poſt Sanctos Apoſtolos, primum in Alexandrina Eccleſiâ Marcus Petri Diſcipulus* Inſtitutor fuit & Condi- *Ordo Canonicorum eſt Apoſtolicus.*

D tor, tunc enim Presbyteri, Diaconi, & cæteri Clerici, cum ipſis Epiſcopis communem victum vitamq́ue in vna veluti aula vel Palatio degebant: creſcēte autem turbâ fidelium & deferueſcente paulatim in quibuſdam primæuâ deuotione, cœpit etiã minui bonorum communio, & maior proprietas eſt introducta; apud ſolos Clericos perſiſtente Apoſtolica illa inſtitutione & vita: Et Clericorum quidem duplex erat claſſis, nam aliqui Eccleſiarum regimini intenti Apoſtolorum ſectatores Collegia conſtituerunt; quæ ab eo quod ſine coniugio eſſent, & à cæteris habitatione ſolitariâ diſcreti, MONASTERIA dici cœperunt. Alij vero ſuæ duntaxat ſaluti & diuinis laudibus dediti *Monachi* dicti ſunt, item Therapeutæ, idque antequã *Clerus tempore Apoſtolorum alius Canonicus alius Monaſticus Therapeutarũ.*

Baſilius,

neque ſi ſuppoſititias Reliquias quis coluiſſet, de falſo cultu videretur reprehendendus. A

Diligentia Eccleſia in Reliquiis examinandis.

Anno 1640.

Eccleſia tamen Catholica ſemper ſupremam diligentiam adhibuit, ne quæ fraudes fierent in expoſitione Reliquiarum, præſertim Colonienſis ſancta Sedes; quæ reperta Anno 1640. centum corpora diligentiſſime curauit examinari, & adhuc ſub iudice ſinit latere.

Cui adſiſtit Dei gratia.

Denique etiam ipſa Diuina prouidentia hic ſuas partes ſtrenuè agit, quæ non ſemel veritatem Reliquiarum prodigioſè demonſtrauit, vti videre eſt apud probatum ſcriptorem Cæſareum Heiſterbacenſem *lib.* 8, *c.* 89. Vbi miraculosè ex Colonienſibus Reliquijs eiectum ſcribitur prophanum os equinum. Hæc te Lector monitum volui, & ijſdem ad cuncta animoſe legenda credendaque animatum. B

C

D

LIBRI

A

LIBRI TERTII
SYNTAGMA PRIMVM.

METROPOLITANA Colonienſis Eccleſia.

B

§. I. De initijs & incrementis Cleri.

Excellentia Metropolitana Colon.



PRincipem locum Metropolitana Baſilica ſibi vindicat inter Colonienſia ſacra, immo ob nobilitatem Cleri ſui facilè præ reliquis Germaniæ Eccleſijs eminet: nam in huius Collegij numerum admittuntur nulli, niſi ex Regum & Regulorum ſanguine, aut alias perhoneſtè nati, & literis Illuſtres Viri, ijq́ue pauci ac ſelecti. Et quia de Canonicis eorumq́ue Eccleſijs ſæpius ſermo eſt futurus, libet eorum Originem paulo altius repetere, *ex Ioannis Molani, Ioannis LangeCrucij, Alberti Miræi, Laurentij Landtmetteri, & Caroli à Mansfeldt, aliorumque Scriptorum animaduerſionibus.* Principio itaque certum eſt Canonicorum ordinem ab Apoſtolis eorumque diſcipulis inſtitutum, cum in primitiuâ Eccleſiâ omnium eſſet cor vnum & anima vna, ita atteſtatur Eugenius IV. in decreto ad Congreg. Later. *Huius* inquit *Ordinis & Sancti propoſiti poſt Sanctos Apoſtolos, primum in Alexandrina Eccleſiâ Marcus Petri Diſcipulus* Inſtitutor fuit & Conditor, tunc enim Presbyteri, Diaconi, & cæteri Clerici, cum ipſis Epiſcopis communem victum vitamq́ue in vna veluti aula vel Palatio degebant: creſcẽte autem turbâ fidelium & deferueſcente paulatim in quibuſdam primæuâ deuotione, cœpit etiã minui bonorum communio, & maior proprietas eſt introducta; apud ſolos Clericos perſiſtente Apoſtolica illa inſtitutione & vita: Et Clericorum quidem duplex erat claſſis, nam aliqui Eccleſiarum regimini intenti Apoſtolorum ſectatores Collegia conſtituerunt; quæ ab eo quod ſine coniugio eſſent, & à cæteris habitatione ſolitariâ diſcreti, MONASTERIA dici cœperunt. Alij vero ſuæ duntaxat ſaluti & diuinis laudibus dediti *Monachi* dicti ſunt, item Therapeutæ, idque antequã

C

D

Ordo Canonicorum eſt Apoſtolicus.

Clerus tempore Apoſtolorum alius Canonicus *alius* Monaſticus Therapeutarũ.

Baſilius,

Baſilius, & Benedictus certam regulam ſeu formam in communi viuendi eiuſmodi hominum generi præſcriberent. Ex eo igitur tempore Monaſterij nomen & Clero & Monachis commune factum etiamnum adhæret eccleſijs ad hæc ferè tempora; licet vitæ & victus communitas valdè ſit imminuta. Fuerunt tamen ſæpius qui vtrumque ſtatum denuo coniungere meditati ſunt, vti Ambroſius *Serm.* 82. *&* 69. de Euſebio Vercellenſi teſtatur: & ipſe D. Auguſtinus cogitauerat Clericorum proprietate vtentium ordinem exſtirpare, ſed quod Eccleſia Dei circumamicta varietate, diuerſas vocationes, manſioneſque habeat, pro natura & captu diuerſorum; eam mentem mutauit; *Ecce* inquit ſermone primo de vita ſuorum Clericorum, *in conſpectu Dei & veſtro muto conſilium. qui volunt habere aliquid proprium, quibus non ſufficit Deus & Eccleſia ſua, maneant vbi volunt & vbi poſſunt, non eis aufero Clericatum.* Auguſtinum æmulati ſunt S. Proſper Rhegienſis in Gallia Narbonenſi Epiſcopus, & Gelaſius Papa. Anno etiam Chriſti 431. Patricius Hyberniæ Apoſtolus S. Martini ex ſorore Nepos & Clericus, deinde ipſe S. Gregorius Magnus inſtituto quidem Monachus, ſed egregius Canonici ordinis propagator: quorum rationem & authoritatem Colonienſes imitati ſunt: Nam Guntharius Colonienſis Epiſcopus proprietatem Clero indulſit quam Williberius in Synodo habitâ anno 973. præcipuorum inferioris Germaniæ Præſulum authoritate confirmauit: Acta Synodi huius vide in Syntagmate Suffraganeorum Colonienſium. § .115. Attamen hæc vitæ cõmunis relaxatio ſcrupulum proprietatis non diſciplinam ſuſtulit, nam Colonienſis Eccleſiæ obſeruantiam diſciplinæ commemorat ad Ioannem Præpoſitum Anno 1042. Wazzo Leodienſis Epiſcopus: *Ergo* inquit, *Frater omnes in communi accingamur humiliati fidilitatique; regulariter, & res clauſtri, ſicut oportet tractemus irreprehenſibiliter. Quanto maiores ſumus in ſæculi dignitatibus, tanto nos humiliemus in omnibus. Auaritiæ, dominationiſque altitudinem fugiamus ſtudioſè, quæ religionis diſciplinam, naturaliter ſolent propulſare. Inſtruat ſaltem nos. Colonienſis diſciplina clauſtri: vbi Præpolitus & Prælatus, in choro primi ſtantes, officioſè ſatagunt, ne quid difficultatis proueniat, ſiue negligentia, diſciplina clauſtri ſpecialius aſcribitur Prælato; nec tamen deeſt inuitatus Præpoſitus, inſtante ſcrupulo. Stipendium quotidianum cum ceteris officialibus exhibet Præpoſitus: ſi quid defuerit, ſine inimicitijs exigit Prælatus. Cellerarius annonam, vinum, pulmenta ſuſcipiens à Præpoſito, Prælati Seniorumque diſpenſat mandato. Liber eſt Præpoſitus ab expenſis quæ dederit Cellerario, Cellerarius ab his æquè quibus paruerit Prælato, ſic concordia Prælati & Præpoſiti, in clauſtri ædificationem cooperatur: quia non ambitioſa charitas, quæ Dei ſunt, non quæ ſua, rimatur. Coepiſcopos & Archidiaconos, ob inſolentiam remouit Eccleſia: vnde & his caret vſque in præſens Metropolis Colonia, & tota Prouincia. Canon vetat Diaconum ante Presbyterum iniuſſum ſedere, tu Presbytero præſumis iudicare.*] Hæc Wazo Epiſcopus. Deinde neque omnes Coloniæ vel alibi ad proprietates à communi vitæ forma diſciuerunt Synodorum Epiſcopalium indultu: Sed quidam veterem formam præferentes nouæ, duplici Canonicorum (qui vſque modo manent) generi occaſionẽ dederunt; nam qui bonorum communitatem retinuerunt Regulares dicti ſunt, vti

Noue-

Canonici paulatim proprietate vtuntur.

Proprietas Canonicis permiſſa.

Colonienſis Cleri proprietas.

Ex permiſſis proprietatis oritur duplex ordo Canonicorum.

Proprietatis relaxatio non fuit diſciplinæ abrogatio.

Ordo & diſciplina Colonienſis Metropolitana.

NB. Nunc alius ſtatus.

A B C D

A Noueſienſes qui Monaſterium in ruderibus fani Deaſtro quondam Sacri incolebant, ad quos aliquot illuſtres Clerici temporibus Reinaldi Vbiorum Præſulis à Colonienſibus Metropolitanis Canonicis ſeceſſionem facientes, bonorum communitatem retinuerunt & inſtaurarunt. Et eſt hoc illuſtre quiddam in Omnipotentis Dei prouidentiâ, quod omnium hominum genio aptos in Eccleſia gradus, ordines, ac ſtatus conſtituerit, vt omnes poſſint ſalui fieri; Quemadmodum in S. Franciſci ordine eâdem Dei prouidentia videmus factum, vt variâ eiuſdem Sanctiſſimæ Regulæ interpretatione, varia hominum ingenia ſaluarentur: Porro ſicut ex oblationibus Eccleſiarum opes & cenſus non ſolum ad Gentilium, ſed etiam Chriſtianorum ſæpè Principum inuidiam excreuerunt, ita ferè Metropolitana Colonienſis tantis eſt aucta opibus & gloria, vt dignitas Canonicorum huius Eccleſiæ ſit omnino Principalis ac Regalis: ſiquidem in Collegio vti dicebam nemo niſi illuſtriſſimo ſanguine ortus & octo Proauorum Illuſtri ſtemmate demonſtrato Canonicus adlegitur, aut in octo Presbyterorum Canonicorum ordine quibus ſanguinis illa deeſt excellentia certè Illuſtrem valdè ſcientia & alijs animi dotibus ac meritis eſſe oportet eum, qui in hoc Illuſtriſſimum Collegium cooptari velit.

B *Status Canonicorum Metropolitana Colonienſis.*

§. II. Priuilegia Metropolitanæ Colonienſis.

C NEque vero nuper natus eſt ille Colonienſis Eccleſiæ ſplendor, cum notus ſit per omnes Germanicas & Gallicanas Eccleſias præcellens numerus Præſulum ac Principum qui ex hoc Collegio vocati Epiſcopatus & Archiepiſcopatus Illuſtriſſimè rexerunt: nec lateat inſignis magnorum Principum in hanc Eccleſiam affectus qui eandem magnis Priuilegijs & immunitatibus auxerunt, inter quos merito non taceatur Leo IX. qui ex Ciue vel Canonico noſtrate, vti videtur *(cap. 8. lib. 2. Vitæ)* in Tullenſem deinde Summum Pontificem promotus, Colonienſem Archiepiſcopum perpetuum S. R. E. Cardinalem S. Ioannis ante portam latinam, & Eccleſiæ Romanæ Archicancellarium creauit; Eccleſiæ vero Metropolitanæ Canonicis Priuilegium dedit celebrandi cum Mytra & Sandalijs Anno 1049. Pontificatus ſui Anno primo, & eadem nouo diplomate rata habuit *Anno Pontificatus ſui quarto indictione quinta per manus Friderici Diaconi S. R. E. Bibliothecarij atque Cancellarij Vice Domini Hermanni Archicancellarij & Colonienſis Archiepiſcopi.* Eugenius quoque III. *Anno 1151. indictione 15. Pontificatus ſui Anno 7. ſexto Idus Ianuarij eadem Priuilegia* videlicet tituli S. Colonienſis Eccleſiæ Cardinalium nec non Mitræ & Sandaliorum vſum in Sacrificio rata habuit. Hadrianus IV. & Alexander III. alijq; Pontifices eadē confirmarunt, cum vero Fridericus III. Cæſar aduertiſſet contingere vt ijdem apud Colonienſes Canonicatus, quos Presbyterorum vocamus à minus idoneis hominibus detinerentur, eo quod Illuſtrium familiares eſſent & fauoribus eorum potius quam virtute ſubnixi emergerent, Idem Imperator inſigni erga Colonienſem Eccleſiam

Priuilegia quadam Metropolitana Colon.

Leo IX.

D

Eugen. III.

Hadrianus IV.

Alexander III.

Fridericus Caſar.

Sixtus IV. curâ & deuotione Sixto IV. Pontifici Anno eius tertio, ſub annum ſcilicet 1474. A ſupplicauit & obtinuit: vt futuris temporibus ſex eorundem Canonicatus numero conferrentur tantum Doctoribus & Licentiatis in Theologia, aut Iure cum rigore examinis, in Vniuerſitate in qua illud ſtudium vigeret promotis: Sex dico Canonicatus Presbyterales, licet enim vulgo ſeptem Presbyteri appellentur, & eorum octo ſint, annumerato ſcilicet vno Canonicatu quem primæ gratiæ Vniuerſitatis vocant, altero vero qui ſecundæ dicitur per alteram Papæ gratiam Vniuerſitati datus, hi tamen duo quod ſuas cum Vniuerſitate Colonienſi leges habeant, non indigebant Pontificiæ Bullæ nouo ſtatuto & ordinatione de gradu Academico ſuſcepto, duo itaque ſunt Canonicatus Presbyterales Colonienſes, quibus ſex aliæ graduatorum præbendæ accedunt; B Atque hi octo Presbyteri Canonici vnâ cum ſex Capituli Prælatis, & vndecim Diaconis vel Subdiaconis, omnibus origine vt antea dicebatur Illuſtriſſimis Viris, conſtituunt numerum viginti quinque vt vocant Capitularium, ex quorum arbitrio & conſilio Eccleſia Colonienſis ſecundum Archiepiſcopum ſuum feliciſſimè gubernatur: Præter hos ſolent in eadem Eccleſia numerari totidem Illuſtriſſimi non Capitulares tanquam Soboles in Capitularium vota olim ſucceſſura, quos tamen optimè meritos & veluti precioſos eius quæ præſenti tempore eſt Eccleſiæ lapides, vna cum Reuerendiſſimo Archiepiſcopo ſuo hoc loco ſubnecto. C

Numerus Canonicorũ

---

§. III. Achiepiſcopus & Canonici Colonienſes.

Titulus Moderni Archiepiſcopi.

EMinentiſſimus & Sereniſſimus FERDINANDVS Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratia Electus & Confirmatus Archiepiſcopus & Princeps Elector Colonienſis Legatus natus, S.R. Eccleſiæ & per Italiam Imperij Archicancellarius, Epiſcopus & Princeps Paderbornenſis, Leodienſis, & Monaſterienſis, Adminiſtrator Hildeſienſis, & Berchteſgadenſis: Princeps Stabulenſis, Comes Palatinus vtriuſque Rhenĩ, Dux vtriuſque Bauariæ, Weſtphaliæ, Angariæ, & Bullionis; Marchio Francomontanus &c. D

Maieſtas Archiepiſcopalis.

Archiepiſcopi Colonienſis Suffraganeæ Eccleſiæ ſunt Oſnabruggenſis, Monaſterienſis, Leodienſis, Mindenſis, & Vltraiectina quæ tamen modo prætendit euectionem ad dignitatem Archiepiſcopalem.

Fuit & olim Bremenſis, quæ S. Anſcharij gratia exempta eſt, & in Archiepiſcopalem dignitatem euecta, conſentiente Colonienſi, vti prolixè in MS. S. Anſcharij vita narratur. Poſt Archiepiſcopum.

Deinde ſunt Archidiaconi Maiores.

Præpoſitus Metropolitanus.

Decanus

A Decanus Maior.
Præpoſitus Bonnenſis.
Præpoſitus Sanctenſis.
Præpoſitus Suſatienſis.

Sunt alij minores Archidiaconi Regionarij, omnes appellati oculi Archiepiſco-
pi, ſed penes hos maiores latiſſima poteſtas & potior cura Cleri, quapropter Ro-
mani Pontifices aliquando authoritate ſua Archidiaconorum muneri proſpexe-
runt: ita vidi diplomata Anni 1563. Kal. Februarij. Nam cum Georgius Epiſcopus
Mindenſis, Adminiſtrator Bremenſis ac Verdenſis, eſſet Septuagenarius, nec Præ-
poſiti officium in maiori Colonienſi Eccleſia adimplere poſſet, datus eſt ei Coad-
B iutor à Pio IV. *Georgius à Seina ex comitibus de VVitgenſtein:* cui deputationi Coadiu-
toris elapſo biennio Anno 1565. 3. Iunij. Georgius Epiſcopus Mindenſis & Colo-
nienſis Præpoſitus conſenſum præbuit, per Procuratorem ſuum D. Petrum de Lin-
tris Clericum Leodienſem.]

Ad hæc Officiales Iudices Archiepiſcopales duo alter Colonienſis, alter Arnſ-
bergenſis reſidens Werlis in Weſtphalia.

Miniſtri autem hæreditarij ſunt Archipincerna ex familia Principum Arebergenſium olim Comitum Virnenburgicorum. Archipræfectura vacat per extinctam familiam Comitum de noua Ara, quos aliqui de noua Aquila appellant.

Archimariſchalci ſunt ex domo Comitum in Salm & Rifferſcheidt. ratione do-
C minij de Aluetre.

Archicamerarij ex Familia Raitzen de Frentz, olim Hymbergij in Bachem.

Hæc in capite Colonienſis Eccleſiæ Maieſtas, nunc reliquam nomenclaturam cum dignitate Metropolitici Collegij accipe.

Maximilianus Henricus S. R. I. Princeps vtriuſque Bauariæ Dux Epiſcopatus Hildeſienſis & Præpoſituræ Berchteſgadenſis Coadiutor, Præpoſitus S. Gereonis &c. dudum electus & Anno 1643. 21. Ianuarij approbante Sede Apoſtolica proclamatus Coadiutor Colonienſis. *Nomenclatura Collegij Metropolitani.*

Præpoſitura Metropolitana cum primo Archidiaconatu & Archicancellariatu
Academico vacat de ſcitu Sedis Apoſtolicæ.
D Franciſcus Lotharingiæ Dux, Epiſcopus & Comes Verdunenſis S.R.I. Princeps
Decanus & Capellarius Maior, Archidiaconus Noueſienſis.

Subdecanus Ioannes Iacobus Comes in Konigſegg & Rothenfels Dominus in Aulendorff & Stauffen.

Chori Epiſcopus Franciſcus Ego Comes in Furſtenberg, Hailigenberg & Werdenberg, Landgrauius in Bare &c. Theſaurarius Cathedralis Argentinenſis & eiuſdem locum tenens in Rufach.

Scholaſticus & Theſaurarius Berchtholdus Comes in Konigſegg & Rothenfels, Dominus in Aulendorff & Stauffen, Illuſtris Collegij S. Gereonis Decanus.

Diaconus Maior Otto Luduicus Comes Sy'ueltris & Rhenanus in Daur & Salm Decanus Argentinenſis. A

Diaconus Philippus Salentinus Comes in Manderſcheit, Blanckenheim & Geroltſtein, Cameræ Imperialis Spirenſis Præſes &c.

Ferdinandus Franciſcus Comes & Dominus Friſiæ Orientalis & Rittbergæ.

Leopoldus Fridericus S.R.I. Hæreditarius Dapiter Comes in Fridbergh Dominus in Waldtburgh.

Maximilianus Henricus Coadiutor &c. vti ſupra.

Wilhelmus Wunibaldus S. R. I. Hæreditarius Dapifer Comes in Fridbergh Dominus in Waldtburgh.

Ericus Adolphus Comes in Salm, Dominus in Rifferſcheit, Bedtbur, Dicka, Alffter & Hackenbruch, Hæreditarius Colonienſis Mariſcallus. B

Ioannes Comes & Dominus Friſiæ Orientalis & Rittbergæ.

Philippus Chriſtophorus Fridericus Comes in Hohenzollern, Sigmaringâ & Veringen. Sacri Rom. Imp. Archicamerarius.

Hic quatuor Capitularium ſanguine Illuſtrium Sedes vacant, poſt quos recenſendi veniunt Canonici Presbyteri Capitulares.

Henricus Francken Sierſtorffius Senior, SS. Theologiæ Doctor & Profeſſor, Canonicus S. Cæciliæ.

Georgius ab Eyshen Arlunenſis SS. Theol. Licentiatus, Parochus S. Ioannis in Curia, Canonicus ad Gradus B.M.V. C

Georgius Paulus Strauius I.V.D. Epiſcopus Ioppenſis, & in Pontificalibus ac Spiritualibus Vicarius, Canonicus S. Vrſulæ.

Iodocus Lemgouius Colonienſis I.V. Doctor.

Ioannes Titz Colonienſis SS. Theologiæ Doctor & Profeſſor.

Arnoldus à Landsbergh I.V. Licentiatus.

Segerus Linckens I.V. Doctor Canc. B. M.V. in Capitolio.

Albertus Renſing I.V.L. S. Cuniberti Decanus. Sigillifer maior.

Subijcio Domicellos Illuſtres necdum in Capitulo vocem habentes, qui ſunt

Leopoldus Wilhelmus Archidux Auſtriæ Epiſcopus & Princeps Argentinenſis, Paſſauienſis & Halberſtadienſis &c. D

Matthias ex Magnis Hetruriæ Ducibus. Princeps Medicæus.

Leopoldus ex Magnis Ducibus Hetruriæ. Princeps Medicæus.

Ferdinandus Luduicus Comes in Manderſcheit, Blanckenheim & Geroltſtein.

Wilhelmus Erneſtus Comes in Manderſcheit, Blanckenheim & Geroltſtein.

Carolus Ferdinandus Poloniæ & Sueciæ Princeps &c. Epiſcopus Wratislauienſis.

Erneſtus Salentinus Comes in Salm, Dominus in Rifferſcheit, Bedtbur, Dick, Alffter & Hackenbruch.

Ferdinandus Carolus Comes in Lewenſtein, Wertheim, Rochefort & Montagun.

Mau-

A Mauricius Henricus Comes in Naſſaue, Cattimeliboco Vianda, Ditz, Dominus in Bilſtein.

Georgius Franciſcus Comes in Konigſegg & Kottenfels Dominus in Aulendorff & Stauffen.

Hermannus Otto Comes Naſſouiæ, Cattemeliboci, Viandæ, & Ditzij, Dominus Bilſteinij.

Wilhelmus Ego Comes Furſtenbergicus, Hailigenbergicus, Werdenbergicus & Bare Landgrauius.

Erneſtus Ego Comes Furſtenbergicus, Hailigenbergicus, Werdenbergicus Landgrauius in Bare.

Ferdinandus Albertus Comes in Salm & Rifferſcheit.

B Sigiſmundus Archidux Auſtriacus, Tirolis, &c.

Leopoldus ex Marchionibus de Sauona Marchio Caretti & Comes Mileſſimi S. Andreæ Præpoſitus.

Albertus Sigiſmundus Comes Palatinus Vtriuſq; Rheni, Vtriuſq; Bauariæ Dux.

Ioannes Erneſtus Comes Naſſouiæ Cattimeliboci Viandæ & Dietzij Dominus in Bilſtein.

Salentinus Erneſtus Comes in Manderſcheidt & Blanckenheim Dominus in Ionckerardt, Daun & Erpp.

Carolus Erneſtus Comes in Manderſcheidt & Blanckenheim Dominus in C Ionckeradt, Duun & Erp.

Carolus Eugenius Arenbergiæ Princeps Dux Arſchottanus S. R. I. Princeps in Chimaij, Porcian & Rebecq &c.

Fridericus Wilhelmus Erneſtus Comes in Ottingen, Dom. in Wallerſtein.

Iacobus Philippus Comes de Horn, Herlies, & Haudkercke, Burgrauius de Furnes & dominus in Gæſbeck.

Wilhelmus Chriſtophorus Badæ & Hochbergi Marchio Comes in Spanheim. &c.

His tanquam Principibus Cleri in eadem Eccleſia accedunt alij 25. priorum Vicarij, quorum primus Paſtorem familiæ totius agit titulo B. M. V. in Paſculo in D ſumma æde cum quatuor *Vicarijs honoris*, ſeu Capellanis honorarijs qui totidem præfecti ſunt Capellis extra Metropolitanam Eccleſiam ſitis, videlicet. *Vicarij & alij Clerici.*

S. Margaritæ.

S. Matthiæ.

S. Marcelli.

S. Lamberti in aula Decanali.

Secundum illos ſunt *quatuor Vicarij*, quorum munus eſt pro Canonicis Eccleſiaſticos verſus concinere, & *duo Sanctiſſimi* Domini noſtri Papæ ac *duo Sereniſſimi Regis* Romanorum *Sacellani* ſunt, Videlicet.

S. Seuerini.

S. Martini.

 S. Ste-

S Stephani ſub Turri.,
SS. Coſmæ & Damiani. A
Reliqui Vicarij altariſtæ dicuntur numero ſedecim.
Præter hos ſunt Cantores ſeptem,
Chori ſocij ſeptem.
Chorales quatuor.
Scholares choro ſeruientes quatuor.
Præbendati Laici ſceptrigeri quos Vſſerios appellant quatuor.
Cuſtodes Capitularis domus duo.
Præbendati Laici S.Lupi duodecim.
Præbendati Laici S.Margaritæ duodecim. B
Præbendati Argentariorum ſeu Theſaurariæ decem.

Et ſeruitia Reddituariorum, Coquinæ, Vineæ, Latorum & cætera huiuſmodi fundata. Atque hæc de Viuis Eccleſiæ Metropolitanæ membris, nunc de ipſa ſtructura in qua ſedem habeat illa, pauca addam ex veteri æuo non ingrata.

---

§. IV. De ſtructura Metropolitanæ.

Structura Metropolitanæ. *S. Materni opus.*

PRimo quidem aſpectu occurrit multum frequentata quæſtio, Vbinam ſumma Ædes ſteterit priuſquam præſens cõſtrueretur. Maiorum ſane traditione habemus Proto-Eccleſiæ Colonienſis Conditorem eſſe Sanctum Maternum primum Epiſcopum, B.Petri Apoſtoli diſcipulum. Is traditur, præter alias, Coloniæ principaliores duas eccleſias condidiſſe; ſuburbanam vnam in honorem S.Petri ante portam Paphiam, ſeu Flaminiam, Vbi Oratorium ſuum habuiſſe creditur, nũc SS.Matthiæ & Victoris ſacellum appellant, niſi malis dicere quod Eccleſia vicina *S.Matthæi in foſſa* Veteris ſcilicet vrbis ſita, quam nunc S. Andreæ Baſilicam nominamus S.Materni ſit opus: quod probabilius arbitrantur rerum priſcarum periti. Interim pro altero, Viciniſſimo tamen S. Andreæ loco facit fama, & tabula à Winhemio exſcripta. *Vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Quanto frequentius fidelium mentes ad opera Caritatis inducimus, tanto ſalubrius animarum ſuarum ſaluti prouidemus. Cupientes igitur vt Capella S. Matthiæ, Victoris & Materni vulgariter antiquum ſummum nuncupata in parochia S. Pauli* .... Altera baſilica quam idem Sanctus Coloniæ conſecraſſe ſcitur, excitata eſt in honore Domini noſtri Iesv Chriſti, & B.M.V. anno Domini 94. (vt habent quædam recentioris æui inſcriptiones) quæ deinde Sanctæ Eugeniæ dicta, modo S. Ceciliæ Eccleſia dicitur. Atque in hac ipſa aliquando Cathedralis Eccleſiæ dignitas ſtetit, donec Caroli Magni temporibus Metropolitica dignitas translata eſt ad nouam Baſilicam, quam B. Hildeboldus in Veſtigio Caſtelli ſeu burgi Vbiorum molitus eſt: Burgi illius rudera extant adhuc ad latus ſeptentrionale Eccleſiæ inter Sacriſtiam & gra-

S. Hildeboldi opus.

C D

A & Gradus B.M.Virginis, ac memoriam præ ſe fert platea quæ à Burgo paſſim auff
der Burghmaur appellatur, eam vero Hildeboldinam Metropolitanam Willibertus
Archiepiſcopus vel abſoluit vel reſtaurauit, dedicauitque V. Calend. Octob. Anno
873. Indictione ſeptima, ſub pijſſimo Rege Luduico anno Imperij eius 33. præſenti-
bus & aſſiſtentibus ipſi conſecratori Wiliberto Archiepiſcopo Colonienſi, Præſu- *Opus VVil-*
libus Luitberto Moguntino, Bertolpho Treuerico, Ternardo Viraunenſe, Alfrido *liberti Ar-*
Hildinisheimenſi, Theodorico Mimidonenſe, Gerolpho Ferdenſe, Luithardo Pa- *chiepiſcopi.*
derbornenſe: Hildegrino Haluerſtadiēſe, Hodolpo Mimigardiuordenſe, Hodobol- Vide Suf-
do Traiectenſe, Lutberto Oſnabruggenſi &c. Hodieque Dominica ante Coſmæ fraganeos
& Damiani quorum feſtum in V. Calend. Octob. incidit celebratur Anniuerſaria Colon.
Dedicatio eccleſiæ Metropolitanæ Colonienſis, & memorabile eſt, quod nocte Wi- §.115.
B libertinam conſecrationem præcedente, cum locus ille Deo & diuinis ſacrificijs de-
dicandus eſſet, voces auditæ ſint malignorum ſpirituum conquerentium: ſibi mi-
grandum eſſe ab illa dudum poſſeſſa ſede. Porro veteris huius Baſilicæ formam ita
antiquus Theſaurariæ liber deſcripſit.

Duos habuit Choros, & Cryptas duas, ſuperior chorus erat S. Petri, inferior qui erat inter *Forma ope-*
duas turres Campanarias ligneas fuit chorus B.M.V. item in dextera turri erat altare S. Ste- *ris VVille-*
phani. & in ſiniſtra altare S. Martini. Item in choro S. Petri fuerunt tres magnæ feneſtræ iux- *berti.*
ta altare, & ſimiliter in choro B. M. V. In lateribus vero ſuperioris feneſtræ fuerunt Viginti
quatuor hinc & hinc. Item Verſus altare S. Stephani fuerunt tres, & vna ſuper altare. Item
C *aduerſus altare S. Seuerini quod ſitum apud Ianuam per quam de Eccleſia ad gradus B. Mariæ*
intratur ad Maiorem, vbi quondam vna turris. fuerunt quinque feneſtræ, & vna ſuper altare
Coſmæ & Damiani in dextero latere; Vbi quondam turris altera fuerunt quinque feneſtræ &
vna ſuper altare Item in latere in quo edificata eſt Gerkammer (Sacriſtia) inferiores fene-
ſtræ ſex. Item in alio latere Verſus auſtrum inferiores feneſtræ duodecim. Item circa altare
S. Petri erant quinque rotundæ feneſtræ & ſuper altare B. M. V. ex vtraque parte Maieſtatis,
vna rotunda feneſtra ſic etiam fiet Deo dante completo nouo opere.

Hæc vero Wilibertina Baſilica multas paſſa eſt iniurias, nam haud longe ab ip- *Clades VVi-*
ſius ortu, Nortmannorum Reges cum innumerabili Barbarorum multitudine *libertina*
D Germaniam à mari Germanico inundantes Coloniam exuſſerunt, etſi ex Hilde- *Metropoli-*
baldinæ bibliothecæ integritate fas ſit conijcere quædam tunc, vt nuper alijs ciuita- *tanæ apud*
tibus accidit, à flammis intacta manſiſſe: eam enim bibliothecam quæ adhuc pene *Colonienſes.*
integra ſupereſt B. Hildebaldus anno 783. conquiſitam eccleſiæ donarat, annis om- *Anno 882.*
nino centum ante eam calamitatem. Iterum Anno ſalutis 1080. ſedente Segevvino *An. 1080.*
Archiepiſcopo Colonienſi, partem Orientaliorem Eccleſiæ flamma corripiens to-
tam in cineres redigiſſet, niſi miraculosè fuiſſet extincta allatis S. Cuniberti Reli-
quijs, vti archiua docent, & vita S. Cuniberti apud Surium. Poſtea tamen videtur
exuſta eſſe eadem Eccleſia tempore Conradi Archiepiſcopi Colonien. nam Inno-
centius Quartus in quodam diplomate dato Lugduni anno Pontificatus ſui quin-
to, qui fuit Chriſti 1248. id teſtatur: *Famoſa* inquit, *& honorabilis Colonienſis Eccleſia de*
nouo

nouo ſicut accepimus, caſu miſerabili per incendium eſt conſumpta. Cum autem Venerabilis A
frater noſter archiepiſcopus & dilecti filij Capitulum Colonienſe Eccleſiam ipſam, in qua
trium Beatorum Magorum corpora requieſcunt, reparare cupiant opere ſumptuoſo, &c.]
Opus Conradi de Atque eodem anno eandem Baſilicam nouo opere, mundi (ſi fata ſinant) miracu-
Hochſteden lum futurum, Conradus ab Hochſteden Archiepiſcopus Colonienſis magnificen-
Archiepiſcopi. tiſſimus, extruere cœpit, cuius Choro tandem Coronis impoſita eſt anno 1320. Vt
1248. docent Verſus antiqui.

Anno Milleno bis C. quater X. dabis octo.
Dum colit aſſumptam Clerus Populusque Mariam
Præſul Conradus ab Hochſteden Generoſus.
1320. Ampliat hoc templum lapidem locat ipſeque primum.
Annô Milleno ter C. Vigenaque iunge
Tunc nouus ille Chorus cœpit iubilare ſonorus. B

Conſeruat Archiuum accuratam Ideam ſtructuræ illius cuius nec mole nec ele-
gantiâ ſimilem in Europa inuenire eſſet, niſi bella & aduerſitates Conditoris ma-
num præcluſiſſent.

§. V. THESAVRVS SACER Metropolitanæ. C

Nomenclatura Reliquiarum. EST tamen etiam in iſta imperfectione admiranda Metropolitàna à quo maxi-
mè prædicatur, nimirum theſauro Reliquiarum cuius precioſiſſima pars ſunt
TRES EVANGELICI MAGI, SIVE SANCTI TRES REGES. Ternarium
numerum conſtanter tradit Vbiorum Eccleſia, eundemque plus quam decem ex
vetuſtiſſimis primitiui Chriſtianiſmi monumentis oſtendit Antonius Boſius in an-
SSS. Regum ſeu Magorum corpora. tiquitatibus Romæ ſubterraneæ. Hi Gentium vocatarum ad Chriſtum primitiæ,
perigrinationum Chriſtianarum, Sacrarumque oblationum inchoatores inclyti,
coram primo perſecutore Chriſti Confeſſores, miraculosè per viam loginquam
ducti & reducti poſtmodum quando Apoſtoli, imprimis Vero Paulus, Arabes per- D
tranſierunt, in Epiſcopos ordinati, primi ex Chriſtianis Regiam dignitatem Sacer-
dotio Chriſtiano coniunctam geſſerunt, atque vt F. Lucius Dexter ad Ann. 68.
vult: vitæ & ſanguinis etiam profuſione defenderunt: horum tot titulis Illuſtrium
Sanctorum corpora Helena Regina Conſtantini Magni Mater tanquam præci-
puum ornamentum Chriſtianitatis & decus Vniuerſæ Religionis conquiſita, Con-
ſtantinopolim translata magnificè recondidit, inde vero gratia & fauore B. Euſtor-
gij, Mediolanenſis Præſulis translata ſunt in eam vrbem, vbi aliquot ſæculis ſeruata,
Mediolano expugnato à Friderico I. cognominato Æhenobardo ſeu Barbaroſſa
capta, magnis precibus eadem corpora Reinaldo Colonienſi Archiepiſcopo gente
Rugrauio de Daſſelle Cæſaris Cancellario & Legato ſunt conceſſa, non ſine multorũ
Prin-

A Principum inuidia & æmulatione grauiſſima, grauiſſimiſque inſidijs. Quo tempore totius Prouinciæ occurſu & armis glorioſè excepta, magnificeque introducta 2. Iulij in Metropolitana Coloniæ Eccleſia recondita, per quam precioſâ ex auro & gemmis fabrefacta hierotheca aſſeruantur. In huius hierothecæ frontiſpicio quatuor exhibentur Reges Chriſtum & Deiparam adorantes, vnius vero vertici inſcriptum eſt nomen Ottonis, ſine dubio IV. qui fuit filius Henrici Leonis Weſtphaliæ, Angariæ, pluriumque terrarum Ducis & Domini, quique Coloniæ Anno Domini 1197. & 1215. verſabatur; licet ipſa hierotheca ſanctorum trium Magorum præcipuè adſcribatur munificentiæ Philippi de Heinſbergh Archiepiſcopi Colonienſis, qui Reinaldo ſucceſſit. Porro ſitus Sanctorum Trium Regum, in ipſa B Hierotheca, eſt pronus quaſi adhuc prouolutorum ante Dei incarnati Maieſtatem, & fermè integris corporibus, neruis, & cute arida ac imputribili conſpicui ſunt, ope, vt putatur, Balſami aliorumque Arabiæ liquorum, quibus corpora curari olim mos fuit, niſi id diuinæ beneuolentiæ, vti in alijs quibuſdam SS. corporibus, potius ſit aſſcribendum; quod alteri qui de eorum rebus integram hiſtoriam parat, diſcutiendum relinquo. Plurimis vero clarent ab olim beneficiorum prodigijs & votis. Quæ vero in tumba ſculpta ſunt repræſentant XII. Prophetarum, totidemque Apoſtolorum, & XII. virtutnm icones, ad hæc Viſiones Apocalypticas S. Ioannis Euangeliſtæ, & vitæ Chriſti Domini, celata quædam myſteria, & mirificam Veteris ſæculi pietatem & magnificentiam oſtendunt, quam pro nefas! nunc auro direpto C deformatores veræ religionis euertere cuperent: ſed irrito labore quandoquidem in ſoliditate Petri conſiſtens ventis & tempeſtatibus impeti poteſt, euerti non poteſt. Sed ad rem ipſam, non ſolum SS. Magorum corpora tumbæ precioſiſſimæ ſunt incluſa, ſed etiam ipſa tumba includitur magnificæ Ædiculæ inſcriptione tali.

Corpora Sanctorum loculus tenet ipſe Magorum
Indeque ſublatum nihil eſt alibiue locatum,
Sunt iuncti Felix, Nabor, Gregorius iſtis.

Eſt namque hierotheca Sanctorum Regum gemina in cuius ſuperiori faſtigio conduntur inprimis.

D Corpora Sanctorum Fœlicis & Naboris.

Hi rei militaris dum viuerent peritia celebres, apud Maximianum accuſati de fide Ieſu Chriſti, atque duodecim dierum inedia in carcere tentati, cum de fidei conſtantiâ nihil remitterent, varijs tormentorum generibus, fuſtium, equulei, lampadum, vngularum, & ignis, Chriſti virtute ſuperatis, demum iuxta portam Ciuitatis Laudenſis ad flumen, cui nomen Schelera, capite cum multis alijs plectuntur, quorum corpora noctu ſublata & aromatibus reſperſa, quædam Matrona Chriſtiana nomine Sabina primum in ſuo prædio ſepeliuit, deinde Mediolanum deferenda curauit, vbi in magno honore aliquamdiu, etiam tempore S. Ambroſij Epiſcopi, vt in eius vita Paulinus teſtatur, ſunt habita, quæ tandem capto

SS. Fœlix Nabor. 12. Iulij.

 à Fre-

à Frederico Imperatore Mediolano, Reinaldus Colonienſis Archiepiſcopus muneris loco ab Imperatore accepta, ſimul cum Sanctorum Regum corporibus Mediolano tranſtulit COLONIAM, donatis duobus Fœlicis & Naboris brachijs B. Hildegundi Marenſi Comitiſſæ & fundatrici eiuſdem Monaſterij, & ne ternarius numerus deficiat loco S. Apollinaris, qui in ea translatione Mediolano Coloniam apud Regiomagum expoſitus, propria Baſilica & Monaſterio honoratur, in huius locum ſuffectus eſt, & in ſuperiore tumba ac Sacello Sanctorum Regum compoſitus ſumma ibidem populi Veneratione colitur Beatus A

GREGORIVS SPOLETANVS Martyr. B

Quem olim Beatus Bruno primus eius nominis Archiepiſcopus Colonienſis, Henrici Aucupis filius, Vbijs donauit, tabuliſq; teſtamenti ſui *Martyrem magnum recenter adductum appellauit*. Hic Chriſtianus & Presbyter in perſecutione Diocletiani ac Maximiani *Impp.* cum Flaccus Præfectus illorum mandato Spoletum Tuſciæ vrbem ingreſſus eſſet, vt Idola erigeret, omneſq; ad ſacra dijs facienda compelleret, accuſatus de Religione & zelo aduerſus Idola, & comprehenſus fuſtibus nodoſis crudeliter cœſus, atque in craticula impoſitus ardentibus prunis. Chriſtum exorans ingentem terræ motum à Deo impetrauit. qui totam concuſſit vrbem, ita vt vna eius regio corruens copioſam infidelium multitudinem opprimeret, & Flaccus vehementer territus aufugeret, retractus tamen eſt ad carcerem Gregorius, & cœleſti viſione recreatus, cum Flacci erroribus nollet obſequi, carduis ferreis, in genibus percuſſus, & ardentibus lampadibus per latera incenſus, tandem in medio amphiteatro ab Aquilino ſpatario capite truncatur, non. Calend. Ianuarij: cuius corpus cum feræ, quibus ad deuorandum erat obiectum, ne attingerent quidem, Abundantia Chriſtiana Matrona triginta quinq; aureis redemptum, iuxta pontem lapideum & riuum ſanguinarium dictum prope muros Ciuitatis honeſtè ſepeliuit, vnde Ottonis Cæſaris beneuolentiâ miſſum Coloniam in Metropolitanâ Eccleſiâ collocatur Aſt horum trium Martyrum Fœlicis & Naboris & Gregorij Spolitani ſinguli ſacri vertices à corporibus ſeiuncti, ſingulis argenteis hermis includuntur, quibus accedit *caput S. Syluestri* quod in maiore argentea auro illita herma & triplici tiara Fulgente, ibidem cum antedictis hermis ſolet, exponi ad cultum, præclarum ſanè pignus & theſaurus, vtpote S. Syluestri Papæ quem in montis Soractis ſpelunca latentem ob ſchiſmaticorum inſectationes, Petrus & Paulus Conſtantino Auguſto apparentes commendarunt, aduerſus ſchiſmaticos & æmulum, veluti legitimum Apoſtolicæ ſedis ſeſſorem, & virum cuius ope à Schiſmaticorum fraudibus, in quas Neophitus veluti lepram inciderat erueretur, quem etiam idem Conſtantinus requiſitum debito habuit in honore, & ſui Baptiſmi voluit eſſe miniſtrum, *Conſtantino Auguſto III. & Licinio III. Coſſ.* cum iã biennio ferè Romam Victo Ma-

S. Gregorius Spoletanus. — C

24 Decemb.

Caput S. Syluestri papæ. — D

A Maxentio obtinuiſſet. Nam quod in quibuſdam exemplaribus legitur *Conſtantino tertium & Priſco Coſſ.* baptizatum eſſe magnum Conſtantinum, id ita omnino accipiendum eſt: vt Licinius Senior intelligatur iſtic loci, cuius nomen ex faſtis poſtmodum expunctum eſt ob Tyrannidis crimen, Sylueſter vero eruditi & Baptizati Conſtantini, mercedem tulit donum veteris Romæ, cum eo diſtrictu quem Optatianus Porphyrius appellat: *Latium Clauigeri*: etſi enim inſtrumenta vel tabulæ donationis Conſtantinianæ cenſeantur labem habere, & palearum notâ inſigniantur, ipſa tamen donatio apud veteres nunquam fuit in dubium tracta, vti nouatores inſtinctu maligno conantur vitium impingere, hæc obiter, ſatis habens cum repræhenſione cauillantium eam donationem, perturbatæ Chronologiæ vitia digito indicaſſe, vt hi quorum eſt id muneris vel ſtudij, de correctione conſilia ſuſcipiant.
B ſed quanam quæſo ratione, tanto (ſcilicet S. Sylueſtri capite) ſe Roma theſauro potuit ſpoliare, & Colonia ditari? Dicam & hoc breuiter. IRMGARDIS SVTPHANIÆ COMITISSA, cuius poſt chorum Metropolitanæ ædis tumulus eſt, Româ Coloniam tulit & Eccleſiæ Colonienſi tum illud, tum etiam *Reſe*, & *Calcariæ* oppida dono dedit. Inter gemmas quibus S. Sylueſtri Herma ornatur, eſt ſignatoria oualis figuræ, exprimens B. M. Virginem cum puerulo Ieſu; quam B. Irmgardis propriam iudico ex comparatione cũ alijs eiuſdem ſæculi ſculpturis. Breuis eſſe laboro & ideo ad alios abeo, & primum occurrit Sanctus

C ENGELBERTVS.



S. Engelbertus.

Engelberto Montium & Altenæ Comite ac Margarita Naſſouica Geldriæ Comitiſſa Illuſtri origine natus, Colonienſem Præſulatum adeptus, admirandæ Sanctimoniæ fuit Princeps & præcipuus iuſtitiæ Zelator. Nam cum Propatruelis
D eius *Fridericus Iſenburgi ad Ruram fluuium Comes*, Eccleſiam Eſſendienſem Pſeudo Aduocatus opprimeret, hic contra quàm multis mos eſt, neglecto ſanguinis iure, Pontificijs mandatis obtemperans, cognati hominis iniurias Eccleſiæ illatas repreſſit, & ideo inſidijs petitus, tam inſigni parricidio percuſſoris, quam ſuo Martyrio Anno 1225. Septima Nouemb. die, apud *Geuelsbergam* in itinere obruitur,

 & qua-

& quadraginta ſeptem vulneribus, pro hoſtibus orans veluti alter Stephanus, trucidatur: Multa quæ de huius ſanctiſſimi Martyris gloria dici poterant Cæſarius primum, deinde & Ego ipſe libro ſingulari complexus ſum, quando A
Ann. inuentionis 1622. 6. Auguſti. Anno 1622. die 6. Auguſti eius corpus diuina prouidentia è tenebris erutum & miraculorum gloria inclareſcens: Sereniſſimus ac Clem. Princeps FERDINANDVS Bauarus Colonien. Archiepiſcopus ingenti ſumptu argentea tumba, ſolemniſſima pompa recondi curauit Anno 1633. VII. Idus Nouemb. quam hierothecam etiam libro ſingulari deſcriptam publicè legendam dedi.

S. Irmgardis 4 Sept. In eadem Metropolitana æde ſita eſt, de quâ ſupra dicebam S. IRMGARDIS SVTPHANIÆ COMES: Requieſcit ea in ſacello iuxta Sanctorum trium Regum ædiculam, Virgo Deo cara, ſoror B. Hermanni Humilis Abbatis S Panthaleonis, cuius Monaſterio multas poſſeſſiones in Suichtelen transſcripſit, prȩter ea, quȩ, vt ſupra dicebam diœceſi Colonienſi oppida donauit, cœleſti iam pridem gloria compenſata. Vitam duxit aut in hoſpitali quieta, aut ad Sanctorum limina peregrinata, ter Romam adijt, & cum iſtuc attuliſſet chirothecam repletam cineribus, ſeu terra SS. XI. millium Virginum ſanguine imbutâ, à Pontifice maximo munus inſigne viciſſim retulit, magnam capitis Sancti Syluestri partem, aliaſque Reliquias quas Metropolitanæ Colonienſi Eccleſiæ donauit, in qua eam Crucis Imago miraculosè alloquens, benedictione impertijt: feſtiua eius dies quarta Septemb. ſolem-
S. Gereberni 15. Maij niſſima in ſumma æde campanarū compulſatione celebratur. In eadem æde S. GEREBERNI Martyris Reliquiæ, apud B. Irmgardis tumulum, conſeruantur, Corpus *Zonsbecæ* in inferiori Diœceſi Colonienſi cuſtoditur: Fuit is Confeſſarius C
B. Dympnæ Virginis & Martyris, quæ propter fidem & amorem caſtitatis ab eodem à quo genita fuerat patre Hyberniæ Rege, decollata eſt, cum S. Gereberno die qui illis feſtiuus eſt 15. Maij.

Explicatis his de Sanctorum corporibus obuijs, dicam etiam quid ſingulæ contineant hierothecæ, ſeu vt vulgus loquitur Monſtrantiæ, quibus in ſummis ſolemnitatibus maior ara Metropolitanæ ædis exornatur.

Crux. *Prima eſt* CRVX ingens argentea innumeris & inæſtimabilibus gemmis operta, complectens Chriſti Domini crucis ſegmentum à *Pelegrimo* Archiepiſcopo & ſecundo Electore Colonienſi eccleſiæ relictum ante annos quingentos, atque ſuperiori ſæculo ab Illuſtriſſimo Capitulo Metropolitano nitori priſtino reſtituta Crux D
eſt vt docet perigraphe eius hæc.

Ob Chriſti Saluatoris noſtri laudem, crucis hoc Venerabile ſignum auro gemmiſque ornatum Peligrimus Antiſtes dicari ſtatuit: A poſteris

vero

A vero Decano & Capitulo Metropolitano renoua-
tum eſt Carolo V. Romanorum Imperium &
Hermanno Pio * à Weda Sedes ſuas Coloniæ &
Paderbornæ feliciſſimè gubernantibus.

**NB. ante apoſtaſiam.*

Baculus S. Petri.

Secunda Hierotheca Baculum S.Petri non integrū ſed ſuperiorem eius partē con-
cludit, digniſſimæ prorſus Reliquiæ quæ poſt Domini Crucem recenſeantur, vtpo-
te in quibus ampliora quam vel in Moyſis, vel vllius alterius Prophetæ Virgâ, Deus
B dignatus eſt patrare miracula, quæ etſi perſcripta non ſint omnia, quis enim cuncta
ſcribet? nullum tamen poteſt eſſe dubium, quin prorſus ſtupenda ſint per Pedum
hoc Apoſtolicum deſignata, cum Apoſtoli huius ſudaria, ſemicintia, quin & vmbra
miraculis indubitatis ſit honorata: Neque tamen hæc dicta velim eo trahi quaſi
nullum de Sacratiſſimo baculo miraculum ſit perſcriptum: Nam non ſolum Ca-
tholici Eccleſiaſtici, ſed ipſi etiam prophaniores Scriptores Munſterus, Rhenanus,
& alij conſtanter tradunt, poſtquam B.Petrus ad prædicandum Euangelium Ger-
maniæ Eucharium, Valerium, & Maternum deſtinaſſet, Maternum in itinere ac
prædicatione Chriſti apud Elegiam caſtellum vitę functum, quadrageſimo ex quo
obierat die per impoſitionem Baculi S. Petri vitæ reſtitutum eſſe. Eiuſdem miracu-
C li mentio eſt in Decretalibus Innocentij Tertij, & Quarti, cum queritur An & cur
Romanus Antiſtes non vtatur Baculo? Reſpondeturque in ſolis Eccleſijs Colonienſi
& Treuirenſi Papam Pedum tenentem benedicere, ob huius hiſtoriæ commemo-
rationem: eſt tamen obiter notandū Iuris ſtudioſis corruptè iſtic, ſed prono errore
Martialem pro Materno legi. Ex Hierothecâ Baculi S. Petri ſuſpenſus eſt loculus in
quo continentur aliquot vnci *Vinculorum S. Petri, Reliquiæ* vti D Chryſoſtomus ait
optatiſſima, & quorum ferrum iudice S. Auguſtino, *per omnes merito Eccleſias auro precio-
ſius habetur:* Hanc credo Cathenæ partem eſſe eam, quam Carolo Martello Franco-
rum Regi Coloniæ Palatium tenenti, vnâ cum Dominici ſepulchri clauibus & fa-
ſcibus conſulatus Romani, Gregorius Papa tranſmiſit, qua de re qui plura auet ſci-
D re, reperiet in precioſâ Hierothecâ Colonienſi pag.64. Anno 1634. editâ.

Innoc. extra de S. Vnct. Innocent.4. decret. dict. Gloſſ.

Vincula S. Petri Kal. Auguſti.

Brachium S. Agnetis. 21. Ianuarij

Tertia Hierotheca ſeu Monſtrantia trium quaſi turricularum conis decorè faſti-
giata complectitur *brachium S. AGNETIS Virginis* quæ defendente Virginem Ange-
lo Cuſtode caſtitatis, detrimentum pati non potuit, mira res! etiam ſpoliata indu-
mento artis, promiſſo mox capillo tota veſtitur à natura, vel potius Authore na-
turæ, & operitur. Vitam tamen pro Chriſto temporalem amiſit annos nata trede-
cim, melioremque à Sponſo ſuo recepit.

Brachium S. Germani Epiſc. 31. Iulij.

Quarta Hierotheca argentea continet præter diuerſas de SS. Martyribus, Confeſſori-
bus, & Virginibus Reliquias, *Brachium S.Germani Epiſcopi*, qui à Senatu ad regendam
Burgundiam miſſus S. Amatori in Sede Autiſſiodorenſi ſuccenturiatus, erogato

pauperibus patrimonio, orationi & ieiunio multum deditus ſedit annos triginta. A

Corporale miraculoſũ. Eadem Hierotheca complectitur Mappulam ſeu *Corporale* (ſic enim appellant quod Dominici Corporis & Sanguinis Sacramento in tremendo Miſſæ Sacrificio ſubſternatur) eſt illud ſanguineis maculis reſperſum, quas miraculoſe expreſſas reliquit, cum Sacerdos quidam pericaloſa incuria ſacrum calicem euertiſſet inter ſacrificandum.

Brachium S. Sebaſtiani. *Quinta* ingens & oblonga eſt Hierotheca, quæ quotidie Sacerdoti ad aram ſummã facturo præfertur & in arã exponitur. Hæc Reliquias habet has primo *Brachium S. Sebaſtiani* Martyris qui Diocleriano Augusto charus, & cohortis Prætoriæ Tribunus, ſub militari chlamide inclytus Chriſti cultor, ſecreto confortabat Confeſſores captiuos, tandemque ipſus Martyrium promeruit, confixus & oppletus ſagittis ad

2. de S. Blaſio. modum heritij, de quo plura dixi in Colonia ſupplice. § 150. Secundo, eadem B

Hierotheca complectitur duo oſſicula *de S. Blaſio* Epiſcopo, pro cuius defenſione aranei aliquando telas oppanderunt, hic pro fide capite cæſus eſt. Tertio Sanctorum

3. SS. Coſmæ & Dam. *Coſmæ & Damiani* qui fratres natione Arabes, profeſſione Medici, magis tamen virtute diuinâ, quàm beneficio artis celebrati, ſimul torti, ſimul merſi aquis, ſimul igne vſtulati, cùm per ignem & aquam tranſijſſent perſiſtentes in amore fraternitatis, eo quod vnius Spiritus Sancti virtute roborarentur in fide, tandem ſimul gladio cæſi ſunt de quo gladio dixi in Colonia ſupplice §. 261. Quarto Reliquias San-

4. SS. Ioan. & Pauli. ctorum *Ioannis & Pauli* qui Romana origine Fratres Germani à Conſtantia cui ſeruierunt dotati, relictis ſibi facultatibus pauperes ſuſtentarunt, Chriſti ſeruitutem Iuliani Apoſtatæ obſequio prætulerunt, cumque ſtatuam Iouis ab Apoſtata ſub- C

26. Iunij. miſſam nollent honorare, clam quidem interfecti ſunt 26. Iunij & ſepulti, ſed eorũ martyrium & locus ſepulturæ diuinâ Virtute mox detecta ſunt, cum ſpiritus maligni percuſſoris familiam diuexantes occaſionem dedêre detegendi, quos maximè

5. S. Bartholomai Apoſt. latere optabant. Quinto ſunt in eadem hierothecâ Reliquiæ de *S. Bartholomæo* Apoſtolo propter Chriſtum excoriato.

S. Agapiti 8. Auguſti. *Sexta Hierotheca grandis atque alta* complectitur Primo Brachium *S. Agapiti* Diaconi qui fuit S. Sixti Pontificis & S. Laurentij in miniſterio & martyrio collega. Secundo Reliquias habet ipſius *S. Laurentij*. Tertio *S. Bartholomæi* Apoſtoli. Quarto

Diuerſæ Reliquiæ. *S. Stephani Papæ* & Martyris. Quinto *S. Ceciliæ*. Sexto *S. Balbinæ* Virginis. Septimo *S. Ceſarij* Martyris. D

Septima Hierotheca rotunda quatuor pedibus innixa Reliquias continet: primo de *S. Iacobo* Apoſtolo. Secundo de *S. Nicolao* Epiſcopo. Tertio de *S. Vincentio* Martyre.

Diuerſæ Reliquiæ. S. Cordula V. & M. *Octaua minor ſed oblonga* continet Reliquias de *S. Cordula* & alijs ex conſortio vndecim millium Virginum Martyrum Colonienſium, de vtrâ eius nominis Cordula (nam duas pluresve eiuſdem nominis fuiſſe conſtat) nondum habeo pro comperto affirmare.

De S. Sepulchro. *Nona Hierotheca* eſt Angelus geſtans Reliquias *de Sepulchro Domini* vtpote in quo Angelorum viſio frequentari cœpit.

Decima

Diuerſa Reliquia.

A *Decima minor quoque & oblonga Hierotheca* trium Sanctarum Virginum præclariſſimarum Reliquias exhibet videlicet *S. Margaritæ. S. Agathæ*, & *S. Barbaræ.*

S. Stephan. Protomart.

Vndecima Hierotheca cum Sanctorum trium Regum imaginibus fabricata, oſtẽdit Reliquias *S. Stephani Protomartyris* qui inter lapidum imbrem pro perſecutoribus exorauit Dominum noſtrum Iesvm Chriſtum.

De S. Cruce & Apoſt.

Duodecima figura cubica quadratam quaſi aram repræſentans monſtrat fruſtum Dominicæ *Crucis* & *S. Apoſtolorum* Reliquias, & alias quaſdam minutiores.

S. Mariæ Magdalenæ, 22. Iulij.

NB. Duæ ſunt Mariæ Magdalenæ Galilæa & Bethanieſ.

Decimatertia ingens Hierotheca ſuperiore parte refert trium turrium ſiue Pyramidum formas, & præter alias Reliquias pectus *S. Mariæ Magdalenæ* quę Chriſti Domini miniſterio celebris toto orbe honoratur. Verum ſitne hæc pars de illa Galilęa
B de qua ſeptem dæmonia eiecit Saluator, quæque prima cum D. Virgine ante lucem vidit Dominum, & eius reſurgentis victorioſos pedes oſculata legitur apud Matthæum & Marcum. An ſit de alterâ eiuſdem nominis fœminâ Bethanienſi æquè ſancta, quæ teſte S. Ioanne prouecto iam die adhuc ſtabat ad monumentum plorans & ſero & ſola Dominum vidit, nec ad tactum pedum eius eſt admiſſa, vti altera: ignoro, nec temerè niſi luce affulgente determinabo.

Varia Reliquia.

Decimaquarta capſa ponderoſa eſt ex argento, eam Metrop. Colonienſi Eccleſiæ Græcij quondam Imperatores donarunt cum diuerſis Reliquijs præſertim. I. De oſſibus *SS. Innocentium* Bethleemiticorum. II. Capillis *S. Mariæ Magdalenæ*. III. de *S. Victoris* & aliorum ſanctiſſimis oſſibus.

Reliquia de ſacris locis Paleſtinæ.

C *Decimaquinta* priori gemina in capſæ ſeu ciſtulæ modum, aliquanto tamen minor eſt, eam etiam Chriſtiani Cæſares huic Eccleſiæ donarunt, cum Reliquijs præcipuè *de locis Paleſtinæ*, Natiuitatis, Educationis, & orationis in monte, & paſſionis, vt vel ſic Coloniam orationis causâ venientibus piæ animæ liceat dicere: *adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius.*

Quid ſint hermæ.

Quæ porro præter modo dictas Hierothecas exponi conſueuerunt vaſa ſacris referta, Icones ſunt humano pectore tenus productæ, gentiles hermas vocabant & ea ſubinde in numero ſingulari vtor voce imitatus Cl. V. Ioannem Iacobum Chifletium quando alia non eſt ad manum, nihil veritus ſupercilium Zoili qui velit nolit eodem cum Gentilibus aëre, terrâ, & cœlo &c. potitur libens, & vſum in alijs culpat, interdum Germanica phraſi pectoralem ſtatuam nominabo (vulgo ein
D Bruſtbild) quam ſpeciem appellat Trebellius in Diuo Claudio *expreſſam thorace vultus imaginem.* Sed à Grammaticalibus redeamus ad ſeria. Sunt autem Hermæ de quibus dixi argenteę in quibus capita I. S. SYLVESTRI. II. S. FOELICIS, III. S. NABORIS. IV. S. GREGORII SPOLETANI.

In ipſo etiam maiore altari fixæ ſunt CHRISTI in cruce pendentis & DVODECIM APOSTOLORVM argenteæ ſtatuæ, quæ diebus feſtiuis remota crate ferrea deteguntur.

Ponderoſa vero & ingens STATVA ARGENTEA B. M. V. Angelorum Reginæ in argenteo throno reſidentis, quam in feſtis maioribus duo Sacerdotes

thenſæ

thenſæ impoſitam deferunt, & iuxta maius altare in menſa ad hoc apparata repo- A
nunt, donum eſt S. GERONIS Archiepiſcopi defuncti anno Chriſtianæ æræ 976. tam vetus eſt vſus ſtatuarum & imaginum præ noſtratibus pueris & infantibus hæreticis quatriduanis.

§. VI. MONVMENTA SPECTABILIORA Metropolitanæ.

Forma ſtructura.

AT nunc viſis præcipuis Sanctorum Exuuijs, circumferamus oculos per ipſam Baſilicam & eius Monumenta ordine quodam procedendi, initio facto ab B
ingreſſu qui eſt ad occaſum cũ triplici porta, quarũ media eſt inter geminas turres, reliquæ duæ ſub ſingulis turribus conſtructæ; ſed hic ſtatim opus imperfectum cogor identidem dolere, ſiquidem vna turrium non altius decempeda ſurrexit, & hoc quod ſurrexerat nunc etiam ediculæ quędam occupauerunt, magno impedimento volentium auguſta fundamenta futuræ molis inſpicere, melior fortuna alterius fuit turris ad latus auſtrale portę occidentalis, illa enim quadrata ex baſi ſurrexit: ſed & illa ſe imperfectam oſtendit, ſuperſtante adhuc dum tollenone, quam machinam alij ciconiam, Germani Gruem ein Kranen & inde Geranionem vocare ſolent, quod ſi vtraque ad præſcriptam ab Architecto altitudinem ſurrexiſſet, fornice vti iam nunc ex initijs videri poteſt connectendæ fuerunt turres, & fornix produ- C
cendus fuerat ad Chorum vſque in modum Crucis hinc & inde excurrens, eadem altitudine quam vides in fornice Chori: Atque in huius cruciato fornicis medio, vbi nunc deaurata ſtella Ciuitati conſpicua eſt, placuerat ſacellum excitari, vt in eo Sanctorum trium Regum, Chriſti adoratorum corpora deponerentur, quæ ſi, vti Idea operis ſuperſtes docet, abſoluta fuiſſet, nullum toto orbe Mauſolęum miraculo propius extaret. Nunc gemere licet imperfectum opus, & quod etiam peius eſt fabulis traductum. Maior Campana intra eam quã dixi turrim latens, Anno 1437. alij dicunt 1447. fuſa, ducenta vigintiquinque centena librarum pendit, & 19. plau- D
ſtra vini pondere æquat. Præter hanc ſunt in eadem turri campanę plures, ſed è maiore proxima, pondus habet centum quindecim centenariorum, centenarium dicunt centum ſex pondo.

Opus vitrearia artis.

Iam vero intra Baſilicam ingreſſo, nauis templi ſpectatur quadruplici columnarum ſerie ab ortu in occaſum procurrente, ad ſiniſtram videntur feneſtræ à vitro picturis inuſtis, ob artem tota Germaniã celebres, & ſanè mirandæ: progredienti paulùlum occurrit ad quartam columnam æreum monumentum *Emundi Comitis de Friſheim* cum hac Epigraphe:

Edmundus Comes Friſheimenſis.

Inclitus ante fui Comes Emundus vocitatus,
Hic nece proſtratus ſubtegor vt volui

Friſheim

A *Triſheim ſanctè meum fero Petre tibi Comitatum.*
Et mihi redde ſtatum te precor æthereum.
Hac lapidum maſſa Comitis complectitur oſſa.

Ex quo intelligas licet, eo loco molem quondam ſupra terram eminentem extitiſſe, ex qua ſublatâ, ſiue dum noua baſilica conſtrueretur, ſiue alia occaſione, æreum illud monumentum columnæ ſit affixum. & quia æditui dum memoria agitur ad hoc monumentum candelabra ſolent circum columnam, vti olim circa monumentum, conſtituere; credulum vulgus, Architectum neſcio quem in columna conditum, tam ſecurè quam falsò affirmat. Ego crediderim Comitis monumentum ipſo quo columna poſita eſt loco ſitum fuiſſe.

B Ad ſextam Columnam in ſiniſtro latere inſpicis Eccleſiam B. M. V. dictam in Paſculo adhærentem Metropolitanæ, de qua agam inter Parochiales.

Progreſſus ad octauam columnam videbis fornicem, cui Metropolitana vetuſtiſſima iuxta & celeberrima bibliotheca incumbit, tempore Caroli Magni Imperatoris à S. Hildebaldo Archiepiſcopo per Wenilonem Laudunenſem Præſulem curata, & à Succeſſoribus Archiepiſcopis aucta, ſed quæ modo præter SS. PP. Canonum, & ſacræ Scripturæ libro, ſac computus Eccleſiaſticos, vix aliquid curioſo Scrutatori offeret. *Bibliotheca Metrop.*

Infra Fornicem huius Bibliothecæ, leges in laminâ æreâ verſus: *Æra Archiepiſcopalis Coloniæ.*

C *Quot pendere vides baculos tot Epiſcopus annos*
Huic Agrippinæ præſidet Eccleſiæ.

Cum itaque hoc anno dum hæc ſcribo 33. baculi ibidem ſuſpenſi videantur, facilè vulgus indoctum alias, harum tamen non ignarum literarum, legit Archiepiſcopi noſtri FERDINANDI Bauari totidem annos agi videlicet 33. ex quo hanc Eccleſiam poſt Erneſtum Bauarum fœliciſſimè cœpit, ſubditis ſuis chariſſimus, gubernare. Benigniſſimus Deus quod eſt publicum votum, his annis addere dignetur plures alios, donec ſi fas eſt ſub illo Imperium procellis ſæuiſſimis, illis quibus vltra 26. annos concutitur, defungatur. Sed de huius Principis Clementiſſimo Imperio alius erit dicendi locus, illud duntaxat monitum D volo Lectorem, morem illum deſignandi annos Epiſcopi ſignis in vulgus notis, antiquiſſimum ea cauſa inductum eſſe, quod acta publica, Epiſcopalium annorum Ærâ conſignari ſolerent.

Ad nonam ab hinc columnam, offendes ad ſiniſtrum latus Horologium, cuius pondera ſemel in anno euecta ſingulos anni dies, totumque Solis, Lunæ, & reliquorum ſiderum curſum demonſtrant; & in præcipuis feſtis cum harmoniâ, ſpectaculum exhibent plebi Sanctorum Regum Chriſtum natum adorantium progreſſu artificioſo. *Horologium mirabile.*



A

Engelbertus III. Archiepiſcopus.

A decima columna habes Mauſoleum cui reſupina ſtatua Epiſcopi incumbit. Is eſt Engelbertus Tertius eius nominis Colonienſ. Archiepiſcopus ex gente Comitum de Altena & Monte, inter S. Engelberti primi Nepotes ex Patruele Friderico Euerhardi filio Comite de Monte. Siquidem Fridericus Adolphum, Adolphus Engelbertum Comitem, Engelbertus Comes Euerhardum, Euerhardus Engelbertum Comitem huius Engelberti Archiepiſcopi per Mathildem Arensbergicam Patrem genuerunt. Monumentum iſtud Engelbertus III. viuēs ſibi ſtruxit vt illic S. Engelberto conſanguineo ſuo proximè adiaceret, cætera geſta huius Archiepiſcopi ſi fata dederint in Annalibus ex archiuis accepta dabo: illud non omittam dicere, circa eius tempora Regem Cypri ſplendido comitatu ſtipatum Coloniam ad honoranda Sanctorum trium Regum ſacra corpora veniſſe, atque Regio more exceptum aliquandiu hîc ad Sanctorum limina hæſiſſe, inde Angliæ Galliæque Regionibus obitis, per Venetam Vrbem in Cyprum ſe recepiſſe, ſed ad inſtitutum, ibidem lamina ænea columnæ affixa hæc habet.



B

C

Anno Domini 1368. in craſtino S. Bartholomæi Apoſtoli, obijt Reuerendus Pater ac Dominus, Dominus Engelbertus de Marcka Archiepiſcopus Colonienſis hic ſepultus cuius anima requieſcat in pace. De eodem ſcriptum eſt in MS. Kalend. Breuiarij Metropolitani: *Anno 1368. VIII. Kal. Sept. poſt Completorium obijt Dominus Engelbertus Archiepiſcopus Colonienſis.* Ad ſiniſtrum latus Engelbertini Mauſolei ſita eſt ſpatioſa Sacriſtia cuius parietes Sanctorum oſſibus veſtiuntur. D

Vetus Crux Metrop.

Ab vndecima columna ſtatim, ſiue ante Sacriſtiam vides vetuſtæ Crucis Iconem ligneam, atq; hæc illa ipſa creditur, quam cum rimam ageret, Sanctus GERO applicatis Reliquijs & ſacra hoſtia, integram reddidit, & quæ B. IRMGARDEM Comitiſſam alloquens benedictione impertijt.

Ab hoc

A Ab hoc loco porro acceditur ad Sacella quæ Metropolitanę Eccleſiæ chorum ex orientali parte, intermedia ſpatioſa porticu ambiunt, primum horum S. Catharinæ ſacrum, habet conditorium primum S. ENGELBERTI, ſitum in medio elatiore ſuper planum ſaxo, nunc paucula oſſa eiuſdem Sancti tenet, reliquo corpore in pretioſam Hierothecam collocato. E regione huius Sacelli ante magnificentiſſime faſtigiatum & ſpectandi operis artificioſum tabernaculum SS. Euchariſtiæ, ſepulti ſunt Colonienſes Antiſtites vt humili ita prorſus ſimplici inſcriptione: *Sepulchrum S. Engelberti.* *Tholus V. Sacramenti*

Philippus de Duna Archiepiſcopus. *Philippus de Duna.*



& illius Prædeceſſor, Hermannus ex Landgrauijs Haſſiæ, Electus eſt hic Anno 1480. III. id. Auguſti de quo in MS. Bibliothecæ Metropolitanæ Kalendario notatum. *Pridie idus Decembris Anno 1485. intrauit Fridericus Rex Rom. Coloniam XVIII. Kal. Ian. Eodē anno, ſupra dictus Rex Fridericus dedit in antiquo foro Hermanno Landgrauio Archiepiſcopo Colonienſi Regalia Colon. poſt prandium hora quarta Nonis Ian. Anno 1486. Rex Romanorum Fridericus fuit hic in primis Veſperis Epiphaniæ præſentibus filio ſuo Maximiliano Duce Burgundiæ & Auſtriæ, & Colon. Archiepiſcopo Hermanno Landgrauio: & Epiſcopo Leodienſi, & Epiſcopo Cameracenſi; & Duce Iuliacenſi, & Duce Geldriæ; & duobus Markgrauiis de Baden &c. XII. Kal. Februarij Rex Fridericus receſſit.* *Hermanni de Haſſia.*

B C

In altero Sacello Monumentum eſt pinnis & turribus mœniorum circumornatū continens Philippum de Heinsberg Archiepiſcopum Colonienſem magnificū eorum quos adhuc videmus murorum Colonienſium exſtructorem, quorū circuitus eſt 5989. paſſuum computando quinque pedes pro paſſu vnico. Ipſe eſt duorū Ducatuum, diuerſorumque Dominiorum acquiſitione quaſi nouus Epiſcopatus fundator. D Obijt anno 1191 prope Neapolim Idib. Auguſti comitatus Imp. ad expeditionem in Apulia, vt habet Chronicon MS. Hermanni de Weſalia, quod Reuerendiſſimus Decanus Monaſterienſ. Bernardus à Mallinkrodt, fax quædam eruditionis, beneuolè communicauit, ex quo de Epiſcopis non pauca didici. Refertur etiam tale Philippi extitiſſe Epitaphium. *Philippus de Heinſperg Arch. epiſc.* *Tom. 4. fol. 371.*

Accipe collatum tibi per me, Petre, Ducatum
Quem quinquaginta Marcarum millibus emi.

Tertium Sacellum S. Laurentij continet in æneo Mauſolæo Conradum filium Lotharij & Mechtildis Comitum de Hochſteden & Are, Archiepiſcopum Colon. huius magnificentiſſimæ, ſed imperfectæ fabricæ Metropolitanæ Authorem Anno *Conradus de Hochſtedē Archiepiſc.*

 1248.

1248. Is pro ſuo inſigni in SSS. Reges affectu, prope eos deponi voluit, non ignarus A
quanti ſit momenti iuxta SS. Patricinia & Memorias quieſcere. Obijt autem anno
1261. Coloniæ apud S. Gerionem in Vigilia S. Michaelis.

Sacellum S. Regum.

Huic proximè adiacet auguſtiſſimum Sanctorum trium Regum Sacellum, eorundem & quos ſupra commemoraui Martyriũ Fœlicis, Naboris, & Gregorij Spoletani corpora complectens in aureo & portatili monumento, vti anſæ pro vectibus oſtendunt, & mea Colonienſia per Sinchronos inſcripta Chronica commemorant Ann. M CCC. XXXVII. Coloniç in ſupplicatione circumlatã SSS. Regũ tumbam. Precioſiſſima ei anathemata à Regibus & Principibus votorũ reis appenſa ſunt. Ipſi per reticulatos cancellos ſpectantur, ope luminis perpetuati. Medius in occipite capillum habet ſubfuſcum caſtanei coloris: ſed de his ſatis tum ſupra, tum in Colonia B ſupplice §. 315 E diametro ante hoc auguſtiſſimum Sacellum vides Imagines Sanctorum Regum & Epiſcopi Deiparam adorantium, Epitaphium Theodorici de Morſa Archiepiſcopi Colonienſis cuius hæc eſt inſcriptio.

Theodoricus de Morſa Archiep.

Theodoricus erat formoſus corpore, mente
Pulchrior, & lingua dulcis in orbe valens
Præſul Agrippinus nulli pietate ſecundus
Magnificus factis Relligione fide
Oclenis luſtris totidem labentibus annis
Præfuit Eccleſiæ Paſtor vbique bonus
Morſa dedit mundo, Zonis hunc ſe ad aſtra remittit
Quem Duce cum Petro ſuſcipe virgo pia.



C

Electus eſt 1414 VIII. Kal. Maij, vti in MS. Calend. Metropolitani Breuiarij annotatur.

Octo quę appoſita ſunt inſignia ea ſunt Proauorum Theodorici, ſiue vt vulgus loquitur ſtemmatis ſui probatio.

D

Ipſe Theodoricus ſine alia inſcriptione ante Sanctos Reges ſepultus eſt, Obijt 13. Febr. Ann. 1463. cum diœceſi 48. annis varia fortuna & tẽpeſtatibus iactatus præfuiſſet: Is Theophoriam Colon. quæ cũ officio diuino de Lãcea & Clauis Dominicæ Paſſionis Feria ſexta poſt Octauam Paſchatis quotannis celeberrimo populorũ accurſu celebratur, inſtituit ad excidiũ hæreſum; ſiquidem Huſitarum ſectam orcus ſua ætate eructauerat, prodromam earum quas è Luthero natas dolemus: Temporibus eiuſdem Theodorici ann. 1440. Philippus Bonus potentiſſimus Burgundionum Dux, ſplendidiſſimo cum comitatu Coloniam venit Sanctorum Trium Regum corpora inuiſurus, qui Sacris Colonienſium honoratis,

Principes quanti faciant SS. Reges.

A tis, hinc ad S. Quirinum Noueſium deductus eſt, ſed & eiuſdem Theodorici temporibus Sigiſmundus, Albertus, & Fridericus III. Cæſares cum Maximiliano filio, eorumque vxores Coloniæ ad SSS. Regum oſſa ſupplices procubuerunt, vt innumeros alios ex omni ſæculo, ex quo Beata corpora huc commigrarunt, deſinam commemorare, qui ex longinquis oris & proximis Regnis Coloniam eâ pietate venerunt, qua quondam Reges ipſi Bethlemum adierunt, Eminuero, *Deus glorificantes ſe glorificat & in SS. ſuorum honoribus honoratur*, atque ipſi quidem dicti Cæſares ſibi honori duxerunt vt Metrop. Canonici pro Eccleſiæ conſuetudine crearentur. *Cæſares Canonici Colonienſes.*

Extant ea de re plura documenta, & inter hæc iſta in ipſa ſumma Æde notata in MS. Breuiarij Colon. *Prid. Calend. Aprilis Maximilianus Rex Rom. acceptauit prebendã in hac Maiori Eccleſia, & iurauit Capitulo in forma qua habetur in aureo libro Euangeliorum.*

B *Anno 1414. XVI. Cal. Decemb. Sigiſmundus Rex Rom. intrauit Coloniam. IX. Cal. Decem. Rex acceptauit Prebendam ſuam in hac Eccleſia & iurauit Capitulo. V. Cal. receſſit.*

Ante ædiculam SSS. Regum ſepulta ſunt inteſtina Sereniſſimæ & potentiſſimæ Reginæ Franciæ & Nauarræ Mariæ Medicææ, cuius tres Regij liberi tria maiora orbis diademata, Franciæ videlicet, Hiſpaniæ, & Angliæ geſtant, Obijt ipſa 1642. 3. Iulij Coloniæ. Regium funus exportatum eſt in Gallias Anno 1643. 9. Februarij. *Regina Franciæ.*

Præterea ante Sanctorum Regum ſacellum & in eo inſignem ædiculam, præter alios etiam ſepultus eſt Erneſtus Bauarus Archiepiſcopus & Princeps Elector Colonienſis, qui grauiſſimo bello diœceſin ex Epiſcopi Apoſtatæ & hæreticorum paratiſſimis manibus vindicauit, Princeps incomparabilis, & altorum conſiliorum, *Erneſtus Bauarus Archiepiſcopus.*
C moderni Clementiſſimi Principis noſtri Patruus, qui ei dudum Coadiutori, Epiſcopatum reliquit anno 1612. cum in arce Arenſbergica annum agens ſexageſimum ſecundum, graui languore oppreſſus, abdicatis publicis curis, aulæque ſtrepitu, totus in Deum fixus, & ad lachrymas atque ſuſpiria ac meditationes conuerſus, in ipſum morbidum corpus ſeuerè animaduertens, totiusque anteactæ vitæ peccata exemplo ſane illuſtri, pia cordis compunctione & pœnitudine animi confeſſus R. P. Fr. Ioanni Pelkingio Epiſcopo deinde Carducenſi, demum Sacratiſſimæ Euchriſtiæ munitus viatico, ingeminatis ſæpius his verbis IESV FILI DAVID MI- *An. 1612.*
D SERERE MEI placidè & piè in Chriſto obdormiuit 17. Februarij, à quo tempore Clementiſſimus D. Ferdinandus Bauarus Diœceſim Colonienſem prudentiſſimè ac piiſſimè regit aſſumpto collega & ſucceſſore Maximiliano Henrico Vtriuſque Bauariæ Duce & Nepote ex Principe Alberto Fratre.

Epitaphium Sereniſſimi Erneſti Bauari æneum ſic inſcribitur.

Erneſtus Bauarorum Dux inclitus, Archipræſul Colonienſis & Princeps Elector, Religionis columen, publicæ pacis aſſertor, Patriæ Pater lau-

dabilis, hoc tumulo glorioſam præſtolatur reſurrectionem, deuotis quondam ſui gregis ſe commendans precibus. Electus 23. Maij Anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo tertio. obijt 17. Feb. Anno M.DC.XII. A

Deinde præter gentilitia Bauaricæ domus arma ſedecim titulorum inſignia in eodem ære fuſa ſunt cum Germanicis nominibus. B

Coln, Munſter, Hildesheim, Luttig. Friſingen, Stabel, Malmedi, Phaltz, Weſtphalen, Engern, Bullion, Franchimont, Arnſburg, Loſſen, Lohen, Horn.

Saxum tẽpeſtate deiectum.

Nuper ante SS. Regum ædiculam ſitum erat, nunc vſque ad S. Irmgardis ſacellum prouolutum eſt, ingens ſaxum Anno 1434. tempeſtate deiectum per teſtudinem templi, & niſi Diuina ope impeditum fuiſſet, contriuiſſet ædiculam Sanctorum Regum; eo enim anno die ſeptima Octobris, tanta per Europam tempeſtate ventus deſæuijt, quanta nunquam prius, nec vllæ naues in Rheno conſiſtere aut ſeruari potuerunt; portarum & turrium pyramides, & ferreis fibulis aſtrictas moles ſubuertit, Monaſterium S. Heriberti plumbeo tecto ſpoliauit, medijs in Rheni tumultuantibus vndis illud ſepeliens, & ad S. Gereonem conlapſo fornice oppreſſit C

Gerardus à Manderſcheidt.

Illuſtrem virum *Gerardum à Manderſcheidt* S. Gereonis Præpoſitum; hac igitur tempeſtate ingens illud ſaxum à ferreis vinculis diſruptum & deiectum eſt per fornicem: vbi hi verſus ſcripti ſunt:

1434.

Anno Milleno C. quater quartoque trigeno
Nonas Octobris Ventus de nocte flat ingens
Grandem per tectum lapidem teſtudine pellens.

Vulgo perſuaſum eſt à Dæmone deiectum eſſe inter prædictos turbines, quo SS. Regum gloriam peſſundaret; permiſſumque facinus, ſed inter caſum ſaxum deceſſiſſe à linea directionis: nec miror ita perſuaſum eſſe, quando vnus ex tot pyramidibus lapis, ſupra tres Reges à tot ſæculis eſt deuolutus.

Proximum à Sanctis Regibus ſacellum eſt S. IRMGARDIS, de qua hoc loco nihil dicam cùm de ea ſermo fuerit ante cum de Reliquijs agebam. D

Walramus de Iuliaco Archiepiſcopus.

Secundum hoc igitur ſacellum ſequitur aliud in quo Mauſolæum WALRAMI DE IVLIACO, ex vetuſto Iuliæ Comitum ſtemmate prognati Principis, nati ex Gerardo Comite & Eliſabetha Duce Brabantinâ, & in iure Canonico Licentiati. Hic anno 1332. Viennæ Allobrogum electus, Anno 1334. Carthuſianos Coloniæ fundauit in agro Martiniano, vbi ſcilicet S. Seuerinus quondam audiuit Epinicium Angelorum S. Martini animam in cœlos deducentium: eius temporibus



anno

anno 1339. *Eduardus II. Angliæ Rex* Coloniam venit ſacras Sanctorum Regum Reliquias veneratum. Obijt Walramus Pariſijs pridie aſſumptionis B. M. Virginis Anno C.1349.

Proximè exinde obuium habes Sacellum S. Crucis, in cuius medio vetus monumentum ſine inſcriptione ſitum dicitur complecti S. GERONEM ARCHIEPISCOPVM COLONIENSEM titulo Confeſſoris celebrem, Nepotem Ottonis I. Cæſaris ex Filio Ludolpho & Ida Sueuiæ Ducibus. Huic Geroni anno 969. in Archiepiſcopum ritè electo, eum offenſus Patruus Imperator Otto II. inuitus Regalia indulgeret, Angelus adiutor adfuit, qui Imperatorem non ſolum ad Regalium munus promptiſſimo animo conferendum impulit, ſed etiam ad inſignem familiaritatem cum eo ineundam permouit. Fuit idem Sanctus Illuſtris Deiparæ cultor, cuius honori non ſolum ingentem ſtatuam ex argento cœlatam dedicauit in æde Metropolitana, ſed etiam cenſum attribuit annuum in Manſteden ijs pendendum qui certos hymnos Deiparę concinnunt, vti ſæpius in Necrologio Metropolitano annotatur. Idem cum fratre ſuo *Tiedmaro Marchione* ædificauit in ditione Bernburg apud Saxones in honorem Dei Genitricis & S. Cypriani Martyris Abbatiam Monachorum, quæ nouū Caſtrum latinè, alias Munchen neuuenburgh appellatur: Etiam Collegiatam S. Andreæ Coloniæ Eccleſiam abſoluit, & diuina reuelatione monitus Monaſterium Gladbacenſe extruxit in vetuſtæ à Barbaris diſſipatæ Eccleſiæ ruinis, vbi plurimas Sanctorum Reliquias ante annum 954. à Religioſis metu Barbarorum defoſſas reperit, & inter has caput & Reliquias S. Laurentij. Monaſterio Gladbacenſi B. Sanderadum ex S. Maximini prope Treuiros cænobio Abbatem præfecit, & Cameracenſibus S. Teddonem ordinauit Epiſcopum ex D. Seuerini Præpoſito, Leodienſibus vero S. Nortgerum: Denique Eccleſiæ Vltraiectinæ inſignia priuilegia à Cæſare obtinuit. Quomodo vero ligneam crucem à rimâ miraculosè ſanauerit applicata Euchariſtiæ hoſtiâ, & qua ratione ſepultus anno 969. expirarit in Monumento ſub finem Iunij, differui in libro ſub nomine *Hierotheca Precioſæ pag. 77.*

S. Gero Archiep.

28. Iunij.

Quæ proximè ſequitur Capella B. M. Virginis, multa præclara monumenta exhibet, imprimis altum faſtigiatum culmen ſub quo lignea B. M. Virginis ſtatua, eaque miraculoſa colitur, hanc Mediolanenſem dicimus, quod eam ex Italia attulerit Reinaldus Archiepiſcopus Colonienſ. operæ in ſubigendo Mediolano præſtitæ præmium: dicitur ea Mediolani in Baſilica S. Celſi fuiſſe, vbi nihilominus quæ noſtræ in locum ſubſtituta eſt imago, miraculis claret. In altari vicino collocata eſt alia minor ſtatua B. M. V. Miraculoſa, quæ à columna prope bibliothecam Metropolitanam huc noſtris temporibus translata eſt, vtramque prodigioſis beneficijs celebrem votiua dona & anathemata loquuntur, & frequens hominum eo concurſus: qui etiam eſt populoſior eo quod *Theodoricus de Morſa* Archiepiſcopus An. 1454. inſtituerit vt in hac Capella quotidianum officium & horæ de Domina indies decantarentur.

Statua Mediolanenſis B. M. V. miraculoſa.

Alia ſtatua B. M. V. miraculoſa.

Ante-

Reinaldus de Daſſele Archiepiſcopus Colonienſis.

Ante ipſam ſtatuam B. M. V. & aram ſubiectam intermedio ſpatio aliquanto, A
eſt inſigne monumentum REINALDI DE DASSELE Archiepiſcopi Coloni-
enſis ex Præpoſito Hildeſienſi & Cancellario Im-
periali; qui eam attulit. *Huic,* inquit Godefridus
Panthaleonita *Colonienſes ob honorificentiam & re-
cordationem tam præſtantis viri, ſepulchro decenter ex-
tructo, imaginem ipſius in lapide ſculptam ſuperpoſue-
runt.* Sanè hodiedum ſupina imago eius ex ære fuſa
& lapidi ſepulchrali inſerta videtur, tenetq; manu
ex ære faſtigiatum thronum per omnia ſimilli-
mum ei culmini in quo Deiparæ Mediolanenſis
imago conſiſtit. Verum vt dixi Imago ſeu ſtatua
ænea eſt, quam neſcio an Panthaleonita aſſerat la- B
pideam, quod ſi ita, dicam in extructione fabricæ
Conradi de Hochſteden pro lapidea conflatam eſ-
ſe æream. Eſſet hic Reinaldus inter optimos Archi-
epiſcopos Colonienſes numerandus, & iure illius
anima inter Angelos (vti areæ Icones ſuper ſepul-
chro eius exhibent) deferretur in cœlos, niſi in
errorem ſchiſmatis præcipitatus fuiſſet, quibuſ-
dam Romanorum Actuariorum fictis teſtimonijs C
inductus, & Cæſareæ liberalitatis & gratiæ illece-
bra deceptus. Quanti fecerit eum *Fridericus I. Cæſar*
teſtatur in diplomate quo rapacitatem Fiſci coërcet, & ſpoliorum vſum in Eccleſia Colonienſi in
poſterum prohibet Anno 1166. *Cariſſimum* inquit, *Principem noſtrum Reinaldum S. Co-
lonienſis Eccleſiæ Venerabilem Archiepiſcopum, Vniuerſis Imperij fidelibus in exemplum pro-
ponimus cuius fidem ſinceram, cuius conſtantiam inuictam, cuius labores immenſos, cuius
opera & ſeruitia magnifica in omni neceſſitate Imperij & Noſtra ſæpe numero fide oculata
perſpeximus* Philippus etiam Reinaldi in Sede Colonienſi ſucceſſor in quodam Me-
tropolitanæ Eccleſiæ diplomate de prædio in Legioniaco ſeu Lechnich à Reinaldo D
donato ait: *Noueris præſens ætas, nouerit & futura in fide Catholica Deo deuota poſteritas,
quod benigniſſimus Pater Dominus Reinaldus Colonienſis Archiepiſcopus, quamuis diebus ſui
Præſulatus temporis anguſtia coarctatus Sacroſanctæ Eccleſiæ & Sanctiſſimi Romani Imperij
ſeruitio frequẽter imo ferè inceſſanter occupatus, maximis & ſæpe cottidianis expenſis iugiter,
ſi fieri poſſe: exhauſtus, domum tamen Dei commiſſam ſibi Sanctam Colonienſem Eccleſiam
Vigili cuſtodia obſeruauit, ædificiis Eccleſiaſticis & Epiſcopalibus intra & extra Ciuitatem
decorauit, ampliauit, & quaſi bonus Pater filio ſucceſſori in quibus potuit paternæ charitatis
ſollicitudine prouidè, piè, & prudenter in omnibus curauit, &c.*



Hæc dum Monumentum Reinoldi prætereo, nolui reticere vt conſtet de viro
in

in Colonienſes munificentiſſimo & ſacrorum theſaurorum conquiſitore, qui hoc ſtudij genere vt viuens inuidiam grauiſſimam, ita poſt mortem peiorem infamiam incurrit ob ſchiſma. Optimus alioquin & excelſi animi Princeps, qui Catharorum hæreſin extirpare, eccleſiam ſuam ære alieno liberare, omniaque ſtudia ad eius incrementa conuertere conabatur, Sanctarum Virginum Coloniæ, & Caſſij ac aliorum Thebæorum Bonnæ Reliquias eleuauit, Obijt in Italia Anno 1167. xix. Calend. Septembris. de cuius morte Godefridus Panthaleonita hæc Chronico ſuo inſeruit: *Reinoldus Archiepiſcopus vir ſapientia & induſtria mirabilis, etiam in quo maxima pars Imperatoris erat, in Vigilia aſſumptionis B. Mariæ diſceſſit, omnibus Sacramentis eccle-*
B *ſiaſticis, ſcilicet confeſſione, communione, vnctione deuotiſſimè ſuſceptis, & teſtamento ſuo commendabiliter ordinato & conſcripto.*

Proprius iuxta aram & thronum Deiparæ, ingenti monumento clauditur FRIDERICVS III. *ex Comitibus de Sarvverden Archiepiſcopus* Cunonis de Falckenſtein Adminiſtratoris ex ſorore Nepos, & in Sede Colonienſi ſucceſſor, non ſine difficultate, quippe cui Carolus IV. reſiſteret, verum hunc Vrbanus V. Papa tum famæ commendatione, tum ſtudiorum in Bononienſi Vniuerſitate ſecum communione, & quod ſe Romæ ſtitiſſet in hac cauſa, prætulit æmulo Ioanni Confirmauitq; Anno 1370. 13. die Nouemb. Hic caſtrum & Dominium DE LINNE acquiſiuit, nec parum laborauit cum Cunone Adminiſtratore quo Arnſbergenſis Comitatus diœceſi Colonienſi accederet. *Fridericus de Sarvverden Archiepiſcopus.*
C

Notatio.

De Friderico Archiepiſcopo, & Cunone Auunculo eius, explicans maximè quædam pro Heraldica cognitione ſtirpium.

REferunt Alfonſus Ciaconius, A[illegible]eas Victorellus, & Ferdinandus Vgellus in Sanctæ Romanæ eccleſiæ P[illegible]um & Cardinalium Hiſtoria, Cuno-
D nem de Falckenſtein quondam Colonienſis, & tunc Treuerenſis eccleſiæ moderatorem, atque Nepotem eiuſdem Archiepiſcopum noſtrum Fridericum ex Comitibus de Sarvverden, à quibuſdam accenſeri Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus ſub Ann. 1384 licet purpuream illam dignitatem refutarint: addunt deinde arma vtriuſque planè diuerſa ab illis quæ ego in monumentis & archiuis reperio, nam Cunonis de Falckenſtein gentilitia arma ſunt.

Clypeus aureus cum capite ſcutario puniceo, ſicut Solmſij Comites inter digmata ſua gerunt; ita in varijs feneſtris & monumentis vidi, & in archiuis exſtat ſigillum quo vſus eſt *Cuno Archiepiſcopus Treuerenſis Vicarius in ſpiritualibus & temporalibus Eccleſiæ Colonienſis à ſancta ſede Apoſtolica conſtitutus*] exhibet id Sanctum Petrum, aut aliquem Archiepiſcopum, cum duobus ante ſe ſcutis, in primo Crux

eſt diœceſios Colonienſis digma, in ſecundo ſcuto eſt area teſſeraria quadripartita, in rectos & æquales, ab apice & latere, interſectos tetrantes, quorum primus & vltimus, Treuerenſem crucem refert, ſecundus & tertius Gentilitium ſignum in capite ſcutario protuberans. Debebam ſculpturam inſignium hic inſerere, ſi potuiſſet ſculptor properantes Typographos inſequi, igitur verbis depingo. A

ARMA GENTILITIA FRIDERICI DE SARVVERDEN *Archiepiſcopi.*

IN atro ſcuto niuea biceps aquila, quæ in portis & muris oppidi Renſenſis ſupra Rheni & Moſellæ Confluentes, tum alibi ſæpe conſpiciuntur, maxime in Metropolitano Friderici ſepulchro, & illa meridionali feneſtra, quæ exhibet Fridericum deſponſantem ſororem ſuam Comiti Morſenſi, cum armis octo proauorum Archiepiſcopi Theodorici de Morſa, & tota Morſenſi proſapia. B

ARMA QVAE IN HISTORIA CARDINALIVM tribuuntur Cunoni à Falckenſtein.

IN ſcuti quadripartiti prima & quarta areola, rubea Crux Treuerenſis, in Secunda Leopardus, in tertia tres acutanguli Rhombi duo ſupernè & inferius vnus, quales in archiuis noſtris habet Ludolfus de dicka Anno 1297.

Quis illa Cunonis arma commentus ſit, aut ſuggeſſerit viris doctiſſimis, ignoro: non eius ſtirpi, neque ſæculo congruunt. C

ARMA QVAE IN HISTORIA CARDINALIVM tribuuntur Friderico ex Comite Saruuerdano Archiepiſcopo Colonienſi.

HAbent ea in ſuprema ſcutaria regione quam caput dicunt, nigram Crucem, in ſecunda ſede, quam honoris appellant (ab imaginario extremæ galeæ & clenodiorum nidulo & limite) cerulea cella, argenteum emergens caput Monocerotis, reliquum ſcutarij ventris & imum valuulum implent quaſi Bauarici diſcolores rhombi. D

Poſſem Beneuole lector Omnium ferè Præſulum noſtrorum effigies, arma, monumenta &c. Reſtituere ex varijs Epitaphijs, ſigillis, numiſmatibus, alijsque antiquitatibus ſed in quantum volumen curioſa lucubratio excreſceret, progrediamur itaque curſim.

Godefridus Arnsbergi Comes. Eſt in angulo eiuſdem ſacelli ab ara remotiore Sarcophagus elatus lapideusque cui ſtatua viri Cataphracti reſupina incumbit cum armis Arnſbergicæ domus, eſt, is poſtremus ex ea familia Comes Godefridus ſubter ſepultus, qui cum ex Anna Cliuica nullos hæredes amplius expectaret, ſuadentibus & ſigillorum ſuffragio

A fragio confirmantibus Nobilibus, Oppidis, totoque ſtatu anno 1368. 25. Auguſti Ditionem ſuam, quæ intra Weſtphalici Ducatus limites alias etiam continebatur, cum Vniuerſis Clientibus, Armamentario, Archiuis, Iurisdictionibus & iuribus vendidit Cunoni Adminiſtratori & S. Colonienſi Eccleſiæ, ipſam etiam *dignitatem, officium ſeu prerogatiuam iuris Primipilariatus ſeu Antebellatoris inter Viſurgim & Rhenum.*] horum ex MS. Chronicis & Archiuis hic meminiſſe oportuit, vt in honore ſit memoria eorum qui Eccleſiæ bene fecerunt. Atque ex eo tempore Archiepiſcopi Colonienſes

Comitatus Arnsbergicus accedit Diœceſi.



Dignitas Antebellatoris Saxonici] Archiepiſcopo Colonienſi accedit.

B Vnicipitem Aquilam Inſignibus ſuis addiderunt, & ius habent Archiſtrategi & Generalatus bellorum inter Rhenum & Viſurgim, cum poteſtate dandi conductum, & mandare ne abſque Archiepiſcopi conſenſu in eo inter Amnes Rhenum ac Viſurgim tractu, Arces aut Munimenta, quiſquam moliatur, quibus aut ducendi Exercitus officium, aut cæteri conductus libertas impediantur: Idem porro Godefridus de quo dixi Arnsbergenſium Regulorum poſtremus, in MS. Genealogicis notatur obijſſe anno 1371. Vt Necrologia docent 21. Februarij.

Quid ſit dignitas & poteſtas Antebellatoris.

Quod ſtatua eius tumbæ incumbens ferrea crate muniatur, id, vt facile à vero C ad fabulas decurritur factum aiunt, ad tutelam Monumenti, vtpote ab Arnſpergenſibus cum Coloniam ventitabant plagis impetebatur, eo quod opera illic ſepulti olim Domini ſui, ſub iugum longius poſiti & Eccleſiaſticum veniſſe dolerent, mallentes continua ſerie, ac vno ſanguine, ingenioque progenitos Dominos & quos ſcirent poſteritatis amore rebus longius intendere quā ſorte lectos, ſed hæc vt vt ſint, perindè habeo. Ego circum chorū Ædis ſummæ, & in circuitu luſtratis ad læuam ſacellis, auguſtiſſimum chorum ingredior, vbi primum Ara Metropolitana inſpicienda eſt, mira ſanè ſed non niſi lynceo, Ea vnus ſolidus niger è marmore Namurenſi eſt lapis, ſecundo Moſa in Rhenum, inde aduerſo Rheno cratibus D Coloniam prouectus, longus eſt pedes geometricos ſedecim, octo latus, nuſquam in hac Prouincia opus ſimile, niſi *Linnichij* oppido Iuliacenſi. Veſtitur ea maior Colonienſis ara ſtatuis Sanctorum ex candido marmore.

Ara Metropolitana Maior.

Sepulchro, vt vocant, ſeu conditorio Reliquiarum carere aſſerunt aliqui inſolentis magnitudinis priuilegio. Et hanc ob cauſam ſemper præferri Sacrificaturo hierotecas Sanctarum Reliquiarum. Noſtra tamen ætate repoſita eſt in ſummitate Altaris huius, precioſiſſima illa Ferdinandina tumba S. Engelberti ſacra lipſana conſeruans. Hæc in ſuperiore choro maximè mira. In inferiori chori introitu ſupra clatros eſt Epitaphium hoc Adolpho Archiepo primitus poſitum Obijt. Anno. 1556. 20. Septemb.

Adolphus Scavvenburgicus Archiep. Colon.

Quis ſit ſarcophago quæris ſpectator in iſto
Hic plebeius humo non requieſcit homo A
Hic Archipræſul Princeps Elector Adolphus
Schavvenburgiacum ſtemma decuſque cubat
Imperij vigor & clariſsima gloria ſacri,
Agrippinenſis mitra ferenda ſoli
Relligonis amans & propugnator auitæ,
Deliciæ populi, nobilitatis amor
In terram dignus nunquam fuit ille reuerti.
Si non vnde ſatus quiſque reſidat homo
Terra ſuam refouet terram ceu ſedula mater
Ad cæleſtem anima eſt dia reuerſa patrem B
Tantiſper dum reddatur tibi ſpiritus ipſe
Corpus humo natum triſte recumbit humo
Chriſtus enim corpus terræ reuocabit ab aluo
Spiritus & reddet, cui fuit ante datum
In ſpe cæleſtis recubas hic diuite vitæ
O pater, ô placida pace potire pater
Pace potire Pater toto memorabilis æuo,
Virtutum ſpecimen, pace potire Pater.

Inde ad vtrumque chori latus vides altiſsima duo Epitaphia, quæ C Epiſcopos lateri incumbentes exhibent, ſingulos cum ſedecim Abauorum armis, quos qui ſint ex inſcriptione diſces nam à latere Epiſtolæ eſt Epitaphium Reuerendiſsimi Adolphi Archiepiſcopi tale.

NB Vltimus Archiepiſcopus conſecratus.

REVERENDISSIMO DD. ADOLPHO ARCHIEPISCOPO AC PRINCIPI ELECTORI COLONIENSI SACRI ROMANI IMPERII PER ITALIAM ARCHICANCELLARIO LEGATOQVE D NATO WESTPHALIÆ ET ANGARIÆ DVCI &c EX ILLVSTRI FAMILIA COMITVM A SCHAWENBVRGH ORIVNDO, ELECTO DIE 24. IANVARII M D. QVADRAGEGIMO SEPTIMO, QVI PIE ET PRVDENTER EPISCOPATVI PRÆFVIT ANNOS NOVEM MENSES VNDECIM DIES VIGINTI QVINQVE, TANDEMQVE DIEM VLTIMVM IN DOMINO CLAVSIT ANNO M D. LVI. DIE VIGESIMA SEPTEMBRIS.

A latere

A

A latere vero Euangelij eſt Epitaphium Reuerendiſſimi Antonij Archiepiſcopi.



REVERENDISSIMO DOMINO, DOMINO ANTONIO ELECTO ET CONFIRMATO PRINCIPI ELECTORI COLONIENSI SACRI ROMANI IMPERII PER ITALIAM ARCHICANCELLARIO LEGATO-
B QVE NATO, WESTPHALIÆ ET ANGARIÆ DVCI EX ILLVSTRI FAMILIA COMITVM à SCHAWENBVRG ORIVNDO ELECTO ANNO M. D. LVI. QVI FRATRI SVCCEDENS IN DOMINO OBDORMIVIT ANNO M.D.LVIII. DIE 18. IVNII ATQVE PRÆVENTVS MORTE FRATRI IVSTVM MONVMENTVM ERIGERE NON POTVIT, VTI COEPERAT. REVERDNDISSIMVS D. D. GEBHARDVS ELECTVS ARCHIEPISCOPVS PRINCEPS ELECTOR COLONIENSIS DOMINIS ET AFFINIBVS SVIS CHARISSIMIS PIETATIS ERGO POSVIT, ANNO MILLESIMO QVINGENTESIMO SEXAGE-
C SIMO PRIMO.

Antonius Comes à Schovvenburg Archiepiſc. Colon.

In fine chori ſub maximo organo, monumentum eſt ex nigro marmore, candidis tamen è marmore ſtatuis ornatũ, cui incumbit reſupina ſtatua WILHELMI DE GENNEP ARCHIEPISCOPI, qui maiorẽ Aram & cæteras in choro; Chriſti, Deiparæ, & Apoſtolorum ſtatuas columnis adfixas, fieri curauit, cætera inſcriptio quæ iſtic extat docet hic à cercopitheco quem in delicijs habebat leuiter in pede morſus, in morbum incidit & perijt.

VVilhelmus de Gennep Archiep.

Epitaphium Wilhelmi deGennep.

D ANNO DOMINI 1362. 15. DIE MENSIS SEPTEMBRIS OBIIT REVERENDVS IN CHRISTO PATER DOMINVS WILHELMVS DE GENNEP. ARCHIEPISCOPVS COLONIENSIS HIC SEPVLTVS VACANTE TVNC SEDE APOSTOLICA PER MORTEM FOELICIS RECORDATIONIS DOMINI INNOCENTII PAPÆ SEXTI ET REGNANTE EODEM TEMPORE SERENISSIMO DOMINO CAROLO ROMANORVM IMPERATORE. ANIMA EIVS REQVIESCAT IN PACE.

Plura eiuſdem generis occurrunt monumenta, ſed tempus erit alio digrediendi

§. VII. AQVÆDVCTVS VBIO-ROMANVS TREVERICVS. A

Aquæductus Vbio-Romanus Trevericus.

PRiuſquam vaſtam illam Baſilicam egrediaris Lector, illud adhuc & inter potiſſima velim obſerues, quod eſt ad latus meridionale inter duas columnas monumentum, non procul ab altaribus S. M. Magdalenæ & S. Nicolai eiuſque ſtatua muro affixa: in pauimento videbis oſtiolum obliq; lapidibus occluſum nec recta in orientem verſum, oblongum veluti ſepulchrum, aut aditum ad ſubterraneã cellam. Id quis crederet? dicunt eſſe aditus ad Canalem Romani Aquæ-ductus, alij dicunt aditum paulo remotiorem, ad Aquæ-ductum tamen, qui merito inter mũdi mira, & miraculi inſtar habetur, ſi eius conditionem rectè æſtimamus: Tendit is ab hoc loco, vbi etiam ante extructionem ſummæ ædis viſebatur caſtellum aquarum, qua cuniculario ſubter, qua arcuato ſuper terram quaſi fuſili opere; iterum dico, quis non miretur? vſque ad vel per altiſſimos Eifliæ mediæ montes, inde vero idem vel ſimilis labor Romanæ induſtriæ potentiæque porrigitur ad Treuirenſis vrbis fines paululum ſupra Treuiros vbi Waſſerbillich cernitur in Confluentibus Moſellæ & Suræ ſitum, id docent, non ſolum continua à Maioribus accepta narratio, fabellis tamen quibuſdam à Plebe inſperſa, ſed etiam euidentiſſima toto illo tractu & prope continua veſtigia, tum in ipſa Colonia ſubter domos Vrbanas ad viuarienſem portam procurrentia, tum extra eam illâ viſenda ſerie quam mox recenſebo, vbi ſententiam meam dixero de noſtri Aquæ-ductus particularioribus rebus, nam quæ alij cum noſtro communia & ſuſcipienda habent, poterit beneuolus Lector videre ex Iuſti Lipſij de magnitudine Romana lib. 3. cap. XI. Iulio Frontino, Alberto Leandro, alijſque Aquæ-ductuum Scriptoribus. In primis vero reijcio commenta anilia *Neſcium* (inquit P. Brovverus cap. 14. paraſceues Annalium Treuerẽſium) *harum rerum vulgus vbi ruinoſos ſub terra fornices, damno ligonum aut vomerum perſequitur pudendum dictu, quid non per vſus ignorantiam, his & ſimilibus de rebus effutiat: cuniculis actis nimirum per ſpecus ſubterraneos, Agrippinæ Colonos & Treuiros Chriſti fide iam imbutos mutui commercij auxilijque ſtudio furtim inuicem annonam ſupportaſſe variosque commeatus.* Hæc P. Brovverus. Eundem canalem ad vini ſubminiſtrationem factum ſcribit Anonymus Poëta Germanicus Sancto Annoni Archiepiſcopo Colonienſi Synchronos ita canens:

Scriptores Aquæductuum.

An pro commeatu mittendo canalis.

An pro vino mittendo.

Trier was ein Burg alt ſi ciertl Romere gewalt
Dannin man vnter dir erdin den vin ſanct verrl
Mit ſtein in rinnen den herrin al ci mimin dl
Et Kolne warin ſedilhaffe/vili mihil was diu iri craffe.

Nec pro vino nec pro comeatu alio.

Hunc vſum canalis ex diligenti perſcrutatione veſtigiorum nequaquam admitto; vinum enim commodius per naues ſubmittebatur, & inſeſſis ab hoſte fluminibus

A bus non erat eius neceſſarius vſus:pro cæterâ annonâ meatus canalis anguſtior eſt, vt plurimum quatuor vel quinque pedes altus, tres ferè latus, forte commentitius vſus inde perſuaſus eſt, quod per Eiffliam cuniculi & fornices Aquæductus noſtri porrigantur ſecundum veterem viam militarem, quam in Antonini itinerario habes, quia per eam annona & commeatus ſubuchebatur; multo ſiquidem tempore Auguſta Treuirenſium fuit horreum & penuarium veteris Belgij. Vnde Auſonius in Moſella.

Treuiris horreum Belgij.

Imperij Vires quod alit, quod veſtit & ornat Treuiris &c.
Sed modo ſecuris non caſtra ſed Horrea Belgis.

Quæres, ſed quid vſus tam remotæ aquæ aut quænam hæc precioſa aqua? cum B Vbiorum potui, Balneis, Fullonicæ, Cloacis, Naumachiæ, Circis, Lacubus, & Vrbanistoſſis Rhenus ſufficeret. Fateor hæret mihi in Aquæ-ductu aqua, neque vlterius veſtigia ruderaque illius proſecutus ſum & perſcrutatus, quam ad Colonienſium & Eiffliæ limites. Cauſa tamen protenſioris operis & impenſarum, fuerit profligatio otij, quod non permitteret Romana virtus & prouidentia feriantes militum manus; ſicuti noſtro tempore paſſim videmus auro & ruſticorum opibus opletos, ignauos, ſplendideque fortes plateouagos in Vrbibus deſidère, verum occupabant ſuos improbo labore. Ita Corbulo Claudij Dux, Rhenum inter & Moſam, trium & viginti millium ſpacio, foſſam produxit. Et circa annum Chriſti ſexageſimum tertium, Neronis tertium Conſulis, Imperij quintum, Paulino Pompeio Lucioque C Vetere exercitui in Germania præfectis, inquit Tacitus in Nerone: *Ne Segnem militem attinerent ille* (Paulinus Pompeius) *inchoatam ante tres & ſexaginta annos à Druſo aggerem coercendo Rheno abſoluit: Vetus Moſellam atque Ararim factâ inter vtrumque foſſa connectere parabat, vt copiæ per mare dein Rhodano & Arare ſubuectæ, per eam foſſam mox Fluuio Moſella in Rhenum, exin Oceanum decurrerent: ſublatiſque difficultatibus nauigabilia inter ſe occidentis ſeptentrioniſque littora fierent: inuidit operi Ælius Gracilis Belgicæ Legatus, deterrendo Veterem ne Legiones alienæ Prouinciæ inferret, ſtudiaque Galliarum affectaret, formidoloſum id Imperatori dictitans, quo plerumque prohibentur conatus honeſti.*] huc vſque Tacitus. Ex ea Paulini Pompei & Lucij Veteris in occupando milite æmulatione, & inuidia Ælij Gracilis absterrentis Veterem ne Legiones alienæ Prouinciæ inferret & ſtudia Galliarum affectaret, ſuſpicor originem fabulæ de æmulatione D duorum Artificum, quorum vnus alieno thoro fruens Aquæductum ædificauerit, alter Metropolitanam Colonienſem ſtruxerit. In refutando vlterius non moror, ſufficit ſcire tempus ſtructi vtriuſque operis, & quod Treuirenſes de Theatro, ſiue Catholdi Solario. & Ruuoiy riui ductu, eadem figmenta referant.

Aquæductus ne feriares miles.

Innuitur origo fabulæ de æmulatione duorum artificum.

Verior igitur hiſtoria Aquæductus à Clariſſimo Viro Stephano Broelmanno in MCtis Epheſtijs *lib.* 6. *cap.* 7. 9. 10. affertur. Nimirum à M. Vipſanio Vbiopolis in citeriore ripa conditore, ſub alteram Galliæ præfecturam, cum Vrbe noſtra cum Canalem cœptum, Claudij Cæſaris ope abſolutum, vt dicit idem Broelmannus *lib.* XI. *cap.* 14. poſtea collapſum ſub Caracalla Imperatore reſtitutum aſſerit MCS. *lib.* 13. *cap.*

Vera opinio de Aquæductu.

Anno 475. 12. 27 v. Anno Chriſti 475. Colonia à Francis captâ, Treueri & Moguntia excifis. A
Aquæ-ductum euerſum ſub Childerico aſſerit, *lib.16.cap.*8.10.11. Hanc ſententiam Brolmanni ſequor, nunc me ſequere viſum Vbio-Romani Canalis rudera per loca quorum nomenclatura hæc eſt.

Veſtigia Aquæ-ductus.

Scleiſ-kotten prædium primo ad occidentem à Colonia lapide.

Efferen pagus cui cognominis eſt familia nobilis.

Moliniacum Dominorum (vulgo Herren Mülheim olim Richezæ Mulheim.)

Prope *Peſcenniacum* vulgo Fiſchenich.

Prope *Vocheim* arcem Nobilium Herſelliorum.

Lacus Epiſcopalis (vulgo Biſchoffs-Mar) decreſcentibus aquis oſtendit rudera Aquæ-ductus.

Lohemuhl. id eſt mola fullonica & ſupra *Brulam* oppidum. B

Mons S.VValburgis vbi ſtrata recta Kengaſs à Canali nomen etiamnum obtinere videtur, & forte etiam Rendorff arx ibidem.

S.Martini pagus.

Pagus Roſcimontis vulgo Roeßberg.

Cari pagus (vulgo Kardorff) ita latino nomine appello, nam tractus Promontorij iſtius (vulgo am Fürgebürg) à Romanis olim cultus (quod monumenta docent) Romanorum Ducum nomina induit Carweiler Cari villa, Palmersdorff Palmatij pagus, Treuelsdorff Trebellij pagus, Trainsdorff Traiani pagus, Gulsdorff Iulij pagus, Popelsdorff Publij pagus &c. Exiſtimo enim, & libro ſecundo quadraginta quinque Syntagmatibus probaui: omnem Vbiorum quam latè patet agrum à Romano Colono habitatum: Ad eam opinionem ſtabiliendam verba addo R.P. Chriſtophori Brovveri Annal. Treuerenſium lib.2.pag.154. *Illud*, inquit, *profecto infitias ierit nemo, magnam & crebram Romani ſanguinis nobilitatem in Prouincijs vbique reſtituiſſe, & colonijs paßim, ſiue municipijs non militem ſolum emeritis ſtipendijs, ſed eximium quoque Senatorum & Publicanorum ordinem, qui, vt Tullius in Planciana diſſerit, ex Equitum Romanorum flore conſtabat, ſe Galliæ populis miſcuiſſe; eundem vero vt negotiationis & functionum Ciuilium haud rudem ſic imperijs militaribus clarum vndelibet extitiſſe, conſtat & eminentem.* Sed ad aquæ cuniculum redeundo, in Cari pago per prædium Præfecti iuxta puteum, & in cella extant clara illius veſtigia. C

Infra *Hemmerich* pagum cum ruderibus arcis vetuſtæ iuxta Eccleſiam. D

VValtorff, vbi per Bornheimenſem campum apud argillæ foueam (vulgo bey der mergell Kaulen) ſupra *Brenich.* & apud prædium Carthuſianorum dictum Bißdorffer Hoff paſſim videtur, & Venæ foſſa appellatur (vulgo der Ader Grabe.)

Heuer Sylua Salmenſis Comitis ad Dominium Albanū Vetus vel Aluetrenſe ſpectans oſtendit Aquæ-ductum inprimis *apud ferreum Virum*, eſt is ferrea ſtatua termini index territorialis.

Buſchouen arx Archiepiſcopalis.

Morrenhouen in ſaltu Cottenvorſt, in communi via quæ ex *Odinghouen* verſus Monaſte-

A naſterium *Capellen* & *Duntzichouen* ducit inter montem *S. Luffrildis, & Flammevſchein* vbi Regino ſcribit Anno 870. Luduicum Regem cum domus ſolario collapſum duas confregiſſe coſtas. Prope *VVingarden* per ſyluam *Paſſenhart* vbi præbent veſtigia ruſticis latibulum.

Caſtenboltz prope Monaſterium Eifliæ pagus, apud fontem oſtendit Aquæductum.

Antvveiler pagus in quo imaginem Sacrificij Liuiæ Matris Tiberij, Nurus Iulij Imperatoris, repertam ſcribit Marquardus Freiherus in originibus Palatinis.

Inde ad *Veiam fluuium*. *Satzvvey*. *Katzvvey*. *Burgfey*. *Oruey*.

Iſerfei, non longe hinc ad montis decliue, vidi rudera Aquæ-ductus vbi Lupa

B in eis enixa erat, catulos per Agreſtes captos.

VVeier pagus in eo eruti & quaſi fuſilis muri fragmentum erat vice ponticuli riuulo impoſitum.

Kolmuth. *Kall*.

Heiſter pagus cui adiacet *Sylua* die Rinn, id eſt canalis, eam Aquæductus tranſit.

Kelðenich, id eſt Celteniacum à Celtis.

Steinfeldia ordinis Præmonſtratenſ. celeberrima Abbatia.

Marcomagum vulgo Marmagen in Strata Romana, qua Tolbiacum tenditur per Belgicam vulgo Boulg, locus eſt prope Glehenium deſolatus, ſed monumentis vetuſtis notus, vnde viâ Regia ducit, Tolbiacum &c.

C *Schmidheimium, Millevvaldt* ad hunc locum ipſemet non perueni, ſed ab amicis audiui viſenda illic rudera Vbio-Romani Canalis: Eſt horridus ſaltus, de eo Brovverus in Treuiren. ad ann. Chriſti 758.

Mylo Treuirenſis dum ſtudio venationis intentus, feram incautus perſequitur, apri fulmineo dentis ictu percuſſus interijt, paſſuum ab Vrbe quatuor millia, non procul à vico Erangio ad Gelbis ripam; me tuendo ſane poſteris Epiſcopatus perperam geſti exemplo. Vigilaſſe ad pœnam numinis oculum, ac vbi cæleſtibus humana praferuntur, quaſijſſe piaculum ira dicerem, niſi pium hunc magis quam vtilem Milonis memoriæ affectum, ſentirem: cui alioqui ſatis odioſum reor, quod celebre nomen ſaltui in quo occubuit ab hoc euentu dediſſe volunt, vulgoque Millevvaldt ceu Milonis ſyluam dicas perpetuo caſus veſtigio tam atrocis nuncupari.]

§. VIII. Feſta Metropolitanæ Eccleſiæ.

I. **Epiphaniæ** 6. Ianuarij.

II. **Omnia** Feſta S. Petri Apoſtoli.

III. **Obitus** tertij Regis & octaua cum tripudio 13. Ianuarij.

IV. **Sebaſtiani** 20. Ianuarij.

V. **Agnetis** 21. Ianuarij.

VI. S. Gereberni 15. Maij.

VII. S. Geronis obitus 28. Iunij.

VIII. SS. Fœlicis & Naboris 12. Iulij. A
IX. Tranſlatio SS. Regum 23. Iulij.
X. S. Germani 31. Iulij.
XI. B. Irmgardis 4. Septemb.
XII. Dedicatio Metropolitanæ Dominica proxima feſto SS. Coſmæ & Damiani.
XIII. S. Engelberti 7. Nouemb.
XIV. Gregorij Spoletani 24. Decemb.
XV. S. Syluestri 31. Decemb.

B

SYNTAGMA II.

Illuſtris. S. GEREONIS Collegiata Eccleſia.

§. I. De Clero & ſtructurâ Eccleſiæ S. Gereonis.

C

Opus S. Helenæ. *Anno 308.*



HVic inter Colonienſes Eccleſias proxima eſt à Metropolitanâ dignitas, Origo vero etiam Auguſta & omnino Regalis, vtpote ſub initia quarti ſæculi à Chriſto nato, ab Auguſta Fl. Helenâ Conſtantini Magni Auguſti Matre, magno in Diuos Thebæos & Mauros milites affectu pietatis, exſtruct. opere Regio ac raro, quippe præcelſæ in modum Vaſtæ turris aut arcis, & octogonæ, quæ tanto, cum res Coloniæ integræ manerent, auri fulgore emicabat, vt Muſiua foris & intus elegantia AD AVREOS MARTYRES dici meruerit, quod nomen ante annos mille teſtatum à Gregorio Turon. *lib. 1. mirac. cap. 62.* vſque ad noſtra tempora, ſplendore illo plurimum imminuto, tamen adhæret apud eruditos. Neque vero ſolum B. illa Templorum Fundatrix Helena muros, limina, & tecta huius loci conſtituit, ſed etiam Clerum collectum, vti reor, ex Orientalis diſciplinæ Viris, Religione præſtantibus, quorum munus erat à conſuetudine hominum noctu ac interdiu ſecretos ac clauſtro communi clauſos, pſalmis, alijſque ſacris modis Deum laudare, ſcripturis ſacris inuigilare, & interiori hominis ſtatui reformando ad Chriſti ſimilitudinem ſeſe dedere: Id vt ita arbitrer, mouet me cumprimis quod conſtet in hac Eccleſia ante S. Benedicti ætatem Abbates præfuiſſe, ex quorum ſucceſſione eſt S. Maurinus, de quo in S. Panthaleonis Baſilicæ laudibus, plura dicenda erunt.

Clerus S. Gereonis olim religioſus. D

Baronius.

Quia

Anno 820.

Quin etiam anno Domini 820. Vitâ S. Goaris (quæ à Wandelberto Pru-micnſi Diacono conſcripta eſt) atteſtante *cap.* 14. adhuc hæc eadem Eccleſia titulo Abbatis, à quodam Maximino adminiſtrata fuiſſe reperitur , qui cum vi-na ſecundo Rheno deueheret apud S. Goarem (Sant Guern vulgo dicitur in Rheno ſupra Confluentes locus) periclitatus eſt quod eidem Sancto ſeſe præ-eruehens non mancipaſſet, more qui in præſentem diem quo hæc ſcribo perſeue-rat, etſi vulgus cur ita fiat ignoret, maximè vero fidei nouatores , qui eundem lo-cum prætereuehentes , & ſeſe iniecto in collum vinculo mancipantes , quod ne-ſciunt & nolunt, vſu quodam colunt ; ſed de hoc alias vberius fortaſſe dicendi locus erit , modo ad inſtitutum quod Eccleſiæ dicebam Abbates præfuiſſe olim.

Vinculum mancipatio-nis S. Goaris ad Rhenum quid indi-cet.

Clerus S. Gereonis modo ſecu-laris.

Poſtquam vero per Guntharij Colonienſ. Archiepiſcopi diſpoſitionem ac deinde Anno Chriſti 873. per Synodum Nationalem ſub Williberto Archiepiſco-po Colonienſi, diuiſio bonorum quorundam, & eorum priuatim poſſidendorum poteſtas ſolemnis eſt facta, ob graues & vrgentes tunc ab Archiepiſcopis & Epi-ſcopis inſpectas cauſas, Clerus quoque huius Eccleſiæ iure communi, in eam for-mam in qua nunc manet, ſe compoſuit. Iure communi dico, quod tunc acceptare cupientibus, communiter indultum eſt, per Patres Concilij Agrippinenſis ſub Wi-liberto rerum ius & proprietatem concedentes, nempe *rebus cunctis* (inquiebat Ta-citus lib. 3. Annal. cap. 55.) *ineſt quidam velut orbis , vt quemadmodum temporum vices, ita morum vertantur, nec omnia apud priores meliora , ſed noſtra quoque ætas multa lau-dis & artium imitanda poſteris tulit, verum hæc nobis in maiores certamina ex honeſto ma-neant.* Aduerſus Patrum obtrectatores verbis Taciti vtor. Vt vero curioſus in res Clericorum indagator vlterius videat , quandonam relaxata duritie veterum præſens Cleri forma & nomina cæperint; Obſeruet mecum ex Flodoardo Hiſtoriæ Remenſis Eccleſiæ *lib. 4. cap. 42. & 43.* De translato S. Balderico ad Weslingiam pagum inter Coloniam & Bonnam , Williberti Archiepiſcopi noſtri temporibus Prælatum Bonnenſis Eccleſiæ nominari Abbatem, cum poſtea Bruno I. Archiepi-ſcopus in teſtamento ſuo Geuehardum quendam nominet Præpoſitum Bon-nenſem.

Nunc pergamus in rebus Gereonitici Collegij cuius talis ordo XV. Illuſtres ge-nere & XII. Presbyteri, Senatum ſacrum conſtituunt , his accedunt XXII. Vicarij cum Cantoribus & alijs Eccleſiæ illius Miniſtris , qui in SS. Martyrum ſeruitium deſtinati præclaris à Maioribus poſſeſſionibus dotati ſunt.

Baſilica Ge-reonea ſan-ctitas.

De ipſius vero loci ſanctitate habeo non pauca digna quæ ſciantur , inter quæ eſt illud non poſtremum , quod continua quadam per multa ſæcula veneratione traductâ, Agrippinenſes eum locum habent ex ſanctiſſimis Vrbis ſuæ : alterum quod miraculis & prodigijs non raro ſit illuſtratus. Ex horum numero eſt illud quod B. Euergiſlo Epiſcopo obuenit circa Annum Domini 408. qui cum acribus capitis ſeu cephalalgiæ doloribus conflictaretur, puluere ad SS. huius loci monu-

Anno 408.

menta

menta collecto, eos ſopiuit teſte B. Gregorio Turon *lib. 1. mir. cap. 61.* Et Angelorũ præſidium Euergiſlus ibidem alias agnouit, quando hæc limina adiens venerabundus verſu pſalmi 148. Sanctos ſalutans (*Exultabunt Sancti in gloria*) Angelos audiuit reſponſantes: *Lætabuntur in cubilibus ſuis.* A

Sed vti iſte, & alij deuotionis hoc loco exercitæ præmia; ita eodem loco impietatis ſupplicium retulit Theodericus Franco-Merouingus Burgundionum Rex, qui cum Anno Chriſti Dionyſiano 614. noſtro 612. fratrem ſuum Theodebertum Auſtraſiæ Regem bello iniuſto & prælio apud Tullum (alij Tolbiacum) viciſſet, fugaſſetque Coloniam, ibidem in aſylo S. Gereonis comprehenſum iugulauit, non impunè; pœnas eius alij obſcurè & ambiguè; MS. codex Erbacenſis planius ita explicat. *Cum deinde Theodoricus in Gereonea Baſilica vna cum vtriuſque Regni Primatibus conſediſſet, ob Religionis diuinique cultus contemptum & n. cem Fratris, punctionem acerbiſſimam in latere ſentiens exclamauit: Ianuas obſerate quia neſcio, quis ex periuris iſtis Ripuarijs me pungens occidere voluit, cumque exueretur, toto latere præter rubeum punctum quaſi acus, nihil viſum eſt, ex quo tamen perijt.*] MS. Eadem hæc aſtruit Epitome S. Gregorij Turonici. Vide origines Palatinas M. Freheri pag. 29. B

Vtriuſque igitur & S. Euergiſli Epiſcopi, & impij Theodorici Regis fortuna nos admonet religiosè locum illum, & cætera ſacraria eſſe adeunda, & eodem intendit vetus inſcriptio columnæ iuxta veſtibulum ingreſſuro ad leuam poſitæ: tradunt præterea, columnam ex Theatro internecino SS. Thebæorum & Maurorum Martyrum ſupereſſe partem, eorumque ſanguine conſperſam, quæ in ſuperiore parte laminam habet hac inſcriptione viſendam. C

Adde fidem, fuit hic pridem, fuſus cruor idem
Ad lapidem ſi dem me male, punit idem.

Opus Charenterni, & deinde S. Annonis Archiepiſcopi. Anno 1066.

Sed vt ad ſtructuram redeam Charenterno Colonienſi Præſuli videntur Martyres aurei non parum debere ita enim ad Charenternum Venantius Fortunatus ante annos mille canit. *Aurea templa nouas ſpecioſo fulta decore.*

Deinde conſtat B. Annonem eius nominis II. Archiepiſcopum Colonienſem ſub Annum M. LXVI. ob neglectum huius Eccleſiæ cultum, à Sanctis loci illius Præſidibus graui viſu caſtigatum per noctem, mane euidentia fuſtigationis veſtigia in corpore præferentem, exinde maiorem curam eiuſdem loci geſſiſſe; nam deiecta vili quadam ad Auſtrum crypta, ad ædificatum ab Helena tholum author S. Annonis lib. 2. cap. 17. ait: *Rotundi ſchematis Baſilicam ab orientali parte, rupto muro veteri nouum continuauit ædificium, quod diſpoſitu in longum parietibus per aſcenſus aſpectu decentiſſimos in chorum ſpectabilem, turresque geminas oporosè ſuperius conſurgens, cryptam in inferioribus magna capacitatis explicaret, addendo præterea hunc vel illum ex coloribus ſiue metallis ornatum, egregiæ laudis titulum in eiſdem picturis verſibus appoſitis.* D

Ex

Ex diuum monitu compunctus Epiſcopus Anno
Quicquid habere poteſt diuinis cultibus offert.
Iuſsit & aſtantes appingier ordine Patres
Vrbis Agrippinæ ſanctæ Virtutis amicæ
Pro quibus in cœlis lætabitur ipſe fidelis.

Annonis præclaro exemplo, Clerus Gereoneus Eccleſiam iſtam hoc noſtro tempore exornauit, marmoreis aris & decentiſſimis picturis, & tam inſigni SS. Reliquiarum ornatu, vt penè poſteris præſentes æmulandi poteſtas in hoc ornatu præſcindatur: vt enim in inſtauratione hac eſſet Zelus maior, ab æmulatione petitum eſt præſidium, dum ſinguli ſuam partem ornant partitis operis.

§. II. THESAVRVS SACER AD S. GEREONEM.

NVnc ipſum Eccleſiæ theſaurum ſacrum, videlicet Reliquias, inſpiciamus: eſt is ſanè locuples & copioſus, eminent in eo tamen duo ſarcophagi argentei, auro & gemmis ornati longitudine fere hominem æquantes: Primus continet S. GEREONEM CCC. XVIII. Popularium ſuorum ex Thebaide Ægypti Regione in Romanam militiam adſcriptorum Ducem, Alter claudit S GREGORIVM MAVRVM CCCLX. Militum popularium ſuorum eodem tempore in Romanis Caſtris ſtipendia merentium Ductorem, qui pro ſtipendijs vanis ſæculi, meruerunt præmia æterna; purpurea chlamyde veſtiti & corona Martyrij redimiti in cœlo. Nam cum Maximianus Herculeus Cæſ. Auguſtus Diocletiani ſæui ipſe ſæuior in Imperio Collega, non aliter ad dæmonum cultum propenſus quam Herculius lapis ad Aquilonem (Vbi Satan regni ſedem collocare ab olim intendit) cum nunquam iſte cognomento Herculius in Gallias Bagaudarum (nunc Aduocatiæ ſiue vogteij infra Kempenam populum) tumultu turbatas, pacaturus ex Italia cum exercitu properaret, in Alpium deſcenſu loco qui Agaunum (nunc S. Moritz) nuncupatur, iuxta Rhodanum in Valleſia, Legionem Dijs ſacrificare recuſantem, morti addixit, & mox alios toto ſecundum Rhenum & Moſellam itinere ſingulis penè caſtris, ſimili cauſa obtruncandos curauit, & vt alios remotiores omittam Caſſium, Florentium, & Malluſium Bonnæ; Iulium vti videtur Geldubæ, Gelb prope Ordeonij caſtra (Ordingam) Victorem Veteribus (nunc Sanctis) Gereonem vero & Gregorium, quos dixi Coloniæ hoc ipſo loco peremit, in quorum memoriam B. Helena Auguſta, hoc Germanis clauſtrum, Latinis Collegium appellatum, extruendum curauit, quod poſtea Carolus Magnus amplis prædijs, præſertim Virſenſi territorio dotauit, tum Religione erga hoſce Martyres ſingulari, tum vt ibi ex fundo S. Gereonis marmoris ad Aquenſem Eccleſiam exornandam eruendi

Reliquiæ ad S. Gereonē.

S. Gereon. 10. Octob.

S. Gregorius Maurus 15. Octob.

Bagaudæ Gallias turbant.

Varijs locis occiduntur milites Chriſtiani.

S. Helena & S. Carolus M. honorāt S. Thebæos.

Marmor Gereonaū

 pote-

poteſtas fieret. Id vero erutum fuit in pagi Kreile parochia, vnde etiam olim Baptiſterij, quod eſt ad S. Gereonem viſendum antiquitate opus, & columnarum quæ aris recens ſunt aptatæ, marmor erutum perhibetur, marmor ſanè ob variegatam temperaturam partium, inter Europæa marmora præſtans. A

Antiqua Veſtigia Martyrij. Paſſi ſunt autem inclyti Martyres, Coloniæ impoſterum futuri Præſides, circa eum locum vbi Gereonæa Baſilica conſpicitur, & extant etiamnum veſtigia nominum, quæ ad cædem hanc intelligendam manu ducunt. ſiquidem ex vna parte Eccleſiæ, ortum verſus, ſita eſt curia SS. MAVRORVM dicta in vetuſtis diplomatibus, nunc S. Andreæ vinea, vulgo Morthoff dicta, ad occaſum vero extra vrbem ædes ſacra, & olim etiam Monaſterium ad Martyres, nunc Mæchteren S. Gereonis Præpoſito ſubiecta Parochiola. B

Monumentum S. Gregorio Mauro per S. Annonem conſtitutum. Veterem loci totius faciem circa hanc Eccleſiam, quia olim caſtris Romanis erat addictus, ſupra in ipſa vrbis deſcriptione reſtitui, quantum per ædes, valla, & muros qui oppleuerunt locum licuit, modo Sanctas in Eccleſia Gereonea Reliquias recenſere pergo, nimirum S. Gregorium Maurum cuius corpus quo loco quondam repoſitum ſit vel effoſſum in crypta monſtratur monumento illo quod 4. columnis impoſitum, hos habet aſcriptos verſus.

25. Iunij.

Princeps Maurorum Gregorius alta polorum
Scandens, ad mortem dat ſeque ſuamque cohortem. C

In hac tumba conditum eſt corpus
S. Gregorij Principis & Martyris.

Maurorum inuentio & eleuatio per S. Annonem Quomodo S. Anno inuenerit B. Gregorium Maurum in vita eius *lib. 2. cap. 18.* recenſetur *ſtratam marmoribus terram intra templi ſepta detegens, Principem S. Sodalitatis illius, Beatorum ſcilicet Maurorum, Gregorium nomine, ſocijs in circuitu quieſcentibus, accuratius præ cæteris humatum reperit, Chlamyde purpurea circundatum, orarum eius extremitatibus in inſignem auri texturam deſinentibus. Hunc cum nonnullis alijs de ſepulchro ſupra altare exaltans, &c.* D

Diuerſa Herma ad S. Gereon. Præter SS. Gereonis & Gregorij tumbas, multæ & eximiæ hic aſſeruantur Reliquiæ Hermis argenteis ac inauratis incluſæ. Prima habet caput S. Gereonis. Secunda S. Gregorij. Tertia Caſſiani Græci Patriarchæ. Quarta Agathæ V. & M. caput vna cum titulo ferreo. ſed rubigine plurima exeſo, credo ex ſodalitio S. Vrſulæ. Quinta S. Paulinæ ex eadem ſodalitate V. & M. caput. Sexta Anonymi ſancti, ſed tamen Mauri militis & Mart: caput habet, vna cum ſacculo lineo in quo ſunt corporalis, manutergij, caſulæ, & linteorum partes, quæ quodam ſacroſancti Calicis effuſione ab incauto ſacerdote inter ſacrificandum ſunt reſperſæ. Septima tenet caput cuiuſdam

iuſdam pueri ex numero Innocentum, cæteræ hermæ Anonymorum Sanctorum capita conſeruant.

Præter hermas ſunt etiam aliæ hierothecæ, & vna quidem eſt ſtatua inaurata B. M. V. inſidentis throno, qui eſt Reliquijs refertus. *Diuerſa Hierothecæ.*

Altera quæ eſt Arnoldi Præpoſiti, quondam S. Engelberti tempore oblatum munus ad modum brachij humani, præter ſacras Reliquias Laurentij, Stephani, Nerei, Achillei, Domitillæ, Vincentij, Marij & Marthæ, Hermetis, Anaſtaſij PP. Spongiæ Dominicæ partem, Andreæ Apoſtoli, partem menſæ Dominicæ & cilicij B. Agnetis Virginis, de Sodalitate SS. Vrſulæ & Thebæorum M.M. Sixti, item Fœliciſſimi & Agapiti, Paulini, Alexij, Bonifacij, Sebaſtiani, Sabinæ, Mamertinæ Virg. Mamellani, Emerentianæ, Iuliani, & trium Martyrum Puerorum, denique notabilem Dominicæ Crucis portionem, continet ex S. HELENÆ brachio os, cum inſigni epigraphâ. *S. Helenæ.*

✠ HELENA HÆC INVENTRIX S. CRVCIS
AD IMPLEVIT OPVS LVCIS
CORDIS DESIDERIO.

Digna planè quæ non ſolum in hac, ſed Imperij totius Eccleſijs honoretur, quippe quæ vti olim Agrippina mater caſtrorum dici immerita voluit, iure optimo dicatur Mater Templorum. *Ipſa enim patefactis adopera ſancta theſauris, toto abuſa eſt fiſco* inquit S. Paulinus *epla* XI. *ad Seuerum* Neq; vero hanc duntaxat Eccleſiam conſtituit in hac Archidiœceſi, ſed plures alias eaſque nobiliſſimas excitauit, In quarum numero reuertor ad inſinuata libro primo Syntagmate 4. & eccleſiam quam in ſuperiore Diœceſis parte veluti terminum eius conſtituit ad aureum Miliarium (loci hodie nomen) & Aram fluuium in ouali Cliuo qui Sintzigh appellatur. Illic vero & in vicino pago Hennmertzheim, atq; per totum tractum fluuij Ararum, ad Dominicæ Crucis modum Diuo Petro, & alias Ædes Araſque Vbiorum nouas excitauit, addiditque illis turres quæ Clauorum Dominicæ paſſionis figuram percommodè exprimunt, cuius moduli inſigne templum etiam apud Cæſaris Inſulam S. Gregorio ſacrum obſeruatur quod cum Sueco & Franco-Haſſorum metu dirui iuſſum fuiſſet, ſeruatum eſt conſilio & prece Ampliſſimi Domini Decani p.m. *Antonij à Salm*, & Capituli Cæſar-Inſulani, & ipſe viciſſim S. Gregorius melius vna cum S. Svviberto arcem ab hoſtili impetu conſeruarunt; ſtat enim immota Catholicorum ſententia melius ſacris ſeruari vrbes & populos quam omni propugnaculorum & cornuum opere polemico, cæterum ab hoc ad Aræ Fl. oſtium D. Helenæ templo tanquam ſancto colliminitanearum Diœceſium ſigno, dicitur ipſe locus nomen eſſe conſecutus vt *Sinzich* Vulgo nominetur & clarius in diplomatibus *Sinzeiche*, quin illic quoque Orientalis oppidi porta S. Helenæ appellatur, vetuſtiſſimum habens Sacellum, S. Mauritij ſocietati ſacrum in oppoſito colliculo, ab eadem S. Helena conſtructum, in cuius reſtauratione cum nuper ſupra oſtium ſeptentrionale

Noua aræ Vbiorum à S Helena ſtructæ.

NB. Milliarium aureū Romæ erat olim ex ꝯo metallo columna ad quā omnes ex Italia viæ deſinebant: fecerat Auguſtus cum eſſet curator viarum. *Templa sūt propugnacula Regionum.* *Sinzeich oppidum vide pag. 25.*

lapis

lapis cruce inſignitus loco moueretur, plures ſacræ Reliquiæ repertæ ſunt, quæ indicare volui cum ad confirmandam opinionem de cœleſtibus Conſtantini hoc loco oſtentis, tum ad perueſtigandos quoque alibi Martyres, fortè Thebææ Legionis. Nunc à diuertigio ad lineam. A

Tertia Hierotheca etiam in brachij modum formata donum eſt eiuſdem Præpoſiti Arnoldi, & Hermani Decani, & continet Reliquias SS. Syxti, Agapiti, & Feliciſſimi, de Thebæorum etiam Martyrum 26. corporibus partes, denique de Nereo & Achilleo.

Quarta oblongæ formæ, ſeruat Reliquias quaſdam SS. Cecilię & Dorotheæ, S. Hieronimi, S. Luciæ, S. Leonardi Abb. duas denique particulas oſſium S. Matthęi Apoſtoli & Euang. ac S. Walpurgis. B

Quinta in cuius conuexo Angeli duo pſalterio ludentes conſiſtunt, continet Reliquias de S. Antonio Abb. S. Blaſio, S. Cornelio PP. & M. S. Fabiano PP. & M. S. Huperto Epiſcopo, S. Innocentio, S. Leonardo, S. Laurentio binas particulas, S. Sebaſtiano, S. Silueſtro PP. S. Vincentio M. S. Thoma Cantuarienſi Archiepiſcopo.

Sexta quæ eſt quintæ gemina, complectitur Reliquias S. Apoſtolorum videlicet.

Articulum S. Petri.

De coſta S. Pauli duas particulas. Item particulam de S. Paulo.

D S. Bartholomæo tres particulas. —— De S. Barnaba Apoſtolo. ——

De S. Iacobo maiore duas particulas. —— De S. Iacobo minore. ——

De S. Luca. Euangeliſta —— De S. Marco Euangeliſta. —— De S. Matthæo duas particulas. —— De S. Philippo duas particulas. —— De S. Simone Apoſtolo duas particulas. —— C

Septima Hierotheca Reliquiarum S. Thomæ Apoſtoli.

Octaua eiuſdem magnitudinis hierotheca Reliquiarum S. Seuerini.

Nona hierotheca Reliquiarum S. Laurentij.

Decima hierotheca Reliquiarum S. Petronellæ.

Vndecima argentea ſtatua Deiparæ Chriſtum in Vlnis geſtantis cum herotheca Reliquiarum de S. Andreâ Apoſtolo, de S. Ioanne Baptiſta, de S. Iacobo Maiore, de S. Martino Epiſcopo & alijs Reliquijs quibus ſtatua repleta eſt.

Duodecima Monſtrantia Cryſtallina quatuor pedibus innixa cuius Cryſtallus æſtimata ab Aurifabro ad 20. Imperiales, in eâ Reliquiæ. D

S. Achatij Mart. —— S. Ægidij Abbatis. —— S. Alexij Confeſſoris. ——
S. Ambroſij Epiſcopi Conf. —— S. Apollinaris. — S. Bartholomæi Apoſtoli.
S. Benedicti Abbatis. —— S. Chriſtinæ, Societatis Sanctæ Vrſulæ. ——
S. Chriſtophori Mart. — S. Euphemiæ Mart. — Pars Cranij S. Georgij Mart.
S. Helenæ Reginæ. —— S. Marcellini Mart. -- S. Margaritæ V. M. tres particulę.
S. Nicaſij. —— S. Sebaſtiani Mart. —— SS. Thebæorum. —— S. Vincentij.
S. Vitalis.

Deci-

Decima tertia Hierotheca in cono Segmen Dominicæ crucis complectitur, & aſce Reliquias conſeruat.

Fruſtum conſeruatum de pane ex illis quibus Chriſtus quinque hominum mil a ſatiauit.

De Sepulchro Chriſti. ✻ De Virgâ Aaronis. ✻ De terra Acheldemach.

De lapide in quo fixa fuit ſancta Crux.

De linteo quod fuerat ſuper caput Chriſti ſepulti.

De lapide vbi Chriſtus orauit in deſerto.

De lapide quo clauſum fuit ſepulchrum Chriſti.

De menſa cui accubuit Chriſtus cum diſcipulis commedens.

De præſepio Dominico. ✻ Aliquid conſeruatum & cuſtoditum de thure quod res Euangelici Magi Chriſto nato obtulerunt.

De ſpongia Domini.

De ſepulchro S. Catharinæ.

Decima quarta Hierotheca, vetus & minor ſequentes habet Reliquias.

S. Annæ Chriſti Auiæ. ✻✻ S. Brigidæ Virginis. ✻✻ S. Catharinæ V. & Martyris. ✻✻ De veſtimento S. Helenæ Reginæ. ✻✻ De veſtimento B. M. Virginis ✻✻ Dentem S. Mariæ Magdalenæ.

Duas particulas vnam S. Mauritij alteram ex Societate Eiuſdem.

Item ex Thebæis Martyribus particulas.

Denique S. Victoris, & S. Walburgis.

Decimaquinta Hierotheca criſtallina conuexa, argenteis inauratiſque impagibus concluſa præter Reliquias S. Agathæ. S. Agnetis. S. Apolloniæ. S. Barbaræ partem Cranij, S. Bernardi. S. Blaſij. S. Bonifacij Mart. S. Chriſtophori duas particulas, S. Conſtantiæ Virginis. S. Conſtantiæ de Societate S. Vrſulæ, S. Cordulæ, S. Eergisli, S. Georgij Mart. S. Germani. Epiſcopi, S. Gregorij Papæ, S. Iacobi Apoſtoli, S. Ignatij Martyris, S. Innocentij Mart. SS. Innocentum Puerorum, S. Martini Epiſcopi, S. Mauritij, SS. Maurorum, S. Pauli primi Eremitæ. S. Petri de Mediolano. S. Petronillæ Virginis, habet S Sixti Papæ particulas tres. S. Stephani Protomartyris particulas duas, duos articulos ſacros ex Societate Vrſulana, & S. Valentini. S. Victoris quædam lipſana.

Decima ſexta: Crux Criſtillina cum alijs Reliquijs tum ſegmento Crucis referta.

Decima ſeptima. Crux alia paulo minor varijs gemmis annuliſque appenſis ornata ſed imprimis honoranda ob ſegmen Crucis Chriſti.

Decima octaua. Schyphus argenteus S. Eliſabethæ Viduæ Principis Thuringorum.

Decima nona: Tabula antiqua cui duo Angeli ex Vnionibus intexti ad ornatum theſauri ſacri in ea reconditi, qui eſt pars de veſte B. M. V.

Vigeſima. Tabula quadrata cui ex candidiſſimo Alabaſtro orbis inſertus & in

hoc ex nigro marmore Mauri pectore tenus effigies, Reliquijs diuerſis & gemmis circundata decore veſtitur. A

Vigeſima prima. Effigies Chriſti ex gemma inſigni, ad cordis figuram, quæ ad oſculum pacis in miſſæ ſacrificio cum inſertis Reliquijs offertur ſacerdoti ab ijs qui Pacem poſcunt vetuſto Eccleſiæ more.

Vigeſima ſecunda: Tabula quam donauit D. Iacobus Chymaræus habens in medio ex auro Saluatoris faciem & haſce præterea Reliquias. De S. Bartholomæo. De S. Gerone, De loco vbi Chriſtus fuit Baptizatus: vbi Chriſtus prædixit diem iudicij: Vbi concepta B. V. Maria, vbi Maria ſalutauit Eliſabeth. Vbi Apoſtoli conſcripſerunt ſymbolum. D. Caſtello B. M. De ſepulchro Lazari. De Peplo B. Mariæ. De porta aurea. De ſepulchro B. Hieronymi. De ſepulchro Eſaiæ. De Domo Simonis leproſi. De natatoria Siloe. De columna flagellationis. B

Vigeſima tertia. Ciſtella argentea quæ habet Reliquias Sanctorum Videlicet.

S. Abundij. (26. *Auguſti*) ✱ S. Achatij & ſociorum (22. *Iunij.*) ✱ Adriani. ✱ Albini (10. *Iunij.*) ✱ Apollinaris notabilem partem. ✱ Bonifacij (5. *Iunij.*) Tiburtij ✱ Cyriaci. (8. *Auguſti.*)
Cypriani Epiſcopi Martyris (14.) *Septembris.*
Chyliani Epiſcopi Herbipolen. Mart. (8. *Iulij.*)
Dioniſij duas partes. (9. *Octobris*) ✱ Euſtachij & ſociorum eius.
Fabiani Mart. duas particulas quarum altera eſt nodus colli. (20. *Ianuarij.*)
Georgij digitum. (23. *Aprilis.*) ✱ Hermetis. ✱ Hiacynthi (11. *Septemb.*) C
Laurentij tres particulas. ✱ Pantaleonis. ✱ Policarpi notabilem partem. (26. *Ianuarij.*) ✱ Sebaſtiani M (20. *Ian.*) ✱ Vincentij Leuitæ. ✱ Vitalis. 28. *Aprilis.*

Vigeſima quarta: Ciſtella argentea quæ habet ſacras Reliquias Sanctarum Videlicet.

S. Anathaſiæ. ✱ S. Agathæ duas particulas. (5 *Februarij.*) ✱ S. Agnetis duas particulas quarum vna eſt notabilis pars Cranij. (21. *Ianuarij.*) ✱ S. Barbaræ notabilem partem. ✱ S. Catharinæ. (25. *Nouemb*) ✱ S. Chriſtinæ Virginis. ✱ S. Eliſabethæ dentem. ✱ S. Emerentianæ. ✱ S. Fælicitatis. ✱ S. Iulianæ bonam partem cranij.
S. Iuſtinæ. (16. *Iunij Septemb.*) ✱ S. Luciæ Articulum. ✱ S. Mariæ Magdalenæ duas particulas. ✱ S. Perpetuæ ✱ S. Petronellæ bonam partem cranij. D.
S. Pudentianæ Virginis. ✱ S. Roſæ. ✱ S. Teclæ bonam partem.

Vigeſima quinta: Ouum ſtrutionis habet ſequentes Reliquias.

S. Alexij crines & de eius cilicio ✱ S. Annæ Matris Dei Genitricis.
S. Auguſtini Epiſcopi Confeſſoris. (28. *Auguſti.*)
S. Burchardi Herbipolenſis Archiepiſcopi. (14. *Octobris.*)
S. Euergisli Epiſcopi Martyris. (24. *Octobris.*) ✱ S. Macarij Abbatis.
S. Martini Epiſcopi Confeſſoris. (12. *Nouemb.*)
S. Medardi. (8. *Iunij.*

S. Pauli.

A S. Pauli primi Eremitæ. (10. *Ianuarij.*)

S. Pauli Apoſtoli duas particulas. ✻ S. Paulini Epiſcopi Mart. ✻ S. Petri Apoſtoli. S. Petri Cœleſtini. ✻ S. Philippi Apoſtoli notabilem particulam tibiæ.

S. Seruatij articulum. (11. *Maij.*) ✻ S Silueſtri PP. (*Vltimo Decemb.*)

S. Valerij Archiepiſcopi Treuirenſis Conf. (29. *Ianuar.j.*)

SS. Thebæorum notabilem particulam oſſis, pulueris, ac crines SS. Particulam cranij S.... Pixidula rotunda cum Reliquijs.

Vigeſima ſexta. In pixide rotunda eburnea maiore cui foris ſera argentea appenſa, ſunt Reliquiæ ſequentes.

S. Arulphi Conf. dens ✻ S. Blaſii. ✻ Celſi Conf.

B De Sancti Clementis Epiſcopi Metenſis brachij pars.

S. Clodulphi Epiſcopi Conf. ✻ SS. Fœlicis & iuſti.

S. Gangolphi Mart. (11. *Maij.*)

S. Hilarii Mart. ✻ SS. Innocentium Puerorum.

S. Margaritæ V.M. (13. *Iulij.*) ✻ S. Materni Epiſcopi Treuirenſis.

S. Modoaldi Epiſcopi Treuirenſis. ✻ S. Quirini Mart ✻ S. Seueræ Virginis.

De S. Stephani Proto-Martyris lapide quo lapidatus eſt, & crinibus eiuſdem.

De S. Symphoriani Martyris Coſta. ✻ S. Sigebaldi Metenſis Epiſcopi dens.

SS. Thebæorum. ✻ Aliæque SS. Reliquiæ quarum nomina cum chartis ſeu membrana interciderunt.

C Vigeſima ſeptima. In alia ſimili paulo minori eburnea & rotunda pixide ſunt ſequentes Reliquiæ.

S. Burchardi. ✻ S. Chriſtophori. ✻ SS. Coſmæ & Damiani. ✻ S. Eligii.

S. Hippolyti ✻ S. Laurentii. ✻ S. Maximini Epiſcopi.

S. Maximi Cornicularii Mart. ✻ S. Marii Diaconi forte Mariani. (1. *Octobris.*

S. Martini. PP. ✻ S. Nicolai Epiſcopi ✻ Sanctorum Innocentum. ✻ S. Petri.

S. Simonis & Iudæ, & huius quidem duæ particulæ.

S. Vrbani. PP. ✻ S. Vulflai (forte Vulfranni. 1. *Martij.*)

Nonnullæ præterea aliæ ſacræ Reliquiæ quarum inſcriptiones perierunt.

D

Notatio.

Quondam Clariſſimi Viri Tilmanni Voſmeri Canonici S. Gereonis & Theſaurary.

Lego Maximi Cornicularij pro eo quod ſcriptum erat (commuculaij) Maximi autem Cornicularij mentio eſt apud Petrum Eſquilinum lib. 4. cap. 51. in Vita Sanctorum Tyburtij & Valeriani ipſam autem vocem interpretatur Baronius in Martyrologio ad 21. Aug. In actis S. Caciliæ c. 19. 20 & 21. pag. 554 & 555. apud Suriū tomo x. ſit mentio Maximi Cubicularij Præfecti a quo Tyburtius & Valerius ad mandatum præfecti ducti ſunt ad locum ſupplicij.

plicij. Baronius dum in Notis ad Martyrologium Romanum dat rationem nominis Cornicularij, dicit prætorianos Cornicularios præfuiſſe exequendis ſententijs damnatorum, vnde non immerito dubitet quis, anne in actu S. Cæciliæ pro Maximo Cubiculario legendum ſit Maximo Corniculario Pro vt apud Petrum Eſquilinum l. 4. c. 5. Videre eſt, vbi dicit Almachium tradidiſſe Tyburtium & Valerianum Maximo Corniculario vt ſententiam in ipſos latam exequeretur. Baronius in Annalibus vbi ſub Alexandro Seuero agit de S. Cæcilia Maximum hunc vocat non quidem Cubicularium Præfecti ſed Cubiculi Imperatoris præfectum. At ſententia Petri magis mihi arridet poteſt tamen fieri vt idem Maximus fuerit & cubicularius & Cornicularius. A

Vigeſima octaua. Vitrum maximum quod habet inſignia Imperij Romani, continet particulas Oſſium SS. Thebæorum & Maurorum quas collegi ex pulueribus & terra ex eorum ſepulchris in ciſtam congeſta, quæ ſeruatur in infima parte Reliquiarij.] Hæc Voſmerus. B

Vigeſima nona. In Capſula ſeu Pixide ex craſſo rubro vitro inſtar rubri marmoris argenteis inauratus vinculis colligata: ſeruantur hæ ſanctæ Reliquiæ.

S. Albini Martyris. ✱ De *S.* Annæ coſtâ. ✱ *S.* Bartholomæi. ✱ *S.* Claræ. *S.* Criſpini. De *S.* Luciæ amiculo. ✱ *SS.* Thebæorum crines. ✱ *S.* Viti. *S.* Vrendelinæ Reginæ.

---

§. III. Monumenta Spectabiliora Gereoneæ Baſilicæ. C

Diuerſi Sarcophagi & Reliquiæ Sanctorum.

NVnc priuſquam ab aurea Heleniana Baſilica abeamus, præclariora eius monumenta obſeruemus.

I. Inprimis notatu dignus Martyris Sarcophagus retro maius altare ſine tamen inſcriptione.

II. Ipſa maior Ara duobus Sarcophagus lapideis incumbit quibus inciſum.

Anno Dominicæ incarnationis MCCXII. leuata ſunt corpora iſta.

III. Reliqui templi parietes iuxta ſingula ſacella & fornices, ſingulos ſimiles ſarcophagos muro inſertos habent, cum numeris quot in eis Martyres contineantur, & tam chori quàm totius Eccleſiæ parietes veſtiuntur Reliquijs Sanctorum. Dedicata eſt Eccleſia à *B. Annone ſecundo* Archiepiſcopo Colonien. auxiliante *Hizelino Scarenſi Epiſcopo.* Anno Domini ML.XIX. Indictione VII. IV. Cal. Septemb. in die decollationis S. Ioannis, atque poſtea ob motionem Altaris eodem feſto S. Ioannis reconſecrata ab *Arnoldo ſecundo.* D

1069. Dedicatio 29. Auguſti

Cryptam autem S. Martyrum Thebæorum & Maurorum, ſub ipſo choro B. Anno ſecundus conſecrauit Anno MLXVIII. Indictione VI. XI. Kal. Nouemb. Habet Crypta ab vtraque Chori parte aditum marmoreum, & ſecundum ingreſſum duo ſubterranea maiora Sacella, ex quibus illud quod ſancti Nicolai

1068. 22. Octobris

-colai honori ſtructum eſt, Beatus Anno 11. dedicauit Anno M. LXVII. indict. 1067.
XI. Kalend. Nouembris. Hinc collige triennium reſtaurationis per B. Annonem.
V. Inter aditus vtroſque fornix ſeu crypta minor ſub Altari S. Gereonis con-
-rijs atque Sarcophagis diuerſorum Martyrum venerabilis eſt.
V. Retro eandem Aram penuarium latet, cuius inſcriptionem lapidi inciſam *Miraculoſa hoſtia.*
-a ita pridem murarij cœmento obliterarunt, ſic vero habet.

Qui finem neſcit hac clauſus in æde quieſcit.

-mpe ſacra hoſtia reconditur, quæ anno 1331. per vomitum eiecta, tam diu ſpe-
-ſum puerulum repręſentauit, donec honeſtè eleuata, hîc conderetur. Hiſtoriam
-ct Breidenbachius. *collat. Sac. lib. 1. cap.* 8. & dicturus ſum, cum de Eccleſia Regu-
-um Canonicorum Corporis Chriſti egero. *Memoria S. Norbertina foſſionis.*
VI. Non longe hinc verſus capellam S. Ioannis, & ipſum meridiem, marmorea
-imenti incruſtratione ſepulchri veſtigium deſignatur, vnde operâ *B. Norberti*
ann. M. C. XXI. corpus S. Gereonis Deo reuelante erutum refertur, cum indi-
quæ congruerent hiſtoriæ quam de S. Gereone habebant. Eouſque enim cu- *NB. Apud Surium 24. Nouemb. dicitur: iuxta medium pilarum ad meridianã plagam.*
-dierant capitis partem, & pars altera ſacro dicebatur trunco adhærere, quod præ-
-alias congruentias ita repertum. *Vide hiſtoriam S. Norberti apud Surium 6. Iunij.*
VII. In crypta ſub magna corona, diſtinctis pauimenti petris, dicitur deſignari
-eus in quem corpora Sanctorum iniecta fuerant, quamuis Gregorius Turonẽ-
-ib. de gloria Martyrum cap. 62. dicat eum puteum eſſe in medio Eccleſiæ.
VIII. Apud S. Mauritij Aram à latere Eccleſiæ meridionali proximum oſtio eſt *S. Hildeboldus.*
-numentum *B. Hildeboldi* Colonienſis Archiepiſcopi, à me in Hierotheca precio-
-eſcriptum, ſed in reſtauratione 1638. facies eius mutata eſt, & nunc hanc habet
-onologicam inſcriptionem.

Venerare qVI transIs oſſa hILDeboLDI CoLonIensIs 1638.
EpIsCopI qVæ IſtIC requIesCVnt In gLorIa.

-n Martyrum tumba quæ B. Hildeboldo incumbit hæc legis.

hIC VIgIntI heroes bIna LegIonIs Thebææ ManIpVLa
In VnICo posItI sarCophago reqVIesCVnt.

-De B. Hildeboldo pauca repetam. Ex Illuſtri genere natus ſpreto veſtium ſplen-
-e humilis vixit Dei Sacerdos, Anno 782. authore Carolo Magno ad Colonien-
Sedem electus, ad annum 818. præfedit, nouam Baſilicam Metropolitanam e-
-t, & Bibliothecâ per Wenilonem Laudonenſem Epiſcopum ex Italia curatã,
-auit: B. Swibertum præſentibus Sanctis Leone Papa, ac Carolo Cæſare, multis
Cardinalibus & Præſulibus eleuauit. Beatis Nicaſio, Quirino, & Scubiculo in
-o Vilcaſſino ſub ann. 808. eleuationis honorem impendit, quo ipſius adhuc ca-
S. Ludgerum ordinauit, Carolum Magnum vti conſcientiæ eius moderator, *NB. Huc facit locus ex Concillio Francofurtenſi.*
-minici Corporis & Sanguinis Sacramento munijt, & à Luduico Imperatore vti
-hicappellanus Sacri Palatij. Anno 816. cũ alijs Antiſtitibus obuiam miſſus fuit
-hano Papæ, quem cum ſummâ veneratione Rhemos deduxit: ipſe nunc in æ-
-a gloria pro Vbijs orat.

IX. Iuxta B. Hildeboldi Aram & ſepulchrum hæc legis,

HoC LoCo Martyr VnVs è Thebæa LegIone bIennIo
AbhInC repertVs honorI pVbLICo ſerVatVr.

X. Ante molem Baſilicæ Helenianæ magnificum eſt veſtibulum Canonicorum ſepulturæ deſtinatum, nam quod Eccleſiæ pauimentum vbique Martyres tegat, aliorum cadauera in eam non inferuntur.

XI. In Septentrionali latere huius veſtibuli habes ſacellum vbi ſupra Aram S. Helenæ dicatam, parieti plurimæ Reliquiæ inſertæ ſunt, & iuxta eandem Aram eſt monumentum Hildeberti vel Hildegari Colonienſis Archiepiſcopi quod ſic lego.

Hildebertus meritis qui fulſit Epiſcopus almis
Aſſumptus cœlo hoc iacet in tumulo.
Obijt Anno incarn. Domini D. CC. LVII. IV. Kal. Iulij.

Huic Archiepiſcopo ſub ann. 755. à Stephano II. Papa commiſſus fuit proceſſus Canonizationis S. Svviberti, qui maximis tunc miraculis inclareſcebat, inter quæ non poſtremum quod Hildebertus Pipinum Saxones perſequentem comitatus, equo excuſſus ex alliſione ad ripam in ſcapula, brachio, ac tempore grauiter læſus, immo ſemianimis factus, voto viſitationis ſepulchri S. Svviberti incolumitatem recuperauerit. Martyrizatus eſt pro Chriſti fide S. Hildebertus apud Viſurgim fluuium in expeditione Saxonicâ Pipini teſte S. Ludgero ad Rixfridum.

XII. In atrio templi, in ſupraliminari ſeptentrionali portæ hos legis verſus:

Regibus exemplum ſacroque cariſmate plena
Condidit hoc templum S. Gereonis Helena
Pagana nata, iudæa fit inde renata,
Inuentrix Sanctæ Crucis almo pneumate flante
Septuaginta duo Collegia fundat amœna
Donans perpetuo Thebæis Mater Helena.

XIII. In meridionali latere ſupra portam hæc ſententia Gregoriana legitur.

Diuitias peperit quaſi mater honorificata
Religio quod ait ſententia Gregoriana
Proleque vaſtata, mater nec prole beata
Dum diſciplina ceſſat, regnat que ſimultas
Deficit Eccleſiæ virtus pariterque facultas.

XIV. Iuxta Baſilicam S. Gereonis ſpecioſus ambitus eſt & ampla porticus cuius terra Bufones non patitur, vti author eſt Cæſarius *illuſtr. miraculorum lib. 2. c. 33.* Res memoratu digna eſt propter vſurarum & Auaritiæ deteſtationem, nam cum diues fœnerator ad cor rediens Sacrificium Eleemoſynæ ex rapina cogitaret facere, Sacerdos quidam Sanctus vt demonſtraret Deo abominabilem eſſe liberalitatē ex alienis opibus. *Incide* inquit *de panibus tuis Eleemoſynas ita vt ciſtam ex eis impleas, claudesque illam qui cum die altera eandem coram aperuiſſet, quot ibi poſuerat Eleemoſynas,*

Annum martyrij Hildiberti habent An. Pith. 753.

tot

in ea reperit bufones, cui cum Sacerdos diceret : Vides nunc quantum Deo placeant Elee-ſyna de vſura? territus ille reſpondit: Domine quid faciam? Si vis inquit *ſaluus fieri hac no-nter vermes iſtos nudus iaceas. Mira contritio, Ille licet tale ſtratum nimis abhorreret, ver-us tamen morituris immortales præponens nudus ſe ſuper vermes iactauit : Sacerdos vero am ipſam adijt, clauſit, & abijt. quam die poſtera cùm aperuiſſet, nihil præter oſſa hominis em inuenit. quæ in porticu prædicti Martyris ſepulta dicuntur tantæ eſſe virtutis vt vſque e nullus Bufo terminos eiuſdem viuus poßit intrare.*

§. IV. Feſta.

S.Gereonis 10.Octob.
S.Gregorij Mauri 15.Octob.
S.Helenæ 18.Auguſti.
Dedicationis Eccleſiæ 29.Auguſti.
Translationis Maurorum 25.Iunij.
Translationis S.Gereonis 24.Nouemb.

SYNTAGMA III.

Collegiata Baſilica S. SEVERINI.

§. I. De initijs & incrementis Collegij S.Seuerini.



Opus S. Seuerini.

Seuerini Collegium in honorē BB.Cornelij & Cypriani inſtitutum ab authore familiare nomen accepit abo-pene nomine Sanctorum quibus à Sancto fuerat dicatū. pularia de eius initijs hæc profitentur. *Anno Domini C. LXXVI. fundata & dotata eſt Eccleſia noſtra & Collegium congregatione Canonicorum à ſanctiſsimo viro Seuerino Colo-ſi Epiſcopo tempore Theodoſij Valentiniani, ſedente in Papatu naſo Papa primo.*

Quod ad dotem Eccleſiæ huius attinet Seuerus vel Seue-us Burdegalenſis ex Aquitania oriundus Canonicorum plantationi aſſignauit gnum territorij diſtrictum, quem, quia veteris Vrbis & agri ſitum accuratè oſtē- ex Wigfridi Epiſcopi literis 948. indictione VI. datis tranſcribo.

Conſide-

Diſtrictus à S.Seuerino datus.

Conſiderans inquit Wichfridus , *curam atque pondus meæ diſpenſationis , ac curam commiſſi Ouilis, non auſus fui petita præterire, ſed iuſſi in Synodali conuentu, quem tunc proximè in Cœna Domini collectum habui, ſeptem ſapientes Clericos & totidem idoneos circummanentes laicos ſuper capſam S.Petri iurare, quo publicè recitarent , vt veracius ſcirent ; & poſthæc ſic circumducerent, vt in æternum abſque lite ſtaret omnis ille terminus pertinens ad præfatum S.Seuerini Monaſterium, vnde factum eſt, vt condixerant, primum omnem ſalaciciã terram pertinentem ad curtem iuxta monaſterium vbicunque iacerent locorum , & ſic terminum ducebant* AB VRBIS PORTA *quam vulgus nominat* ALTAM *per illam plateã, vſque ad S.Ioannis eccleſiam, & per ſeptem & decem iurnales in alia parte plateæ iacentes: ab eccleſia autem per viam, quæ eſt dicta Burchſtrazza vſque ad villam quæ eſt dicta* Thiedenhouen, *cum omnibus quæ pertinent ad illam , hincque vſque iterum ad villam quæ nominatur* Holutchen, *ac quicquid pertinet ad illam, inde vero ad Syluam quæ vocatur Dierlo , & hinc ad* Gungenforſt, *inde per viam quæ dicitur* Vorſtwegh *vſque ad Rhenum, & ſic per littus iterum vſque ad ciuitatis foſſam, vt nemo quid iuris, vel poteſtatis aut termini, ac ſaltem Senatus inter habeat, nec aliquis Decanus, aut Aduocatus illorum, iuramento meo & communi cõſenſu tam Clericorum quam Laicorum tunc aſtantium, niſi præfati monaſterij Præpoſitus, exceptis XX. domibus quæ pertinent ad eccleſiam ſecus Rhenum ſub honore Sanctæ Dei Genitricis fundatam.* A B

Herimannus I. & VVigfridus Archiepiſcopi Colon. dotant & nouo opere amplificãt.

Eundem terminum territorij Seueriniani Herimannus I. Colonienſ. Archiepiſcopus cognomento Pius, *totius Eccleſiæ defenſor probabilium hominum teſtimonio atque ſub banno firmauit*, & vt ex Archiuis ſermonẽ continuem, hæc Wigfridus profitetur: *Ego VVigfridus* inquit, *ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ ſcilicet indignus Archiepiſcopus, paſtorali cura impulſus ac diuinitus in viſionibus perſæpe præmonitus, in Monaſterio quod dominus meus ſcilicet Sanctus Chriſti Confeſſor Seuerinus ipſe à fundamentis erexit , & ſub honore ſanctorum Martyrum Cornelij & Cypriani dedicauit, Oratorium conſtruxi ac in quãtum potui in ipſius honorem ſpecialiter perornaui ad remedium animæ meæ , & omnium mihi ſibique ſecundum Deum procurandorum, quia nulla pars negligentia meorum anteceſſorum, ipſius templi dedicata erat ſibi, in cuius Oratorij dedicatione cum forte adeſſet ſub vera charitatis pignore Berengerus Verdunenſis Ciuitatis Epiſcopus , & religioſus Cameracenſis eccleſiæ Ioannes Epiſcopus, etiam vt ſupradictum eſt diuino monitu perterritus, Reliquias beatiſſimi Confeſſoris mutauimus de ſcrinio iam carie conſumpto, in ſcrinium vt tunc temporis humano ingenio melius potuit eſſe formatum. Aſt ego meiq; Coepiſcopi cordis cõpunctione attacti, quoniã* C

Ipſi S. Seuerino oratorium erectũ & dedicatũ.

NB ergo illo tempore non fuit Ioannes Epiſc. Cameraci.

Reliquiæ iterum eleuatæ.

Gloria Collegij Seueriniani.

Dos VVigfridi Archiep.

talem theſaurum corporis, tam Sanctiſſimi militis Chriſti , ac fratres tantæ religionis in eo loco inueni, quales in alio loco non habui, *prædictorum Confratrum aliorumque multorum Religioſorum virorum inſtinctu præmonitus , tam ſanctiſſimas priuſquam ſcrinio ſigillum imprimerem, dotaui Reliquias , & quaſdam res meæ proprietatis, pago in ipſo ſitas, ſcilicet in villa* Cunricha *dicta, id eſt fiſcalia manſa duo, cum vinea, quæ emi erga militem meum* Salagonem XXVI. *libris* argenti , & iterum in villa quæ dicitur D

*Beina

Beyna *II Seruilia manſa, ac in villa* Ziedenhouen *nominata vnum, qua III. erga militem* **Dthelhardum** *precariò acquiſiui Sancto Seuerino ac Fratribus ſibi tam inceſſanter famu-***ntibus** *contradidi Inſuper cum communi conſenſu tam Clericorum quam Laicorum dona-i de* **Eccleſiæ** *rebus ad ſuſtentandam inopiam illorum, eccleſiam ſub ipſius ſanctiſsimi Confeſ-***ſoris** *honore fundatam* Immendorp *dictam, quo melius proficiant in orationibus, perpetuali-ter poßidendam, cum omni termino ibi ad noſtrum opus habito, quo in Dei ſeruitio die noctu-que perſiſtant, abſque vllo victus impedimento &c.* *Seine.

Eccleſia S. Seuerini in Immendorp.

At ſub hęc integro poſt Wichfridum ſæculo nouis ædificationibus Seuerinianum Collegium eſt auctum. *Ego Herimannus* (aiunt tabulæ) *ſecundi Ottonis Imperatoris filiæ, ſcilicet Dominæ Mathildæ beatæ memoriæ filius, licet indignus ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Dei gratia Archiepiſcopus, paſtorali curâ admonitus Monaſterium ſanctiſsimi Confeſſoris Chriſti Seuerini, à Præpoſito* Sigeboldo *cum auxilio Anteceſſoru mei* Piligrimi *renouari inceptum perfeci, ideſt Oratorium cum cripta prout potui perornaui in cuius Monaſterij dedicatione Anno M.XLIII. indictione XI. & tertio regni iunioris Henrici Regis atque octauo Præſulatus mei* (hîc enumerationem dotis omitto, diplomata enim donationum dabit ſuo tempore Metropolis Colonienſis) *acta ſunt hæc publicè ante cornu ipſius altaris* *cum Romam ibi ante praibam VI. Idus Septemb. fœliciter Amen.*

Opus Hermanni nobilis Archiepiſc.

Herimannus deinde tertius Archiepiſcopus Colonienſis cognomento diues, quæ S. Seuerini hierothecæ inſcripta ſunt, præſtitit.

Opus Hermanni diuitis Archiepiſc.

C

Præſul præſentis Herimannus tertius Vrbis,
Res Patronorum cupiens augere ſuorum,
Oſſa Seuerini capſæ prius indita vili,
Splendidiore domo gemmis decorauit & auro,
Quem pro peccatis iuuet huius gratia Patris
Compenſans votum ſimul hoc laudabile donum.

Tandem anno 1394. nouæ turris maximæ fundamenta iacta ſunt ad occidentalem Eccleſiæ ingreſſum accedente ſumptu eleemoſynarum Wilhelmi Montium Ducis, cuius liberalitatem cum variæ tricæ retardarent, lenta ædificatione opus proceſſit, adeo vt non ante ann. 1411. illa moles dedicari potuerit, quo eodem anno conſecrata inſcribuntur altaria cryptæ, quæ propter nouas ſubſtructiones fornicum fuerant mota & violata.

Opus VVilhelmi Ducis Montium.

D Numerus Canonicorum hodie eſt XXX capitum cum Præpoſito & Decano &c. Vicarij decē ſunt, & duo Chori ſocij, cū choraulibus pueris, & eccleſiæ miniſtris &c

§. II. THESAVRVS SACER. Collegij, S. Seuerini.

I. Aurò argento & gemmis præſtans Sarcophagus, complectitur corpus S. SEVERINI, natione Aquitani, vitæ ſanctitate & eloquentiâ celeberrimi Vbiorum Antiſti-

S. Seuerin. 23. Octob.

Antiſtitis, qui in locum Euphratæ Arrianorum labe infecti, à Synodo Orthodoxũ A
I. & II. Germaniæ & Galliarum Epiſcoporum quarto Idus Maij poſt Conſulatum Decentij & Pauli circa annum 349. Æræ communis, legitimè ſuffectus, Arianam perfidiam longè lateque ſerpentem tempore Damaſi Pontificis à ſuis ſubditis profligauit, Baſilicam SS. Cornelij & Cypriani, quæ nunc S. Seuerini dicitur * An. 378. crexit, & in ea Clerum inſtituit. Deinde cum S. Martinus Turonenſis Epiſcopus anno iuxta æram com 396. minorem 395. Victorinam 400. anno videlicet Arcadij & Honorij ſecundo, moreretur audiuit, & diuinâ reuelatione cognouit animam ab angelis cęleſti harmoniâ pſallentibus ad beatas ſupernarum mentium ſedes deferri, quo ipſe ſecutus eſt intra anni circulum, vt volunt aliqui, melius tamen decenniũ ab alijs aſſeritur; dum videlicet diſperſis ouibus exularet, propter Wandalorum & B
Alanorum irruptionem, pridie Kal. Ian. *Coſſ Arcadio VI & Probo* Anno Æræ Chriſti 406. alijs 408. Dies mortis aſſignatur 23. Octobris, quę eundem translationis faciũt locus obitus apud *S.* Amandum Burdegalis, vnde Coloniam à Succeſſore B. Euergiſlo translatus triennalem ſiccitatem fœcundo imbre depulit, cuiuſmodi beneficia ſæpius præſtando, SANCTI PLVVIALIS, apud Vbios cognomen in miraculorum gratam recordationem obtinet; Idem fuit Vrbis Colonienſis propugnator & vindex contra nationes Gothicas, Nortmannos & Danos ſub ann. 882. quãdo memorabile dictu, nec Baſilicam eius incendere potuerant, nec propius ad eam accedere audebant, Eius & aliorum Sanctorum Reliquias huius Baſilicæ, Colo- C
nienſes hebdomariâ ſecundæ feriæ ſtatione toto anno viſitant, vbi & S. Leo III. Papa Paderbornam ad Carolum M. profectus, inſalutatis liminibus S. Seuerini tranſire non præſumpſit, pronuncians vetus illud pia Colonienſis confidentiæ diuerbium:

* 376.

NB Scaliger in animad. Euſeb. An. 395 Vide Greg. Turon. lib. 1. de S. Martini mirac. cap. 4.

S. Seuerinus dom i eſt &c.

Tumbam S. Seuerini multis adiectis gemmis nitori ſuo reſtituerant Theobaldus *Craſſel us* Aquiſgranenſis, quondam Colonienſis Pro-Epiſcopus Conradus *Vipperman* Decanus Hersbachius Sigilliſer & Conſiliarius Archiepiſcopalis. Vide de S. Seuerino Gregor. Turon. *de Glor. Confeſſ. cap.* 45.

S. Emerentiana 23. Ianuar. III. Herma argentea cõcludens caput *S. Emerantianæ V. & M.* collactaneæ S Agnetis, apud cuius ſepulchrum dũ adhuc Catechumena oraret ab Ethnicis lapidata eſt. D

IV. V. VI. Cruces precioſæ complectentes ſegmina *de ligno in quo Salus* mundi pependit, vna crucum iſtarum curata eſt anno M. CCC. LXXXVIII. à Iacobo *de Porcheto* Canonico S. Seueriniano, cuius nomen etiam inſcriptum eſt, tribus ſequentibus hiero hec s.

24 Auguſt. * VII. Argentea inaurata hierotheca oſtendens Reliquias *S. Bartholomei* Apoſtoli, qui pro Chriſto pellem ſibi paſſus eſt detrahi, vt æternam indueret gloriam.

10 Auguſt. VIII. Argentea inaurata monſtrantia complectens Reliquias magni Martyris *Laurentij* aſſati pro Chriſto, cuius Reliquias Carolus Magnus in Diœceſin Colonienſem intulit.

XI. Ar-

IX. Argentea inaurata hierotheca cum Reliquijs S. *Swiberti* Epiſcopi & Cõfeſ- *1. Martij.*
ſoris, qui inter tutelares Vbiorum in ſua, nunc Cæſaris Inſula nuncupata requieſcit, cuius inter diuos relatione nulla hactenus extat antiquior narratio, à S. Ludgero cõſcripta. non tamen hæc prima eſt apotheoſis, vti ex S. Cypriani & aliorum SS. ſcriptis conſtare poteſt. Relatus eſt autem inter Diuos à S. Leone III. Papa præſente S. Carolo M. Cæſare qui Seuerinianam Baſilicam non ſine munificentia viſitarunt.

X. Monſtrantia argentea auro illita, quam annis ab hinc trecentis curauit Ioannes Weiß Canonicus San-Seuerinianus, continentur eâ Reliquiæ Beatorum Eccle- *29. Iunij.*
ſiæ principum *Petri & Pauli* Apoſtolorum.

XI. Monſtrantia argentea inaurata, quæ inſcribitur : Orate pro Ioanne *Dunſt* continet Reliquias *SS. Primi & Feliciani* Martyrum, qui fuerunt *Ambo fœlices primi* *9. Iunij.*
virtutibus ambo Romæ in monte Cœlio collegij Germanici Eccleſia S. Stephani Rotunda dicta quieſcentes translati à Theodoro Papa, *Hi ſub Diocletiano & Maximiano Impp. glorioſi martyres longæuam in Domino vitam ducentes, & nunc ſimul pa‹s›ſi, nunc ſingulatim diuerſa & exquiſita perferentes tormenta, tandem fœlicis pugnæ curſum, à Promoto Præſide Nomentano gladio animaduerſi, conſummarunt.* Meminit etiam Surius die 6 Octobris in Actis S. Fidei duorum Germanorum fratrum *Primi & Fœliciani*, ſed hi ab illis ſunt diuerſi.

XII. Hierotheca argentea inaurata ſumptu Fabricæ & Ioannis *de Lennep* curata, in ea continentur Reliquiæ

De ligno Domini. ✻ De puluere ſepulchri S. Ioannis Euangeliſtæ. ✻
C Barbaræ Virginis. ✻ Syluestri Papę. ✻ ✻ Panthaleonis Mart. ✻ De loco in quo S. Anna peperit Virginem Mariam. ✻ De monte Oliueti. ✻ Gertrudis. ✻ De loco vbi Chriſtus ter orauit. ✻ De ſepulchro S. Catharinæ Virg. & M. ✻ Sebaſtiani Martyris. ✻ De præſepe Chriſti. ✻ De monte Caluariæ & ſtatione vbi Chriſtus flagellabatur. ✻ De S. Liborio Epiſcopo.

XIII. Argentea inaurata Monſtrantia S. Eraſmi venerationi facta à Fabrica Eccleſiæ, continet Reliquias

Eiuſdem S. Eraſmi ✻ S. Dorotheæ. ✻ S. Benedicti. ✻ S. Margaritæ.

XIV. Hierotheca argentea inaurata continet Reliquias

De S. Blaſio. ✻ S. Chriſtophori ſcapula. ✻ S. Gregorio Papa. ✻ S. Vincentio.
D ✻ S. Donato Epiſcopo & M. ✻ S. Bonifacio Martyre. ✻ S. Sebaſtiano. ✻ Loco vbi Virgo accepit ſalutationem Angelicam. ✻ S. Menna Mart. ✻ de S. Laurentio dentē.

XV. In argentea inaurata Hierotheca hæ reperiuntur Reliquiæ

S. Barbaræ. ✻ S. Margaritę. ✻ S. Dorotheę. ✻ S. Catharinę. ✻ S. Sebaſt. ✻ S. Georg.

XVI. In argentea inaurata Hierotheca Reliquiæ

De S. Marco. ✻ De ſanguine S. Stephani. ✻ De Brachio S. Margaritę. ✻ De loco vbi Chriſtus docuit orare Apoſtolos. ✻ De Brachio S. Laurentij. ✻ De Virga Moyſis. ✻ De Pelle S. Bartholomæi.

XVII. Magna inaurata Monſtrantia habens arma in aureo ſcuto nigrum can-

therium cum interſperſis tribus literam H. referentibus vncis, continet Reliquias de S. Seuerino fundatore Eccleſiæ. A

14. Septēb. XVIII. Magna iterum inaurata argentea Hierotheca complectitur partem Brachij S. Cornelij primi tutelaris huius Eccleſiæ in perſecutione Decij poſt exilij relegationem plumbatis cæſi & capite truncati.

30. Septemb. Item de S. Hieronymo presbytero & Eccleſiæ Doctore.

XIX. Hierotheca inſtar cornu argento reuincti, de SS. Cornelio & Cypriano a-

14. Septēb. lijſque beatis ciuibus Reliquias cōplectitur. Sunt deinde aliæ variæ in varijs arculis & vaſis Reliquiæ, quas ipſi ſacrorum Theſaurarij oſtendent. Addo in margine li-

Modus honorandi Coloniæ Reliquias. belli mei, ad præcipuas Reliquias diem feſtiuum in gratiam Æedituorum, conſueuerūt enim Vbij, in ipſis Beatorum ferijs inter cæreos accenſos Hierothecas exponere, in altari ſpectandas, ſub horarum Canonicarum penſo. Sed in hac Baſilica etiā qualibet ſecunda hebdomadæ feriā ſpectantur in maiori Arā ſupraſcriptę Reliquię. B

11. Nouemb. Dedicationis anniuerſarium diem agunt ipſo S. Martini Epiſcopi, cuius animam cum muſica ad cælos deferri S. Fundator audiuit

---

§. III. Monumenta.

Explicatio monumēti. Syluanus Bonitius Coloniæ cæſus. I. In media naui Baſilicæ ſub ingenti corona pauimentum marmore incruſtatum exhibet cornutum virum, ſicut Ethnici Syluanum Deum ſuum exprimebāt, hunc vero alius gladio cędit; ſuſpicor alludi ad cędem Syluani Bonitij qui tempore S. Seuerini Coloniæ in Chriſtianorū Ædem fugiens, interfectus eſt à ſubmiſſis percuſſoribus, teſte Ammiano Marcellino necis cōſcio & cooperatore; de qua hiſtoria memini lib. 1. Synt. 2. vel pag. 27. lit. D. Vel refert S. Seuerinum ſago & armis indutū C

S Seuerinus hoſtes arcet. Gothos ab Eccleſia ſua gladio arcentem Ann. 882. Eam enim gentem à galearum ſimilitudine cornutam fingebant: circumferuntur videlicet nummi in quibus & ipſius quondam Attilę Regis effigies cornuta exprimitur.

Corona ad S. Seuerinū. II. Illa quæ monumento dicto, imminet corona ad vſum lucernarum in magnis ſolemnitatibus, & altera Corona in Choro donum ſunt *Stanilonis* Diaconi, quę curioſè annotat Hermannus *de VVeſalia* in manuſcriptis. Sed carmina antiqua Leonina, quod nihil hiſtoricum contineant, prætermitto.

III. Candelabra, ante aram S. Crucis donum Arnoldi Præpoſiti D

Præſulis Annonis memor Arnoldus iunioris
Supplicat vt cœlis micet ipſe lucerna fidelis
Et precibus teneat quem Præpoſitum faciebat
Sit tibi concinus inter candelabra lucis
Pro queis corde pio miti dat & hoc Seuerino.

IV. In Crypta ſub maiore Choro ante Aram primariā B. M. V. Annunciatæ di-

Giſo Archiepiſc. catam, ſepulchrum eleuato nonnihil marmoreo ſaxo quadrato ad pedes conſtrictiore, continere dicitur *Giſonem Colonenſem Antiſtitem*, qui floruit Clodoueo III. & Hildeberto II. Francorum Regibus.

V. In

A V. In veſtibulo maioris chori, aſſurgit marmoreus Sarcophragus complectens oſſa *Annonis. I. Archiepiſcopi Colonienſis*, qui Septem præbendas iſtius Collegij inſtituit, non ferculatas, vti appellant, id eſt ſacerdotia quæ vetuſtiſſimis aliquibus cenſibus non perfruuntur æque atque illi, quos S. Seuerinus fundarat. Doctor Hermannus de Weſalia S. Seuerini olim Canonicus, in manuſcripto Chronico Colonienſi, ait ibidem conſeruari ex ſerico Caſulam donum Annonis primi. Necrologium eccleſiæ emortualem eius diem commemorat in prouigilio Dominicæ natiuitatis. 24. Decemb. Floruit An. 708. quo videtur interfuiſſe eleuationi S. Huberti. & An. 709. nam ipſe illo anno cum B. Plectrude honorificè excepit Coloniæ B. Suibertum, nec longe poſt moriens B. Plectrudi carus in paucis ingens ſui deſiderium, & ſedem Colonienſem Pharamundo ſucceſſori vacuam reliquit. Videtur vero cum B Pipino adulterante, aliquando portionem ſuam poſuiſſe Anno I. Archiepiſcopus, ſiquidem Leodienſes hiſtorici tradunt: ab Annone S. Lambertum perſecutiones paſſum ob veritatem, & indicto aliquot Epiſcoporum conuentu Annonem authorem fuiſſe depoſitionis S. Lamberti, quod delictum alienum expiatum eſſe docet ſancta amicitia inita cum B. Plectrude.

Anno I. Archiep.

VI. In porticu Eccleſiæ ſpectatur ſacellum S. Eraſmi, id ædificatum eſt vti antiquiſſimus MS. meus folio 173. & inſcriptio vetuſta docent: à B. Euuardo Leuita & Martyre ſed quis ille Sanctus Euuardus? Ego in æternæ vitæ libro notiorem, vt alia multa, arbitror, Porro Inſcriptio in marmore huiuſmodi ibidem habetur.

C

S. EVARDVS ME FECIT
QVICVNQVE
HVNC LOCVM
DESTRVERE VOLVER T
IRA DEI FERIATVR
* ET NEMLDGNS VL IACEAT

** Et æternæ maledictioni ſubiaceat.*

D VII. Sacellum S. Eraſmi continet ſepulchrum S. Teddonis ex illuſtri Saxonicâ origine Præpoſiti S. Seuerini quem anno Chriſti ..... B. Gero Colonienſis Archiepiſcopus ad Epiſcopatum Cammeracenſem euexit. Sed breui ipſum beatum virum euectionis ſuæ pœnituit, & curis alienæ ſalutis diſtractus quietem miſſam & S. Seuerini tutelaris ſui præſentiam deperditam fleuit, itaque Coloniam redijt Vbi correptus febre Obijt 28. Auguſti vti dicit Necrologium, 4. Septemb. vti aſſerunt MMS. de poſitus, vel vt aliqui dicunt 27. Sept. An. 970. Claruit à morte miraculis.

VIII. Marſilius S. Sebaſtiani ex Hetruria Epiſcopus hic incluſus rigoroſam ducit vitam, de qua legi poteſt Cæſarius Heiſterbac. lib. 7. cap. 50.

A

SYNTAGMA IV.

Collegiata S. CVNIBERTI.

§. I. De Cuniberti Collegio.

B



Opus S. Cuniberti.

QVæ nunc S. Cuniberti Conditoris nomine celebratur eccleſia cum Collegio, olim, S. Clementis titulo gaudebat, & quidem optima ratione & ex religione deprompta cauſa. Siquidem hoc loci Portus Romanus & ſtatio nauium fuit, cuius latus præſidio ſancti in mare demerſi & anchora ſua nautis fidelibus venerandi, communiri placuit. Initia, vt fere ſemper, exilia ex nautarum pietate conflata, S. Cunibertus magna incrementa adiecit, cum in eodem loco inſtituit congregationem clericorum, quorum numerus noſtra ætate ad Canonicorum capita 24. & 13. Vicariorum excreuit. Ampla illis prædia in Saxonia, atque in Rheni & Moſellæ diſtricta donauit. In Saxonia quidem Suſati oppidum Angariæ ex eleemoſyna Dagoberti Regis teſte Suſatienſi Tabulario. *Dagobertus filium ſuum Sigebertum Diuo Cuniberto inſtituendum commiſerat. Cum autem vir factus quodam tempore Sigebertus in Saxoniam à patre miſſus eſſet, ſuis de viribus deſperans, paterno auxilio tunc ſuperior factus, tantam in Saxones rebellantes cædem exercuit vt totam ſibi prouinciam ſubijceret. Quia vero S. Cunibertus in prælio ſe ſocium dederat, Soſatium cum villa populoſa in partem prædæ accepit, ea enim tempeſtate necdum erat ciuitas, ſed munitio fortis.*] hactenus tab. Suſat.

C



D

Dos S. Cuniberti Suſatum.

Cæteras S. Cuniberti eleemoſynas recenſet *Bertholdus Treuirenſis* Archiepiſcopus in diplomate anno 873. Indictione 7. 4. Cal. Octobris dato Coloniæ & ſubſcripto ab Epiſcopis quos *VVillibertus Colonienſis* Antiſtes, *rogauerat atque accerſierat, ob ſua Eccleſia vel domus dedicationem faciendam & ob plurima alia diuina & humana tractanda negotia:*] hoc inquam diplomate S. Cuniberti in Treuirenſi quondam eccleſia *nu-*

triti

A *triti & edocti atque Archidiaconatus officio ſublimati:*] donationes enumerat: *In VVellingon Eccleſiam cum Curte S. Cuniberto à Rege Dagoberto datã: & in Grallingen:* (NB. Crallonis nomen eſt familiare Maioribus S. Cuniberti) *Eccleſiam hæreditario iure ſibi relictam*, itemque poſſeſſiones & iura *in VVeuelon, Vrecchen, Cruuon, & in locis variis iuxta Moſellam, & iuxta Rhenum in Bobärdon, & peion & in OUerſpeion & Renſon, &c.* Sumpſit deinde Cunibertina baſilica increementum Auſtraſiorum Principum *Pipini & B. Plectrudu* munificentia, cum beatorum Evvaldorũ Corpora cœleſti face comitata ſponte ſua aduerſo flumine natantia huc appulerunt & Clero populoque præſente eleuata ſunt, vbi nunc æreus in choro puteus cum hac inſcriptione.

Opus ducũ Agrippinenſium.

B Appulit Evvaldos violento gurgite Rhenus
Quos lux alta vehit huc, vbi fons ſcaturit.

Etenim Procerum liberalitate tot torques & monilia oblata ſunt, vt eorum impenſa fluuio cœdere coacto, moderni chori acceſſio facta ſit: Verum ſub annum 999. *Euergerus Colonienſis Archiepiſcopus* locum inſigniter depilauit; aulæa, auream altaris tabulam, aliquot bibliothecæ plauſtra, marmorea pauimenta, vineas, prædia, villas, & eccleſias auferendo, atque alijs congregationibus, quin & militibus fiduciariè concedendo, quam iniuriam idem Euergerus diuinâ vltione viſceribus effuſis, & ſine peccatorum confeſſione moriens, luit. *Hermannus autem Pius & nobilis eius*

Detrimenta per Euergerũ Archiepiſcopum.

C *nominis. II. Archiepiſcopus* ex villis recuperauit *Suſatum* vſitato per id tempus & permiſſo duelli arbitrio coram S. Cuniberti Reliqnijs, ob huiuſmodi indictum certamen effoſſis, cætera reſtituit aut compenſauit. *S. Anno Archiepiſcopus* rogatu venerabilis ætate & ſapientia viri *Hadonis Cunibertinæ Eccleſiæ Præpoſiti* ſub anno. 1074. Quo eodem tempore S. Anno beatos fratres Evvaldos preſbyteros & Martyres nouo translationis honore coluit quia in anguſtias ſubitas illapſus ad SS. Cuniberti, Clementis & Evvaldorum interceſſionem & ſuffragia confugiens, ereptus fuerat, & omni timore inſidiarum & iniquorum conſiliorum periculo liberatus:] vti ex ipſius S. Annonis diplomate lectori patere poteſt. Huius periculi mentio eſt facta in

Hermannus II. Archiep. Suſatũ recipit.

Opus S. Annonis.

D 13. Vrbis Colon. clade.

Cæterum aut Annonis aut Hermanni Nobilis munificentia videtur S. Cunibertus Sarcophago argenteo honoratus eſſe, nec poſt effoſſionem ab Hermanno factam diu in marmoreo qui, pone maiorem aram, oſtenditur, loculo quieuiſſe, cum S. Annone vix per quinquennium defuncto, ad ignem miraculosè reſtringuendum corpus S. Cuniberti loculo portatili & procul dubio ſuperante marmoris excellentiam, in Metropolitanam Eccleſiam inſinuetur deportatum teſtantibus literis Sigeuuini Archiepiſcopi editis à Suriò ad 12. Nouembris diem, &c. Prætereo poſt hæc tempora impenſam huic eccleſiæ beneficentiam. *Friderici* primi, *Brunonis* ſecundi, *Arnoldi* vtriuſque, & *Philippi* primi, aliorumque Archiepiſcoporum Colonienſium; illud ſolum quod ad ſtructuram Eccleſiæ attinet, non omitto ex annalibus

Sarcephagus S. Cuniberti.

Opus Conradi Archiepiſcopi. bus, qui docent *Conradum ab Hochſteden Archiepiſcopum* Colon. ampliaſſe, reſtauraſſe, & denuo conſecraſſe & Poſtremò ſub ann: 1308. *VVichboldum Epiſcopum Culmenſem* Coloniæ exulantem, duas iuxta chorum inſignes turres cum pyramidibus adieciſſe, vti conſtat ex eo quod ſubijcitur A

Opus Culmenſis Epiſcopi.

MONVMENTO.

Anno Domini milleſimo trecenteſimo octauo hæc turris cum ſuo tecto perfecta eſt, & Capella cum ſuo altari, ad honorem beatiſſimæ Dei Genitricis Mariæ perpetuæ Virginis, Sanctarum Virginum & Martyrum Catharinæ, Agatæ, Luciæ, Agnetis, Cæciliæ, Margaritæ in ipſa turri patronæ, dotata & dedicata ipſo die S. Lucæ Euangeliſtæ, per venerabilem Patrem ac Dominum Wigboldum Dei gratia Epiſcopum Culmenſem, Cuius indulgentiæ ſunt duo anni & duæ quadragenæ, in quolibet Feſto Patronarum datæ, per Dominum Bonifacium Papam nonum omnibus verè pœnitentibus & confeſſis iuxta tenorem veræ Bullæ. B C

D

§. II. Theſaurus ſacer Eccleſiæ.

I. S. CVNIBERTI Sacrophagus argenteus, &c.

S. CVNIBERTVS Illuſtri Auſtraſiorum Ducum proſapia ortus, patrem habuit *Crallonem*, Matrem *Reginam*, quorum ditiones apud *Moſellam* fuerunt, pars vbi nunc *Veldentziorum comitum* Dominia; pars ad *Rhenum* ſupra *Confluentiam*; Indoles illi fuit elegans, & mores ſuauiſſimi in quibus cum diuina ſeſe immiſcuiſſet gratia, virtus & Natura in eo conformando, viſæ ſunt concertare. Adoleſcens inter Palatinos iuuenes adlectus, apud *Diuodurum Mediomatricorum* (hodie *Metas* vocant) quod

ea

A eâ ætate erat palatium *Auſtraſiæ* Regum. Ibi Regi cariſſimus euaſit, præcipuè tum
cum vel futuræ vitæ Claritatem, vel præſentis Sanctimoniam in ipſo portendiſſe
viſa eſt flamma caput ipſius inter Ephebos quieſcentis lambens, quamobrem Rex
qui portentum per noctem viderat, primo manè *Cunibertum* tam inſigni teſtimo-
nio à Deo comprobatum exoſculatus, breui in filium cooptauit. Regem hunc ple-
riq; *Dagobertum* vocant, leui vt reor, errore paucarum litterarum, quippe qui *Theo-
debertum* dicere debuerant, *Dagoberti* prædeceſſorem; habita ratione ætatis tum *Da-
goberti* tum *Cuniberti*, alijsq; documentis: ſed potius ſequamur Sanctum ex aula ad
Eccleſiam, è palatio ad Chorum, & *Metu Treuiros* ſpe melioris Regni adipiſcendi cõ-
cedentem, factum id eſt quando *Theodebertus* aut alius prior Auſtraſiæ Rex hæredes
B Regni eſt conſecutus, mundo igitur valere iuſſo *Auſtriacæ* domus progenitori ce-
dens Regnum terrenum, in cœleſtem creuit hæreditatem, Clericus ordinatus à *Sau-
pando* Treuirorum Archiepiſcopo, ſub eius diſciplina cæteris etiam ordinibus ini-
tiatus, ad Archidiaconi munus eſt euectus, in quo eam de ſe opinionem ac famam
excitauit multiplici virtutum ſuffragio, vt cum Anno Chriſti 612. *Remedius* Coloni-
enſis Antiſtes deceſſiſſet *Cunibertus* votis omniũ illi Eccleſiæ præficeretur conſecra- *Anno 612.*
tus VII. Cal. Octob. quo Anno *Dagoberti* VI iam Colonienſis Archiepiſcopus, vna
cum *Pipino* maiore domus ac *S. Arnulpho* Metenſi Epiſcopo, diplomati Dagobertino
ſubſcripſit, erat tunc *Dagobertus* cum Rex fieret non plurium quam XIX. annorum
vt vel inde liquere poſſit, non *Dagobertum* ſed alium fuiſſe Regem, qui *Cunibertum*
C ob Cœleſte oſtentum dilexit & adoptauit; ab eo tempore tertius morum præfe-
ctus nimirum præter S. Pipinum ac *S. Arnolphum* acceſſit *Dagoberti* Regiæ noſter *Cu-
nibertus*, Volente *Clotario* Francorum Rege, vt lubrica Regij iuuenis ætas hiſce Ma-
giſtris firmaretur, quippe qui XIX. ætatis annũ vix exceſſiſſet. etſi 16. ann. paternæ æ-
tatis natus fuiſſe diceretur. Regno accepto *Dagobertus* paci cũ ſuis ſtabiliendis operã
dedit, ſed *Saxones* Regis Adoleſcentiã contẽnentes ad arma breui venerunt, nõ aliter
ac ſi *Lotharius* omnem curam *Auſtraſij* regni abieciſſet Quapropter *Dagobertus* cum *MS. C. Lo-*
magno exercitu *Rhenum* tranſijt & ad certaminis locum exire non formidauit, tãtis, *uanienſes.*
quos ſibi pater præfecerat, ducibus, Magiſtris, populisque adeo animoſis & ampliſ
D ſub ſe militantibus, ſed *Dagobertus* ipſe in periculum venit, & exercitus eius vehemẽ-
ter attritus eſt, actumq; fuiſſet, niſi feſtinatis nuntijs *Lotharius* auxiliarem exercitum
adduxiſſet, qui vſque ad *Viſurgim* ſeu *VViſeram* progreſſus *Bertholdum* Saxonum du-
cem ferocientem vicit, & terram vniuerſam depopulatus eſt, nemini parcens niſi qui *MS. Hiſt.*
gladio ſuo breuior inuentus fuiſſet, vt tamen Saxonum animi promptius *Dagoberto* *Franc Col-*
ad hæreſcerent *Dagobertus Nanthildem* ſeu *Mathildem Saxonum* Principem, *Bertholdo* *legij Colon*
agnatã duxit in vxorẽ ex qua ei tum *Sigebertus* filius tũ filiæ inſignes videlicet *S. Irmi-
na, S. Athela* & *Rotrudis* ſanctimonia cõſpicuæ natæ fuerunt. Accidit autẽ interea *S. A-
mandum* Apoſtolicam adire ſedem, vt ab ea munitus cœleſti authoritate infidelibus
regnum Chriſti prædicaret. redibat is *Roma*, & in *Alſatiam* diuertebat Roma redux
ijs diebus, quibus Sigebertus erat natus. Ann. ſcilicet 620. Igitur hoſpes inuitatus *Anno 620.*

ad baptizandum, puerum Regium *Iſenburgi*, in caſtro *Rubeaquenſi*, baptiſmo initiauit menſe circiter Iulio, natum in Iunio. Inter baptiſma accidit aliquid tã inſolentia ſui memorabile, quam ad Ceremonias Catholici Baptiſmatis celebre, nimirum S. Amando recitante ſacras comprecationes, quæ Catholico ritu baptiſmo ſolent præmitti ad Catechumenos, cum nemo aſtantium reſponderet, Sigebertus infans XL. dierum articulatè reſpondet Amen, quod oſtentum mire & *Dagoberti* religionẽ & S. Amandi ſanctimoniam manifeſtauit, ritusq; Catholicos ſtabiliuit, & pueri ſanctimoniam poſtera vita ſecutã prænotauit, ac Dagobertum ita affecit vt in futurũ virtuti & veritati locum daturus, ad viros ſanctitate & doctrinæ præſtantia excellentes tenerius conuerſus, eos quotidie circum ſe verſari & officijs omnibus ambire voluerit. Et quia per eos dies quibus *Sigeberti* baptiſma celebrabatur *Ioannes Agreus Tungrenſium Epiſcopus* extremis propinquans, paulo poſt baptiſma videlicet VIII. Cal. Aug. deceſſit. *Dagobertus S. Amandum* cathedrę illi imponi voluit, qui fruſtra quęſitis effugijs VII. Cal. Nouemb. die Dominico eſt ordinatus à *SS. Cuniberto* & *Arnulpho* nec non *Modoaldo* Epiſcopis, inſigni tam conſecrantium quã conſecrati prærogatiua. *Amandus* tamen vltra trienniũ Cathedra illa ſedere noluit, ſed in partes *Flandriæ* & alias, progreſſus, nouus Apoſtolus, populos ad Chriſti cultũ inſtituit. Regnũ vero Auſtraſiæ *S. Cuniberto S. Arnulpho* ac *S. Pipino* veluti columnis incumbẽs latè efſloreſcere occepit, quo tempore S. noſter Epiſcopus in *Diuæ Vrſulæ* ſacris operans, cũ inter incenſa deſideria cognoſcendi quonam in loco ductricis SS. Virginum D. ſcil. *Vrſulæ* ſacrum Corpus reconditũ fuiſſet vt ad religionis augmentum populo poſſet proponi, cœlitus miſſa columba capiti celebrantis inſedit, indeq; prouolans, in locũ vbi nunc *S. Vrſulæ* monumentum ferreis clatris cinctum eſt, ſanctam iſtic loci quieſcere ſancto indicio monſtrauit; locus in quo S. Epiſcopus Sacrificans ſtetit maiorũ traditione fuit is, qui ante *S. Vrſulæ* Chorum, in ipſo gradu, ſemper fuit venerabilis, donec nupera inſtauratione templi, imprudentia fabrorum ex parte eſt diſſipatum altare Cunibertinum prorſus ſanctitate & vetuſtate viſendum monumentum, ſane eo loco ad noſtram ætatẽ ſub pulpito excelſo lectorum eoq; arcuato vetus extitit pictura exhibens S. Cuniberti ad aram operationẽ & Columbæ volatum quã ne vti accidit, ruina deleret, ex memoria, piæ memoriæ Nob. Dominus *ab Eſpelbach* ſuaſu *P. Philippi Bebij* Sacerdotis è Soc. Ieſu, inſtaurauit in tabula quæ nunc ex latere tẽpli ſiniſtro ſuſpenſa videtur. Comperto igitur ad eum modũ, Virginis conditorio ingens pietas & veneratio renouata eſt in *Colonienſium* animis, & ſolenni ritu Virginem ſanctam è veteri ſitu leuante ſancto Epiſcopo Martyrij toto nunc orbe celeberrimi memoria & cultus renouata fuerũt, quæ exinde ſæcularibus augmentis increuit, Deo nomina multarum Virginum, ex ea ſodalitate penitus ex hominũ ſcientia ablata, ſubinde reſtituente, vt fideles liquido agnoſcant, Deo curæ non ſolum animas & oſſa ſanctorũ, ſed etiam nomina, quibus inter viuentes inſigniti fuerunt.

Idem ſanctus *S. Clementis* Papæ ac Martyrij Colonię in Aquilonari parte Colonienſis Ciuitatis templũ excitauit, vbi olim portus erat, idque eo animo vt nautarum

A Coloniēſium pietas, inſigni patrono eorū, qui inter aquas periclitantur tanquā anchoræ firmæ adhæreſceret & retulit S. Epiſcopo Martyr gratiam, cū Eccleſiæ à *Cuniberto* excitatæ titulū poſtea Clemens ceſſit ipſi *Cuniberto*, ne, vti is voluerat, *Clemētū*; ſed *Cuniberti* nuncuparetur, ita Deus & ſancti conſpirant vt glorificantes ſe viciſſim glorificent, cum autem inter hæc opera ſanctum *Amandum Tungrorum Epiſcopū* Cœlitus iniectus animus vrgeret vt ad Flandrenſiū partes accederet authoritate *Lotharij* ac *Dagoberti* Regum nec non *Aicharij Nouiomenſis Epiſcopi*, vt ijs partibus lucem maiorē inferret, S. Noſter *Cunibertus* Tungrenſi diœceſi perſæpe abſente Epiſcopo intendere neceſſe habuit, adeo vt ſancto viro vniuerſa Regio inter *Moſam* imo *Scaldē* ac *Rhenum* interiecta curas multiplicaret, quæ curæ multo amplius auctæ ſunt, cum ſub annum Domini 622. quo Clotharius Rex annum XXXVIII. Regni agens, *Dagobertum* filium, iam pridem *Auſtraſiæ* Ducem ſeu Regem creatum arctioribus terminis regnare voluit,

Ex antiquitatibus. Marcianēſibus. pag. 468.

An. 622.

B ſibiq; *Auſtraſiani* regni amplam partem contribuit, nimirum omne id quod *Voſagus* & *Arduenna* ad occaſū habent, quæ res paulo poſt turbas magnas conciuit; ita vt iam ægrè *S. Cunibertus* Regium iuuenem moderaretur, iuſte iratum; eruperunt ſenſim iræ in mutuas offenſiones, nam An. 624. Rodoaldus tā potens quam nefararius homo, iudicio Procerum Regni Auſtraſiani ac Dagobeti puniendus, confugium fecit ad Clotharium patrem Dagoberti, à quo magis authoritate, quā gratia reſtitutus in integrum, nihilo ſecius vt primū in Regnum Auſtraſiæ redijt, eſt interemptus, ex quo alijsq; perfacilè eſt æſtimare, quantus labor exercuerit

An. 624.

C S. Cunibertum & S. Arnulphum Pipinumq́, vt filium & patrem Reges, potentiſſimis populis, ijsq; ab olim infenſiſſimis, imperantes in officijs mutuis continerent. Hi inter alia ſtudia etiam hoc ijs temporibus excogitarunt, vt ad firmiorē Regiorum animorum ſubditorumque concordiam Dagoberto vxor daretur ex Sereniſſimâ Lotharingicæ familię domo, nimirum neptis *Brunulphi Templatenſis Comitis*, qui alijs *Sigulphus* dicitur, & frater *S. Arnulphi* Metenſium Epiſcopi fuiſſe traditur, nomen ſponſæ *Gomatrudis* quæ erat ſoror Sichildæ Reginæ Clothario, nuptæ ex quo Charibertus Aquitaniæ Rex eſt natus, Nuptiæ apud Pa-



Origo domus Lotharingicæ.

D riſios celeberrimo conuentu Procerum celebratæ ſunt, ſed quod inuitamentum firmioris neceſſitudinis eſſe debuit, pene in irritamentum diſcordiarum degenerauit, nam die tertia tranſactis nuptijs Dagobertus Rex à patre ſuo poſtulauit, vt cuncta ad Auſtrſiaum regnum pertinentia, & hactenus à patre detenta nunc demum vel dotis nomine vel neceſſitudinis firmandæ gratia concederet. Tulit id ægerrimè Clotharius Pater, tandem tamen hæc lis deducta eſt ad XII. viros quorum vtpote Sapientiſſimorū Procerum arbitrio ea res expenderetur, ac cōponeretur; delecti ſunt tunc SS. Arnulphus, Cunibertus, & alij Epiſcopi, qui pro iure Dagoberti aduerſus patrē pronuntiarunt, itaq; *Auſtraſia* vniuerſa ſub *Dagoberti* poteſtatem venit ex qua ingēs ſanctitatis opinio; & de eorundem Epiſcoporum iuſtitia fides elucet, qui rem tam arduam ſolis ſen-

An.628. ſententijs conficere potuerunt, atque exinde pax certa & firma conſtitit inter Reges & vtraque Regna, ſed non multo poſt Anno nimirum Chriſtiano 628. *Clotharius* Rex Franc. Pater *Dagoberti* Regis, Regno potitus annis 45. moritur *Clypiaci*, IV. Cal. Octob. cui ſuccedit *Dagobertus* filius pridem Dux in parte & poſtea Rex *Auſtraſiæ* creatus, qui fratri ſuo *Chariberto Aquitaniæ* Regnum ex patris diſpoſitione permiſit, vti refert *App.Greg.Turon.c* 59 *&* 57. Ea tempeſtate duo confeſtim egit *Dagobertus* nouus Rex, nam *Seruatium* & *Paternum* legatos miſit more Maiorum ad Imperatorem Romæ: qui tunc erat *Heraclius*, videlicet pro pace amicitiaque, & Dagoberto curante ſynodus XL. Epiſcoporum præſidente *Sonnatio Archiepiſcopo Rhemorũ*, A

Arnulphus. Rhemis eſt celebrata, cui & *Cunibertus Colon* & *Lupoaldus Moguntinus*, & *S. Arnulphus Metẽſis* Epiſcopi interfuêre, ſed *Arnulphus* câ ipsâ ſynodo aut paulo poſt ſeſe Eccleſiæ cura abdicans ad animæ ſuæ vnius curam ſe conuertit; præuidens fortaſſe *Dagobertum* patris metu liberatum in libertatem maiorem quam ipſe ferre aut ſiſtere poſſet, ruiturum, ita factum eſt vt *S. Cuniberto*, antea communione duorũ, onus incumberet ſoli, videlicet Regem altius euectum libertate maiore præditum latiusque multo regnantem ſuſtentare ac fulcire, quem antea anguſtioribus terminis, ſub Patris vigili inſpectione regnantem, difficulter ſatisfuerant moderati duo Eccleſiaſtici ordinis, & alter ſæcularis ordinis viri, *Pipinus* Dux cognomento *Landenſis*, Porro quod *S. Arnulphus* vt peritus Nauarchus periculum proſpexerat, id breui euenit, nam Dagobertus eodem Anno obiens noui Regni quod à patre adierat, partes, videlicet *Burgundiæ* Ciuitates, magna quidem iuſtitiæ laude famam ſibi conciliauit, moderatore *S. Cuniberto* Epiſcopo & *Pipino* maiore domus, ſed intemperantiæ fœdè eſt lapſus; ſiquidem *Pariſios* hibernatum ſecedens *Gommatrudem* Reginam legitimam *Romiliaco* villa abdicauit, & *Nanthildem* puellam de monaſterio accipiens, eius loco ſublimauit. (vt alter *Aſſuerus Eſtherem*, ſed non pari iure) de qua etiam intra annum filium *Sygobertum* ſuſcepit ei cognominem quem ex *Nanthilde Saxonica* pridem ſuſceperat. Sed amplius eſt prolapſus Rex Dagobertus nam Auſtraſiæ regnũ iuſtitias faciendo obiuit 629. & vti præcedenti Ann. Nanthildem, ita hoc Ann. *Ragintrudem* puellam ſuper induxit, etiam *VVulfiugundem*, & *Berthildem*, præter alias ex quibus tres præcipuo loco habitas Reginarum honore ſublimauit, cæteras concubinarum loco cenſebat. Quibuscum intemperantiſſimus Rex *Nepotici* deſidebat. Acceſſit his priuatis criminibus, aliud publicè noxium ſcelus, nimirum peruerſa bonorum Eccleſiaſticorum in commendas conceſſio & vſurpatio, quo vitijs & vitiorum Magiſtris ſatis daretur: Veruntamen non diu valuit tanta labes regni aduerſus ſanctiſſimos Magiſtros, *Cunibertum*, ac *Pipinum*, qui opinione citius à Deo ac SStis opportunam vitæ licentioris correctionem diuinitus & humanitus impetrauerunt. vti paulo poſt declarabitur. Dolebant his maxime *Auſtraſij*, ſanctum vero *Cunibertum* etiam angebant, qui Cum *Pipino Landenſi* communicatis frequenter conſilijs, modos & vias omnes emendandi Regis inquirebat; ac primum quidem id egit, vt quam plurimas Rex Eccle-

A Eccleſijs alijsque pauperibus maxime Dei ſeruis largiretur eleemoſynas, quæ ipſius loco deprecarentur apud altiſſimum veniam tot malis & gratiam, deinde etiam alias rationes Ciuiles veluti machinas adhibuit, nam per *Pipinum* maiorem domus *Auſtraſiorum*, ob potentiam gentis metuendorum, ex ſcandalis odia auerſionemque à Rege inſinuari curauit qui dexteritate magna, animo, habitu, & voce triſti quæſtus eſt Regi, ſe in periculo vitæ verſari, quod Regem hiſce malis non eximat; ſe immerentē Regijs criminibus ſine culpa implicari, interim neſcire quid furentib' reſpondere poſſet, neque enim ſe audere culpas Regis defendere apud populares ſua naturâ honeſtatis præ alijs gentibus amantes, neque fateri ſe inuito ea omnia geri, orare igitur obnixiſſimè vt & ſuæ & propriæ ſaluti Rex proſpiciat. his alijsque religioſiſſimis ſtrategematibus *S. Cunibertus* per *Pipinum* aggreſſus eſt Regis intemperantiam,

B ac tandem etiam quæ Dei eſt clementia, & SS. eius induſtria ſubuertit vel minuit, nam *Dagoberto* viſio diuinitus oblata eſt quę ei veternum excuſſit, vti ipſe non ſemel litteris Regijs teſtatum fecit. Ego ſummatim dicam: Raptus ad horrendum ſeueriſſimi iudicij tribunal, à Dei parente Virg. quæ ſolebe alias miſerorũ Aſylũ humaniq; generis medela eſſe ſolet, tũ à S. Michaele cœlitũ Principe ad hæc Apoſt. Principibus, Petro ac Paulo, cæteriſque Sanctis quorũ templa maximè temerauerat, violatæ ſanctitatis, & iniuriarum illatarum acerbiſſimè accuſabatur; inde per viſum pertrahitur in tartarea loca, vbi ſe torquendum grauiſſimis cruciatibus, atque in ardentes flammas, quæ flagitioſè viuentes poſt hanc vitam manent, conijciendum iuſtiſſimi *Iodocus Coccius in Dagoberto pag. 108.*

C vindicis ſententia cognoſcit; cumque hoc rerum articulo, ſubito quodam horrore æſtuantem Regis animum facti pœnitentia ſubiſſet, vt dolenter ſuam inciperet damnare leuitatem, & quod antea toties reliquerat, amare conſilium, dum fulmineus enſem in caput *Dagoberti S. Michael*, vindex ſcelerum deuibrat; ecce tibi iam olim expertæ tutelæ fidum Patronum, Dionyſium, clientis miſeratione ictum, qui ob iudicis ora genibus nixus veniam precatus, & emendatioris vitę ſponſione interpoſita, è ſomno reducem vita veniaque donatum, ad ſaniora conſilia reſeruari obtinuit. Quæ res tantam Regi ſolicitudinem metumque iniecit, vt præterita mala corrigere, & impendio caſtigatioris diſciplinę rationē ordiri ſatageret. Pellicum igitur grege procul amandato, poſt *Gomantrudæ* vt quidam arbitratur obitum, *Ragnetrudem* ex-

D cellenti virtute & forma fœminam legitimo ſibi thoro ſociauit, neque vero ſolum libidines matrimonij ſanctitate correxit, ſed etiam bonorum Eccleſiaſticorum reſtitutione & in exilium eiectorum reuocatione numen placare, aggreſſus eſt Dagobertus. Ea tempeſtate inter alia dona S *Cunibertus* Eccleſię ſuæ acquiſiuit *Suſatum*, quod oppidum cum bonis ex paterna hæreditate ſibi relictis Eccleſiæ Colonienſi cum primo gladij iure tranſcripſit, & Regis emendatâ vitâ ſecurior remotiorque ab omni anxietate ouium ſuarum proprięque ſaluti impoſterum incubuit, & pro remedio animę ſuæ quam plurima piè inſtituit; inter quas imprimis autumant nonnulli pro duodecim decrepitis ſenibus fraternitatem *Hoſpitalis S. Margaritæ* fundatam, & quod ex archiuo conſtat, in auxilium animarum vita defunctarum XII. Iu- *Suſati acquiſitio. Pia Fundationes.*

Nn 3 gentium

gentium pauperum aliud *Hoſpitale iuxta Eccleſiam* S *Lupi* inſtituit, quibus illud eſt pro eleemoſynæ ſtipendio officij, vt Epiſcoporum cadauera, donec humo mandarentur, religioſis munirent Vigilijs, feretro ſex talentorum (verba ſunt diplomatis S.*Cuniberti* & puto, quod velit dicere ſex pondo) candelam apponerent Dominicis, Eſurialibusque Quadragenarijs diebus, in defunctorum ſubſidium diuinis *in Monaſterio B.Petri* (eſt Metropolitana) intereſſent Sacrificijs. A

App.Hiſt. Franc., 632. Aliam deinceps materiam meritorum cumulandorum Deus obiecit ſancto noſtro Pontifici, ſiquidem Anno XI.Regni ſui Dagobertus Rex permotus *VVinidorum* incurſu in *Thuringiam* aliasque *Auſtraſiæ* partes, vt eorum incurſiones ac vaſtationes perpetuo obice frænaret *Metas* venit & cum conſilio procerum ſuorum & Pontificum, omnibus Primatibus regni conſentientibus *Sigobertum* filium in *Auſtraſiæ* Regnum ſublimauit, ſedemque Regni Metis habere permiſit, *Cunibertum* vero Coloniæ Vrbis Pontificem & *Adalgyſilum* Ducem palatij ad regnum gubernandum inſtituit, vt ea ratione Auſtraſij ad limites regni defendendos acrius animarentur, quod vti *Dagobertus* animo deſignauit, euenit, adnitente omni vi & Conſilio Epiſcopo noſtro & Duce, vt Barbari vi ac Conſilio à Chriſtianorum finibus, arcerentur, quanta vero & negotiorum moles, & curarum pondus tunc humeris ſancti Viri incubuerit, quando & *Boiariam* & *Franciam* orientalem, & *Thuringiam* & eam terram omnem quæ ab Alpibus ad mare ſecundum Rheni fluenta, porrigitur curare, cum ipſo Rege iuuene, debuit, facile æſtimari poteſt, à mediocriter perito negotiorum, quam vero exacte cuncta regni negotia curarit idem Sanctus Epiſcopus ex eo intelligitur, quod non contentus Regis ſui negotia, iura, & Regnum paternis literis & præceptionibus eſſe firmata, ſequenti anno ſcilicet XII.Dagoberti vna cum alijs *Auſtraſij* Regni Proceribus egerit & perfecerit, vt in Regno *Franciæ* aliquis filiorum Dagoberti deſignaretur Rex, vti in *Auſtraſiæ* Regno iam deſignatus erat, viuo patre *Sigebertus*, vt ea ratione & ſuo Regi tutum Regnum, & vtrique Regno pacem firmiſſimam ſanciret. B C

App.Hiſt. Franc.c.75. Itaque ſine mora *Clodoueus* de Nanthilde natus admonitione & conſilio Auſtraſiorum in Regnum euehitur & per pactionis vinculum cum *Sigiberto* fratre firmatur, quod *Auſtraſij* omnes primarij Pontifices cæterique Leudes *Sigeberti*, manibus ſuper ſacra poſitis firmarunt. D

Porro ipſe *Dagobertus* pater vtriusque Regis, medius inter vtroſque regnauit, retenta ſibi tum *Burgundia* ac *Neptrico* de parte regni *Clodoueo* ceſſura, tum Auſtraſiæ parte, de regno Sigeberti quæ poſt mortem patris ad filios Reges partito redirent. Ægre quidem tunc tulit S.*Cunibertus* &c. Auſtraſiæ primores, Regi ſuo *Sigeberto Burgundiam* ac *Neptricum* præreptum *Clodoueo* attribui, quando tamen ita *Dagoberto* viſum fuit, & pactionibus compoſitum fuerat, annitente S.noſtro inuiolatum ius *Clodoueo* permanſit, quoad *Cunibertus* vixit, etiam defuncto Dagoberto Regum patre, qui 16.anno Regni ſui profluuio ventris ad S.Dionyſium 19.Ian.obijt. Etſi enim defuncto Dagoberto *Pipinus* maior domus & cæteri Duces Auſtraſianorum,

An. Chriſti 645.
App.Hiſt. Franc. 86.

qui

A qui hactenus metu *Dagoberti* ſe à factionibus continuerant, eo amoto conſpirationem vnanimem molirentur, quo pars Regni à Dagoberto poſſeſſa ad *Sigebertum* & Auſtraſiæ regnum attraheretur, tamen *Cunibertus* noſter potens amicitia tum veteri tum nuper arctiſſime firmata apud Pipinum, egit perfecitque, vt omnes Leudes Auſtraſianorum prudenter & cum dulcedine vtrique ad ſe attrahentes, eoſque benigne gubernantes omnem rerum nouandarum occaſionem præciderent, & tam in ſui Regis fide, quam in fœdere cum *Clodoueo* ſanctè ſeruando continerent. In eam rem illud etiam vtile viſum fuit S. *Cuniberto* & *Pipino* authoribus, vt per Legatos debita *Sigeberto* pars theſaurorum à patre relictorum peteretur à *Nanthilde* Regina & *Clodoueo* Rege. Igitur diſcurrentibus Legatis, inſtitui-
B tur vt pars Theſaurorum debita *Sigeberto* placite reddatur, quod factum eſt ipſo S.*Cuniberto* Vrbis Colon. Pontifice cum *Pipino* maiore domus ad eam rem *Compendium* vſque profectis cum aliquot ex Auſtria primatibus, vbi eis, vti conuentum fuerat, iubente *Nanthilde* Regina & *Clodoueo*. inſtantia *Æganis* (qui tunc in Francia maior domus erat, & virtute ipſi *Pipino* par florebat) præſentatur & æqua lance diuiditur. Theſauros ad hunc modum acceptos *Cunibertus* & *Pipinus* confeſtim *Metim* faciunt perduci & *Sigeberto* præſentari ac deſcribi, atque hunc in modum egregie pax & concordia inter Reges & eorum ſubditos S. *Cuniberti* induſtria conſeruata ſtetit. Vix annus exactus erat in hoc rerum pacato ſtatu, cum *Pipinus* maior domus, *Ann.646.* magno S. noſtri incommodo decedit ad 21. Februarij Anno tertio, ex quo *Clodoueus* & *Sigebertus* poſt patrem regnare cæperant, id tamen malum aliqua parte dimi-
C nutum eſt *Grimoaldo* filio Pipini, & æmulo paternarum virtutum in locum patris ſurrogato, qui & ipſe locum illum ſine S.*Cuniberti* opera non accepit. nam *Otto* quidem filius *Ottonis* Domeſtici, qui baiulus *Sigeberti* ab adoleſcentia fuerat, contra *Grimoaldum* ſuperbia tumens & zelum ducens, cum *Grimoaldum* deſpicere conaretur, *Grimoaldus* cum *Cuniberto* Pontifice ſe in amicitiam conſtringens, *Ottonem* de palatio eiecit & ſecurus exinde gradum patris obtinuit per inferiorem Germaniam, quem *Adalgyſilus* ſeu *Angiſus* per ſuperiorem Germaniam obtinebat, quorum concordia egregie regnum Sigeberti fuit ſtabilitum. Ab eo tempore fere ſex anni vitæ ſupererant S. *Cuniberto*, qui ei omnino opportuni fuerunt, ad commeatum æternæ vitæ parandum, rebus tum priuatim tum publice bene geſtis, in quibus cenſeri de-
D bent conſilia ad fundationes, dotationesque pias eccleſiarum Regi, atque Ducibus præbita, ex quibus non videtur ſilendum quod eodem *Cuniberto* authore, S. Petro, deinde S.*Irminæ* Monaſterijs Treuiris proſpectum eſt, vt quæ *Dagobertus* Rex in vita conceſſerat, & nondum literarum regalium ſubſcriptione morte intercedente fuerant communita *Grimoaldi* ſubſcriptione roborarentur. Anno D.XLVI. Incarnationis Dominicę Indictione IV. VII. Kal. Septemb. Anno Regni Sigeberti II. terminate, & 3. inchoato. Ad hunc modum tranſactis præclare XL. in Epiſcopatu annis *Ann.652.* glorioſus Pontifex ad cæleſtia præmia euocatus, terrena negotia depoſuit ad pridie Idus Nouembris circa An.652. poſt cuius mortem, in *Auſtraſia* res retro labi ac corruere

ruere viſæ ſunt , qua ruina etiam ipſum *Franciæ* Regnum breui conſumptum , ad *Pipinos* fuit deuolutum vna cum Auſtraſiæ regno, ſublata familia *Merouingorum* qui annis trecentis vtrumque tenuerant. *Finis Vitæ S.Cuniberti.* A

II. Loculus precioſus cōplectens corpora SS.*Evvaldorum* Martyrum (3.Octob.) Hi ex inſula Britannica fratres pro capillorum variante colore vnus albus alter dictus niger; Bructeris, Saxonibus & alijs transRhenum gentibus ſub ann. æræ communis 690. Chriſtum prædicarunt, eorum celebris memoria manſit in diœceſi Monaſterienſi iuxta vicum Laer, in *Campo* dicto *Sanctorum* ab eorundem inhabitatione; & miraculis: quippe vbi fontem hoſpiti pauperculæ excitarunt. In Montenſi etiam Ducatu celeberrimè coluntur in *Croneburgico* oppidulo: ſed vixdum fidei facem terris illis intulerant, cum circa *Tremoniam* cæſi , in loco qui *Mortmuhl*. id eſt morticinij molendinum appellatur , & in *Imſcharam* fluuium proiecti inde illati B Rheno miraculosè aduerſo amne vel *amne refluo* (inquit vita S Annonis lib. 1. c. 37.) cum prodigioſo lumine Coloniam adnatarunt, vbi à *B. Tilmanno* collega ſuo diuinâ reuelatione agniti, per *Pipinum* & *B. Plectrudem* atque Clerum & populum Agrippinenſem ſunt honorifice excepti eo loco quem in choro puteus deſignat. Eorum capita ſeu Sacri vertices olim Monaſterienſibus donati ſunt. Sanctus Anno II. Archiepiſcopus Colonienſis eoſdem nouo eleuationis honore affecit quinto nonas Octob. Anno 1674. Tunc videntur hi Sancti ſingulos & diſcretos loculos habuiſſe, nam S. Anno mortuus dicitur lib 3. vitæ cap 15. *inter duos Evvaldos medius collocatus* eodem Sarcophago includuntur, ex dono gentis *Lindiariæ* vt docent arma in Sarcophago. C

CARMEN LEONINVM VETVS DE SS. EWALDIS.

Lætificent Evvaldorum nos feſta duorum,
Vnius moris ſunt diſſimiliſque coloris,
Vna truncati pariter ſunt glorificati,
Poſt Rheni partes ſed non per remigis artes
Corpora conſcendunt, & ad Vrbis mœnia tendunt
Non flatu venti fit laus, honor Omnipotenti
Qui ſibi coniunctis per amorem præſtat honorem.

III. Loculus ad dextram S. Cuniberti depoſitus, Sanctorum Maurorum Reliquias aſſeruat. D

IV Ad ſiniſtram iuxta loculum Sanctorum Ewaldorum Sarcophagus, repletur Vrſulanæ ſocietatis Reliquijs.

Cæterum Theſaurum Sacrum Baſilicæ Cunibertinæ accipe Lector ſicut in tabulâ ibidem ſuſpenſa & typo vulgatâ exhibetur. nimirum

V. *Magna & notabilis pars de ligno S. Crucis, per ignem probata. Item parua particula eiuſdem S. Crucis. De ſepulchro Domini. De Columna. De ſpongia. De capillis glorioſæ Virginis Mariæ. De veſte eiuſdem. Dens S. Ioannis Baptiſtæ. De veſte eiuſdem.*

VI. DE

A VI. DE APOSTOLIS. *De S. Petro. de S. Paulo. de S. Andrea. Notabilis pars de S. Bartholomeo. de S. Matthia. de S. Thoma. de S. Iacobo minore. de S. Barnaba, de SS. Marco & Luca Euangeliſtis.*

VII. DE MARTYRIBVS. *De SS. Evvaldis patronis. de S. Stephano Protomartyre & de lapidibus quibus lapidatus fuit. Brachium S. Clementis Papæ & martyris etiam Patroni. Brachium S. Anaſtaſij martyris. Pars Brachij S. Georgij militis & martyris. de S. Laurentio. de S. Romano. digitus pedis S. Chriſtophori. Caput S. Stephani Papæ & Martyris. dens S. Sebaſtiani militis & martyris. de S. Valerio & ſocijs ſuis. de S. Candido Martyre & ſocietate Thebæorum martyrum. Item de eiſdem Thebæis Martyribus. de S. Dionyſio. de ſocietate S. Victoris. de S. Alexandro Papa & Martyre. de S. Eraſmo.*
B *Dens ſancti Lamberti. de S. Mauritio. de S. Thoma Cantuarienſ. Epiſcopo & Martyre. de S. Bonifacio. de ſanctis Coſma & Damiano. de S. Panthaleone. de S. Ermolao. de ſanctis Cornelio & Cypriano. de S. Sixto. de S. Calixto Papa & Martyre. de Innocentibus. de S. Oſvvaldo Rege & martyre. de S. Honorato. de S. Cyriaco, ex ſocietate ſanctarum vndecim millium Virginum. de S. Florino. de S. Leandro. de S. Tiburtio ex ſocietate SS. vndecim millium Virginum.*

VIII. DE CONFESSORIBVS. *Brachium S. Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris. de S. Hieronymo presbytero. de S. Gregorio Papa. Calix & Stola S. Cuniberti Patroni. Barba S. Antonij monachi & Eremitæ & de panno in quo reuoluta erat eadem barba. de S. Ægidio Abbate. de S. Hereberto. de S. Seuerino Archiepiſcopo Colonien. de S. Auguſtino.*
C *de Veſte S. Bernardi Abbatis. de S. Vitono Confeſſore. de Cingulo S. Ioſeph nutritoris Domini. de S. Heremito. de S. Andrea Confeſſore. de S. Simeone iuſto.*

IX. DE VIRGINIBVS. *Articulus Sanctæ Catharinæ Virginis & martyris ex quo mel & oleum emanarunt notabiliter. Digitus ſiniſtri pedis eiuſdem. Scapula cum neruo de S. Barbara Virgine & Martyre. de S. Anna matre glorioſiſſimæ Virginis Mariæ. de Coſta & alijs Reliquiis S. Agnetis. de S. Margaretha. de S. Agatha. Dens S. Mariæ Magdalenæ, & de capillis eiuſdem. de S. Lucia. de S. Odilia. de S. Iuliana Martyre. de S. Praxede. de S. Cæcilia. de S. Apollonia. de S. Maria Ægyptiaca. de S. Flumentina. de S. Criſtina. de S. Liriſma. de S. Florentina. de S. Elygiata. de S. Odilia ſorore S. Eulaliæ.*

Item quamplurima alia honoranda capita ex ſocietate ſanctarum vndecim
D millium Virginum ibi videnda ſunt.]

Notatio

De Barba S. Antonij.

INter enumeratas Sanctorum Reliquias Barba S. Antonij Criſtallo & Monſtrantiâ precioſa incluſa, in annuâ huius Eccleſiæ Theophoriâ cum cæteris Sanctorũ lipſanis Chriſto triumphatori præfertur, & quam primum Vrſulani agri limites exeuntur, ſpectante populo copioſum ſudorem & aquam emittit, quo prodigio

quid numen velit compertum non habeo, ſuſpicari variè & piè licebit, veluti Deum
teſtatam facere Sancti huius virtutem, ſanctimoniam agri Vrſulani, aliaque, nec mi- A
rum Chriſtianos etiam detrimenta corporum à Sanctis accepta in honore habere
& in ijs quaſi ætatem Deo conſecratam obſeruare, cum teſte Suetonio de Nerone.
Barbam primam is poſuerit, conditamq́, in auream pixidem & precioſiſſimis margaritis ad-
ornatam Capitolio conſecrarit, quo loco Iuſtus Lipſius, non quidem falſo, ſed ſuperfluè
Capitolinum Iouem legi iubet ex Dione, quaſi Capitolio conſecratum, non ſit Ca-
pitolino Ioui ſacrum, ſed de hoc alij, Ego, reliquique Catholici mecum meliorem
Nerone authorem habemus æſtimandorum in ſanctis pilorum, Deum ſcilicet qui
*Matth.*10.30.& *Luca* 12.7. Capillos capitum Apoſtolicorum numerauit, & *Luc.*21. ca-
pillum de capite eorum non periturum promiſit. & Dei ſequacem Apoſtolum qui B
*Act.*27.35. omnium in naui ſecum vectorum capillos ſeruauit, donante ſibi id mu-
nus Chriſto per orationem.

§. III. Feſta.

I. Dedicationis Eccleſiæ Dominicâ ante Feſtum S. Michaelis.
II. SS. Evvaldorum 3. Octob.
III. S Cuniberti 12. Nouemb.

SYNTAGMA V. C

Valdè inſignis S. ANDREAE Eccleſia Collegiata.

§. I. De initijs & progreſſibus huius Eccleſiæ.



OLim Eccleſiam B. Matthæi in foſſa veteris Vrbis Colonienſis appellatam comperio, quæ nunc Diui Andreæ nuncupatur ex quo à Williberto Archiepiſcopo auguſtius, & planè ad modum ſummæ ædis Oſnabrugenſis eſt extructa, quamobrem veriſimilis eorum opinio videri poterit, qui eundem Wilibertum in hac Baſilica ſepultum dicunt. D Origo huius Eccleſiæ peruetuſta ab aduentu B. Materni primi Antiſtitis repeti debet, is enim Vrbis aditu, vt S. Barnabas Mediolano & alij alijs Coloniis excluſi, ob nefanda iuramenta & Sacrificia in portis præſtanda, Oratorium in Chriſti & Deiparç honorem conſtruxiſſe traditur; extra muros inter ſtatiua Romana & Portum ad caſtrenſe forum: Argumento eſt ipſa loci in vulgus appellatio, quæ ad

Opus S. Materni.

anti-

A antiquum Dominicum Germanis nuncupatur, & ad S.Matthiæ. Porro fuiſſe hoc loco vbi Andreana Baſilica conſtructa eſt, aliam veterem molem magnæ etiam Baſilicæ ſtructuræque, docent intra Andreanam immunitatem veſtigia ſubſtructionum & fundamentorum, quæ paſſim à fodientibus deteguntur. Nolim hic accuratius inquirere illone loco quem nunc S.Matthiæ ſacrum ſacellum occupat, an fundo Sancti Andreæ S.Maternus Sedem fixerit, quando ſolum intericta platea Regia diſcriminantur. Et tam facile vtrumque viæ latus potuerint occupare Chriſtiani, quam nunc PP. Societatis IESV ibidem vtrumque latus plateæ, & templo & Collegio occuparunt. Mihi probabile fit initio tenuibus principijs ad latus vnum, inde auctis breui rebus ad alterum poſſidendum tranſiſſe. Illud etiam non minus
B probabile S.Matthiæ vnum, alterum vero vici latus S.Matthæo Sacrum extitiſſe, tã diu donec à Wiliberto in S.Andreæ honorem, locus eſt conſecratus, tum ob viciniam fratris S. Petri, tum ad ambiguitatem vocum in Vrbe vitandam, quando S. Matthæo Sacellum erat erectum.

Quod igitur Baſilicæ Andreanæ conſtructio Williberto adſcribitur, nõ aliunde ſane eſt profectũ quã propter reſtaurationem & incrementa grandia Eccleſiæ ab eo adiecta, in quibus merito numeratur ſanctimonialium Collegiũ, quas deinde iuſtis motus rationibus B.Bruno Magnus Agrippinenſis Archiepiſcopus Henrici Aucupis filius tranſtulit in villæ Regiæ à Carolo Magno fundatum Monaſterium (vulgò Königsdorff) ſubſtitutis in earum locum Canonicis, quam ob cauſam etiam Chronicon Larricheimenſe, conſtructionem Andreanæ Baſilicæ, B. Brunoni adſcribit,
C quamuis *Bruno*, quod in votis quidem habebat, colophonem operi non impoſuerit, ſed *B.Gero*, liquet id ex ſequenti vetuſtiſſima epigraphe: *Opus B. VVilibertі.* *Opus B. Brunonis.* *Opus B. Geronis.*

Anno Dominicæ Incarnat. DCCCCLXXIV. indictione ſecundâ, quinto nonas Maij dedicata eſt hæc domus Domini à Gerone Reuerendiſſimo Archiepiſcopo, in honorem S. Andreæ Apoſtoli
D & omnium Apoſtolorum Chriſti &c.

Claret opus Domini quod vouit condere BRVNO
Andreæ meritis hunc IESV ſuſcipe cœlis
Te Iohanne petit, purum qui viuere nouit
Præſul in hoc ſancto pollens per plurima GERO.

Sedente deinde S.Engelberto Archiepiſcopo Colonienſi noua turris extructa

 eſt,

Clades Baſilicæ S. Andreæ. eſt, nam veterem anno 1220. in vigilia S. Matthiæ Apoſtoli, cum diriſſima hyems ſæuiret, cœleſtis ignis abſumpſerat, teſte Cæſario *lib.* 10. *c.* 27. A

Opus tempore Theodorici de Morſa. Anno vero 1414. ſub Theodorico de Morſa Archiepiſcopo Colonienſi deiectis vetere cryptâ & ſubſtructionibus ſpatioſus ille qui nunc eſt Chorus acceſſit, cuius vitreæ feneſtræ adhuc repræſentant Theodorici de Morſa effigiē & gentilitia ſigna.

Sunt in Eccleſia hac Canonici 24. Vicarij alijque Clerici non pauciores.

De Illuſtribus Prælatis & Viris huius noſtri Collegij, ſi quis minutiora ſcire deſideret is vitam B. Enfridi olim hoc loco Decani à me editam, conſulet.

---

§. II. THESAVRVS SACER Inſignis Eccleſiæ S. Andreæ. B

I. Hierotheca argentea repræſentans geminæ crucis figuram cum notabili cruce ex ſegmentis dominici ligni conſtructa, cuius ſcapis vel cornibus aliæ venerabiles Reliquiæ includuntur.

II. Eximiè alta ex argento inaurato hierotheca criſtallino vaſe ſeruat Reliquias.

De S. Andrea Apoſtolo Eccleſiæ Patrono, præter quiddam olei quod de corpore S. Andreæ profluxit. Particulam de S. Martino Turonenſi. Partem vnius coſtæ S. Vrſulæ Virginis & Martyris. Partem oſſis de S. Damiano. Partem oſſis de S. Pancratio. C

III. Hierotheca argentea inaurata, in qua Reliquiæ

1. S. Chriſtophori. 2. Bartholomæi. 3. Huberti. 4. Abdonis. 5. Sennes. 6. Hieronymi. 7. Georgij Martyris. 8. Mariæ Magdalenæ. 9. S. Stephani. 10. S. Dorotheæ.

IV. Sacellum argenteum ſeu thronus eleganter elaboratus, in quo 1. Ambæ ſcapulæ & os ſacrum vel coxa S. Laurentij Martyris, quas munificentiæ B. Geronis adſcribimus, vtpote qui S. Laurentij Reliquias à Carolo Magno, templo in Molenſium tractu, quod nunc Gladbacenſe in Iulia ſitum dicitur, attributas inuenit & eleuauit. 2. Magnum os de S. Matthæo Apoſtolo & Euangeliſtâ, cuius titulo quondam hæc eccleſia vti dixi gauiſa eſt. 3. Nonnullæ aliæ Reliquiæ minores. D

V. Duo brachia argentea, in quorum altero quod dextram refert, ſeruatur os ex brachio S. Andreæ. In altero autem quod ſiniſtræ eſt ſimile continetur brachium S. Simonis. Et tibia S. Thomæ Apoſtolorum.

VI. Brachium argenteum in quo Reliquiæ 1 S. Remigij. 2. S. Andreæ brachium datum à Reſſenſis oppidi Collegio huic eccleſiæ. 3. Per rotundum vitrum conſpicuæ Reliquiæ de S. Bartholomæo Apoſtolo.

Porrò literæ donationis Reſſenſis, huius ſunt tenoris:

Vniuerſis Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris & audituris

Ioannes dictus de Colonia Decanus totumque Capitulum Reſſenſ. Colonienſ. diœceſis æternam in Domino ſalutem Nouerit

A *Nouerit vniuerſitas veſtra, quod exiſtente apud nos Magiſtro Henrico Decano Eccleſiæ S. Andreæ Colonien: eccleſiæ noſtræ Canonico ob ſpecialem fauorem quem habuimus erga ipſum ſibi oſtendimus SS. Reliquias, quibus noſtra Eccleſia à ſuis fundatoribus extiterat honorata. Inter quas Reliquias reperimus de Brachio B. Andreæ Apoſtoli magnam partem, ad eiuſdem D. Decani precum inſtantiam & fauorem, ſperantes & placere ipſi Apoſtolo, dicti brachij partem de communi conſenſu Eccleſiæ prætacti Apoſtoli tranſmiſimus, nominatim cupientes ob hoc eius meritis adiuuari, eo quod ibidem in celebriore veneratione debeat obſeruari. In cuius rei teſtimonium memoratæ eccleſiæ præſentem literam duximus concedendam.* * X.
Actum Anno Domini MCCLX. Sexto, tertio Kalend. Aprilis.* (L.S.) .1256.

VII. Conſeruantur in eadem eccleſia S. Andreæ aliæ diuerſæ argenteæ, Criſtallinæ, ac cupreæ hierothecæ, in quibus Reliquiæ ex omni ſanctorum Choro claſſeque, quarum indicem prætereo cauſa vitandæ prolixitatis, plurima quoque capita Diuorum hic cuſtodiuntur, & iuxta maius altare parietibus hierothecæ appendent, tum reliquæ aræ Reliquijs complentur & exornantur.

B

§. III. Feſta eiuſdem Eccleſiæ.

Dedicatio Eccleſiæ S. Andreæ celebratur in Feſto S. Remigij. 1. Octob.

C Translatio Reliquiarum. 26. Auguſti.

SS. Michaelis, Andreæ, & Matthæi feſta Solemniſſima habentur, omnium vero ſolennitatem excedit Feſtum Natiuitatis B. Mariæ Virginis, Coloniæ huic coæuæ, quam feſtiuitatem quiſquis ex Canonicis abſentia inhonorat, fructuum pendendorum priuatione punitur, quam pietatem nequaquam recentem, ſed ab ipſis huius loci cunabulis repeti intelligo.

§. IV. Monumenta Eccleſiæ S. Andreæ.

D Inter monumenta eccleſiæ S. Andreæ vna cum Reliquijs conſeruantur tres vetuſtiſſimæ aræ viatoriæ, quas portatiles appellant, inſtar ciſtularum, quales ſecum geſtare ſolebant, *S. VVillibrordus & Socij Apoſtoli Rhenani*, quibus perſimiles deſcribit P. Chriſtophorus Brovverus inſignis è Soc. Ieſu hiſtoricus pag. 594. Treuirenſium Annalium, & quia rarum eſt hoc genus monumentorum leuiter ſigillatim deſcribo. *Altaria portatilia.*

I. Portatile aureum altare in eccleſia S. Andreæ ſic inſcriptum. *Altare aureum.*

Hoc decus Altaris monumentum dulcis amoris

 Dat

Dat tua bella tibi coniunx dux Hugo Iuthitta A
Vt memor eius ſis omni quo tempore viuis.

II. Portatile Eburneum altare ſic inſcriptum.

Altare Eburneum.

Sit dator ac datum tibi Chriſte pijſſime gratum
Claudere clauſtra poli dum pulſat Wolbero noli.
Qui tibi deuotus. ..... B

III. Portatile æreum cum Sacris ſic inſcriptis hiſtorijs.

Altare æreum.

Hic cum gente pia Deus & ſacra virgo Maria
Præſidet & ſecum per quos dijudicat æquum
Subſidijs quorum laxantur vincla reorum
Suſcipit hæc dona quæ cæca fugit Synagoga C
Angelus aſpectu ferit hos has mulcet amictu.

Diſquiritur de monumento ante altare S.Crucis.

IV. Ante altare S. Crucis tumulus marmoreus dimidio palmo extat à pauimento, in quo exprimitur opere ſcutulato Epiſcopus, cuius nomen extritum eſt, ſuſpicantur aliqui inſcriptum fuiſſe nomen vel Hermanni pij vel Arnoldi I. aut Williberti, Præſulum Colonienſium. Mihi non videtur eſſe *Hermanni tertij*, qui *diues & pius* dictus, atque eccleſiæ S. Andreæ donauit vel confirmauit decimas in *Baccherach*: nam Hermannus diues ſepultus eſt in domo capitulari Sibergenſi; neque hic *Hermannus ſecundus* cognomento *pius & nobilis* ſepelitur, licet quot menſibus in miſſa pro Hermanno Archiepiſcopo celebrata Hermanni Palatini ſeu nobilis arma huic tumulo imponantur, in Metropolitanæ enim eccleſiæ S. Mariæ Magdalenæ ſacello D reconditur teſte MS. Colonienſi Chronico Hermanni de Weſalia, & in eadem Metropolitana *Hermannus I. Cognomento pius* dicitur à plerisque ſepultus. Nec videtur eſſe ſepulchrum *VVilleberti* nam licet hic à plerisq; ſcribatur ſepultus in hac noſtra eccleſia, tamen altare S. Crucis. & medius ante hoc chorus, in quo ſepulchrum extat, adſcribitur Brunoni I. Archiepiſcopo. Vnde tumulus ille Brunone poſterior, adſcribendus erit. *Arnoldo primo*. ex Præpoſito S. Andreæ Archiepiſcopo Colonienſi, qui temporibus S. Bernardi de ſimonia accuſatus, abſolutionem ab Eugenio Papa impetrauit, & in baſilica Andreatica ſepultus eſt. Aliud verò dubium ſubeſt, quod intellexerim à Senioribus cum Anno 1611. *Thomas à Behr Præpoſitus S. Andreæ* ſepeliretur,

retur, egeſta terra duos in eo tumulo Sarcophagos conſpectos, de quibus latens veritas tempori & poſterorum indagationi transſcribitur, quod vero attinet ad Arnoldum I. Archiepiſcopum Colonien. à plerisque Gelder domo & ſanguine cenſetur fuiſſe: fratres habuit *Hartvvigum* Abbatem Flechtorpienſem, *Theobaldum* S. Seuerini Præpoſitum, & tertium fratrem *Alberti* nomine ſepultum in Baſilica S. Seuerini; quin ipſe Arnoldus in literis anni 1148. Cognatum ſuum appellat *Adalbertum* Bonnenſis Eccleſiæ aduocatum. Electus eſt autem in Archiepiſcopum An. C. 1137. & cum ſediſſet annis quindecim Obijt Anno 1151. 3. Aprilis ab impetigine & fama labis Simoniacæ abſolutus per Eugenium pontificem. & inſignis Priuilegij diplomate ab eodem donatus. Vide de ipſo Dodechinum & Baronium.

SYNTAGMA VI.

Baſilica S. APOSTOLORVM.

§. I. Origo & progreſſus huius Eccleſiæ.

C APoſtolorum Chriſti baſilica opportunè iuxta Iani Ethnicorum Deaſtri portam olim exſtructa eſt, quo populus Chriſtianus intelligeret cum dæmonum probro per Apoſtolos XII. tanquam duodecim Portas cæleſtis Ieruſalem optimè ad meliorem fidem & vitam introiri. A quo verò Apoſtolicæ Eccleſiæ initia cœperint, nondum comperire licuit. Certum eſt beatum Heribertum eius primum, vt plures opinati ſunt, authorem non eſſe, cum ſub anno 965. Sacrum Beati Brunonis Magni Archiepiſcopi funus è Gallijs allatum, hic depoſitum fuerit *Eſt propè muros* (inquit Rotgerus in vita Brunonis cap. 46.) *Ciuitatis* (Colonienſis) *Eccleſia ſtructura quidem & opere humilis, ſed Apoſtolorum nomine. in quorum veneratione conſecrata perhibetur, inſignis. In ea depoſitum Paſtoris ſui corpus exanime ſacerdotij velabant inſignibus.* *Opus antiqua Baſilica.*
D D. Ioannes Gelenius Colonienſis Vicarius Generalis, & quondã Apoſtolicæ huius Eccleſiæ Prælatus frater meus p.m. in manuſcriptis Annalibus Agrippinenſibus, quos moliebatur hæc ad ann. 1021. habet: *Beatus ergo Heribertus eam eccleſiam ſtructura adhuc humilem meliorem fecit, & Collegij fundamenta iecit.* *Crux S. Heriberti.*

Eſt vero nec iſta baſilica, quæ noſtro æuo exſtat Heribertinum opus ſed recentius poſt incendium quod ſub Adolpho primo referemus ædificatum: quo incendio tabularia collegij noſtri, quod dolemus, ignis abſumpſit; ita vt authenticis probationibus, quibus initia illius aſtruantur, careamus. Nolui nihilominus præterire veterem narratiunculam, quam de initiis huius Collegij. Ioannes de Tambaco Ord. Præd. SS. Theologiæ Profeſſor lib. 11. de Conſol. Theologiæ c. 18. recenſet, quem manuſcriptum in bibliotheca monaſterij Breidlariani

riani Ord. Ciſtercien. reperi: *Non vidi, ait ille, iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem. Denique quod auctoritati diuinæ & promiſſioni huiuſmodi de habendo auxilium Dei in hac materia ſit pijs petentibus cum omni fiducia innitendum, nec aliquatenus hæſitandum, ad hoc plurima exempla faciunt. Inter quæ vnum inſigne refertur de vxore videlicet cuiuſdam pauperis militis, quæ ſimul & ſemel duodecim pueros maſculos peperit, quos propter paupertatem non ſperabat poſſe enutrire, timenſque ob hoc odium & commotionem viri ſui, commiſit ancillæ ſuæ, vt mox illos infantulos in quadam riparia ſubmergeret: Illa itaque ancilla hac de cauſa ſe cum illis infantulis ad ripariam conferente & circa factum ſibi commiſſum an perficeret hæſitante, accidit quod Archiepiſcopus Colonienſis cum patre puerorum de quodam loco equitans ſuperuenit: qui videns a remotis dictam ancillam circa littus fluuij occupatam, vni de Comitiua mandauit vt illuc equitaret, & quid ibi ageretur aduerteret; quo reuerſo & dicente ſe tot ſimiliter infantulos inueniſſe. Ipſe Epiſcopus ad fluuium illum celeriter equitauit, & videns duodecim pueros ac cognito toto facto, ſcienſque patris & matris inopiam, dixit ſe velle eſſe Patrem eorum & nutricium, & aſſumpſit eos in ſuam curam & proceſſu temporis ad ſcholas poſuit, qui omnes tandem in noua Canonia propter eos in ciuitate Colonienſi inſtituta, & iuxta duodenarium eorum numerum ad Apoſtolos nominata, volente altiſſimo in Canonicos profecerunt. Eſt in manibus vulgi Ioannes de Tambaco in epitomen redactus & Coloniæ typis editus Anno 15 2. Sed magnum illius opus non inductum lucem hactenus non vidit:*] Hæc Ms. Heribertus Fratris mei. porro quod ad narrationem eam attinet, non habeo cur veram neque cur falſam arbitrer, niſi viri narrantis authoritatem, ſapit alioquin narratio ea ſimilitudinem cum Collegio duodecim Arualium Fratrum apud Aulum Gellium in noctibus Atticis lib. 6. cap. 7.

A

B

C

Clades Baſilicæ Apoſtolicæ.

Cæterum B. Heriberti ſtructuræ quam morte præuentus non abſoluit, Piligrimus Archiepiſcopus extremam manum impoſuit. Hinc Herebertus & eius ſucceſſor Piligrimus paſſim Collegij huius Apoſtolici appellantur fundatores. Poſt hæc ab obitu Piligrimi ſexageſimo tertio anno, æræ Chriſtianæ milleſimo nonageſimo nono conflagrauit baſilica Sanctorum Apoſtolorum, vt eſt in manuſcriptis meis: & rurſus in cineres abijt elapſo integro ſæculo Anno 1199. cum Adolphus I. Archiepiſcopus præſideret. Sed & æquè reſtaurata eſt poſt clades ſuas, poſtremam reſtaurationem refert. Cæſarius lib. 8. cap. 63. *In Colonia*, inquit, *Bu genſis quidam erat, homo diues & potens Carolus nomine* (ex comitibus de *Saine* ait Henriquez) *pater Domini Caroli Abbatis quandoque Vilarienſis: hic cum audiſſet, quia Apoſtoli iudicaturi eſſent, cogitauit intra ſe dicens: peccatum graue eſt, & lapides anchorarij valde ſunt ponderoſi, emam ergo lapides tales ad futuram fabricam Sanctorum Apoſtolorum, vt dum in die iudicij opera mea bona nec non & mala poſita fuerint in ſtatera, Apoſtoli qui iudices erunt, lapides iſtos lanci, opera mea bona continenti, mittent, & mox præponderabit. Emit ergo nauim plenam lapidibus, quos per currus portari, & iuxta Eccleſiam Apoſtolorum deponi fecit: quem cum Canonici interrogaſſent, quid ſibi vellet per lapides illos, reſpondit. Aliqua dierum renouanda eſt Eccleſia iſta & tunc erunt vobis neceſſarij. Non multo poſt, cum extenderetur Eccleſia occaſione, vt puto, eorundem lapidum, in fundamento poſiti ſunt:*] Hæc de ſtructura. Fuerunt autem

D

olim

A olim quadraginta Canonici in hac baſilica inſtituti, ſed bullâ Gregorij XIII. Papæ extinctæ ſunt decem præbendæ, ſunt deinde tredecim Vicarij, & tres Chori Socij Vicariorum ſuperpelliceis vtentes.

---

§. II. THESAVRVS SACER Collegiatæ SS. Apoſtolorum.

I. Sarcophagus argenteus gemmis exornatus cui anno MCCXXV. Idibus Iulij
B *VValterus Karliolenſis Epiſcopus* SS. FOELICIS & ADAVCTI Martyrum aliasque plurimas Reliquias impoſuit commemoratas à me in Hiſtoria S. Engelberti, & eas legere viator poterit ex tabella appenſa Lipſanothecæ.

II. Caput S. CYRIACI precioſæ hermæ incluſum, cuius honorati & Coloniam translati premium retulit S. Heribertus, vt in die natalis eiuſdem martyris ex hac vita denatus 16. Martij ipſi in cælis conſociari mereretur. Ipſe S. Cyriacus Diaconus *poſt longam carceris macerationem liquata pice perfuſus, & in Cataſta extenſus, attractus etiam neruis. & fuſtibus cæſus ad vltimum cum Largo, & Smaragdo & alijs viginti, iubente Maximiano. capite truncatus eſt.* Eius Reliquiæ maximam virtutem in iuuandis energumenis præſtant.

Martyrol. Romanum 16. Martij.

C III. & IV. Hermæ precioſæ includentes capita SS. FOELICIS Preſbiteri & ADAVCTI Martyrum ſingulæ ſingulis ſunt inſcriptæ verſibus, cuius ſancti caput contineant videlicet.

Sum Fœlix dictus, cole me ſi vis fore fœlix
Augeo res auctas qui nomine dicor Adauctus.

Requieuit fœlix quondã vbi paſſus eſt Romæ *via Oſtienſi, ſub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus: cui poſt equulei vexationem, data ſententia. cum duceretur ad decollandum, obuius fuit quidam Chriſtianus, qui dum ſe Chriſtianum ſua ſponte profiteretur,*
D *mox cum eodem pariter decollatus eſt Huius nomen ignorantes Chriſtiani, Adauctum eum appellauerunt, eo quod ſancto Felici auctus ſit ad coronam.*

Martyrol. Romanum 30. Aug.

Per quem Agrippinenſes Sanctorum Martyrum Fœlicis preſbyteri, & alterius illi ad coronam fœliciſſimè Adaucti ſacra lipſana acceperint, Clerus Apoſtolicus hebdomadatim commemorat hymno eccleſiaſtico.

Quorum capita Sanctorum
Clerus hic Apoſtolorum
Habet in cuſtodia,
Hæc de Roma tulit primus.

Pius quondam Piligrimus
Præſul in Colonia
Cuius corpus hic decenter
Iacet & eius frequenter
Agitur memoria.

V. Caput *Sanctæ Iuſtinæ* Virginis.

VI. Caput. 5.*Eupli.* (12. Auguſti)

VII. In Cruce magna argentea notabiles partes de *Ligno* Dominicæ *Crucis.* A

VIII. In cruce argentea priori gemina dens *S. Bartholomæi Apoſtoli* & pars *Pepli B.M.Virginis.*

IX. Brachium argenteum, complectens Reliquias brachij *S. Leonardi* Confeſſoris.

X. Brachium argenteum complectens Reliquias brachij *S.Florini.*

XI. Calix cum duobus pectinibus *S.Heriberti* Archiepiſcopi Colonienſis.

XII. Plurimæ Reliquiæ *ex Societate Vrſulana* & aliorum Sanctorum.

§.III. Feſta Collegiatę Eccleſiæ SS. Apoſtolorum.

I. 16. Martij natalis S. Cyriaci Martyris, & eodem die Natalis S. Heriberti Archiepiſcopi & Confeſſoris, per quem eccleſia conſtructa, & Sanctorum Reliquijs locupletata: feſtiuitas tamen S. Cyriaci & ſociorū ſexto idus Auguſti peragitur, quo die à B. Marcello Papa eorum corpora ſunt leuata, ac venerabiliter tumulata. B

II. 15. Iulij Diuiſionis Sanctorum Apoſtolorum, eorundemque ſingula feſta reliqua.

III. 8. Auguſti S. Cyriaci feſtiuitas.

IV. 30. Auguſti SS. Fœlicis preſbiteri, & Adaucti Sociorum Martyrum.

V. 21. Septemb. ipſo feſto S. Matthæi Euāgeliſtæ anniuerſaria dedicatio Eccleſię.

§. IV. Monumenta Baſilicæ SS. Apoſtolorum. C

I.

Pone maiorem aram, ſecundum ſeptentrionalem chori murum, exurgit marmoreum nouum monumentum, complectens oſſa PILIGRIMI Archiepiſcopi Colonienſis; cuius vitam & factam recenter translationem paucis perſtringam.



BREVIARIVM VITAE PILIGRIMI Archiepiſcopi Colonienſis ex notis D. Ioannis Geleny Viri Clariſſimi & aliorum. D

Pilligrimus Archiepiſcopus Colonienſis, à bonæ fidei ſcriptoribus perhibetur cognatus *Aribonis Moguntini* Archiepiſcopi, vnde ſequeretur eum ex alto ſanguine Palatinorum Comitū progenitum: ſanè *Ezzone Erenfrido* Comite Palatino Bruuilerenſis Monaſterij fundatore familiariſſimè vſus eſt, & author omnis pietatis eidem

A eidem fuit. Chriſti igitur imitationis & paupertatis zelo, aut priſcæ Germanorum in educandis liberis ſeueritati, præſertim ſi ſtudijs vacarent, aut propinquorum tutorumue iniquitati, adſcribenda eſſet *Piligrimi* in iuuentute mendicitas; nam in vita *S. Bernvvardi* Hildesheimenſis Epiſcopi refertur, *Piligrimũ* adhuc ſcholarẽ literis operam dantẽ ante fores aulæ *S. Bernvvardi* aliquando ſtipẽ rogaſſe, quippe narratur in S. Bernvvardi vt dixi vita. *Quod audiens homo propheticus, & ſpiritu Dei plenus iuſſerit vt Epiſcopus Colonienſis foris ſtans introduceretur. Currẽtes ergo miniſtri renunciauerũt neminẽ foris eſſe præter ſcholarem pauperẽ ſanctus autẽ Bernvvardus* (verba ſunt ſcriptoris appendicis ad opus Tangmari) *affirmans ipſum eſſe Colonienſem Epiſcopum. feſtinanter adduci præcepit, adductumque beningnè ſuſcipiens, in capite menſæ pauperem renitentem collocauit. Cui poſt menſam rubore perfuſo pro reuerentia ſibi à tanto præſule exhibita, vir beatus quod ipſe Colonienſis Epiſcopus eſſet futurus prædixit, humiliter exorans vt primam miſſam quam*
B *in Colonia celebraret, pro paupere Bernvvardo decantaret. At ille cum ſumma deuotione precibus eius annuens, benedictione petita & accepta receſſit ab eo.*

Beatum quoque *Heribertum* ſpiritu Prophetico prænunciaſſe de *Piligrimo* ſucceſſore ſuo diſcimus ex vita S. Heriberti. Porro mirabilem fuiſſe eius ad cathedram euectionem nihil dubito. An autem ſit ea ipſa quam Gulielmus Malesburienſis & ex illo Vincentius Bellouacenſis referunt de quodam Anonymo Colonienſium Epiſcopo, neque affirmare neque negare eſt animus. *Imperator*, inquiunt, *terra illius, dominica illa qua vocatur quinquageſima. venatum pergens. ſolus ad oram ſylua*
C *deuenit omnibus comitibus diſperſis, iuxta quam habebat eccleſiam ille presbyter agreſtis, deformis ſanè & pœne portentum naturæ, Imperator militem ſe mentitus ſuppliciter rogat miſſam, ille confeſtim parat, alter interea voluebat animo, quare Deus à quo formoſa cuncta procedunt, tam deformem hominem ſacramenta ſua conficere fineret, mox cum ad verſum tractus ventum eſſet*, Scitote quoniam Dominus ipſe eſt Deus, *Sacerdos, ſocordiam pueri familiaris increpitans reſpexit, & concitatiori voce quaſi cogitanti Imperatori reſponderet, dixit:* Ipſe fecit nos & non ipſi nos. *Quo dicto perculſus Imperator, æſtimans eum propheticum virum, inuitum & renitentem ſublimauit in Archiepiſcopum Coloniæ, quod tamen ſemel ſuſceptum dignis moribus honeſtauit: bene agentes blande appellare, improbos, excommunicationis ſtigmate inurere ſine perſonarum acceptione.* Hæc Malesburienſis &
D Bellouacenſis, ſed vti dixi tam Imperatoris quam Epiſcopi nomine ſuppreſſo: Chronographus tamen Colonienſis ea detorquet ad *Piligrimum* Archiepiſcopum & *S. Henricum* Cæſarem quem dicit mortuo *B. Heriberto* Coloniæ fuiſſe, & deinde commemorata nonnihil immutans Piligrimo noſtro imponit. Adſtipuletur vero illis qui volet, mihi certum eſt Piligrimum in aula Imperatoris dudum verſatum *S. Henrico* cæſari pridem fuiſſe cognitum, & qui nuper detecto eius ſepulchro oſſa iacentis inſpeximus, robuſtum & maieſtate quadam formæ excelluiſſe iudicare oculis potuimus.

Anno Chriſti viceſimo & ſecundo ſupra milleſimum, qui ſecundum æram Colonienſem adhuc milleſimus viceſimus & primus erat, mortuo 17. Cal. Aprilis *Heri-* 1022.

 berto

berto Archiepiſcopo Colonienſi, *Piligrimus* ſuffectus eſt, & ſtatim Aquisgrani inter- A
fuit imperialibus comitijs, in quibus ratione Monaſterij *Porcetani* cum Epiſcopo
Leodienſi de limitibus diœceſios decertauit, in eodem conuentu decreta ſunt Cæſari
auxilia in Italicam expeditionem quam ſub initium ſequentis anni ſuſcepit; con-
gruè igitur *Piligrimus* Imperatorem in Italiam cum *Poppone* Treuerenſi anteceſſit,
ſed non ante conſecrationem ſuam, quam contigiſſe menſe Nouembri hoc anno
teſte P. Chriſtophoro Bruuero, aſſero, eo enim die eademque hora quibus S. Bern-
vvardus benè actæ vitæ præmium recepit 12. Calend. decembris *Piligrimus ad al-
tare miſſam celebraturus accedens ipſe Colonienſis Epiſcopus, cantoreſque præueniens, miſ-
ſam pro defunctis omnibus qui aderant ſtupentibus inchoauit; nec immemor interpretis ſui
Beati ſcilicet Bernvvardi, cum veniſſet ad Canonem, deuotiſſimè ſicut promiſerat memoriam
ipſius egit inter Viuos. ſed inter ſalutaris victimæ conſecrationem, tranſitus viri Dei diuinitus* B
*ei reuelatus eſt; vnde mox etiam in memoria defunctorum nominis eius mentionem fecit; &
omnia quæ acciderant, finita Miſſa, fidelibus publicauit. Qui cæleſte miraculum curioſius inue-
ſtigare cupientes, miſſis exploratoribus in Hildesheim, certiſſimè cognouerunt quod eadem
hora quando Archiepiſcopus hoſtiam ſalutis immolauit, anima ſanctiſſima, fidelis & prudentis
ſerui Domini noſtri Ieſu Chriſti cæleſte gaudium introiuit.*

Hæc vti S. Bernvvardi beatum finem, ita commendant ſanctimoniam vitæ
Piligrimi noſtri, cuius encomio geminum aſtruitur à Lamberto vitæ S. He-
riberti ſcriptore. Hic referens miraculoſam pluuiam impetratam à Piligrimo
precibus & deportatione Sanctorum pignorum *Seuerini Heriberti*, & aliorum *Cum
in tantum* inquit, *increuerant peccata Chriſtianæ militia irritantis Deum ſuæ enormitate* C
*malitiæ, &c. Conſulitur Metropolitanus quid facto opus ſit Dominus PILIGRIMVS inter con-
ſacerdotes ſuos veri & æqui iudicio ſuo tempore primus. quod religionem excoleret & Seruos
Domini honoraret & quod vt in frequentia in quos ſæculorum fines deuenerint, legem Domi-
ni conſeruaret. Conuertit ad humilitatem negotium, agendum per triduum ab omnibus ie-
iunium, vt qui humilitatis miſertus eſt Niniuitis, pœnitentibus renatis miſericors fieret &
mitis. Ordinatur de cauſa, ex ſtatuto conſeritur proceſſio, cum litania efferuntur ſanctorum
corpora, exportantur eorum pignora, diſcalceatis abijcitur cultus omnis Veſtium, imploratur
attentius ſupernæ benedictionis beneficium, &c.*

Cognoſcis haud dubiè ex his Lector merito *Piligrimi* imaginibus ad conteſtan- D
dam beatitatis opinionē appictos, radios indices ſanctitatis, quā etiam Chronogra-
phus Colonienſis aſſerit cū ait. *Piligrimū fuiſſe ſecundum ſpiritum & animā prudentem,
religioſum, & ſanctū virum.* Eundem *Piligrimum* ante annos quadringentos opinionē
ſanctitatis habuiſſe, author eſt Cæſarius Heiſterbacenſis, dum cū ſui æui Epiſcopis
veteres comparans *in homil. Dominicæ ſecundæ poſt paſcha ſuper Euangelio EGO SVM PA-
STOR BONVS*: ait, *Ex Epiſcopis Colonienſibus, Bruno primus, PILIGRIMVS, Herimannus,
Anno ſancti ſunt. Hi omnes Duces erant & Pontifices, illi viri erant pij ac religioſi, caſtra
ſicut in eorum geſtis legitur deſtruentes, & monaſteria ædificantes: modo caſtra ædificant. &
cœnobia ſiue in ædificijs ſuis, ſiue in prædijs diſſipant. Ad huiuſmodi opera incitantur conſilijs
militæ*

A *militaribus, linguis ſecularibus ab eis, qui de diſciplina ſunt Doech Idumæi cuius conſilio trucidati ſunt Sacerdotes Domini in Nobe* 1.Reg.21.7.

Iam verò de munificentiâ *Piligrimi* inſtruendis & dotandis Eccleſijs etſi Cæſario conſentientia paſſim Archiua Metropolitanæ, S.Seuerini, S.Vrſulæ, & aliarum Eccleſiarum tradant nullibi tamen illuſtrius comprobatur liberalitas eius quam in Collegiata SS. Apoſtolorum, cuius & ſtructuram magnificè perfecit, & conſummatę dotem ampliſſimam adiecit: fama fuit aliquando *Piligrimum* opulentas Legioniacenſis ſiue *Lechniacenſis* territorij decimas violenter abſtuliſſe Collegio Cunibertino; ſed ſi rem accuratè inſpicimus impiã auarorũ illa querela eſt, qui abreptas olim & alienatas per *Euergerum* Archiepiſcopum, illas recuperaſſe & extorſiſſe è ſæcularium B manibus Piligrimum & donaſſe nouo fundato Collegio SS. Apoſtolorum doluerũt. In Religioſos Ordinis S Benedicti liberalitatem Piligrimi loquuntur tabularia Tuitienſis, Brovvilerenſis, Gladebacenſis & aliarum Abbatiarum in diœceſi.

Extra vero eam Prouinciam author fuit multorum cum pietate coniunctorum, vti *S. Henrico* Cæſari; quo abreptaſ à Sanct-Maximianis bona ſeruitij relaxatione compenſaret; & aliam quam plurimam munificentiamſ in ſacrum Diui Benedicti ordinem, maxime eo tempore quo Diuus ipſe S. *Henrico* in Italia ſeſe aſpectabilem exhibuerat. Quin ipſe quoque *Piligrimus* in eundem extitit liberalis. teſte Leone Oſtienſi *lib.2. cap.* 40. Quod autem à Scotis Monachis alienior viſus ſit quandoque nullo ordinis odio factum; ſed ob alias nõ C improbabiles cauſas, vti dicam de *B.Elia Abbate*; nam cum Piligrimus Monachos Scotos ex Monaſterio S. Martini Maioris Colonię vellet per cætera cœnobia diſpergere, *B.Elias* ab eo diſſentiens (neque enim Viri optimi ſemper eiuſdem ſunt ſententiæ) prædixit: *Si in nobis peregrinis Chriſtus eſt, Piligrimus Archiepiſcopus viuus Coloniã non reuertatur* & ſecuta mors fidem vaticinio fecit. Obijt enim *Piligrimus Neomagi* ni fallor Anno 1036. octauo Kal. Auguſti. Sed à morte non ſtatim hæreditatem æternę beatitudinis conſecurus eſt, verum *quaſi per ignem* conſummatus eſt in expiatorijs pœnis formidando exemplo Clericis penſum precatorium negligentibus, docet id B.Petrus Damiani Rom. Eccleſiæ Cardinalis qui non longè poſt hæc tempora vixit, cum ſcribit: *Clericus quidam Colonienſis diœceſis vadum fluminis tranſibat, & ecce beatus Seuerinus* (Lege Piligrimus) *eiuſdem Eccleſiæ nuper Epiſcopus equi eius habenas apprę-* D *hendit eumque retinens ſiſtit: cumque ille in ſtuporem verſus & grauiter admiratus, cur ille tam clarus & celebris famæ Vir hic moraretur inquireret. Da mihi* inquit *manum tuam & quæ circa me ſunt non auditu diſce ſed tactu, cumque datam manum fluctibus Epiſcopus impreſſiſſet tantus eam ardor abſorbuit vt vndique eius carnes diſſolutæ diffluerent & oſſa nudatæ vix hærentibus articulis remanerent: ad quem Clericis cum nomen tuum in tanta benedictione ſit apud nos & fama tua conſonis totius Eccleſiæ præconijs celebretur cur te peſtilens hæc vorago conſtrinxit tantoque proh dolor incendio cruciaris, ad quem Epiſcopus nihil aliud ait, remanſit in me vltione plectendum præter hoc tantum quia in Aula regia conſtitutus imperialibus me conſilijs vehementer implicui Canonica Synaxis officia per diſtincta horarum ſpatia nõ*

 perſolui,

perſolui, mane quippe omnia ſimul coaceruans tota die negotijs ingruentibus ſecura libertate vacabam ob hanc itaque negligentiam horarum ardoru huius fero ſupplicium, tu vero omnipotentis Dei clementiam humiliter implora, vt manum tuam in Salutu priſtinæ ſtatum reſtituat. Quod cum factum fuiſſet vide inquit fili obſecra fratres meos Eccleſia Clericos & alios ſpirituales viros vt pro me preces fundant, indigentibus ſubſidia conferant ſacrificiorum votis inſiſtant his enim peractis ego mox vinculo pœnæ huius indubitanter expediar & exſpectantibus me beatorum Ciuium choris latus adiungar.] A

Hactenus Petrus Damiani in cuius chartas pro *Piligrimo* nomen notius & affine *S. Seuerini* irrepſit vt ante me obſeruarunt Colonienſium rerum peritiores. *Seuerinus* enim exſors Aulæ, non nuper pro Petri ætate ſed ſæculis pluribus miraculis clarus cælitibus accenſus viuebat in cælis: Piligrimus nuper defunctus, in Aula *Henrici* & *Conradi Cæſarum* verſatus, quondam cũ viginti millibus armatorum à *S. Henrico* Romam miſſus fuit, & non minorem exercitum in Pandulphum Capuanum Principem duxit, qualia obſequia imperialia nunquam *S. Seuerinus* impendit militiæ, vel Aulis. Atque in hac ſententia perſiſto, niſi quis certioribus ductus rationibus *Sigeuuinum* Archiepiſcopum Colonienſem eo loci pro *Peregrino* noſtro legendum eſſe demonſtret. B

INVENTIO ET TRANSLATIO Piligrimi Archiepiſcopi Colonienſis. Anno 1643.

C

Baſilica SS. Apoſtolorum Coloniæ ad noſtram vſque ætatem, tam verſus Oriẽtem quam Occidentem habuit in ſpeciem chori muris ſecluſi & per maiorẽ plagam templi protenſi adyta, quibus Clerici à populi turba & diſtractionibus ſegregarẽtur, ſed ea erat facies templi vt præſeferret abſtruſa quaſi ergaſtula, & turpes angulos ac prorſus obſcuros receſſus, quibus adhærebant aræ & ſacellula cum portentoſæ crucis ſimulachro vndique clatris ſeptæ; quæ moles, qua templum dedecorabant, ſi tollerentur exiſtimabat Collegium multo auguſtiorem & vſui ſacro commodiorem fore faciem Baſilicæ. Anno itaque 1643. aggreſſione facta, Canonici demoliti ſunt cæcos parietes templo inædificatos, quibus ablatis dum pauimẽtum coæquatur, ab operis in medio inferioris chori ad occaſum vergentis luxatum eſt Mauſolæum marmoreum, quod quatuor palmis à pauimento eleuatum erat & credebatur continere *Piligrimum* Archiepiſcopum: vbi ea moles aperta, vacua oculis apparuit, ſuſpicio ſubijt, ex eo loco olim venerabilis Antiſtitis translatas eſſe Reliquias in maiorem chorum qui eſt ad orientalem Eccleſiæ partem, quam ſuſpicionem augebat, quod ſeniores Canonici recordarẽtur, aliquando pueros cantores ex collapſo penes maiorem aram ſepulchro, fuſcinula protraxiſſe mytram & alia epiſcopalia ornamenta, ſed hæc alterius Præſulis fuiſſe ſeu ſuffraganei ſeu exulis hîc D

defuncti

A defuncti poſtea compertum eſt. Cum ergo amoto veteri mauſolæo inquiſiſſent
foſſores, num veſtigium ſepulti *Piligrimi* reperiretur, vbi ad altitudinem viri egeſſe-
rant terram, ingentem Sarcophagum lapideum repererunt, & paululum eleuato
operculo per rimulam cognouerunt eo contineri cadauer epiſcopali habitu veſti-
tum. Denuo igitur iniecta humo, negotium delatum eſt ad Eminentiſſimum & Se-
reniſſimum FERDINANDVM Archiepiſcopum & Principem Electorem
Colonienſem, & ſuæ Serenitatis Eccleſiaſticum Concilium, vbi trutinatis & diſcuſ-
ſis rebus conſtitutum fuit ſepulturam rurſus aperiendam, & ſi illic verè Piligrimus
Archiepiſcopus inueniretur, eius quieti honoratiorem locum deſignandum. Ita-
que anno dicto, die Lunæ 17. menſis Auguſti comparuerunt, in Eccleſia SS. Apo-
B ſtolorum ad effoſſionem Piligrimi Archiepiſcopi ſpectandam & dirigendam no-
mine Electoralis ſuæ Serenitatis &c. Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus PRINCEPS
FRANCISCVS WILHELMVS Oſnabruggenſis, Mindenſis, & Verdenſis Epi-
ſcopus, Coadiutor Ratisbonen. &c. Reuerendiſſimus GEORGIVS PAVLVS
STRAVIVS Epiſcopus Ioppenſis, ProEpiſcopus Colonienſis. Ampliſſimus RO-
BERTVS HILLEBRINCK Officialis Colonienſis, & Ego ÆGIDIVS GELE-
NIVS Hiſtoriographus Archiepiſcopalis. Sic coram Magiſtro *Henrico Fabritio* No-
tario, Reuerendis *Petro Spichero* S. Cuniberti, & *Henrico Gelenio* S. Seucrini Canoni-
cis requiſitis teſtibus, cæpta eſt exhumatio. Aderant vero etiam Reuerendiſſimus
GASPAR AVRELIOPOLITANVS Epiſcopus, Illuſtriſſimus BERCHTOL-
DVS COMES à KONIGSEGG Scholaſticus Metropolitanus, Ampliſſimus
C quoque Decanus & venerabile Collegium SS. Apoſtolorum cū Medicinæ & Chi-
rurgiæ Doctoribus, ac Illuſtri corona nobilium Spectatorum, & Populi: quæ latius
Notarius in inſtrumento proſequitur. Poſteaquam detectus eſt Sarcophagus ap-
paruit viſu digna antiquitas, venerabilis & memoranda res, in Epiſcopali pallio cum
pedo, & reliquis inſignijs reſupinus, eximiæ ſtaturæ Pręſul, odorque non ingratus
exhalauit. Crucibus inſignitum pallium Epiſcopale, caſula, dalmatica, togula, ſtola,
cęteræquè ſacrę veſtes, etſi vetuſtate corroſę, poterant tamen diſtinctim attolli &
exui. Pectori impoſitus erat argenteus paruulus calix cum patenâ, annulo aureo
inſculptum legebatur PILIGRIMVS ARCHIEPISC. (cum nunc geſtat in bea-
tæ recordationis Prædeceſſoris ſui memoriam FERDINANDVS ARCHIEPI-
D SCOPVS & Clementiſſimus noſter Dominus) ſub capite iacuit plumbeus diſcus
vel orbis cui hæc inciſa:

Anno Incarnationis Domini MXXXVI. Indictione XV. VIII. K. Septemb. ⊖ PILIGR Archps Fundator Eccleſiæ huius.

Sacra

Sacras deinde veſtes & oſſa ſtanneo loculo incluſa, & ſigillis Archiepiſcopi, ac Collegij obſignata, præeunte cruce & ſtipantibus Canonicis facigeris, cum cantu lugubri deduxerunt præſentes ad Sacrarium. A

Anno 643. 10. Decembris ſtannea tumba à Commiſſarijs Sereniſſimi Archiepiſcopi aperta eſt, pulueres ab oſſibus ſeiuncti, mauſolęumque nouum dignum memoria *Peligrimi* cognitum, tum iternm obſignata eſt capſa, & 12. Decembris celebratis exequijs *Piligrimus* ſolemniter illatus eſt in nouum, marmoreum Mauſolæum quod hanc inſcriptionem habet:

Anno M. DC. XLIII. XVII. Auguſti auſpicijs Sereniſſimi & Reuer. Ferdinandi Archiepiſcopi corpus ſanctæ memoriæ Piligrimi Archiepiſcopi & Fundatoris noſtri ex choro Apoſtolorum in medio templi deſtructo leuatum & huc translatum. B

Atque hæc ad primi monumenti declarationem dicta modo finem ſortiantur.

II. Monumentum ibidem ſpectatu digniſſimum in atrio Eccleſiæ iuxta Septētrionale oſtium Richmodis *Lyskirchia* Mengoſi *Aquæductij* coniugis, quæ Ann. 1357. ſepulta, ad viuos redijt. vti lib. 2 Syntag. 36. narrabam. C

III. Ara noua in Meridionali ala Eccleſiæ, exhibens B. M. Virginis Aſſumptionem in cælos, erecta ſumptibus Generoſi Domini Baronis Ioannis Adolphi *VVolff a Metternich* Mareſcalci Colonienſis &c.

IV. Verſus nouum forum in muro chori, veſtigia oſtioli & Xyſti viſuntur. haud dubiè monumenta pietatis *S. Heriberti*, qui muro inſtar pergulæ vtens, ex poſtico domus eius quæ nūc monaſterium *S. Gertrudis* eſt, commeabat illac ad nocturnas preces, vbi etiam oſtenditur imago Deiparę quam Sanctus tranſeundo perhibetur veneratus eſſe. etſi non nemini icon quæ nunc extat videatur eſſe recentioris ſculpturę & artis, ſucceſſiſſeque alteri vetuſtate dudum conſumptæ. D

SYN-

A

SYNTAGMA VII.

B. M. V. ad Gradus Collegiata.

§. I. De Origine & progreſſu Baſilicæ.



ECcleſia B. M. V. ad Gradus, tres Colonien. Archiepiſcopos fabricatores agnoſcit, B. Hermannum Nobilem, S. B Annonem II. & Sigevvinum reſtauratorem, vt verbis Archiui recenſebo ex diplomate, quod ſubiungo fundationis.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Anno Dei fauente gratia Colonienſis Archiepiſcopus, omnibus in Chriſto fidelibus tam futuris, quam præſentibus.

Quam breuis & tranſitoria eſt præſens vita, attendendum ſummopere eſt his, qui in multis offenderunt, vt in futurum ſibi refrigeria qualiacunque proſpiciant, & tanto ſtudioſius quanto amplius ſe offendiſſe meminerunt. Vnde ego recolens me mandata Dei ſæpius neglexiſſe, Genitricem eius mihi precatricem parare decreui, dum in honorem eius ædificarem Eccleſiam, quam PIVS C ANTECESSOR MEVS HERIMANNVS, *ſi mors non præueniſſet ſuis ſumptibus diſpoſuerat ædificandam, quatenus ibidem ſeruientes miniſtri Dei iugibus votis ipſi Sanctæ Virgini Mariæ Matri, Domini noſtri IESV Chriſti ſupplicarent, & pro peccatis noſtris, Anteceſſorum, Succeſſorum quoque noſtrorum interuentrix exiſteret, & pœnas culpis noſtris debitas pia prece remoueret. Huic itaque Eccleſiæ in Chriſti nomine ædificatæ contulimus &c. Anno Dominicæ incarnationis M LXV. indictione XIII. Anno Epiſcopatus Domini Annonis IX. actum Coloniæ IV. Kalen. Auguſti.* *Opus Herimanni II. & S. Annonis II. Archiepiſcoporum.*

Atque hæ quidem literæ dudum poſt templi fundationem datæ ſunt, nam pridem anno 1057 B. Richeza in eo ſepulturam acceperat, & anno 1061. indictione 15. 1057. ordinationis ſuæ anno V. profitetur beatiſſimus Fundator in diplomate quo iam, ſe nouam altaris tabulam curaſſe decem auri talentis ex hæreditate *Herimanni* filij D *Bertolphi* miniſterialis exulis, ob interfectionem *Richezonis* miniſterialis. Cum vero anno 1080. vti extat apud Surium in vita S. Cuniberti, Baſilicam ad Gradus ignis abſumpſiſſet, reſtituta eſt ab Archiepiſcopo tunc temporis. *Opus Sigevvini Archiepiſc.*

DIPLOMA SIGEWINI Archiepiſcopi Colonienſis.

IN *nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Sigevvinus Gratia Dei Colonienſis Archiepiſcopus, ſicut apud Deum cognoſcimus eſſe acceptabile diuinis cultibus & laudibus eccleſias*

fundare ita quoque collapſas reparare, ac pio religionis officio priſtinâ conſecratione innouare & reconciliare, non dubitamus apud ipſum eſſe placabile. Quam ſententiam oculis cordis frequentius præſentantes, monaſterium S. Mariæ à Domino noſtro & prædeceſſore Annone Archiepiſcopo beatæ memoriæ fundatum & conſecratum, ſed exigentibus peccatis ex combuſtione in cineres redactum reparari præcepimus, & iterata conſecratione diuina præueniente gratia Dominicis laudibus ſanximus, in qua conſecratione eidem Eccleſiæ dedimus &c. A

Facta autem eſt hæc traditio anno Dominicæ incarnationis M. LXXXV. indictione VIII. Regnante Chriſtianiſſimo Victorioſiſſimo Henrico Imperatore III. fœliciter.

---

§. II. Sodalitia B. M. V. B

Sodalitia Deiparæ exorta ſunt Coloniæ.

REferunt B. Annonem apud hanc Baſilicam auſpicatum, Fraternitates quæ in Deiparæ honorem deinceps toto orbe inoleuerunt; Sanè adhæret Septentrionali eccleſiæ lateri aula comitijs Sodalium opportuna. Fuit etiam ibidem antiqua & florens Eccleſiaſticorum Laicorumque Procerum fraternitas, quam nemo niſi magnificâ trabeâ indutus adibat quomodo hodieque Coſſ ac Senatores alijsque præſtantes Curiam & Conſeſſus Academicos frequentare ſolent, vnde etiam eadem Sodalitas à veſte ſibi ſolenni Trabeata, Germanicè Thopardica dici meruit; ſed quę extat cenſuum Fundatio vel reſtauratio aliquot ſęculis poſt tempora S. Annonis erecta eſt, vti ex diplomate fundationis cognoui. C

Porro veſtigium ſodalitij hic olim celebratiſſimi extat etiamnum in orationum ac meritorum communicatione quâdam quæ inter hoc ad gradus Collegium & Malmundarienſes Religioſos ſub ann. 1179. mutuis diplomatibus reſtaurata fuit. Eccum ipſas ex archiuis literas illuſtrandæ rei aptiſſimas.

Similia ſcribuntur in ſerie Abbatum Campenſium apud Ilungelinum.

Venerabilibus in Chriſto Dominis confratribus ſuis Henrico, Præpoſito & Liberto Decano totique conuentui S. Mariæ de Gradibus Colonien. A. Decanus totusque Conuentus Eccleſiæ Malmundarienſis, deuotas orationes cum charitate ſincera. Quoniam fragilitas humana per quotidiana peccata ſuperni iudicis oculos offendit neceſſarium exiſtimamus Sanctorum implorare ſuffragia, & bonorum Religioſorum orationibus adiuuari, vt ſingulorum leuiora ſint onera, quanto plurium humeris ſubleuantur. Cum igitur dilecti in Chriſto Fratres, confraternitas inter Eccleſiam veſtrã & noſtram ab antiquis (NB.) ſit ſtabilita tẽporibus & per Hugonem Præpoſitum & Gerardum Decanum eccleſiæ noſtræ denuo innouata, quam à plurium memoria iam excidiſſe timemus, vobis ad memoriam renouari curamus eandem, rogantes, quatenus in orationibus veſtris noſtri memores ſitis, idem verſâ vice exſpectantes à nobis & orationum & bonorum omnium quæ apud nos fiunt tam dudum participes effectos nullatenus ambigentes. Cæterum exemplum literarum dictorum Præpoſiti & Decani, in quibus Confraternitatis noſtræ continetur innouatio præſentibus duximus inſerendum, Rogantes quatenus literas præſentes apud vos reſeruare curetis, vt inter nos charitas mutua & amor ſpecialis in perpetuum conſeruetur. D

Im

A In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis.

Hugo Dei gratia Prepoſitus Eccleſie B. Marie, que eſt Colonie in gradibus, Gerardus Decanus ſucceſſoribus ſuis in perpetuum. Notum ſit tam preſentibus quam futuris nos iuſte petitioni Malmandarienſium fratrum acquieuiſſe, & Fraternitatis vnionem inter Eccleſiã noſtram & ſuam. (NB.) prius habitam ſed diuturnitate temporum antiquatam, & negligentie incurioſitate ſepultam, propter B. Martyrem Agilolphum noſtre & ſue communem & glorioſum Patronum reformaſſe, & eos in orationum Eccleſia noſtre ſuffragio & eleemoſynarum noſtrarum beneficio, officio, & auxilio nunc & perenniter ſuſcepiſſe, & nos vice verſa ſuis orationibus beneficijs & eleemoſynis tam viuos quam defunctos fideliter communiſſe. ſed cum fragilitatis humane memoria, rerum temporalium diuerſitate occupa-

B *ta, & frequentium circumſtantijs cogitationum onerata, niſi ſcripti teſtimonio roboretur, labilis ſit & caduca, ad perpetuã ſuccedentium memoriam hanc Societatem imagine preſentis ſcripti (NB.) renouamus, & mentis ſinceritate & omnimoda deuotione confirmamus, & vt hoc teſtimonium diligenter in vtraque Eccleſia, ſicut res memoria digna conſeruetur, ſancimus appoſitis in monumentum vtriuſque Eccleſie ſigillis, quatenus qui in vtraque oramus pro inuicem vt ſaluemur prefati Patroni noſtri fulti patrocinio ad conſequendam ſalutem, quam querimus adiuuemur. Actum eſt hoc anno Dominice incarnationis M.C LXX. IX. regnante Friderico Romanorum Imperatore Auguſto, Philippo Colonienſi Archiepiſcopo, Abbate Erleboldo Malmundarienſi & Stabulenſi Preſidente loco huius renouate Societatis. de fratribus noſtris teſtes hi ſunt Gerardus Decanus, VVolframius, Ioannes cuſtos. Arnol-*

C *dus Camerarius, Tyricus de Reutesberck & de Malmundarienſibus, Albertus Decanus, Heribrandus, Mauritius, Henricus, Ioannes, Cuno, Bouo, & multi vtriuſque Eccleſie fi*

§. III. De Clero ad Gradus B.M.V.

SVnt in Eccleſia hac Canonici viginti. Vicarij triginta ex prima inſtitutione, nunc illorum decem circiter extincti. Decanus vero Regionarius Archidiaconus eſt Tremonienſis diſtrictus.

D

§. IV. THESAVRVS SACER Eccleſiæ B.M.V. ad Gradus.

I. Excellit S. AGILOLPHI Archiepiſcopi Colonienſis corpus argenteo Sarcophago incluſum à beatiſſimo Fundatore Annone tranſlatum è Malmenda- *S. Agilolphus.*

 rienſi

rienſi Monaſterio. Hic ille Agilolphus eſt qui cum beato Svviberto olim ad conuertendum Pipinum illicitis Alpaidæ amoribus implicitum Legatus, atque etiam Friſonum Apoſtolus, dum paſtorali officio & pietati diu noctuque incumbit, à Chriſtianarum virtutum oſoribus in pago Amblauienſi occiſus martyrij lauream meruit ſeptimo Idus Iulij ſub ann. 717. Eo enim anno Legatione pacis pro Carolo Martello fungentem occiſum, innuunt antiqui manuſcripti Codices S. Andreæ Colonienſis, & aliarum Eccleſiarum. Sanè, ſi in Legatione pro Carolo occiſus eſt, non poteſt vita eius extendi vltra annos vitæ Caroli, quæ Anno 741. deſijt. Deinde ſexennio ante obitum Caroli Martelli nempe Anno 735 Ranginfredum S. Agilolphi in Colonienſi Cathedra Succeſſorem, cum S. Wilibrordo commutaſſe quædam mancipia, ex Archiuis refert R.P. Chriſtophorus Broweꝛus. quæ igitur hactenus communiter credita ſunt, & plerique auctores commemorant: nempe S. Agilolphum creatum primum Archiepiſcopum à Zacharia Pontifice & hunc Anno 748. ſcripſiſſe S. Agilolpho, neceſſario corruunt; Fundamentũ enim habent in mendo Epiſtolæ Zachariæ Pontificis, ex qua Pontificia epiſtola errorem licet depræhendere; cum ex ordine Epiſcoporum, quia non videtur Colonienſis Eccleſiæ prærogatiuę congruere, vt poſt tot, ſicuti ibi, Præſules primum cenſeatur, tum ex obſeruationibus R.P. Nicolai Serarij in Hiſtoria Moguntinâ, vbi ex alijs exemplaribus Epiſtolarum Zachariæ, quatuor Aſteriſco notatis Præſulibus, inter quos Agilolphus eſt, alios quatuor melioris lectionis ſubſtituit. Vide de S. Agilolpho vitam S. Annonis lib. 1. c. 37.

9. Iulij. Anno 717.

Correctio Annorum in ſerie Epiſcoporum Colonienſiũ



A

B

C

S. Richeza. II. In medio Eccleſiæ Mauſolæum eleuatum complectitur B. RICHEZAM *Poloniæ Reginam*, ita enim paſſim in diplomatibus nominatur. fuit ea *Miecеslai* Poloniæ Regis coniunx, & mater *B. Caſimiri* ex Cluniacenſi monacho & Diacono, diſpenſante Papa, Polonorum Regis, filia vero *Ezzonis Comitis Palatini ex Mathilde Ottonis III ſorore*, vt multis documentis huius diœceſis poteſt conuinci. Aliqui Poloniæ Scriptorum eam iniquius tractant dum ex vno turbido fonte hauſtum ordine propinant, id me ita male habuit, vt eius vindicias, ſeu vitam conſcriberem Typis vulgandam: ſane in exilio quod pellice inſtigante perpetiebatur, ſanctiſſimã egit vitam, & viduata improbo marito, gemmas, aurum, reliquum ſplendorem exuens, ac cum precioſioribus altari imponens, vt diuinæ maieſtati deinceps ſeruirent, manibus D

ibus *Brunonis Tullenſis* Epiſcopi (qui deinde ſummus Chriſti in terra Vicarius *Leo-is noni* nomine claruit) velata eſt, & ſe Deo atque vndecim millibus virginum in ncillam cære cenſualem obtulit, ſua vero per manus *B. Annonis* ad multarum eccle-arum fundationes donauit ac tandem beato fine quieuit Saleueldiæ Anno 1057. Calend. Aprilis. Qui plura his volet noſſe is Commentarium de B. Richeza con-let.

III. Occidentalis Marianæ huius ad Gradus eccleſiæ Chorus, aram habet com-ectentem quinque corpora Sanctorum Maurorum Martyrum. Hæc à B. Anno-e in Cryptam quæ ſub choro fuit, illata fuerunt, ſed à Poſteris translata & illi in ua modo ſeruantur Aræ impoſita fuerunt tali cum inſcriptione. *Quinque ſancti Mauri.*

Condita ſunt in hoc altari quinque Sacrorum Maurorum corpora ex crypta huius Eccleſiæ o-m huc reuerenter translata.

Cæteræ Reliquiæ Collegij Mariani diſpoſitæ ſunt in hierothecis iuxta ſeriem ITANIARVM Catholicis notiſſimarum videlicet.

IV. Hierotheca complectitur Domini noſtri Ieſu Chriſti Reliquias. *Chriſte fili Dei viui miſerere nobis.*

1. De *Purpurea Veſte.*
2. Segmen de *ligno S. Crucis.*
3. De *Columna* cui alligatus fuit Chriſtus in flagellatione ſua.
4. De *Sepulchro* Chriſti partes.
5. Partem *Coronæ Spineæ.*
6. Fragmentum de lapide cui aſcendens in cælos Chriſtus Veſtigia impreſſit.

V. Hierotheca continet fruſtum dominicæ *Crucis* cuius veritatem S. Anno ne ter miraculoſe comprobauit.

2. Partem *haſtæ* immerſæ in latus Chriſti.

3. Duas inſignes *Spinas* de aſperrima Chriſti Corona, hæ ante complures an-os impoſitæ in altari ſacræ mappæ quam. (4.) *Corporale* dicimus prodigiosè nguinem ſtillarunt, qui conſeruatur vna, cum parte mappulæ in vertice hiero-ecæ.

5. Partem *Claui* Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & conceſſæ ſunt cultoribus ha-m Reliquiarum mille dies Indulgentiæ Apoſtolicæ per *Iulium II.* & *Leonem X.* hriſti Vicarios.

VI. Hierotheca in qua 1. *Deiparæ Virginis* camiſiæ pars, & 2. de alio eius lineo, liaque veſte eiuſdem. *S. Maria Ora pro nobis.*

VII. Argentea icon complectitur. 1. partem telæ qua *B. M. Virgo* ſub filij cruce adentes oculos abſterſit. 2. & in eadem ſtatua conſeruari conſueuit cingulum eiparæ cui fidem faciunt præcinctæ illo & opem ſæpius expertæ parturientes.

Omnes S. Apoſtoli & Euangeliſtæ orate P.N.

VIII. Hierotheca complectitur. 1. duos *S. Petri* Apoſtoli digitos, partem mandibulæ, & de Capite partem. 2. *S. Pauli* dentem, digitum & aliud oſſiculum. 3. de Scapula & Coſta *S. Andreæ* Apoſtoli 4. Partem Coſtæ *S. Thomæ* Apli. 5. Oſſicula de Apoſtolis *Simone & Iuda*. 6. De *S. Matthæo* Euangeliſta. 7. De *S. Marco* Euangeliſta. 8. de *S. Timotheo*. 9. de *S. Luca* Euangeliſta. A

IX. Hierotheca in qua Reliquiæ. 1. De *S. Bartholomæo*. 2. De *S. Barnaba*. 3. De digito. *S. Iacobi Maioris* Apoſtoli. 4. De *S. Iacobo Minore*. 5. De *S. Mathia*. 6. Digitus. *S. Philippi* Apoſtoli cum alio oſſiculo eiuſdem.

X. Hierotheca notabile os de *S. Thoma* complectitur.

Omnes SS. Martyres orate pro nobis.

XI. Hierotheca. 1. continet de *S. ioanne Bapt.* dentem, & partem capitis, ac barbæ. 2. De *S. Quiriaco* Martyre, 3. De *S. Apollinare* diſcipulo domini Epiſcopo & Martyre. 4. De *S. Laurentio* Martyre & eiuſdem dentem. 5. De *S. Stephani* ſanguine, digito, & lapidibus quibus obrutus eſt. 6. De *S. Valentino* Martyre. B

XII. 1. De *S. Dionyſio* Epiſcopo & Martyre. 2. De *S. Lucio* Papa & Martyre. 3. De *S. Vito* puero Martyre. 4. De *S. Criſpino* Martyre. 5. Oſſa diuerſa De *S. Mauris, & Thebæis*, ac Societate S. Gereonis. 6. De *s. Eutropio* Martyre 7. Oſſicula de SS. Martyribus *Petro & Marcellino* 8. De cilicio *S. Thomæ Cantuarienſis* quod ipſemet reſecerat.

XIII. Hierotheca coercet Reliquias. 1. de *S. Mauritio*. 2. de brachio *S Anthonij Martyris* 3 Oſſicula de *S. Geneſio* & Socijs Martyribus 4. de ſanguine *S Lamberti* Epiſcopi & Martyris 5. dentem *S. Euſtachij* Martyris. 6. de capite *S. Calixti* Papæ & Martyris. 7. de *S. Lazaro* epiſcopo & Martyre. 8. Tria oſſicula de *S. Georgio* 9. Oſſicula de *S. Achatij* Societate. 10. de *S. Quintino* Martyre. 11. de *S. Eraſmo* Martyre. 12. de *S. Ignatio* Epiſcopo & Martyre diſcipulo S. Ioannis Euang. 13. Oſſicula de Sanctis *Fœlice & Adaucto*. 14. de *S Iuliano* Martyre. C

XIV. Hierotheca complectitur precioſam mandibulam *S. Blaſij* Clariſſimi Epiſcopi & Martyris.

Sancti Confeſſores orate pro nobis.

XV. Hierotheca habet Reliquias. 1. de *S. Hieronymo* preſbytero. 2. duo oſſicula de *S. Ambroſio*. 3. os de *S. Martino* & particulam caſulæ eius 4. de *S. Benedicto* Abb. 5. de *S. Alexio* Confeſſore. 6. de *S. Seruatio* Epiſcopo 7. de *S. Remigio* Epiſcopo. 8. de *S. Eligio* Epiſcopo. 9. de *S. Iodoco* Confeſſ. 10. de *S. Materno* diſcipulo S. Petri. 11. de *Daniele* Propheta. 12. de *S. Antonio* Abb. 13. de *S. Geleyano* Confeſſore cuius apud Deum patrocinia orare ſolent comitiali morbo obnoxij. D

XVI. Hierotheca qua concluduntur Reliquiæ 1. de *S. Leone Papa* & Confeſſore. 2. de *S. VVilhelmo* Comite & Abbate 3. de *S. Antonio* Monacho. 4. de *S. Ioſepho ab Arimathia* occulto Chriſti diſcipulo. 5. de *S. Ioanne Chryſoſtomo*. 6 de *S Huberto* Epiſcopo. 7. de *S. Simplicio* Epiſcopo. 8. de *S. Syluestro* Papa qui Conſtantinum & Helenam baptizauit. 9. de *S. Buchario* Abbate.

XVII. Hierotheca in qua Reliquiæ ſpectantur. 1. *S. Nicolai* dens, digitus & aliud os atque de eiuſdem olio. 2. de *S. Amando* Epiſcopo 3. de *S. Alexio* Confeſſore.

XVIII. Herma argentea affabrè facta concludit caput *S. Agritij* Treuerenſium ontificis, eadem complectitur eiuſdem crines, & duos dentes.

XIX. Caput *S. Ægidij* Abbatis illuſtris ex Græcia peregrini pro Chriſto, vt eius uis & domeſticus fieri mereretur.

XX. Statua argentea *S. Annonis II. Archiepiſcopi Colonienſis* huius eccleſiæ Fundaoris, eiuſdem complectitur Reliquias. multa alibi de Sanctiſſimo hoc Antiſtite di; conquiſitio, diſpoſitioque theſauri ſacri in Mariana Eccleſia eidem aſcribitur, ceptis pauculis Reliquijs quæ à poſteris additæ. Erat B. Anno tam auidus conregandarum Reliquiarum, vt cupiditas paulum rapacitati diſtare videretur: hinc t quod author manuſcriptæ vitæ S. Wolphelmi carpat diuum Annonem quaſi Ottone Sacellano S. Richezæ *Venerandas Sanctorum Reliquias, quas Richeza in Scri decenter ornato condiderat poſt mortem* Reginæ illicita pactione acquiſiuerit: ſed is liber ab obliquis interpretationibus, niſi qui in æterna gloria poſitus calumarum nebulas claritate ſuperat. *S. Anno.*

XXI. Hierotheca cum Reliquijs 1. de capite *S. Barbaræ* V. & M. & vna eiuſdem ſta 2. digito *S. Agnetis* Virginis & Martyris cum alijs eius oſſiculis & dente 3. de *Margareta* V. & M. 4. de *S. Mariæ Ægyptiaca.* 5. Oſſicula de *S. Vrſula Maiore*, & de *Vrſula Minore* eius conſanguinea. 6. de *S. Praxede* Virgine. 7. de Oſſibus *S. Cathaæ* de panno capitis & de ſepulchro eiuſdem 8. de *S. Lucilla* Virgine 9. de *S. Eliſabe*a Vidua. *Omnes SS. Virgines & Viduæ orate pro nobis.*

XXII. Hierotheca includit 1. dentem *S. M. Magdalenæ* cum alio oſſiculo eiuſm. 2. *S. Teclæ* Virginis tres dentes & magnam mandibulæ partem 3. de *S. Scholicæ* Virgine. 4. de *S. Gertrude* Virgine. 5. de *S. Brigida* Virgine. 6. de *S. Paulinæ* irgine.

§. V. Feſta Eccleſiæ B. Mariæ ad Gradus.

I. Omnia Feſta B. M. Virginis

II. *Venerab. Richezæ 21. Martij.*

III. B. Agilolphi 9. Iulij.

IV. Dedicationis Eccleſiæ Dominica ante S. Michaelis.

V. S. Annonis Archiepiſcopi Colonienſis & Confeſſoris Fundatoris huius Ecſiæ B. M. Virginis, &c. 4. Decemb.

§. VI.

A

§. VI. Monumenta ſpectabiliora Baſilicæ B.M.V. in Gradibus.

MAuſolæum B. Richezæ & diadema quo ſepulta coronatur in eius hiſtoria expreſſi & viator præſens ſpectabit & conſpiciet cum illo quod infra dicam, epitaphio, recenſui quoque inter Marianæ eccleſiæ Reliquias Beatæ tumulum monumentaque, in quorum vicem hic alia duo ſubſtituo Litaniam videlicet Marmoream S. Annonis, & deinde arborem exhibentem conſanguineos ex lumbis S. Richezæ Principes, &c.

B

Litania marmorea S. Annonis.

Litania S. Annonis.

Quemadmodum ſuperius diximus B. Annonem in eccleſia ad gradus ordine digeſſiſſe Reliquias quo in Litanijs ipſi Sancti per Claſſes inuocantur, ita ſimili categoria quandam marmoream perpetuam litaniam in eccleſiarum fundatione ſibi conſtruxit. Sanctiſſimæ enim Trinitati Saleueldenſem ædificauit Baſilicam.

SS.Trinitati Saleuelt.

Ego inquit Anno ſecundus Gratia Dei Colonienſis Archiepiſcopus de proprietate Nobilis cuiuſdam fœminæ nomine Richeza, in pago qui dicitur Salefeldt, iuſta & legitima interueniente conditione, à me iure perpetuo & ſecura liberalitate abſque contradictione poſſeſſa ad ſalutem omnium credentium SVMMÆ ET INDIVIDVÆ TRINITATI eiuſque præcipuis teſtibus & noſtris tutoribus, Petro & Paulo cum ſanctis omnibus monaſterium conſtitui, id autem monaſterium primum ritu canonico excolendum inſtitui, deinde melioribus votis ſuperna diſpenſante clementia ad religionem magis attendens regulari familiæ & ſpiritualibus filiis, &c. C

Christo Filio Dei Viui Crypta ad S.Gereonẽ.

Verbo pro nobis carnem aſſumenti & in Cruce offerenti cryptam ad S. Gereonem ſic enim Tabulæ *Anno Chriſti 1060. Ab Annone Archiepiſcopo dicata eſt Crypta IN HONOREM D. N. IESV CHRISTI ET VIVIFICÆ CRVCIS, & S.Mariæ perpetuæ Virginis & S.Clementis Martyris, & SS. Maurorum, Innocentium, &c.*

S.M.V. ad gradus.

Sanctæ Mariæ Virgini ſtructuram Eccleſiæ ad gradus quam PRECATRICEM SIBI PARARE DECREVERAT

S. Michaeli & angelis Siberga.

Sancto Michaeli Archangelo Sibergenſem teſte lib. 1. vitæ S. Annonis cap. 21. D *De cœlis* inquit, *auxilio præſtito. conſummatio templi proſperata eſt, quod anno Dominicæ incarnationis milleſimo ſexageſimo ſexto decimo Calendas octobris NOMINI S. MICHÆLIS ARCHANGELI ſpecialiter aſſignans IN HONORE OMNIVM COELESTIVM VIRTVTVM.* &c.

S.Ioanni Baptiſtæ. Attendorniæ.

Sancto Ioanni Baptiſtæ Attendarienſem, ex Weſtphalicis enim antiquitatibus erui eccleſiam Attendarienſem à S. Annone ſtructam & dotatam in honore beatiſſimi Patriarchæ & Prophetæ præcurſoris Domini S.Ioannis Baptiſtæ.

Sanctis

Sanctis Apoſtolis diuerſas in diuerſis locis Præterquam enim quod Apoſtolo-um principibus Salæfeldienſe Monaſterium ſtruxit, etiam Coloniæ *Elegantis* (in-uit lib. 1. vitæ S. Ann. c. 34.) *artificij ſacellum templo S. Georgij contiguum, inſtru-t, reponens in eo quod à Roma detulerat, dignum veneratione Martyris Cæſarei brachium. uod VT APOSTOLICI NOMINIS DIGNITAS celebre redderet in honorem S. IACOBI craturus illud venerabilis pontifex* (Anno) *cum populo proceſſit, &c.* *SS. Apoſtolis parochialis S. Iacobi.*

Sanctis quoque Martyribus in diuerſis locis diuerſas 1. illam ad S. Georgium *vt anctorum Dei* (inquit in diplomate inſtitutionis) *Interceſſione ſaluemur PROPOSVI-VS NOBIS SANCTOS MARTYRES CHRISTI AD AVXILIVM ROGATIONIS PACIS RECATORES ADVOCARE eccleſiam itaque B. GEORGII Martyris quam nos ante por-m qua alta dicitur fundauimus Anno* 1067. *SS. Martyribus variæ eccleſiæ.*

Secundo Clementi Papæ & Martyri Eccleſiam in Drolshagen Weſtphaliæ unicipio 3. S. Fœlicitati & liberis eius, in eadem enim Weſtphalia de patro. inio onaſterij Graffſcafft pronunciat ſe *quendam locum in Saxonia Grafff. haff vocatum, à adam matrona nomine Cuniza & filio eius Thiemone acquiſitum, cum licentia Alexandri pæ & Henrici imperatoris Anno* 1072. *ad honorem Sanctorum ſeptem fratrum mart rum iorum S. Fœlicitatis. Alexandri, Martialis. Fœlicis, Sylani, Ianuarij, Philippi Vitalis, &c. ificaſſe & dotaſſe.* de SS. Evvaldis, & de martyribus Sibergam allatis abundè no:ũ eſt.

Sanctis Confeſſoribus etiam diuerſas eccleſias.

Primo S. Martino pontifici & confeſſori *teſte libro 2. vitæ S. Annonis cap* 8. *duas rres à fronte Sanctuarij conſurgentes in aërem ſubrigi præcepit, laudem meritumque viduæ io minuta offerentis procul dubio obtinens.* *SS. Cōfeſſoribus variæ eccleſiæ.*

Secundo eccleſiam S. Cuniberto Epiſcopo reſtaurauit, & dilatauit quod manu-ripti habent. Sicuti tertio eccleſiam S. Huberto in pago Helden ſub Billſteiniana Veſtpha'iæ Toparchia.

S. Virginibus demum honorem impendit, cum B. Afræ memoriam in littore heni exſtruxit, prope turrem quam vocant Franconicam *lib. 2. vitæ S. Ann. C. XI.*. uanta verò contentione S. Afræ Reliquias impetrauerit, refert Surius ad diem . Auguſti. *SS. Virginibus Memoria S. Afræ.*

Super hæc inquit vitæ liber 1. c. 8. *& Xenodochium Coloniæ conſtruxit, languidos & de-les, & omni deſtitutos ſolatio, illuc inferens deputatis ad eorum ſubſidia quotidianis ſti-ndijs.* *Pau[...] Chriſti. Xenodochium.*

II. Monumentum inciſum plumbeo diſco ſub capite S. Richezæ.

Anno Dominicæ incarnationis milleſimo LVII. MLXIII) Secundo idus Aprilis, Richeza Re-

gina, ab Annone ſecundo, ſedis huius Venerabili A
Archiepiſcopo, atque præſentis eccleſiæ fundatore, cum ingenti totius cleri & populi frequentia, honorificè ſepulta eſt; & per ipſum inducta pontificem duobus ornatiſſimis prædijs Sancto Petro collatis Nono Kal. Aprilis Obijt. B

IV. Monumentum de inundatione Rheni Anno Chriſti. 1374.

Eſt poſt prædicta deſtructio magna notanda.
Nam ſunt vndena februi ſua perdita frena C
Merſæ ſunt villæ nocuit templis nimis ille
Hunc gradibus quinis Margraden iſſe notabis
Sub lauacro Chriſti cum ſcandens Rhene fuiſti.

V. Monumentum ſuperius promiſſum nunc affero: deſcendentes videlicet ex vtero B. Richzæ ſeros Nepotes Principes & Proceres Chriſtianos, quorum nomina Scapis ramiſque magnæ arboris innexui, ex qua D
mox nonnullorum amputationem me coëgit facere anguſtia papyri. Inſerat quiſque ſuo loco & iure ſe & ſuos.

Maximilianus I. Cæſar.

Fridericus III. Cæſar.

Chriſtophor. Badenſ. Marchio.

Catharina vxor Caroli Badenſis.

Zimburgis Maſſouia Vxor Erneſti ferrei Archiducis Auſtriæ.

Zimouitus Dux Plocenſ. in Maſſouia. Vxor Alexandra Lithuana ſoror Iagellonis Regis.

Zemouitus Maſſou æ.

Zemouitus Dux Maſſouiæ.

Boleslaus Dux Plocenſis frater Vladislai Loctici Regis Poloniæ.

Zemouitus Dux Maſſouiæ.

Conradus Dux Maſſouiæ.

Caſimirus Dux Maſſouiæ.

Boleslaus Criuouſtus Princ ps Poloniæ.

Vladislaus I. Rex Poloniæ.

B. Caſimirus Rex Poloniæ.

B. Richeza Regina Poloniæ.

Hermannus II. Arc. Colon.



B. Richeza.



B. Ezzo. Com. Pal.

Hermannus Comes Palatinus & Nemoris

Helvvigis.

B. Mathildis.

Otto Imperator.

Theophania Imperatrix.

Infantes Hiſpaniæ. | Delphini Franciæ. | Duces Sabudiæ. | Duces Mantuæ. | Duces Mutinæ. | Duces Parmenſ. | Comites Wartenb. | Duces Bauariæ. | Electores Bauariæ. | Principes Palatini Neoburg.

Philippus Balthaſ. | Ludouicus XIV. Rex Franciæ. | Franciſ. Lud. Mantuan. | Henricus Maxim. Coadiutor Col. | Duces Bauariæ. | Ferdinandus Maria F. I. W. | Philippus Willhelmus Palatinus Neobus.

Philippus IV. Rex. | Anna Maria Regina Franc. | Victor Amadeus Philib. Thomas. | Catharina. | Iſabella. | Reinutius. | Odoardus. | Ferdinandus Comes Wartenburg. | Franciſcus Wilhelmus Oſnabr. Mind. & Verd. Ep. | Ferdinandus Elector Colonien. | Albertus Dux Bauariæ. | Maximilianus Elector Bauariæ. | Magdalena.

Philippus III. | Catharina. | Alexander. | Ferdinandus Dux Bauariæ. Comitiſſa de Wartenberg coniuges. | Guilielmus Dux vtriuſque Bauariæ.

Philippus II. Rex Hiſpaniæ. | Margarita. | Anna Archidux Vxor Alberti vtriuſque Bauariæ Ducis.

Carolus V. Imperator. | Ferdinandus Pri

Philippus Primus Rex Hiſpaniarum Bur

Archiduces Auſtriæ.
Ferd. Franciſcus Maria Anna Philip. Auguſtin.
Ferdinandus III.
Ferdinandus II. Cæſar.

Principes Poloniæ & Sueciæ.
Principes Poloniæ.
Ladiſlaus Rex Poloniæ.
Conſtantia vx. Sigiſm. Reg. Poloniæ.

Magni Duces Hetruriæ.
D.Hetruriæ.
Ferdinandus D. Hetruriæ.
Magdalena.

Nicolea. Claudia.
Margarita.
Vincētius

Lotharingiæ Duces.
Henricus.
Carolus.

Carolus & Franciſ. Nicolaus.
Franciſcus.

Zollerani.
Itelius Fridericus Princeps.
Ioannes Georg. Zolleranus.

Furſtenbergici.
AnnaMaria vx. E. gon s. à Furſtenb.
Ioannes Zoll.

Comites de Trauth. & Falckēſtein.
Vx. Ioan. Franciſ. C. de Trautſon & Falckenſtein.
Eitelius Fridericus Card.

Arſchotani & Arēberg.
Carolus Eugenius.
Maria Cleoph. nupta arſchot.

Truchſeſij.
Ioannes Epiſcopus Conſtan. & Fratres eius.
Maria Iacobe Henrici Truchſ.

Marchiones Baden.
Ferdinandus Maximilianus Baden.
Wilhelmus Badenſis March.

Carolus Archidux Auſtriæ. | Eleonora. | Chriſtina. | Itelius Fridericus Comes Zoller. | Carol. Com. Zoll. | Eduard* Marc. B.

mus Imperator. | Iſabella. | Anna vxor Comitis Caroli Zollerani. | Chriſtophorus Badenſis March.

gundiæ & Brabantiæ &c. Dux &c. | Ern:ſtus. | Bernardus.

A

SYNTAGMA VIII,

S. Georgij Collegiata.

§. I. Origo & incrementa Eccleſiæ Collegiatæ S. Georgij.

Opus S. Annonis.

S.Georgij Martyris baſilica, & ſi diuerſorum Colonienſium præſulum munifi- B
centiam experta ſit, vtpote Sigevvini, Friderici II. Arnoldi primi, S. Engelberti & aliorum: inſtitutorem tamen & fabricæ authorem neminem habet quam S. Annonem, ſi audiamus verba fundationis ex diplomate cui grande, inſtar volæ manus, rotundum ſigillum ipſius Annonis appenſum eſt. *In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Anno ſecundus Colonienſis Archiepiſcopus omnibus in Chriſto fidelibus ſalutem. Iuſtum eſt vt qui rectores eccleſiarũ dicimur, & ad tempus ſumus, eccleſijs nobis cõmiſſis, pro poſſibilitate noſtra, in tempore noſtro & deinceps vtiliter & benigne prouideamus. Quod Nos mente pertractantes, & quam periculoſum ſit, cum eo qui corda ſimul & opera penſat, ex æquo dimicare conſiderantes, vt ſanctorum Dei interceſſione ſaluaremur, propoſuimus Nobis Sanctos Martyres Chriſti ad auxilium rogationis, pacis precatores aduocare, &c. Eccleſiam* C
itaque B. Georgij Martyris quam nos ante portam, quæ alta dicitur, fundauimus & exædificauimus, facultatibus eccleſiaſticis in tantum locupletare conſtituimus, quantum poſſint illic Deo famulantium neceſſitatem ſuſtentare ad tempus, & facultates noſtras ſupra modum non viderentur minuere. Conceſſimus ergo Eccleſiæ præfatæ, cunctiſque ibidem Deo militantibus hæc prædia....&c....

Hæc igitur omnia & quæcunque iuſte acquiri & addi poſſunt, primo ſub tutelam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ per manum Venerabilis Papæ Nicolai, cuius etiam ſcripta ad corroborationem eiuſdem rei continentur apud Nos, diligenter commiſimus, ac deinde non ſolum Colonienſis Eccleſiæ, verum etiam comprouincialium eccleſiarum conſenſu & adſtipulatione ſigilli noſtri impreſſione, & banni authoritate coroborari decreuimus, vt nemo tam firmæ traditionis D
violator eſſe præſumat, niſi qui anathematis ſententiam, & æternum gehennæ incendium nullatenus pertimeſcat Anno Dominicæ Incarnationis MLXVII. Actum pu[illegible]e in Eccleſia S. Petri Coloniæ fœliciter in Chriſto.

Clerus S. Georgij minor numero eſt quam cæperat temporibus inſtitutoris, Nouendecim enim ſunt Canonici. & 8. Vicarij Præpoſituræ dignitas Anno 1600. authoritate Papali extincta eſt, cenſubus conuerſis in augmentum cæterarum præbendarum.

§. II.

A

§. II. THESAVRVS SACER Baſilicæ S. Georgij.

I. ALta inſtar duplicis Crucis argentea Hierotheca. Segmenta *de ligno Crucis Chriſti* complectitur, quæ olim metallinæ cruci Cæſarius Heiſtebacenſis *li.8. cap.25.* Scribit incluſa, in metallino autem nunc argenteo Crucifixi ſimilacro, aliqua de ſacro ligno ramenta dicuntur incluſa, & defertur hodie opis cauſa ad ægros & parturientes, cum frequentibus beneficijs diuinis, vt ſcripſi iam olim in Stauro-
B logia Agrippinenſi.

II. & III Gladius, & Brachium *S. Georgij* Argenteo brachio incluſum, Quod S. Anno Archipræſul Colon. ac huius Eccleſiæ fundator ex Abbatia S. Pantaleonis pro brachio S. Bartholomæi Apoſtoli permutauit. Cum enim S. Epiſcopus ædificato templo S. Georgij anxius hæreret vbinam eiuſdem Martyris Reliquias notabiliores adipiſci poſſet, vidit in ſomnis Glorioſum Martyrem S. Georgium ex Oratorio SS. Coſmæ, Damiani, & Panthaleonis Medicorum roſeo vultus militari habitu exeuntem & ad nouam ſibi à præſule Annone ædificatam Baſilicam pergere; qua viſione lætificatus ſummo mane prædictum Oratorium adijt. Martyris Reliquias requirit, inuenit, ac fratribus loci aſſignato S. Bartholomæi brachio, vna
C cum largis redditibus gaudens eadem qua nocte in Viſione Martyrem via progreſi viderat procedens, tranſtulit ad nouam à ſe Martyri Georgio conſtructam Eccleſiam: Cumque nimia populi multitudo Pontifici obuiam procederet, multique tabulata quæ circa Eccleſiam nondum abſolutam in vſus operariorum erecta erant, aſcendiſſent ita vt nimia multitudine hominũ premerentur & inſolitum pondus portare non valentes aſſeres ſubſiderent vna cum inſiſtentibus, magna vtique ſtrages & clades hominum ſecutura diuina gratia ac meritis Martyris glorioſi nullo detrimento eſt auerſa. Huius translationis feſtum 18. Nouemb. Solennitur ibidem celebrari ſolet. Cumque quidam Frater in Siburg irremediabili morbi genere
D fatigaretur ſuaſu S. Præſulis idem languens epota aqua qua S. Os brachij S. Martyris perfuſum fuerat extemplo conualuit.

Hæc ex MS. & vita S. Annonis l.1. c.17. & l.3. cap.1.

IV. Brachium argenteum & Inſignes Reliquiæ tribus Thecis Argenteis incluſæ *S. Cæſarij Diaconi Martyris* cuius oratorium aliquando extitit vbi nunc Collegiata eccleſia eſt cuius honori ne quid decederet in Societatem patrocinij adoptatus eſt in diem 3. Nouembris, quando Solenni & Decanali ibidem honoratur Officio, *3. Nouemb.*
cum alias dies eius natalis ſit 1. Nouembris ſed ob maiorem ſolennitatem diei Omnium SS. & ſequentis feriæ transfertur in tertiam, paſſus eſt circa Annum Domini 160. in Ciuitate Tarracina in Italia, culleo incluſus & ſubmerſus in mari, vti videre eſt apud Surium 1. die Nouembris de eo hæc leguntur in vita S. Annonis. lib. 1. cap. 35.

Baro. ibid. S. Anno de B. Caſario.

In vrbe vir quidam Andreas nomine , non opere , diuitijs & vita delitijs affluens, A
laxæ conuerſationis amplam terebat viam, animam oneri , corpus habens voluptati: cui præter
nomen Chriſtianitatis & emortuam fidem , Chriſtianæ religionis nihil videbatur ineſſe: exce-
pto, quod beato Cæſario martyri deuotus, eccleſiam eius cum cereis frequentare ſolebat. Hic ge-
nerali mortis conditione præuentus, ſero ſui pœnitens, vltimum efflauit ſpiritum. Nec mora, cor-
pus in feretro compoſitum , flentium & plangentium amicorum triſti ambiebatur obſequio,

Homo mortuus reuiuiſcit.

ſepulturam eius ob quædam impedimenta in diem alterum differentium. Itaque protractis ad
medium noctis excubiis, altoque ſtupore perfuſis, repente feretrum moueri cœpit : eleuanſque
caput, qui iacebat exanimis cum vndique circumſpiciens , ampliorem videntibus terrorem in-
cuſſiſſet fugæ præſidium nonnullis arripientibus, omnibus vero pariter mente conſternatis, in
feretro reſedit. Interim prudentiores fiducia nonnihil reſumpta procul quibuſdam ſubſiſtenti-
bus, propius acceſſerunt, & inſpecto diligenter homine, quid rei contigiſſet, ſciſcitati ſunt, B
vtrum phantaſiis diaboli luderentur, an inſueta mortalibus lege ab inferis rediuiuus emerſiſſet,
vel, quod magis erat in ſuſpicione, languoris immanitate pro mortuo habitus, oculos tantum
intuentium fefelliſſet, cæterum vitam non plane amiſiſſet. Ad hæc ille grauiter ſuſpirans, Non,
inquit, ſimulate ſed vere mortis incidi ſortem: at vero perpetuæ mortis ſententiam & in ani-
ma & in corpore proh dolor luerem , ſi Cæſarij martyris Deo digna non interceſſiſſet ſupplica-

Vide quid conferant Sanctorum patrocinia.

tio. Subiungenſque ſe vndum tenorem interrogantium, vbi fuiſſet, quid vidiſſet & vt redyſſet,
ita ait: E corpore violenter eiectus , ad terribile nimiſque pauendum Chriſti ſolium ducebar.
Ibi circumſtantibus cum tremore millibus Angelorum, ego miſerrimus conſcientiæ reus , nec
oculos in quenquam illorum ſupplex attollere præſumebam ſolummodo diſtricti iudicis triſtem
ſententiam accipiens , à teterrimis & horrore plenis dæmonibus ad æternæ damnationis loca C
trahebar abſque miſericordia. Pectuſque feriens, ac nimis flebiliter ingemiſcens, Illius, inquit,
horæ miſeria nullis digne exponenda verbis, mei cordis memoria nunquam elabetur. Cumque
me flentem procaciſſimi dæmones cachinnantes , meiſque caſibus inſultantes , ad perditionem
atrociter impellerent, precioſus martyr Cæſarius meis calamitatibus pie commotus , cum fauo-

Interceſſio Sanctorum.

re ſancta Dei genitricis , ſanctorumque Apoſtolorum & martyrum, procidit ante Dominum,
vulnerum ſuorum ſtigmata demonſtrans, & dicens: O clementiſſime Domine, tremendi nomi-
minis tui cauſa hæc quondam libenter excepi, nec erat in his perferendis, licet caro gemeret vl-
la reluctatio mentis: dummodo temporalium tormentorum aſperitate corpus ſemel enecatum, D
nullis deinceps triſtitiæ ſtimulus vel animam, vel carnem, te præſide, afficeret. Quid itaque te,
qui pius es, inſpiciente nouis in corde doloribus denuo premor? Ecce qui meo credulus patroci-
nio vitam ſuam mihi commiſit ex integro, præceps impellitur ad inferos, iamque merito ſtul-
titiæ arguitur, qui vana ſpe ſeductus me coluerit vt vitæ ſuæ gubernatorem quem in alleuandis
ſaltem ſuppliciis habere non poſſit interceſſorem. In his vocibus eo coram Chriſto Rege iacente,
pijſſima Dei genitrix virgo Maria, cum reliquis ſanctis ſe adiungens , filium & Dominum
ſuum ad voluntatem martyris ſui flexit: per cuius imperium peſſimis dæmonibus ereptus, iam
venia ſecurus & vitæ, corpus ad hoc reinduere iuſſus ſum. Vt his cognitis, vnuſquiſque ſuæ ſalutis
ſolicitior reddatur. Hac homine perorante, cum adſtantes ſtupor inuaderet collegit ſe ſuper fe-
retrum, & obijt. Tali concluſione rem doctor egregius finiens, omnes ſuſpirijs & compunctione,
quod

A *quod audierant,commendantes,mox allocutus eſt: Et vos fratres,voſque ſorores,huius conſiderationem facti in cordium veſtrorum ſecreta admittentes, ad quemcunque deuotionis & ſeruitij cultum voſipſos ſanctis Dei offerte. vt extremæ tribulationis anguſtiis arctati, quemlibet ſanctorum tanto lætior quiſque veſtrum illic patronum experiatur, quanto deuotior hic in eius vixit obſequio. His ab eo dictis, nos ob id, quod paulo ante attigimus docuiſſe ſcilicet eum, omnibus in periculis primum eſſe præſidium, laudibus Chriſti nullum præponere periculum, memorabile quiddam ipſius ore celebratum ſubijcimus, vnde poßit adſtrui, quod eum propoſuiſſe non falſo teſtati ſumus.]* *Sancti honorandi & inuocandi.*

V. & VI. Caſula *S.Annonis* fundatoris in qua 108. Annis S Eius Corpus ſepultum fuit. Obijt autem Anno 1075. 4. Decembris Eleuatus vero eſt 1183. 29 Aprilis
B Brachium eius itidem argenteo brachio Incluſum & aliæ notabiles eiuſdem S. Reliquiæ in quarum aduentu 25. die Auguſti Anno 1183. tale contigit Miraculum: *25. Auguſti.* cum Reliquiæ S. Præſulis Coloniam deportarentur ciuibus ſumma cum deuotione obuiam procedentibus, quædam incredula mulier, à vicinis admonita vt ſimul obuiam S. Reliquijs procederet, reſpondit ſi oſſa equorum & boum per orbem pro Sanctorum Reliquijs deferuntur vanum eſt pro veneratione ſurgere & obuiam ire, dixerat, & confeſtim quid cum Chriſto poſſet cuius oſſa deferebantur, apparuit, ſiquidem ea ipſa hora oculorum lumen amiſit, perſuaſum eſt ei à notis, perſuaſum eſt & à dolore, vt domi quæreret cui obuiam procedere in ſua domo deſpexiſſet, ita cōtigit ductu ſuorum tumulum beati viri petijt votoque & oratione cum
C lachrymis peractis lumen recepit, &c.] ex MS. Vitam glorioſiſſimi Præſulis prolixe deſcriptam edidit Surius ad diem 4. Decemb.

VII. Caput integrum *S. Theodori Militis & Martyris* argenteæ Hermæ incluſum cuius dies Natalis ſolenniter ibidem peragitur die 9. Nouembris de quo Sancto Martyrologium conſuli poteſt. *9. Nouemb.*

VIII. Caput integrum *S. Theophili* præcipui Socij S. Gereonis cuius dies natalis 10. Octobris celebrari conſueuit. *10. Octob.*

IX. Inſignis Monſtrantia deaurata continens *de veſtibus B. Virginis Mariæ* quæ artificioſiſſima ex ebore ſculpta B. Virg. Imagine ac in ſummitate puro auro duas conſecratas ex cera icones agnorum Dei incluſas geſtat ex liberalitate *Domini Ioannis VVeidenraedt* olim circa Annum Domini 1435. Cathedralis Eccleſiæ Olmutzenſis
D & huius Can. & reſpectiuè Scholaſtici.

X. Inſignis itidem argentea deaurata Monſtrantia liberalitate *D. Ioannis Rattingen* huius Eccleſiæ Scholaſtici procurata diuerſas diuerſorum Sanctorum continens Reliquias.

XI. Alia quoque deaurata Monſtrantia liberalitate Decani Wilhelmi *Milendunck* procurata & donata continet S. Apoſtoli Andreę duos dentes, & de ligno crucis eiuſdem partem. Feſtum eius agitur die vltimo Nouembris, cum octaua eodem authore.

XII. Monſtrantia ibidem argentea deaurata liberalitate M. Ioannis *Kuck* *6. Decemb.*

Ss (à quo

(à quo Kuchanum gymnaſium ortum ſuum habuit) procurata, *S. Nicolai* Epiſcopi cuius natalis ſexta Decembris peragitur, inſignes continet Reliquias. A

22. Ianuarij XIII. Os Grande *S. Vincentij* Martyris cuius dies natalis 22. Ianuarij celebratur.

XIV. Inſignis argentea Monſtrantia liberalitate Decani *VViſchij* An. 1544. donata, habet conſecratam inſignem ex cera iconem *Agni Dei.* Illa ad pacis ſignum in ſolennioribus Decanorum feſtis, eadem Eccleſia vti ſolet.

XV. Alia præterea argentea Monſtrantia continet *Lignum de præſepe domini.*

§. III. Feſta.

I. Feſtum dedicationis olim agebatur feria ſecunda Paſchæ qua die à S. Præſule Annone lumine & radio cælitus in Archipræſulem miſſo conſecrata eſt, ſed nunc ipſo SS. Simonis & Iudæ Apoſtolorum 28. Octob. peragitur. B

II. Patroni *S. Georgij* 23. Aprilis, quâ duo Collegia S. Seuerini, & ad gradus, proceſſionem comitantur ductam circa forum pecuarium, ferinum, vel Sandycis, vulgo Weidmardt, ad occaſum huius eccleſiæ, ac per mediam S. Iacobi eccleſiam circa immunitatem clauſtri.

III. S. Cæſarij 3. Nouembris.

IV. S. Annonis 4. Decembris.

V. Et Solennem Theophoriæ feſtiuitatem ipſo die V. Sacramenti quotannis peragit.

C

§. IV. Fraternitates.

I. Eſt in hac Eccleſia celebre feſtum, in honorem *Septem dolorum B. Virginis,* quod quarta die veneris poſt paſcha copioſa multitudine ciuium frequentatur, idque in Altari proprio in honorem ſeptem dolorum erecto quod ſeptem diuerſis, per annum vicibus, Canticis & Reſponſorijs honoratur. Pij inſtituti Author eſt D. Ioannes *Terueldt* ſub Archiepiſcopo Theodorico de Moerſa, circa annum 1444. Ampliatores eiuſdem D. Eghardus *Graue* & Georgius *Braun*, Reſtaurator vero D. Paulus *Helman* qui omnes d. Eccleſiæ Can. fuere.

II. Similiter ibidem conſecratum habetur Altare *ſeptem Gaudiorum Virginis* eiuſdem, quod toties etiã in diebus ſolennibus videlicet Epiphaniæ, Purificationis, Annuntiationis, Paſchæ, Aſcenſionis, Pentecoſtes, & Aſſumptionis ſingularibus Canticis & Reſponſorijs, nec non accenſis ſeptem Luminaribus honorificè viſitatur: fundatore *D. Ottone Scholaſtico* qui d. Altare, vicariam eiuſdem, & haſce 7. Stationes ordinauit, ac ampliſſimas 12. Epiſcoporum Indulgentias pro d. Altari Impetrauit, vt Bulla deſuper edita demonſtrat: data Auinione 23. Decembris Anno 1336. Pontificatus Domini Benedicti Papæ XII. Anno ſecundo. D

§. V. Mo-

A

§. V. Monumenta Eccleſiæ S. Georgij.

I. S. Georgij baſilica, Metropolitanæ turris & in ea tollenonis machinam, mole quadam monumentoque æmulari videtur, adiacentia enim habet ingentis ædificij fundamenta, quod cum S. Anno erigeret, Vbij arrepta ſuſpicione quaſi arx ſibi imponeretur, coëgerunt opus imperfectum deſerere, ſic vt extat impoſito adhuc tollenone.

II. Columnæ altiſſimæ & integro ex porphyretico marmore in eccleſiæ naui.

III. Prope ingreſſum ambitus in Septentrionali ſacello eccleſiæ, muro inſer-
B tum eſt venerabile monumentum ex porphyrite.

SYNTAGMA IX.

B. M. V. In Capitolio Agrippinenſi Collegiata Eccleſia.

§. I. Origo eccleſiæ huius & progreſſus.

Occaſio Eccleſiæ Capitolinæ.

C PIpinus Heriſtallus titulo quidem Maior Domus Auſtraſiæ, (id eſt omnis inter Rhenum, Schaldim ac Rhodanum imo amplioris terræ) reuera autē Rex, dementatus amore Alpaidis pellicis, ſororis Illuſtris viri Dodonis, eo quod mores & ætatem ſanctiſſimæ Plectrudis vxoris ſuæ iam ſeneſcentis faſtidiret, eam non niſi vt matronam honoratam palatij & participem piorum quorundam operum habere cœpit. Alpaidem vero vt thori ſociam, verbo pellicem, ex qua natum Carolum Martellum ad Regni hæreditatem educauit, iuſtitiæ & publici decori, nec non animæ ſuæ maximo detrimento: A qua dementia Pipinum conata eſt variè reuocare B. Plectrudis, ſed cum dolo & inſtinctu pellicis, Anno 696. ob repræhenſum Pipini adulterium, S. Lambertus eſſet occiſus, & eodem anno ſocrus B. Plectrudis mater Pipini B. Begga ſanctitate clara fœmina obijſſet. B. Plectrudis omni humana con-
D ſolatione deſtituta, pellicis inſidias declinans, & de Mariti ſalute deſperans, conuaſatis theſauris, à conſortio aulæ recedens Agrippinenſe Capitolium habitationem & palatium Ducum Auſtraſiæ, in Aſceterium Chriſtianarum Virginum commutauit, vt cum ope non poſſet votis alienis reatum mariti expiaret; ea res in tabulario Capitolino his verſibus exprimitur.

Ædificatrix B. Plectrudis.

Plectrudis Regina dolens animumq́ʒ reſumens,
Sat cautè geſſit gazis habituque receſſit.
Pergit Agrippinam diſponendo Libitinam,
Mundum deſpexit Dominoque fidelis adhæſit:
Ac inibi clauſtrum ſtatuens multum precioſum.

 Hocq́ʒ

Hocque puellarum titulando, Roſamque roſarum, A
Elegit ipſa piam Patronam rite Mariam
Prædia multa parat, clauſtro magnalia donat
Hæc circumſpexit per ſingula ſtrenua rexit.

Deo vero omnis Solatij authori cordi fuiſſe hunc receſſum, & cauſam vniuerſam Plectrudis, diuina prouidẽtia oſtendit, dum eodem quo S. Lambertus cæſus eſt die, ſuffectus eſt in cathedram Traiectenſem Romę S. Hubertus Filius Bertrandi Ducis Aquitaniæ, vindex eſt reſtitutor S. Plectrudis vti Ioannes Roberti Andainenſis è Soc, Ieſu refert in S. Huberti vita,

Pipinus vbi primũ certo nuntio accepit cognatũ ſuum Hubertum Lamberto ſucceßiſſe, ſplendido cinctus comitatu ſalutandi & gratulandi cauſa ad eũ Traiectum venit. Hubertus ſacerdotalis auctoritatis & grauitatis memor, diuini honoris zelo ardens, negat ſibi quicquã cũ illo aut eſſe aut fore cõmune, priuſquã ad mentem redeat, Plectrudem vxorem recipiat. Alpaidem pellicem eijciat, deniq; addit: ſe ei Eccleſiæ communione interdicturum niſi reſipiſcat, idq; palã orbi facturum. Pipinus Deo cor eius tangente. ſe aliquando peccatumq; ſuum reſpiciens, iurat ſe in Huberti futurũ poteſtate. Ac primum omnium mißis properè literis ac nuntijs Vxorẽ reuocat, eamq; deinceps loco habet quo coniugij iura iubebant. Tum vt Deo ſuiq; ſubditis ſcandalũ paſſis, quadantenus faciat ſatis, vicino loco ORPEN dicebant, Eccleſiam extruit honori Virginis Deiparæ ſanctiq; Martini. Alpaidem peccatis inueteratam obduratamq; Hubertus anathemate percutit mox rectius ſapientem Beſilienſi Eccleſiæ includit lachrymis ac pœnis ſpontaneis peccata expiaturam. Vnde in recens extructum Monaſterium ORPEN tranſire iuſſa eſt. quo Pipinus ex Nivvillenſi parthenone ſacras Virgines Deo & ſibi Victuras euocarat.] Eatenus ille, ex quibus iam patet quo modo pleraq; pia opera Plectrudis poſt diuortiũ ſemel tẽtatum, & poſt patratam S. Lamberti cædem, iterum ſocio Pipino adſcribantur, & quidem hæc ipſa Capitolij conſecratio & fundatio. Ita enim in tabulario ſub Pipini craſſi Heriſtallij & Plectrudis ſimulachris legimus.

Et Pipino Heriſtallo tribuitur fundatio Capitolina.

Plectrudis. | Pipinus.

Regibus exemplum dantes memorabile templum,
Præſens fundamus, ſtruimus, largeque beamus
Auro, Sapphyro, gemmarum Schemate miro
Addentes rura Vaſallos. prædia plura. Scilicet
Efferen, Viſchenich ſlotzeim. diſternich. D
VVollesheim, erb, hąn, Pilſen. Frauuollisheim,
Godesberg. Honſſe, Lutzen VVinthere, Heppinckhoue,
Dalen, Merenther, Vorſchnich, Randeradt, Polle
Durſten, Hanxelar. VVinnerſvvick.

At cum Pipinus ſub annũ Chriſti 714 periculoſo morbo vitã finiturus videretur & ſucceſſio in principatu ambigua redderetur inter filios Pipini cõpetitores; ſiquidẽ vna ex parte paternũ regnum nepotes eius legitimi ex Plectrude nati, ex altera autẽ Carolus Martellus, ſed ex pellice filius, ambibant, & ipſe Pipinus ambiguus erat aut certe in Martellũ inclinatus. Ibi Caroli Martelli mater Alpais è vicino denuo ſe ingeſſit

A geſſit Plectrudis vero pro nepotem iure miſit S. Svvibertum Epiſcopum Regionarium & Agilolphum Colonienſem Archiepiſcopum ad Principem Pipinum Heriſtallium acturos: *ne heredem ſcriberet Carolum Martellum illegitimum ex Alpaide pellice genitum, in detrimentum & damnationem animæ ſuæ, & in confuſionem ſui & totius Eccleſiæ, atque in ſcandalum ſuorum & primatum atque ſubditorum*, ſed hâc legatione ab Alpaide compertâ & callidè cluſâ Teſtamentoque in Caroli Martelli fauorem condito, iterum Deus pro Plectrude vindicem extendit manum; nam *Plandus Comes de Oſterne* frater S. Lāberti morte Pipini & bellico tumultu, ab Raginfredo Franciæ maiore necnō Radbodo Friſonum Regulo excitato, adiutus, ad Orpenſe Monaſterium accedens cuulſam inde Alpaidem igne combuſſit; ſeuerè Deo, in pœ-

B nitentem licet, exercente iudicium, vt ſcandala tot populorum aliqua ratione ſanarentur, ipſa, ſi libuit, dicente cum aliquo Sanctorum, *Hic vre, hic ſeca, vt in æternum parcas* aut cum Mauritio Imperatore: *Iuſtus es Domine & rectum iudicium tuum.*

Porro ad Plectrudem quod attinet illa Deo ſe totam, & ſua Capitolinæ Eccleſiæ impendens, obijt in ſenectute bonâ in medio Baſilicæ ſepulta, cuius anniuerſariâ memoriâ, vndecimâ die Auguſti ibidem peragitur. In quem locum, vti & B. Fundatricem plura ſcripſi in Plectrude cum eam cum S. Svviberto, vt par SS. inſigne Illuſtriſſimo Nuntio in has partes venienti obuiam miſi, vnde excerptam particulam hic recudo, nimirum carmen quod in Sacrum Vbiorum Capitolium Illuſtres & Generoſiſſimi Domini *Ferdinandus & Georgius Luduicus Comites in Schvvartzen-* *XI. Auguſt.*

C *burg* &c. cum Authore Baſilicam Capitolinam viſitantes luſerunt.

Hic vbi nunc cernis Capitolia ſtructa Viator,
Aula fuit Ducibus, Principibusque domus.
Aula fuit, ſed magnifico iam Regia luxu
Inſcribi titulo conueniente poteſt.
Non cuius tectum radiante refulgeat auro,
Aut latus argento veſtibulumque micet,
Sed gazis opulenta ſacris & ſplendida Diuæ
Plectrudis meritis Reliquiisque potens:
Cedant belligerum Capitolia celſa Quiritum
Inceſto quondam templa dicata Ioui.
D *Hic ſacra ſupremi Capitolia cerne Tonantis*
Non niſi virgineis templa ſacrata choris,
Tela triumphali veteres ſubiere quadrigâ
Hoſtis vbi fauſto marte ſubactus erat.
Ex his Angelicis Plectrudis vecta quadrigis
Æthera tranſcendit cælituumque domos.

Anno 1637. turris Capitolina præ vetuſtate fatiſcens, collapſa agricolam quendam oppreſſit, ideo nouis excepta fulcris ac ferreis vinculis compaginata eccleſia præmunita eſt à ruinis vlterioribus. 1637.

Chronoſticon D. Andreæ Streithageni in lapſum turris Capitolinæ Anno 1636. A

CVLtor agrI ſaXIs ICtVs laCet AgrIppInæ,
ILLapſo teMpLI fornICe VIrgIneI.

§. II. THESAVRVS SACER Baſilicæ B.M.V. in Capitolio. B

28 April. Martyrol. Roman. I. Tumba ex auro & argento fabricata continet corpus S. VITALIS MARTYRIS, *Patris Sanctorum Geruaſij & Protbaſij, qui cum B. Vrſicini corpus ſublatum honeſtate debitâ ſepeliſſet, tentus à Paulino Conſulari, poſt equulei tormenta iuſſus eſt deponi in profundam foueam, & terra ac lapidibus obrui, talique martyrio migrauit ad Chriſtum.* Dici percommodè poteſt B. Vitalem in proprio habitare, ſiquidem non ſolum anima eius in cæleſti gloria, multâ bonorum tractatione acquiſitâ accepit manſionem æternam, ſed etiam beata oſſa eius, miraculorum multitudine tãtam promerita ſunt munificentiam Maiorum noſtrorum, vt ex oblatis Cimelijs, is de quo dixi precioſus loculus conſtrueretur.

Hîc vero laudandus eſt zelus Nobilium Virginum, ſeu Domicellarum Canoniſſarum huius Collegij, quæ fœlicitate optimæ educationis in omnem pietatem propenſæ & ornatæ: elargitis munificè ornamentis ſuis, omnes ferè Baſilicæ Reliquias, auro, & argento incluſerunt, vt numerare ſit non minus quam viginti ſex precioſas hierothecas, quarum Catalogum mecum Lector perge cenſere. C

28. Octob. Martyrol. Rom. II. Herma argentea continet caput S. IVDÆ THADÆI *qui in Meſopotamia Euangelium prædicauit, deinde cum Simone Chananæo in Perſidem ſimul ingreſſus, cum innumeram gentis illius multitudinem Chriſto ſubdidiſſent martyrium conſummauit* ac feſtum diem obtinuit in 28. Octobris.

III. Hierotheca brachij figuram habens, brachium *S. Bartholomæi* complexa eſt 24. Auguſti votis ſupplicum honoranda. D

6. Nouemb. IV. Alia hierotheca in figura brachij, brachium *S. Leonardi* Confeſſoris qui obijſſe traditur Anno 559. octauo Idus Nouembris *Lemouicu in Aquitania, diſcipulus Beati Remigij nobili genere ortus, ſolitariam vitam diligens, ſanctitate & miraculis claruit, ac præcipue in liberandis captiuis eius virtus enituit,* quapropter in hac ipſa diœceſi, in monte S. Leonardi, parochiæ Goſtorpenſis apud Greuenbroch votis frequentibus adiri conſueuit, etiam loco pridem deſolato.

V. Fragmentum ligni *S. Crucis,* & *Cingulum B. M. Virginis* & *velum.*

VI. Hierotheca *pars Claui* qui manus Chriſti perforauit.

VII. Hie-

A VII. Hierotheca continet partem *Lanceæ* Dominicæ & quatuor Spinas de coronâ Dominicâ.

VIII. *Lac* B.M.V. partes *Spongiæ* Dominicæ, & *Dominicæ menſæ*.

IX. Hierotheca os *S. Andreæ Apoſtoli* & *S. Ioannis Baptiſtæ* os & ſanguinem quorum ille 30. Nou. alter 24. Iunij & 29. Auguſti celebrantur.

X. Os *S. Pauli Apoſtoli* 29. Iunij. & *Manna cæli*.

XI. Hierotheca habet pedem cum carnibus pueruli ex Bethlehemiticis *Innocentibus* qui tyrannide Herodis pro Chriſto ſanguinem profuderunt celebres in 28. Decembris.

XII. Os *S. Achatij* Ducis decies mille Martyrum 22. Iunij.

B XIII. Os *S. Sylueſtri* Papæ 31. Decemb. Os S. Ioannis fratris S. Pauli 26. Iunij. *S. Vitalis* os cuius reliquum corpus argenteo Sarcophago hîc cuſtoditur 28. Aprilis. Os *S. Georgij* Martyris 23. April. Os *S. Tiburtij* martyris 14. Aprilis.

XIV. Os *S. Cyriaci* 8. Auguſti.

XV. Coſtam *S. Laurentij* Martyris 10. Auguſti. & os *S. Stephani* Protomartyris 26. Decemb.

XVI. Os *S. Mauritij* Martyris & Ducis militum 22. Septemb.

XVII. Os *S. Cornelij Papæ* & Martyris 14. Septemb. & os *S. Clementis Papæ* & Martyris 23. Nouemb.

XVIII. Os *S. Blaſij* Epiſcopi Sebaſteni 3. Febr.

XIX. Os *S. Antonij* Abbatis 17. Ianuarij. & os *S. Benedicti* Abbatis 21. Martij.

C XX. Dentem & aliud os *S. Nicolai* Epiſcopi 6. Decemb.

XXI. Os *S. Ceciliæ* Virginis & Martyris 22. Nouemb. & os *S. Materni* I. Epiſcopi Colonienſis. 13. Septemb.

XXIII. Os *S. Mariæ Magdalenæ* 22. Iulij. & os *S. Mariæ Ægyptiacæ* 7. Auguſti.

XXIV. Os *S. Catharinæ* Virginis Philoſophæ & Mart. 25. Nouemb.

XXV. Os *S. Agathæ* Virg. & mart. 5. Febr.

XXVI. Os *S. Margaritæ* Virg. & Mart. 13. Iulij.

XXVII. Crines *S. Agnetis* Virg. & mart. 21. Ianuar.

XXVIII. Cingulum *S. Eliſabethæ* viduæ & Birretum ſeu Pileum *S. Martini* Epiſc.

XXIX. Hierotheca *Cruorem Dominicum* complectens, donata à Leone Pontifice,
D celebratur in manuſcriptis Patriæ libris, ſed ea altari incluſa dicitur cum Leo præſentibus CCLXXII. Epiſcopis hanc conſecraret Eccleſiam in Feſto Viſitationis Deiparæ.

XXX. Alias Reliquias diuerſæ capſæ & ſacella ſpectatoribus exhibent venerandas.

---

§. III. Fraternitas.

I. Fraternitas *Septem dolorum B. M. V.* populoſa, recenter authoritate *Ferdinandi Archie-*

Archiepiſcopi Colonienſis in hanc Baſilicam inuecta eſt, etſi quoque eorundem dolorum memoriæ quondam erectum videatur admirabile candelabrum Chriſtallinum ſeptem facibus præparatum. A

II. Fraternitas *S. Criſpini* coriariæ Tribus.

§. IV. Feſta.

I. Septem diebus ante, & totidem poſt feſtum Viſitationis B.M Virginis, ſub veſpertinum crepuſculum ſolemniter magno numero frequentant Colonienſes Capitolinam Baſilicam. B

18. Octob. II. Dedicationis feſtum celebratur die ſacra S. Lucæ 18. Octob.

28. Aprilis. III. S. Vitalis cuius hic corpus feſtiuitas 28 April.

IV. In feſto S Marci ad litanias Clerus conuenit ad hanc Baſilicam.

V. In Litanijs maioribus feria ſecunda Proceſſio & Miſſa ſolemnis in Capitolinâ celebrantur.

VI. Omnia Deiparæ Virginis feſta ſolemnia habentur.

25. Decemb. VII. Nocte reſurrectionis Dominicæ ſolemnitas viſitati à mulieribus ſepulchri Dominici, in hac præ alijs Eccleſijs frequentatur nec immerito, cum Beatiſſimæ matri ſuæ vna cum B. Maria Magdalena primus apparuerit ea nocte circa tertiam horam à media nocte reſurgens Dominus, vti *Matth.* 28. narratur, etſi Marcus ſolius Magdalenæ meminerit, ſed vti Matthæus ſcripſit aſſociatæ B. Virgini C *B. M. Virgo & duæ Magdalenæ.* Mariæ. & ſanè multæ circumſtantiæ euincunt hanc alteram Mariam Matthæi eſſe B. Dei genitricem, quippe quæ fide plena non ad vngendum, vt aliæ incredulæ, ſed ad viſendum ſepulchrum ipſa nocte acceſſit: cæteris mulieribus diluculo & claro die accedentibus, cum aromatum pixidibus, vt omittam alias perſonas bis alias illis apparentes, alia verborum forma vſas eſſe, quam rem interpretes ſcripturæ in poſterum accuratius, ſpero obſeruabunt ac diſcutient; nec plures & diſtinctas perſonas, in vnam ſub vno nomine Magdalenæ compingent, ſed vnam Galilæam alteram Bethanienſem diſtinguent Ducibus PP. apud Baronium & alibi relatis. Vti monui ſupra *pag. 239 lit. B.* D

§. V. Monumenta Eccleſiæ Capitolinæ B.M. Virginis.

I. Mauſolæum in media naui Eccleſiæ, ſpectandas honorandasque exhibet Reliquias corporis Diuæ *Plectrudis, Hugoberti Bauari Filiæ, Pipini Craſſi Heriſtallij Viduæ*, quæ de Palatio ſæculi nobiliſſimum Chriſti Aſceterium fecit. Obijt circa ann. 718. vel. 726.

Epi.

A

Epitaphium S. Plectrudis.

Nemo me lachrymis decoret nec funera fletu,
Faxit, in æthereo, viuo Beata polo.
Pro lachrymis totum tumulum inſpergite Maium
Sint thyma narciſſis, lilia mixta roſis.
Plectite floriger as PLECTRVDI templa coronas:
Cui mera dat cœlum gaudia, Terra negetꝫ

Aliud.

B

Hic ſita Boiugenum PLECTRVDIS ſanguis Auorum,
Magna Palatino ſtemmate, magna thoro,
Magna Drogone parens, Grimaldo Martyre Maior
Alpaiduque odio Maxima facta polo.
Magna patrocino Lamberti Præſulis inque
Curriculo vitæ, Martyrioque fuit
Magna Marianum condens Capitolia Templum:
Magnaque Virgineі Clauſtra locando chori
Nomina ſunt magna hæc: par gloria magna coruſcat
C *Cælica, quæ magna digna fuere Deo.*
Si Carolus magnus dicatur MAGNVS ab actis
PLECTRVDIS dici maxima iure poteſt,

Cecinerunt Ferdinandus, & Georgius Ludouicus
Comites de Schvvartzenbergh &c.

II. *B. Ida* Abbatiſſa Capitolina Ezzonis Comitis & Mathildis Bravvilerenſium Fundatorum filia, monumento clauditur innexo parieti Septentrionali, in quo eius Reliquiæ expoſitæ ſunt oculis & venerationi plebis, cum titulo Beatitatis.

D III. Eiuſdem Eccleſiæ Capitolinæ muris nongentos ante annos, à Diua Plectrude inſerti ſunt circa totum chori ambitum, tam *Thebeorum* Martyrum, quam *Vrſulanarum* Virginum ſpectabiles Sarcophagi.

IV. Sacellum argenteis laminis veſtitum in Deiparæ honorem in Capitolina Baſilica erectum habet Generoſa patritia domus *Hardenradiorum*, quod amplo Sacerdotio & quotidiana muſicâ fundatum, & Saluatoris ſacellum dicitur.

V. *Lyskirchiorum*, & *Gradariorum* vel gentis *de Hackeneÿ* opus eſt nouum ſplendidumque odæum marmoreum in quo ara cum picturâ celebratâ ob excellentiam artis.

VI. *Crux* ſub odæo miraculoſa de qua hæc in Staurologia Colonienſi ſcripſi: *Prædicatur enim à frequentia portentoſorum beneficiorum, & quia Chriſtum à planta pedis,*

Tt *vſque*

vſque ad verticem, vulneribus & ſanguine cruentum repræſentat, intuentium animos egregio A
pietatis ſenſu perſtringit, prodigioſum admodum eſt, quod in eo accuratiores obſeruant videli-
cet, labente ſenſim tempore, caput magis magisque dimitti; & reliquum corpus, quodam
veluti pondere paulatim deorſum trahi, ita vt claui, qui pedes & manuum palmas tranſadi-
gunt, fixi maneant: ipſa vero vulnera, corpore ſubſidente, producantur. Nam pedes non ſecus,
atque à clauis ſciſſi ſectique, plagis à medio ad ſummum pedis calcem, excreſcentibus veluti
ſulcis patent, & claui manibus infixi, captas adeo in palmis cicatrices extenderunt, vt extra
manus, medios inter digitos, hærere videantur, palmaris ſolum pellicula, clauis contra lapſum
implicata eſt, plagarumque; aſpectũ intuentibus nudat, nõ ſecus atque ſi artificis manu, repræ-
ſentarentur laxatæ & perruptæ vulneribus palmæ, ipſeque etiam crucifixus ex protenſa, &
decoriata, penderet pellicula. cruci huic affixa Saluatoris noſtri effigies, gemmis, nummis, tor-
quibus alijſque dicatis muneribus tecta eſt, piorumque anathematis &c. vide in Staurola- B
gica Colonia, de Cruce 23,

VII. Ipſum Capitolium integrum & celeberrimum eſt vetuſtatis monumentum, ante mille fermè annos erectum & mutatum in ædem Deiparæ, quod apte Leoninis verſibus ibidem ita deſcribitur:

En exquiſitũm templum ſimul arte politum,
Per totum mundum didici vix eſſe ſecundum,
Eleuat intrantes, bene dat reſonare tonantes
Atque crucis ſignum ſeruitores in vtroque
Quodque Capitolium merito ſolet eſſe vocatum
Hoc oleum ſudat, miſeris veniam cito præſtat. C

Vbi quæ de *Eleuatione intrantium* dicuntur ſitum exprimunt in cliuo, vnde & *B.M.*
Virginis alta eccleſia appellatur. Quæ de *veniæ miſerorum* aſſeruntur, alludunt ad vetu-
ſtiſſimas indulgentias conceſſas à Leone, & Bonifacio alijsque Pontificibus. Sed
quæ de *Baſilicæ oleo* carmen habet, intelligenda videntur de limpidiſſimo fonte,
quem fundamenta Baſilicæ ſudant ſub tumba *Bildæ Palatinæ*, fons ille extra Baſili-
cam in priuatæ domus vinariâ cellâ nomen S.Plectrudis adhuc retinet, & ſanitatis
recuperandæ augendæque deuotionis cauſa ab Ægris & Peregrinis bibitur. Quem
cum aliquando mecum inuiſerent Illuſtres & Nobiliſſimi mei Conuictores, hoc ſa- D
cro quaſi caſtalidum fonte irrigati, ſic occinuerunt.

I.

IN FONTEM S. PLECTRVDIS.

Miratur vates potius è rigido ſilice, quam hominum pectoribus
& oculis ſalutares aquas elici &c.

Heu fera gens hominum! rigido magis aſpera ſaxo!
Syrtibus & ſcopulis plus feritatis habens!

Te de-

A *Te debent montes, innataq́, rupibus altis*
Robora te ſaue progenuiſſe fera:
Mœſta frequentabat querulo ſuſpiria corde
Plectrudis tepido flumine merſa genas.
Nemo fuit triſtes qui carperet aure querelas,
Nemo quem poſſent flectere fletus aquæ.
O Pudor! irriguo molleſcunt ſaxa liquore
Nec tamen his hominum corda mouentur aquis.
Horrida luctiſoni manantem fluminis imbrem
Saxa receperunt non renuente ſinu.
B *Non fuit humanâ quidquam fabricabile dextra*
Quod fontem caperet proficientis aquæ.
Effuſas ergo lacrymas Plectrudis ocellis
Mitior aſſeruat mobiliorq́, lapis.
Prodigioſa ſacros hinc ſudant ſaxa liquores
Proficuasq́, ſilex ſponte propinat aquas.
Has & Agrippinas, bibit has Peregrinus, & Æger
Accedit poto flumine, ſanus abit.
At quicunq́, ſacros auido bibis ore liquores
Quique ſalutifero flumine membra lauas;
Corpore te ſanas; lacrymas ſed ab ore cadentes
C *(Vt ſanes animam) dum bibis,* ADDE TVAS.

PHILIPPVS LVDOVICVS Baro in Reiffenberg
Metropolitanarum Moguntiæ ac Treuirenſis
Nec non S. Albani & B.M.V. reſpectiue Præpoſitus & Canonicus.

II.

Socium Admiratione rei prodigioſæ defixum alloquitur.

Quid dubitas? clericq́, ſtupes quaſi fulmine tactus?
Saxa quod irriguo mortua fonte fluant?
D *In promptu cauſa eſt. hominum quod lumina flumen*
Fundere debuerant, dat pius inde lapis.
Scilicet effuſis eſt lamentanda querelis
Impia barbaries lethiferumq́, ſcelus.
Riſerat innocuam Pellex ſcelerata furensq́,
Plectrudem ſæua ſuccubuiſſe neci;
Nemo barbariem fleuit, Plectrudis acerbas
Nemo vices luxit: quin fleat ergo lapis?

✠ PHILIPPVS à Cronenbergh in Cronenbergh.

III.

A

Cœlum terreſtre S. Plectrudis ſepulchrum ſalubres vndas depluit.

Murali è ſaxo nitidis argentea guttis
Manat in obſcurum deflua lympha locum.
Natura tendunt contraria legibus ergo
Omnia, nec rerum qui fuit ordo, manet?
Vt fluat arenti de ſaxo limpidus humor
Qui queat infirmi corporis eſſe ſalus?
Quem neque terra ferax gremio omnipotente profundit
Quem neque nube pluit multicolore polus? B
Fallor: nam tot vbi factis illuſtre ſepulchrum
Plectrudis radiat, quis neget eſſe polum?

Ferdinandvs Maximilianvs à Weix.

SYNTAGMA X.

Collegiata Eccleſia SS. Vrſulæ & vndecim millium Virginum.

§. I. De initijs, progreſſibus, cladibus, ac reſtaurationibus Eccleſiæ. C



Initium templi à tempore martyrij S. Vrſulæ.

INitium huius Baſilicæ debetur anno, quo tot Virginum millia pariter pro fidei & virginitatis amore fecerũt martyrium, is eſt ſalutis reparatæ Euſebiano & vulgari calculo 237. vel ſequens vt traditio Colonienſis, ſepulchrales inſcriptiones omnes, vetuſti MSS. Codices, & auctores permulti claſſici conſentiunt, ſub dominatu Maximini Gothi S. Vrſulam cum Sodalitio Coloniæ trucidatam eſſe, regebat ea tẽpeſtate Colonienſem cathedrã *S. Aquilinus*, à Protoepiſcopo S. Materno D. Petri diſcipulo quartus Antiſtes, is aduentu primo Virgines magnâ beneuolentiâ ſuſceperat, & Romam diſcedentes commeatu, conſilio, monitiſq; ſalutaribus inſtruxerat, & reduces prope Coloniam inſigni martyrio laureatas 21. Octobr. fugatis D

A fugatis diuinitus hoſtibus,& Virgnicidis, vna cum Clero, Optimatibus & Ciuibus Colonienſibus per totum Agrum Vrſulanum, piè, religioſè, & perhonorificè tumularat. In huius agri limite occiduo (quem S. Vrſula Regina cum multis Epiſcopis, Regibus, & præcipuis virginibus ſanguine purpurarat) idem Aquilinus eodem anno & menſe cum ciuibus præſertim gente *Clematiorum*, & Clero, magnificum cœpit templum, vel Memoriam, aut Martyrium vt tunc dicebatur ædificare, quod ab ipſis SS. Virginibus veterrima nomenclatione Sanctarum Virginum vndecim millium, vel ſolis primis vocibus Sanctarum Virginum dicebatur, ita diplomata Colonienſium Archiepiſcoporum antiquiora iam inde ab octingentis annis, Guntharij & ſequentium, Hermanni primi, Wichfridi, S. Brunonis, & aliorum, dictam Eccleſiam nominarunt, inde videtur rectius promanare vulgo recepta vox templi B Sintervilgin quaſi Santaruirgin, aut Sanctarum Virginum, ſolent enim huiates vocem ſanctus Vernaculè ſint exprimere: & ſæpe caninam literam r in l. commutare, vnde Chriſtophorum vulgo Chriſtoffel nominant; & hæc etymologia vocis alias barbaræ, veroſimilior apparet: quam eam ab inuento non ita pridem Gauilliorum monimento, vel reuelationibus, aut multitudine ſanctorum, coactis nimis vocibus deriuare, cum huic origini Latinum nomen templi feſtique patrocinetur iam inde à martyrio.

Nomen ei à Sanctis Virginibus.

Vaſtatur & exuritur.

Inſtauratur à Clematijs.

Stetit ea baſilica adhuſque B. Seuerini tempora, nam vt dicebam ſuperius paginis 34 & 104. tunc vaſtata cum vrbe Colonienſi, Anno C. 355. à Clematio Alexandrino C reſtaurata eſt. Rurſus anno 451. per Attilam deuſta decennio poſt per tertium Clematium priſtino reddita eſt ſplendori, murum autem ab Aquilino circa agrum Vrſulanum ductum, eo tempore, videlicet anno 461. reædificauit Solinus Vbiorũ Epiſcopus; & in aquilonari limite agri, laxatis S. M. Magdalenæ, iuxta veterem portum ſacelli anguſtijs, ædem ſacram auguſtiorem erexit; ne tamen ea pariter ſanctis Virginibus conſecraretur multis ſæculis baſilicæ S. Vrſulæ ſanctimoniales obſtiterunt. Porro inſtauratus tunc fuit cultus virgineus exemplo *Solini* Præſulis, & tertij vt dicebam Clematij viri conſularis, dixi enim ſupra pag. 33. 34. 169. Clematiorum nomine propriam illuſtremque fuiſſe gentem, ex qua ſingulis ſæculis aliquos, & inprimis tres familiam ducentes reperio. D Primum Anno 237. tempore cædis Sanctarum Virginum, alterum Vbio Alexandrinum Anno Chriſti 355. tertium anno 461. Quæ à me inſinuata ſunt libro 1. Syntagm. 4. 5. & 13. & lib. 2. Syntag 18. Immo ſatis commune & celebre fuiſſe quondam Clematij nomen, argumento eſt Anno 541. in Concilio Arelatenſi nomen Clematij Epiſcopi Carpentoratenſis. Sed ad lineam.

In eo ſacrificat S. Cunibertus.

Circa A. Domini 644. cum *S. Cunibertus* Archimyſtes in æde S. Vrſulæ mediam ad aram (cuius hodieque rudera videntur in aſcenſu chori (diuinam litaret more ſuo hoſtiam, niuea cœlo delapſa columba vertici Sacrificantis imminens, inde læuorſum ad vicinum deuolans Martyris Vrſulæ tumulum recedit, eo comperit indicio S. Epiſcopus monimentum Virginis, è quo caput eductum honori publico multis præſentibus expoſuit.

Viuentia ter eijcitur è tumulo.

Volunt nonnulli eodem ferè tempore *Viuentiam* S. Gertrudis ſororem & B. Pipini de Landis filiam teneris annis mortuam , & in hoc S. Vrſulæ templo funeratam, ter inuentam diuinitus eiectam è ſepulcro, mauſoleum illud quod hodie prope veſtiarium templi quatuor nixum columellis viſitur, accepiſſe, ne huius oſſa cum Martyrum Reliquijs permiſcerentur , horum opinioni ſuffragatur vetus templo affixum carmen. A

Gerinteheimenſis virgines eo trāſtulerunt.

Circa Annum 700. *Plectrudis* excitato Deiparæ Capitolino templo illius muros vndique SS. Virginum loculis & Reliquijs exornauit Poſt annum 700. *Beda* Virginum harum, poſt annum 800. *Alcuinus, Vſuardus, & VVandelbertus* meminerunt: eodemque ſæculo *Guntharius* Archiepiſcopus igne perpetuato templum illuſtrauit.

B. Bruno.

Circa Annum 922. *Hermannus primus* Archiepiſcopus Colonienſis ad hoc ipſum templum illuſtres virgines Gerrizheimenſis cœnobij quod Hungarorum furor incinerauit, tranſtulit vna cum Reliquijs S. Hippolyti Martyris: literas vnionis fusè recitat R. D. Hermannus Fleien in apologia ſua Vrſulana. Succeſſor eius Wichfridus eidem Eccleſiam vicinam S. Mariæ ad Indulgentias vniuit. circa Anno 927. B

Poſtea *S. Bruno* Archiepiſcopus moriens Anno 965. quædam eidem legauit eccleſiæ.

S Heribertus.

Anno Chriſti 1009 Sanctiſſimus Prudentiſſimusque *Heribertus* ex Comite Rottenburgico ad Tubarum & Cancellario Imperiali, Vbiorum Antiſtes, SS. XI. Mille Virginum Reliquias intulit in eccleſiam S. Stephani protomartyris, teſte antiquo marmore ibidem.

Richeza Regina Poloniæ ſe ei mancipat.

Circa Annum 1030. conſilio pijsque monitis *Piligrimi* Præſulis *Richeza* Poloniæ Regina , cum extorris regno Coloniam quietis & pietatis domicilium delegiſſet, prima ſe ſanctis Virginibus vndecim millibus mancipauit & obligauit, vt vectigalis earum annua 20. librarum ceræ penſitatione ſe redimere teneretur. C

Viſitatur à S. Annone.

Irmgardis inde Romā transfert pulueres.

Verſos in ſanguinem.

Eodem ſæculo *S. Anno* Archidiœceſes frequens nocte dieque templum ſanctarum Virginum inuiſebat, claris in eo relictis inſignis miſericordiæ & pietatis argumentis, nec non *B. Irmgardis* Zutphaniæ Comitis filia , quæ etiam extrema ſenecta degere morique Coloniæ voluit , cum Romam ſæpius adiret peregrina, delatis eo pulueribus è monimentis Sanctarum Virginum collectis , cum eius acceſſu ad vrbem æra campana totius vrbis nemine mouente concreparent, & rei nouitate excitus Romanus ſummus antiſtes Virgineos pulueres accepiſſet ilico ſtupuit eoſdem in ſanguinem eſſe commutatos, vt vita eius Latina & Vernacula, & ex ea Molanus ſcribit 4. Sept. D

S. Norbertus ibi detegit ſepulcrū Virginis.

Anno 1121. *S. Norbertus* Præmonſtratenſis Ordinis Patriarcha & Magdeburgenſis Archiepiſcopus, cum ſuis primoribus fratribus in Gallia relictis, preces & inediam indixiſſet Coloniamque veniſſet , vt ſacris reliquijs ornaret recens inchoatum ordinem, Sanctas Vrigines in Vrſulano templo fauentes nactus, earum cœleſti viſione locum ſepulturæ cuiuſdam Martyris didicit , is multis alijs etiam ditatus eiuſdem virgineæ ſodalitatis Reliquijs , eas partim Floreſſiæ , noua illic ordinis dedu-

A deducta Colonia, partim Præmonſtrati depoſuit magno cultus Vrſulani incre-
mento.

Anno 1135. *Bruno Secundus* altare in S. Vrſulæ porticu, vt vocat, dedicauit, & do-
tauit. *Generalis inuentio & eleuatio Virginum.*

Anno 1155. Cœpit generalis agri totius Vrſulani Ciuium opere nouem annis
continuata effoſſio, & multorum millium corporum eiuſdem Sodalitatis inuentio
& eleuato; cui duo ſucceſſiuè *Abbates Tuitienſes Gerlacus & Harbernus* præfuerunt:
eam deſcribit prolixè M.S. Codex Tuitienſis, & liber S. Eliſabetæ Schonaugienſis.

Tunc præcipue quæ toto templo diſperſæ & vitro recens obductæ cernuntur
maximam partem inuentæ ſunt & eleuatæ: repertaque ſaxea prægrandia monimen-
ta paſſim per pauimentum & inter columnas, ordine collocata, cum inſcriptione
B picturaque Regum, Epiſcoporum, & Virginum in ipſis ſepultarum: eminent in his
mauſoleum Virginis Vrſulæ reliquis auguſtius, Ætherij ſponſi, S. Cyriaci Pontificis
& aliorum.

Et quoniam tumulorum incidit mentio ſub companili vt vocant, putantur ex-
ſtare monumenta SS. Virginum trium Cleomatæ, Theomatæ & Chriſtantiæ, quæ
ſub finem dicti ſæculi cum in Thuringiam ad *Folcodeſrode* Ciſtercienſe monaſte-
rium Abbatis rogatu miſſæ remiſſius ibidem colerentur; eædem tres cum poſt mi-
nas intentatas ſæpius, adhuc neglectui haberentur nocte viſæ ſunt monachis ma-
tutinas horas concinentibus, aræ principi inclinatæ templi foribus egredi, paulo
C poſt Coloniæ ſuis in tumulis ſunt inuentæ. huic rei picta tabula parieti affixa, eique
ſubiecta narratio fidem facit & coæuus Cæſarius. *Virgines tres neglectæ Coloniam redeunt.*

Præterea ſub ambone ſepulcrum viſitur *S. Valerij* Regis Hiſpaniarum & Theo-
dorę filiæ Martyrum eiuſdem Sodalitatis, cuius reliquias circa Annum 1320. Petro-
nilla *de Scherue* Abbatiſſa S. Claræ diuinitus illuſtrata patefecit. *S. Valerius inuenitur.*

Circa idem ferè tempus *S. Maximinus* vinitori dum vites putat ſuum retexit in
vinea corpus acephalum; eius magna pars in ſacello proximo veſtiario conſeruatur. *S. Maximinus.*

Idem templum poſtea nobiles & patriciæ familiæ Colonienſes, aris, ſtatuis, pictis
tabulis, feneſtriſque decorarunt, quos inter eminent inſignia *Nigrorum de ceruo, &c.*

Ad noſtra tempora venio. Templi reſtaurandi primam occaſionem dedit Polona
D fęmina nomine Vrſula, quæ centum fere imperiales ad dealbandam eccleſiam, ſub-
miſit poſtea Reuerendiſſimus & Illuſtris *D Georgius Paulus Strauius Ioppenſis Epiſcopus*
Suffraganeus Colonienſis eiuſdemque Collegij Canonicus, aram principem opere
magnifico ſplendidoque conſtruxit, totam auro venuſtauit, nobili pictura marty-
ris Virginis Vrſulæ decorauit, cuius exemplum ſecutus *Illuſtris D. Ioannes à Crane*
S. Cæſariæ Maieſtatis Legatus, ſepulcrum S. Vrſulæ virginis nobili ſacello longiuſ-
culè in vineam vſque porrecto exornauit, pauimentum teſſellis marmoreis Parijs
nigriſque variegauit, & ara veteri S. Nicolai diruta (in cuius meditallio vitrum cum
ſanguine adhuc fluido, & carne Sanctarum Virginum continebatur) nouam ele-
gantem & concinnam excitarit, eodem ſanguine nouæ pariter aræ incluſo. *Inſtauratio templi.*

Idem

Idem generoſus Dominus pro ſuo in S. Vrſulam incredibili affectu & pietate A
antiquam cameram auream, ob anguſtias eius & fuliginem, parietibus & hierothecis inductam laxauit auguſtiori ſacrario recens ædificato.

Denique cum altare medium in naui templi prope ingreſſum chori proſpectum ad aram principem impediret, Collegium S. Vrſulæ remoto eo & valuis amotis odæoque & ligneis clathris, ferreis præmuniuit chorũ & illuſtrem fecit ara proximè choro admota & S. Cuniberto conſecrata, proxime quam intra chorum rudera viſuntur aræ veteris ad quam S. Cunibertus faciens, indice Columba reperit corpus S. Vrſulæ, quam aram exornandam ſuſcepit Clariſſimus V. I. Doctor. Cornelius à *Silling.* hæc de templo.

--- B

Reliquiæ.

§. II. THESAVRVS SACER Collegiatæ SS. Virginum.

I. QVod ad templi Reliquias attinet, innumeræ ſunt, & licet exſtent quam plurimæ in templo paſſim expoſitæ, maiorem tamen reor partem intra chori parietes, ſaxea monumenta, & ſub ipſo pauimento latitare, ex capitibus ſolis æſtimatio ſit ceterarum, conſtat eorum ſupra bis mille & ſeptingenta numerari.

Tumba. II. Tumbæ tres argenteæ per quam precioſæ, varijs figuris & emblemate veſtiuntur. Prima *Corpus Vrſulæ* Reginæ V. & M. complectitur, cuius brachium & ſagitta C
qua percuſſa cecidit ſeparatim argenteo, in brachio continetur: ciſtulæ virginis eburneæ cum reliquijs SS. Apoſtolorum Roma allatis cuſtodiuntur in ſacrario, compendium vitæ S. Vrſulæ ſubiungam §. quinto.

III. Sponſus S. Vrſulæ *Ætherius Rex* Britaniæ alterã argenteam hierothecam ſibi vendicat, cuius poculum ouum ſtrutionis argẽto decenter ornatũ ſeruatur alibi.

IV. Tertia *S. Hippolyti Martyris* oſſa comprehendit Gerretzheimio allata.

Statuæ Pectorales. V. Pectorales argenteæ ſtatuæ ſunt nobiliores S. Vrſulæ Virginis, & Ætherei ſponſi, vtraque miro artificio politiſſimè, faberrimeque elaborata. Capiti Martyris Vrſulæ adhæret annulus ſponſalitius aureus.

VI. Præter has aliæ ſtatuæ materia viliores multæ, forma non impares argento D
illuſæ, quibus capita præcipuorum Martyrum ſodalitatis Vrſulanæ *S. Cyriaci* Pontificis Romani, *S. Iacobi* Patriarchæ Antiocheni *S. Pantuli* Proto-epiſcopi Baſileenſis, & ſimiles aliæ continentur. Longum eſſet ire per ſingula, numerare capita ſagittis percuſſa, gladijs diſſecta, vectibus contuſa, quædam adhuc crinibus natiuis ornata: videri ea in ſacrario loci poſſunt.

In eo continentur etiam varijs alijs in argẽteis deauratis Lipſanothecis Reliquiæ, vt ſpinæ de *Coronâ Domini*, de ſanctiſſimæ *Crucis* ligno.

VIII. Item *hydria* cuius vſus fuit in nuptijs *Canæ Galileæ* : quod ſi hæc minus

capax

A capax eſſe videatur, ſufficit vſum eiuſdem eſſe potuiſſe ad grandiores replendas.

§. III. Feſta Collegiatæ S. Vrſulæ.

I. Feſta templi celebriora ſunt. *Dedicationis* quidem die S. Lamberti 17. Septemb. *Feſta templi*

II. *S. Vrſula* & Sodalium 21. Octobris, vti translatio menſe Ianuario recolitur.

III. Et 22 Octobris Solenniter ibidem *S. Cordulæ* feſtiuitas cum concione peragitur multis retro ſeculis: nam ipſa vrigo *Helentrudæ* Sanctimoniali prope Paderbornam in Herſe viſa monuit, vt Coloniæ curaret poſtridie S. Vrſulæ recoli Martyrium
B Cordulanum, rem geſtam Surius fusè perſequitur.

IV. Feſtum S. Hippoliti Martyris 13. Auguſti quod ſi hunc eundem ſibi Romani, Pariſienſes, & alij vindicent: dici poteſt partem tantum eius ſingulis in locis reperiri, vel alios eiuſdem nominis, ſicut monui in prologo.

V. Præterea Feſtum S. Viuentiæ 17. Martij cum Sorore S. Gertrude de cuius ſepultura videri poteſt tom. 1. Epiſcoporum Leod.

VI. S. etiam Valerij Martyris: cuius feſti additiones veteres Colonienſes Martyrologij meminerunt.

C §. IV. Fraternitates Collegiatæ S. Vrſulæ.

I. Sodalitates hic variæ ſunt pridem inſtitutæ, quædam ciuium iam inde à trecentis annis, ea pridie S. Vrſulæ cereos prægrandes Diuæ ſuæ tutelari ſolenni ceremonia cum ſymphonia muſica conſecrat, eodem die quidam ex optimatibus ciuitatis ibi maiorum inſtituto ſacris interſunt. *Sodalitates.*

II. Altera ſexum vtrumque complectitur à ducentis ferè annis inchoata Nauicula S. Vrſulæ nominata, ſubinde tota Germania præſertim per Saxoniam & Alſatiam mirificè propagata, pro felici morte in eam cooptandi nomina ſua manu propria vel aliena in album ſodalium referebant & quotidie vndecies orationem Dominicam cum ſalutatione Angelica dicere conſueuerunt mira de eius progreſſu, ſodalium
D numero, miraculiſque ſuo tempore in Vrſulanis adducentur à Scriptore ex Societate Ieſu.

III. Ætate noſtra circa Annum 1611. ſub Paulo V. Romano Pontifice, præcipuè virginum & viduarum voto caſtitatis obligatarum ſodalitas eſt inchoata, ad catecheticæ doctrinæ progreſſum etiam promouẽdum: ea magnificum altare in ingreſſu templi conſtruxit, in quo hebdomadatim ſacra bina ſodalitatis nomine, die lunæ præſentibus ſodalibus peraguntur, eædem menſtruis ibidem interſunt exhortationibus; pridie S. Vrſulæ cereum Patronæ ſuæ dedicant.

IV. Fuit & alia ſacerdotum eum ſi finem inſtituta vt præcipuis anni feſtiuitati-

bus ſacras Reliquias in altaribus expoſitas ſolenni pompa cum cantu reuerenter ad ſacrarium reportarent, ea videtur lapſu temporis paulatim intercidiſſe. A

§. V. De Vita S. Vrſulæ.

Dum Hiſtoria Vitæ & Martyrij breui edenda expectatur, Vadis interea & pignoris loco pietati curioſitatique Lectorum tranſcribo Compendium illius à R.P. *Philippo Bebio* Societatis Ieſu Preſbitero inſertum Flori Sanctorum P. Ribadineiræ, impreſſo Coloniæ apud Ioannem Kinckium Anno 1630. &c. B

Hiſtoria Vrſulana congruens Vbiorum traditionibus &c.

DE SANCTA VRSVLA MONITIO ad Lectorem in Flore Sanctorum.

Quoniam R. P. Petrus Ribadeneira in vita S. Vrſulæ deſcribenda Galfredum Aſaphenſem autorem fabuloſum, & alios quoſdam exteros rerum Germanicarum parum gnaros ſecutus videtur, placuit huc potius adiungere aliam narrationem longe certiorem, quæ è varijs veterum monumentis & antiqua Colonienſis Eccleſiæ traditione, atque ex ipſis locorum veſtigijs, quæ cum Coloniæ tum alibi ad Rhenum viſuntur, ſingulari diligentia & magno labore ante hac à Patre quodam ſocietatis Ieſu in Colonienſi collegio concinnata eſt. C

D

DE VITA, ET MARTYRIO S. VRSVLÆ Virginis Martyris; itemque Sociarum eius XI. Millium Virginum.

BRitannicarum a Inſularum (quæ Romanis circa Iulij Cæſaris tempora, annis ante Chriſtum natum 54. notæ eſſe cœperunt) tres præcipue partes numerantur, ſcilicet ANGLIA, SCOTIA, atque HYBERNIA. *Prima*, quæ ad meridiem vergit-

a Ortelius in Conatibus Geographicis, ac ſynonymis. Gordonus in Chronologia, Sallianus Annal. Tom, 6.

A vergit, ſub *b* Seuero Imperatore dicta eſt *maior*, ſicut *altera*, quæ ad Septentrionem flectit, *Minor* nominata eſt. Poſterioribus ſæculis, *Prima*, ab Anglis Germaniæ populis, eam circa annum *c* domini 449. inuadentibus, in hodiernum vſque diem, *Anglia* appellatur: ſicut Secunda à *Scotis*, exteris *d* etiam populis in eam Regionem ſeſe effundentibus, SCOTIÆ appellationem ſortita eſt. *Tertia* nomen antiquum IVERNIÆ ſiue HYBERNIÆ etiamnum retinet.; eaque à nonnullis *e Scotia maior* dici ſolet, & quamuis vtraque harum trium partium S. VRSVLÆ Natales ſibi vendicet *f* (ſicut olim de Homero 7. vrbes factitaſſe tradunt) nihilominus veroſimilior *g* eorum opinio eſſe videtur, qui illam SCOTIÆ *Maiori* ſiue Hyberniæ adiudicant. Quanquam non omnino improbabile ſit, eam ex Britannia maiori; atque ex B regno *h* Cornubiæ (vbi poſtea veri Britones ab Anglis pulſi habitarunt, eam à rege Cambro Cambriam appellantes) originem traxiſſe: Nobis enim ſatis eſt illam origine Britannam fuiſſe.

In hac ergo Btitannia circa annum à Natiuitate Domini *k* 220. lucem aſpexit S. VRSVLA, cognomento Cynoſura; quo tempore Romanum *l* Imperium adminiſtrabat Antonius Eliogabalus; Pontificiam autem S. Petri Cathedram regebat in annum 18. Zepherinus Papa. Patrem S. Vrſulæ vetus hiſtoria correctior appellat Dionetum (& non Deo notum) cognomento Maurum, vti ex S. Eliſabetha colligitur. Mater autem eius Daria vocabatur, quæ ſororem habuit cuidam Siciliæ Regi C coniunctam. Ex hiſce Parentibus Chriſtiana religione conſpicuis, nata S. VRSVLA, in omni virtute ac *m* literarum etiam ſtudijs creſcebat ſeptennio Iunior ſponſo ſuo, cui ante mortem Matrimonij fœdere eſt addicta in terris, multo felicius poſt fuſum pro Chriſti nomine, ac Virginitatis, fideique integritate ſanguinem, in cælis ſocianda.

Cum enim *o* Holofernes (qui poſt Baptiſmũ ſuſceptum Ætherius eſt appellatus) alterius Regis nomine Agrippini, in eadem Britannia filius, iam ad annum *p* ætatis 22. circiter perueniſſet, Pater eius Idolorum cultui deditus, de S. Vrſula, fama eius mores ac ſapientiam vbiq; vulgante, inaudiſſet, miſſis legatis, eam filio ſuo. Vxorem dari poſtulauit, multa promittendo, ſi propoſitum aſſequeretur; plura minando, ſi D reijceretur. Hoc audito *S. Vrſulæ* Parens in magnam dubitationem adductus, inter ſpem & metum fluctuabat, cum enim nollet filiam ſuam Catholicam, Regi Ethnico ſociare; è contrario tamen gentilis illius Regis potentiam atque ferociam, quietis ipſe amantior formidaret, Deus, cui rem ipſe vna cum Coniuge in hac difficultate, totam commiſerat, facillimam difficultates omnes euadendi viam ſuggeſſit. Miſſo enim ad S. Vrſulam quintum decimum circiter annum agentem, cæleſti nuncio reuelauit: ſuam voluntatem eſſe, vt Pater huic legationi aſſenſum præberet, ex qua multorum millium vtriuſque ſexus, ſalus atque æterna felicitas, in præſens dependeret; & futurum in plura ſæcula Chriſtianis exemplum: ſe vero rem ita diſpoſiturum, vt ſalua ipſius virginitate, martyrium vna cum ſodalibus, ſponſoque

b apud Ptolemaeum in Geograph.
c Gordonus in Chronol.
d Beda. Camdenus.
e Eliſabeth. Nicol. Serarius in vita S Kiliani.
f Cicero Antholog. Grae.
g Eliſabetha Schonawienſis
h Ioan. Pitſeus de ſcript.
i Camdenus & alij.
k Collig. Ex Titul. ſepulch.
l Io. Pitſeus Mendoza, in libros Regum.
l Et Baronius. Tom. 2. Annal.
m Ioannes Pitſeus.
n Colligitur ex tit. ſepulch.
o Eliſabetha Schœnauienſis.
p Ex tit. ſepulch.
Rex tempore mortis colligitur.

ipſo, feliciter paſſa, de hoſtibus omnibus ſuis, læta, viuenſque in æternum triumpharet. Hacque occaſione totum & martyrij ſui curſum futurum, ob oculos illi poſuit, vt eum quaſi iam præſentem ſibi cernere, atque eo ipſo martyrio lætari S. Vrſula videretur. A

Vetus hiſtor. in Surio.

Poſtridie itaque læta, Patrem triſtem admodum, atque de reſponſo legatis rem vrgentibus dando anxium acceſſit, eique vt aſſentiretur perſuaſit; ea tamen conditione, vt in triennium proximum differrentur nuptiæ ac Rex vterque, ſponſi ſcil. ac ſponſæ Parens, iunctis opibus, atque conſilijs. vndena Virginum ſociarum millia procurarent, cum quibus virginitatem ſuam proximo triennio conſecraret ipſeque ſponſus Catholica ſacra ſuſciperet. Quibus conditionibus per Legatos ſuſceptis atque ab Holoferne, eiuſque Proceribus comprobatis ad promiſſa Virginum millia colligenda, ex varijs illarum præcipue Prouinciarum ac vicinorum etiam Regnorum familijs, Catholicæ pariter, atque Ethnicæ congregari cœptæ, ſimulque vndenis quaſi Rectricibus deſignatis, vnicuique 1000. virgines, ad ſeruandum Ordinem, diſcendamque (ab ijs quæ adhuc Ethnicæ forent) Catholicæ religionis veritatem, conſtitutę. Quod ſi cui fortaſſis dubium oriatur: vndenam tot virginum millia, tam cito colligi potuerint? is apud ſe conſideret Regiones illas eo tempore valde populoſas fuiſſe, ac Chriſtianæ religioni, iam inde ab eiuſdem propagationis ſ exordio comprimis addictas; ſiue fidem acceperint à S. Petro t eiuſque diſcipulis. ſiue à u S. Paulo, aut S. Simone Cananæo, aut à x S. Ioſepho ab Arimathia, quem primum in Britannia (aut maiori ſaltem eius parte) Apoſtolum complures agnoſcunt. Certe circa Anno Do. 183. cum S. Lucij Regis in eadem Britannia regnum integrum miſſis ab Eleutherio Romano Pontifice fidei prædicatoribus, ad publicam Catholicæ Religionis ſuſceptionem traductum eſt; tantam fuiſſe Chriſtiani populi multitudinem ſcribunt, vt vel in illo vnico regno 29 Epiſcopatus ex Romani Pontificis (à quo Præcones illi Euangelici miſſi fuerant) authoritate conſtitui potuerint. Quanquam (vt ante innuebam & veteres tradunt) neque totus hic Comitatus ex ſolis Chriſtianis, neque etiam ex Britannia ſola (quamuis eo tempore populi multitudine atque opib. quam maxime floreret) ſed ex alijs inſuper regnis ad populis, ad quos tantæ rei fama peruenerat, collectus atque congregatus fuiſſe memoretur. His igitur ita conſtitutis, dum conditiones futuro, vt multi putabant, matrimonio præparantur, virgines iam congregatæ, z honeſtiſſima, ſuæque ætati, conditioni, ac ſexui conuenientia exercitia ſæpius vſurparunt. Inter quæ non poſtremum erat, vt nauibus conſcenſis, in ſinu quodam maris, Cornubiam alluente, ſeſe recrearent, ac inſtrumento omni nautico per Regem præparato, diuerſa belli ſimulacra ad recreationem cierent. Parens n. S. Vrſulæ futuri (ex filiæ reuelatione) non ignarus nauticam omnem turbam, et ad nauigationem quantumuis longinquā, ac periculoſam ita diſpoſuerat, vt nihil ipſis ad futuros quoſuis fortuitos caſus, deeſſe poſſet. Cum itaq; naualibus hiſce exercitijs, longo ſatis tēpore, multis ex proximo littore atq; vrbe ipſa, ſpe-

B C D

ſ Arnmermannus Sabellicus. lib. 7. ex Tertul. Iren. Orig. t Innocent. Pap. Metaphraſt. u Theodoret. Hieron. x Baron. Tom. 1. anno. 35. y Baron. Tom. 2. Beda l. 1. c. 4. licet in annis varie diſſentiant. z Vetus hiſtor. in Surio.

A ſpectantibus ſeſe recreaſſent adulto iam vere *a* Anno 237. in altum paulo longius prouectæ naues, coorto diuinitus vento, omnes vna ad oppoſitum Germaniæ littus (infra locum vbi Romanorum Armamentarium, quod Belgę *b* Brettenhaus vocant) conijcitur. Hic vero S. Vrſula futurorũ omnium vt ante dixi, conſcia, ſodalib. ſuis paulatim Dei conſilium aperire cæpit (quod & poſtea Coloniæ perfectius pręſtitit) eaſque hortari, vt quoniã Deus diuino ſuo conſilio cunctas à Patria ipſa atq; Parentibus abſtraxiſſet, Romam vna omnes pietatis cauſa proficiſcerentur ac viſitatis ibidem SS. Apoſtolorum liminibus alijſque SS. Martyrum ſepulchris, atq; reliquiis conſalutatis in Patriam denuo, ſi Deo ita cordi foret, reuerterentur. Ad quæ B cum tota Virginum ſocietas, Dei auxilio firmata, ſeſe promptiſſimam obtuliſſet, Romanum iter ęſtatis primordio cunctę ſimul aggreſſæ ſunt. In quo quidẽ aſtruẽdo itinere etſi multi diffidãt, eo quod omnia ad humanę vitę leges ordinarias, quaſi ad calculos nimis anxie reuocent, tamẽ admiſſo aliquo extraordinario Dei auxilio (quale in hoc ipſo itinere accidiſſe, ex reuelationib. de quarũ authoritate fuſe ſatis alibi à nobis diſputãdũ eſt) de eo dubitari nullo modo poteſt præſertim cũ tã multa in Hiſtoricis etiam à fide Catholica alienis (qualis fuit *c* Chriſtianus Wurſtiſius, ac *d* Rhenanus) eiuſdem itineris veſtigia fundatis etiam ad poſteritatis memoriam, tẽplis ac ſacellis; de quibus omnibus, vir clariſſimus Dominus Smidelinus, Epiſcopi Baſilienſis ante annos aliquot Cancellarius, librum integrum pro comitatu Rheinfeldenſi promiſerat, & alia alibi non pauca, in libris *e* manuſcriptis, *f* inſcriptionibus Epitaphijs, vetera monimenta, quorum partem alibi dabimus, reperiantur. Erat C tunc Imperium Romanum *g* pacatiſſimum, adminiſtrante illud Alexandro Seuero, iuris naturalis amantiſſimo Principe, cuius Mater *h* Mammæa fidem Chriſtianam ab Origene didiciſſe perhibetur; & in eiuſdem Imperatoris aula *i* Chriſtiani plurimi verſabantur, Imperatore in religionem noſtram ita propenſo vt Chriſti imaginem in Larario ſuo habuiſſe ab *k* Ethnicis ſcriptoribus perhibeatur, & eius *l* imperium à Græcis ἀναίμακτον, id eſt ſanguinis effuſione carens, fuiſſe tradatur.

Quanquam peculiare Dei auxilium ac tutelam in toto hoc itinere (immo & in hoc negotio vniuerſo) dirigendo concurriſſe, nemini res tantas ac tam inuſitatas conſideranti, dubium vllum omnino ſubeſſe poſſit. In hac ergo Imperij pace, Britannis toto imperio notiſſimis, vero ſimile eſt, huic SS. Virginum ſocietati, tanquã D ex populo Romanis addicto, venienti iter tutum, per Rhenum, Alpes, ipſamque adeo Germaniam atque Italiam patuiſſe. Nam neceſſarijs ad hoc iter in vrbe Tylæ *m* comparatis, Coloniam primum, inde Baſileam per Rheni alueum *n* Germanici ſtudio iam antea maioribus etiam nauibus peruium factum ac conſtructis in eius littore frequentibus caſtellis munitum, nauigarunt, ibique humaniter à Rauracorum Epiſcopo *o* Pantulo exceptæ, itinere illo quod Romani ad exercitus ducendos per Alpes *p* ipſas habebant (circa Octodurum) arrepto in Italiam atque adeo in ipſam Vrbem Romam Chriſtianis eas angelico monitu, toto itinere ſuſcipientibus

a Titul ſepulchr. libri veteres ſcripti & impreſſ. de S. Vrſula. Antonin in Chro. Et Ioan. Magnus in hiſtor. Goth.
b Adrian. Iunius in Batauia ſe. Iſaac. Pont. in diſceptat. Geographicis.
Elizabeth Bonfinius.
c In hiſt. Baſil. German.
d lib. 3. rerũ Germanic.
e Carthuſia Colon.
f Sacrar. Agrippin. Proceſſu Card. Gurcenſis Typis edito.
g ex Ælio Lampridio colligitur.
h Euſeb. l. 6. c. 15.
i Euſeb l. 6. c. 21.
k Lamprid.
l Suidus Herodian.
m Vetus hiſtor.
n Franciſ. Iren. phi. Cluuerius de Germania.
o Elizab. Schonaweñſ.

p in Itinerario Antoni duplex apparet. q. ex reuelatione B. Hermanni.

bus ac neceſſaria omnia vltro deferentibus *r* peruenerunt. Hic inuenerunt S. Cyria- A
cum ex Britannia oriundum, S. Pontiani Romani Pontif. (qui pro fidei Chatholi-
cę veritate, in *ſ* exilium, Imperatore *t* Perſicis bellis occupato, vltra annum, ab Vr-
bis præfecto, agentibus Idolorum ſacrificulis in Sardiniæ Inſulam, Buccinam no-
mine, eiectus fuerat.) *u* Vicarium; à quo & Virginum cætus magna cum lætitia ſu-
ſceptus eſt, & quamdiu SS. Virgines Romæ, tum pietatis, tum perfectioris in Chri-
ſtianâ lege inſtitutionis gratia permanſerunt, liberaliter per ipſum Pontificem, a-
liosque Chriſtianos non minimum fuerunt recreatæ. Quin & plurimæ, ex hoc cō-
ſortio S. Baptiſmatis fonte nondum renatæ, ab eodem Pontificis vicario magna cū
ceremonia ac ſolemnitate baptizatæ ſunt. Immo vero & ipſi *x* Cyriaco tantam Deus
conceſſit gratiam, vt miſſo Angelo eum moneret, quò relicto ſupremi muneris
(quod abſente Pontifice ordinario, tanquam vicarius ſuſtinebat) honore. Colo- B
niam, vna cum SS. Virginibus Martyrij palmam ibidem percepturus, prope-
raret.

r Elizab. B. Herm. Steinfeld. ſ Anaſt. biblioth. t Gordonus Lampridius u ita capto nomen Papæ in tit. ſepulchr. x Elizab. Pet. in natal. Vinc. Belluac. S. Anto. Io. Magn. in hiſt. Goth.

Apud quem tanti fuit diuina hæc monitio, vt Clero frequenti, licet repugnante,
cum alijs non paucis, variorum locorum Epiſcopis atque S. R. Eccl. Diaconis, cum
comitantib. ad propoſiti Martyrij brauiū ſuſcipiendū ſeſe contulerit. Atq; vt Mar-
tyrij palmam quā SS. Virginib. Deus ab æterno, ſua prædeſtinatione parauerat, o-
portuno iam tempore largiretur permiſit rebellionem quandam contra Romanū
imperium ab Alemannis Rheno vicinis excitari. ad quam ſedandam cum Alexan-
der Imp. & Iulium Maximinum *z* Magni tunc nominis Ducem ex Illyrico euocaſ-
ſet, & ipſemet Moguntiacum Galliæ tunc oppidum, vna cum Matre Mammæa vi- C
rilis animi, ſed *a* auaritiæ ac ſuperbię nomine; Romanis Ethnicis exoſa fęmina (quā
tamen aliqui excuſant) accurriſſet à lixa quodam *b* Maximino (vt ſuſpicio fuit)
incentore vna cum matre occiſus eſt; ipſeque Maximinus ab exercitu, qui aderat, ſi-
ne vllo ſenatus Romani conſenſu, acclamatus eſt Imp. Quibus Romam perlatis, ita
Senatus offenſus fuit, vt ſtatim Maximinum Imperij perduellem iudicarit; creatis
contra illum, primum quidem Gordianis, Patre, ac Filio quos cum Africę Præfe-
ctus occidiſſet, Romana Reſpublica, Viginti ex toto Senatu delectis viris commiſſa
eſt. Ex quibus poſtremo Maximum Papienum & Clodium Albinum Imperatores
contra perduellem Maximinum dixerunt, perſcriptæ ſunt etiam ad omnes Imperij
Prouincias atque Colonias literæ ſenatus nomine, ad Proconſules, Pręſides, alioſ- D
que Magiſtratus, vt Maximinum iam hoſtem ab Senatu iudicatum agnoſcerent,
eumque vrbibus ſuis atque Prouincijs omni quacunque poſſent arte excluderent.
Maximinus vero vt ſe quaſi pro Imp. venditaret, Alemannos qui in imperij fines
ruperant, conſtructo apud Moguntiam ponte, aliquamdiu obtentis aliquot victo-
rijs, perſecutus, ſuperbas admodum ad Senatum literas dedit, quibus & ſe Imperat.
ab exercitu Electum ſignificat, & Imp. hoſtes à ſe multis cladibus affectos gloriatur.
ſed cum Senatum electioni ſuæ non aſſentiri intellexiſſet, vim ſubito adhibendam
ratus Vbiorum vrbem, quæ in Rom. Senatus fide permanebat ſiue per ſe, ſiue per

y Lamprid. z Iuli. Capitol. Lamprid. a Baron. t. 2. Ann. 226. ex Herod. & Lampr. contra ſentit Georg. Wichlius. b Capitol. Lamprid.

Iulium

r Iulium Rom. militum, ad Rhenum inferiorem Ducem obſidione cinxiſſe exiſti- natur, Quo eodem tempore ſacer SS. Virg. exercitus Roma rediens, iam auctior factus fama vbique vulgante, adeo vt ex ipſa Sicilia, atque Byzantio (quæ poſtmodum Conſtantinop. dicta,) nonnullæ Reginæ ſeu *d* Regulorum filiæ, Vxores Ne- ptesque, illis ſeſe adiungerent, pnerulis etiam ac viris alijs diuerſi ſtatus ac condi- tionis (quorum omnium reliquiæ hic apparent) non excluſis. Certe in vita *e* S. A- thatij & ſociorum eius, in poſtrema Surij recognitione typis excuſa ex antiqua Coloniensium traditione refertur: In hoc ſacro cœtu facile 14. millia SS. Mart. vtriuſque ſexus ac promiſcuæ multitudinis extitiſſe. Quin & Angeli monitu, ductuque deſignatus S. Vrſulæ *f* Sponſus (qui Virginibus Romam euntibus in Patria reman- ſerat,) ex Britannia Moguntiam vna cum matre ſua Demetria breuiſſimo tempore perductus eſt, ac paullo poſt veniente ad eandem Vrbem per Alpes, atque Baſileam cum exercitu virginum, S. Cyriaco, primum Baptiſmo (aſſumpto Ætherei nomi- ne) initiatus eſt: deinde Matrimonij gratia, vna cum S. Vrſula coniunctus, vno aut altero die antequam Martyrij laurea, cum toto Comitatu coronarentur. Cum e- nim (vti dictum eſt) Maxim. Coloniam Senatus Rom. nomine defenſam, ipſe Rei- publ. Hoſtis iudicatus, ſiue per ſe, ſiue per Vicarium Iulium obſideret; ab illo (die ..Octob. *g* Saula & Martha biduo aut triduo, ſacrum cœtum, forte Hoſpitij paran- di cauſa, antecedentes, occiſæ ſunt; ac die 21. eiuſdem menſis Octob. totus SS. Virg. chorus à feris atque impijs Maximini tyranni ſatellitibus eſt contrucidatus. Qui Maximinus cum Patre Gotho, Matre Alana foret progenitus. inde factum eſt vt noſtræ Virgines ab Hunnis (qui ex *k* eadem Gothorum gente, ex eademque Inſula Scanzia vel Scandinauia prodierant) occiſæ *l* memorentur. Quanquam & aliæ cau- ſæ afferri poſſint, illaque præcipue, quod circa *m* tempora S. Cuniberti (cum hiſto- ria illa quæ apud Surium extat ſcriberetur) talis eſſet de Hunnis, quiiam ante, an- nos pluſquam centum quinquaginta omnia deſtruxerant, fama eſſet, vt quæcunque ſæue atque crudeliter acta fuiſſent, ea omnia ab Hunnis ipſis perpetrata fuiſſe dice- rentur. Quamuis non deſint qui Sunicos potius huius cædis authores tradant: at- que à librarijs, pro *Sunicis*, gente ipſis ignota, Hunnos (vti notiores) eſſe ſubſtitu- tos. Erant autem Sunici *o* Germaniæ olim populi (ſicut etiam Vbij quondam fue- runt) tranſlati ex Germania à Romanis ad hanc Gallicanam Rheni ripam, vt eam, vt Romanorum amici, contra Germanos Imp. Romani hoſtes, defenderent. li- cet enim iſtos Sunicos, Hubertus Thomas Leodius, inter Bethaſios, atque Batauos conſtituat, & *q* Philippus Cluuerius inter Roram ac Moſam, vbi nunc eſt Falcken- burgenſis comitatus: procliuius tamen eſt, cum Petro *r* Diuæo, credere, eos ab Op- pido Sons (quod à Sunicis, ſono non multum abludit) circa Rheni ripam fuiſſe diſ- poſitos; Principe eorum Iulio, in oppido Rhenen circa Inſulæ Batauiæ caput, habi- tante; Idque fit credibilius, quòd in vita S. Cuneræ (quæ fuit vna ex his ſacris Virgi- nibus) legatur: eam morti ſubductã, aliquamdiu Grinnibus, ſiue in oppido Rhenẽ, apud ipſum Iulium habitaſſe, donec vxor eius (quæ Regina Rheni ibidem dicitur) zelo-

c In Vita S. Cunera.
d ex Catal. Tritienſ. Et B. Herm. e 22. Iun. apud Sur.
f Eliz. & E. Herm.
g Martyr. Rom.
h Martyr. Rom.
i Lamprid.
k Ormand. de Gothu.
l Sigeb. Bonfin. Si- gerus & a- lij.
m poſt an- num 650.
n Nicol. Se- rarius in Mogunt.
o Philip. Cluuerius Plin. & Ta- citus.
p li. de Ebu- ronib.
q li. 2. de Germ. c. 19.
r in antiquit. Belgic.
Vide infra Notatione tertia.
ſ in Martyr. vel Molani Herib. Roſ- vvid. in vi- tis SS. Bel- gic.

zelotypiâ ducta, Marito abſente, eandem Virginem, vnius pediſſequæ ope adiuta ſtrangulauit, adhibito ad hoc facinus mantili barbarico, miri operis prout teſtes fide digni, qui illud videre, teſtificantur. Ad hunc Iulium cognatum ſuum cum Maximus & Africanus Romani *u* Conſules Ethnici de Virginibus tollendis ſcripſiſſent, tantum apud illum Promouerunt vt virgines Roma redeuntes nefaria proditione trucidarit. Neque tamen improbabile eſt Iulium, partibus Maximini (in *x* Italiam vbi poſtea perijt adeuntis) adhæſiſſe, eoque nomine Vbiorum Coloniam in Senatus Romani fide contra Maximinum Tyrannum, Conſtantem collecto ex gente Sunicorum ſibi ſubdita, ingenti exercitu, diuerſis incurſionibus ac direptionibus vexaſſe. Pro vt *y* Randonem Moguntinis, ob Catholicam fidem, infenſum, feciſſe Ammianus Marcellinus narrat: quando in ipſa ſacratiſſimâ Dominicæ Natiuitatis nocte, impetu in ipſam vrbem facto, eandem, Chriſtianis ciuibus in Eccleſia congregatis, vaſtauit, atque diripuit. Tempus autem certaminis ac mortis SS. Virginum à Scriptoribus, in libris *z* plurimis, atque antiquiſſimis ad annum à Chriſto nato 237. refertur; in ipſis autem *a* ſepulchris Annus 238. diſtincte exprimitur, quod inde factum quidam exiſtimat, quod ſcriptores illi veteres, Annos Chriſti, ab eius Natiuitate inchoando computarint. Alij autem annos ab incarnatione Domini, more apud *b* Francos veteres (quibus Colonia, tempore S. Cuniberti ſubiecta erat) vſitato perſcribere maluerunt. Tempus vitæ indicatur in S. Ætherio 25. annorum ac 7. menſium; in S. Vrſulæ 27. annorum & trium inſuper menſium. Sed à quocunque tandem ſacræ Virgines occiſæ fuerint, à Colonienſibus certe, ab illo ipſo tempore, magno ſemper in honore habitæ, ac ſingulari cultu venerationeque perpetua affectæ fuerunt. Nam hoſtibus ipſis (ſiue Hunni ſiue Sunici illi fuerint, inde diſcedentibus, à ciuibus vrbe egreſſis, plurima SS. Virginum corpora *c* Sarcophagis (per S. Aquilinum Colonienſem Epiſcopum Angeli monitu ante aliquod tempus, de tali futuro Martyrio, certiorem factum) præparatis impoſita ſunt, & ſparſus hinc inde SS. Virginum ſanguis, cum magna veneratione collectus eſt, partimque in puteum (qui in templo SS. Machabæorum viſitur) congregatus; partim etiam, in eadem cũ ipſis corporibus, ſepulchra, vaſis quibuſdam adiunctis illatus. Impoſita ſunt etiam cum ſacris Martyrum corporibus multorum nomina, lapidibus quibuſdam, ſeu cyppis per lapicidas inciſa indicante cuiuſque nomen, ac conditionem, S. Iacobo Antiocheno qui à ſæuientium hoſtium rabie in diem tertium (vt paulo poſt dicetur) vita ad poſtremum hunc tumuli honorem SS. Martyribus habendum, diuina gratia mirabiliter illum protegente fuerat conſeruatus. Nec pauca etiam corpora in *d* Vrbem ipſam (licet tunc valde anguſtam vt in tabula clariſſimi viri Stephani Broelmanni typis expreſſa videri poteſt) illata ſunt; & per diuerſas (quæ tunc temporis habebantur, aut poſtmodum vſque ad annum 1156. erectæ ſunt) Eccleſias diſpartita, præcipuus tamen theſaurus manſit in eo tractu, qui à Maioribus noſtris Agri Vrſulani nomenclaturam retinuit. In cuius parte vna, tanquam ſibi hæreditaria Vir illuſtris *e* Clematius, multa ſacra corpora ſuo ſumptu ſepelienda curauit, quibus

A B C D

u Anaſtaſ. Bibliothec.
x Capitolinus.
y Nicol. ſer. l. 1. c. 7. de Mogunt.
z Vinc. belluac. Anton. Ioan. mag. hiſt. antiq. Colon. impreſſ.
a Catal. Fuit.
b Heruuarius in cap. 247. & 262.
Ex titulo ſepulch.
c Elizabetha Schon.
d Martyrol. Rom. 21. Octob.
e ex Elizab. & Catal. Tuitienſi.

quibus & ipſe poſt mortem etiam adiunctus eſt: ædificato tamen prius in honorem earundem SS. Virginum templo: quod cum incendio, alijsve belli caſibus abſumptū eſſet, *f* Clematius quidam alius ex oriente (vt ex inſcriptione apud Surium & alios poſita colligi poteſt) cum *g* vxore ſua veniens Alexandria fortaſſis, vbi Clematiorum familiam fuiſſe oſtendit *h* Ammianus dum Clematium Senatorem Alexandrinum percenſet) in bonis Hæreditario iure ad ſe pertinentibus denuo Eccleſiam reſtaurauit, multis tamen SS. martyrum reliquijs intra terræ viſcera vel in hodiernū vſque diem derelictis. Quamuis enim *i* S. Cunibertus circa annum Domini 651. locum ſepulturæ ipſius S. Vrſulæ, in eius templo Deo reuelante per columbam, ſupra S. Virginis ſepulchrū apparentem cognouiſſet plurima tamen alia earundem Virginum corpora, hinc inde in hortis ac vineis variorum ciuium, pro vt olim circa Annū Domini 237. collocata fuerant, ſine vllo *l* honore ac veneratione, pleriſq; omnibus ignota, iacebant; donec tandem Deo non pauca huius ſanctę cōgregationis Lipſana denuo varijs occaſionib. atque temporibus patefacere viſum eſt. Nam circa *n* 1156. ſub Arnuldo Archiepiſc. Colon. cum quædam reliquiæ, caſu, à fodientibus inuentę fuiſſent, tantū excitatum eſt in multorum animis plures ſanctorū reliquias acquirendi ſtudium, vt nouem annis inſequentibus non pauci in hoc ipſo perquirendi ſtudio perſeuerarent; conſtituto ab Archiepiſcopis (qui fere in Italia cū Imperatore verſabantur) *n* Gerlaco Monaſterij Tuitienſis Abbate, qui tumbas Virginum aperiret & cuncta diligenter examinaret, in quo opere dum verſabantur *o* reperta ſunt in pluribus ſarcophagis inſcripta variorū SS. quorum ibidē reliquiæ cōtinebantur, nomina. Quæ res cū difficultates ac dubitationes non paucas excitaſſet, miſſa ſunt ex hiſce reliquijs inuentis, corpora duo in *p* Schonaugiam Diœceſis Trevirenſis circa Weſaliam ſuperiorem, Benedictini inſtituti Monaſterium; in quo tū ſpiritu Prophetiæ florebat S. Eliſabetha Egberti primum Bonnenſis Canonici, deinde in monaſterio S. Florini apud eandem Schonaugiam Abbatis ſororē. Hæc variis per annum fere integrum diuerſo tempore reuelationibus acceptis, multa, de hoc ipſo SS. Virginum Choro, Deo per S. Verenam ac S. Vrſulam ipſam, manifeſtā[te]s, didicit, & à quo vel quando hi ipſi, qui inueniebantur tituli conſcripti atque in ſarcophagis fuiſſent repoſiti intellexit. Dicit enim eo tēpore, quo ſacræ Virgines Roma redibant, fuiſſe cum ijs Iacobum nomine Epiſcopum, qui diuinitus inſpiratus præcipue ſanctarum Virginum ac virorum etiam illuſtriorum nomina, ſtatum, & quæ ſierat, diligenterque, annotarat. Hic cum Sanctæ Virgines occiderētur, ſubduxit ſe in antrum quoddam, quod ſub monticulo quopiam, in eodem agro erat, & hoſtibus, Deo ita diſponente, abeuntibus, foras prodiens Colonienſibus, qui ſacra corpora ſepeliebant, nomina præcipuorum indicauit, vt ea lapidibus quibuſdā [in]ciſa, in ſarcophagis vna cum ipſis corporibus collocarentur, donec tandem die à communi Virginum cæde, tertio, ab hoſtibus eiſdem denuo aduentantibus occiſus [eſ]t, dum in eo eſſet, vt ſuum titulum incidi curaret, vnde factum, in nominū catalogo (per Gerlacum Abbatem ex ipſis titulis ſcripto, qui Tuitij etiamnum aſſeruatur)

f S. Vrſula apud S. Elizabetham.
g ex inſcr. p. 166. manuſcript. colon.
h lib. 14.
i Sur. 12. Nouemb.
k factus Epiſc. anno 641. vt notat Haræus contra Baronium.
l Eliſabeth Schonau.
m Ioan. Trith. in Chronic. Hirſang.
o ex lib. in S. Tuit.
o Ioan Trith. in Chronic. Hirſang.
p Caſp. Bruſchius de monaſteriis Germ.
q Ioan. Trith de ſcript. & in Chronic. Abbatis Rō. VVion.

nihil aliud appareat niſi nudum Nomen, Iacobus: reliqua enim quæ de eodem ſancto habentur, à S. Elizabetha Schœnaugienſi vna cum alijs plurimis prodita ſunt. Quæ ſi vera ſunt (vti mihi veriſſima eſſe perſuadeo) propter cauſas in prima huius opuſculi parte allatas) gloriari poſſumus: Reliquias Colonienſes inter certiſſimas merito à nobis habendas eſſe, quippe quarum nomina, ſtatus, conditio cum intra triduum à SS. Virginum cæde, ab eo qui interfuit conſcripta atque intra ipſos ſarcophagos, vt ſeparari nõ potuerint, vna cum ipſis corporibus aſſeruata atque Deo tandem Reuelante Anno quem ſupra dixi, inuentæ fuerint. A

Ioan. Chappauill. de Leodienſ. t. 2. Io. Bannes. in vita S. Otiliæ.

Circa annum autem 1287. S. Otiliæ Virginis, ac Reginæ Corpus ex horto quodam, prope S. Gereonem ſub Siffrido Archiepiſcopo ex propria ipſius reuelatione, cuidam Crucigero facta, effoſſum eſt atque ad Huenſe, eiuſdem Crucigerorum ordinis monaſterium (vbi totius Ordinis Generalis habitare ſolet) tranſmiſſum. Anno vero inſequenti. 1288. ſub eodem Siffrido, corpus S. Cordulæ ex reuelatione E. rentrudæ Saxoniæ Moniali & Ingebrando Ordinis S. Ioannis. intra Coloniam religioſo facta, in horto Ioannitarum inuentum & à B. Alberto Magno Ratisbonnenſi Epiſcopo, ingenti cum ſolennitate eleuatum, atque in ipſa eiuſdem monaſterij Eccleſia ante Chorum cum magna veneratione eſt collocatum: quin & paucis ab hinc annis cum domus quædam circa SS. Machabæos ædificaretur, inuentum eſt vnum corpus (ex quo ſanctimoniales quæ Coloniæ in maiori Nazareth habitant, caput, & nonnulla præterea oſſa obtinuerunt) de quo cum dubitaretur: eſſetne alicuius ex SS. Virginibus corpus? ægræ cuidam admotum ſanitatem ei reſtituit, prout ex authentico hac de re facto teſtimonio comprobari poteſt. B

Vita B. Alb. Magn. Sur. 21. Oct. in periſtyl. S. Iu. Cordulæ.

Anno 1607.

Earumque tranſlationes.

Multæ autem reliquiæ SS. Virginum non tantum per Germaniam, Galliamq;, ſed etiam per Luſitaniam, Italiam, immo & per nouum orbem, ita diſperſæ ſunt, vt ad eas omnes pro dignitate perſcribendas proprium librum eumque bene magnum conficere opus omnino fore, quicunque recte ſenſerit, iudicaturus ſit. Et forſan aliquando idipſum fiet, Si, SS. Virginum cultores, quid Reliquiarum ex hoc ſacro cætu habeant, & quomodo eas, aut vnde acceperint, huc (ad promouendum, SS. Virginum cultum) perſcribere non fuerint dedignati. C

DE EADEM S. VRSVLA eiuſque Sodalibus. D

Teſtimonium Antonij Bonfinij, Hiſtorici Vngariæ, Decade prima libro quinto.

Ante omnia notandum, Bonfinium in ſubſtantia Hiſtoriæ, nobiſcum conuenire, licet in tempore deſignando nonnihil diſſentiat, Sic ergo habet.

IIſdem *Attilæ ſæuientis* temporibus vndecim millium Virginum peregrinationem ſanctiſſimam, Duce Vrſula, accidiſſe perhibent; quarũ expeditio quanto cruentior,

tior, tanto felicior fuiſſe creditur, ne tã noxijs, *Dei flagellum*, quam inſontibus, Martyrium, dirus Attila fuiſſe videatur. Sed res memoratu digniſſima, rite refertur. *Vrſulam* vnicã *Dionethi*, nobiliſs. Britan. Principis filiã fuiſſe aiunt, forma, morib', venuſtate, ſanctimoniaq; præſtantem. Eodẽ tempore Britan. Regẽ, ab orthodoxa fide alienũ; regno, diuitijsque pollentẽ, vnico tantũ filio preditum ac Virginis probitate, & forma ſuccẽſum, pro gnato inſtãtiſſime poſtulaſſe, Vrſulæ Patrẽ grauiſſima hinc ſolicitudine cœpiſſe angi, quod filiã Deo dicatã, inuito Numine, profano iuueni, deſponſare cogeretur, ſimul ẽt & vereri, ne ex repulſa, Tyranni crudelitatem omnino ſubiret. Dum in diuerſa diſtrahitur animus, veluti conſilij inops, filiã tandem conſulit; hæc Patri ſuadet, Regi reſpondeat, hac ſe conditione affinitatem eſſe facturũ, decem ſi virgines, genere, forma, & ætate delectas. Rex filiæ comites daret, ac Vrſulæ ſingulisque comitibus quæ denæ ſint, ſingillatim mille Virgines ſuppeditaret. Item vndenas his triremes compararet, quibus triennij ſpatio, donec SponſusChriſtiana religione initiaretur, ac fidei dogmate inſtitueretur, pro virginitatis dedicatione, vti poſſent. Quod haud temerè à Diua Virgine ſuaſum, partim vt difficultate propoſitæ conditionis à ſe, animum Regis auerteret, partim vt conditione iſta coæuas comites vna ſecum Deo dicaret. Rex conditionem accepit, quæcunque virgo mandauit, rite fieri iubet. Filius eius, ſanctitate ſuccenſus, Baptiſmũ accelerat. Puella ſe cum puellari exercitu, Romam omnino profecturam Patri nunciat, vt à Chriſti Vicario delictorum veniam, tutelamq; virginitatis aſſequatur. Et quando virorum ductu, &propugnatione in lõga peregrinatione carere nõ poſſet, viros à Patre ſanctiſſimos petit. Vbi virgines Vrſulę copias præpediem, peregre profecturas eſſe, rumor effunditur, multi ad ſacrũ, inuſitatumq; ſpectaculũ, vndique cõfluxere, imprimisq; nonnulli Britannorũ Epiſcopi, qui Virginũ expeditionẽ ſequi cupiebant. Horũ Princeps Pantalus Baſilienſis Epiſc. qui eas Romã vſq; perduxit, & cũ eis pariter occumbere voluit. Quin etiã Geraſina Siciliæ Regina, ac Dariæ Matris Vrſulæ, & Maurifij Epiſc. ſoror, eius literis admonita, ad ſacram pariter expeditionẽ cõuenit, quæ virũ nacta crudeliſſimũ, ac Regno pernicioſum; ad incredibilẽ manſuetudinẽ redegit. Hęc cum Babilla, Iuliana, Victoria, & Aurea (quæ ſuę filiæ fuerunt) aduenit. Quin & Adrianũ filiũ duxit; qui Sororum amore, ſacra ſimul ſtipẽdia fecit, & Regnũ hæc filio alteri delegauit; huius conſilio Virginũ ſunt agmina inſtructa. Comparatã igitur claſſem, illæ, ductu, auſpicijsq; Vrſulę conſcendunt omnes, ſacriq; viri pariter ſequuntur, ac per Oceanũ vectæ dũ Gallica littora legunt, in Rheni tandẽ oſtia deferuntur, aduerſo amne, ad Coloniã Agripp. primo, deinde Baſileam vrbẽ peruenerunt. Hinc Galli, illinc Germani ſacrã claſſem admirãtur. E pagis & oppidis ad ſacras Virgines ſpectandas aduolabant homines, quæ modulato cantu, diuinos hymnos cõcinebant. Hos Choros facile dixeris Angelorũ Sacra carmina vtrinq; Rheni ripę reſonabãt. Religioſo vbiq; hoſpitio excipiebantur: Baſileæ claſſem relinquũt; pedeſtre mox iter inituræ, curatis ibi triduo corporibus, à Rheno in Heluetios, Leucosq; diuertunt, vt in Italiã recta contendant. Superato Iuraſo monte, ad Ararim fluuium

veniunt, qui Rhodanũ influit, deinde ad Budem feſtinantes, traiecto amne, ad Rho- A
danũ contendunt, vbi à cunctis Allobrogũ oppidis, honorifice excipiuntur. Quum
Vezuntio appropinquaſſent, ex vniuerſa ferè Narbonenſi Gallia, homines ad ſpe-
ctanda Virginũ agmina confluxere, pars plauſib. excipiũt, fauſtis multi acclamatio-
nib. extollunt. Alij hoc exẽplo, ad religioſam peregrinationẽ incendebantur, & pro-
phanę mentis conſcij, graui pœnitentia corripiebantur; Plerique in lachrymas ver-
tebantur, ſanctiſs. Virg. ſtudia conſpicati, quibus neq; labor, neque languor vllus, in
itinere inferri videbatur. Nã incenſæ ſacræ peregrinationis amore, ferri potius, quã
progredi putabantur; ſacrorũ concentib rhythmorũ, cuncta complebãtur, *Angelus
Domini ducebat eas.* Quũ Alpibus editiſſimis, quæ Galliã ab Italia diuidunt appropin-
quaſſent, ne defuere quidẽ, qui admodũ dubitarunt, ne arduũ inſuperabilemq; cli- B
uiũ facile ſuperarent, quando Herculẽ (vt aiunt) & Hannibalẽ defatigaſſe ferũt. Vir-
gineæ tamen acies, ita hilari, fortiq; animo accliue iter adoriuntur. vt ſine labore,
auiũ more, ſublimia iuga conſcenderint, nullaq; vnquam in tanta difficultate, neq;
ingemuiſſe neq; retuliſſe pedẽ videretur. Nihil eſt ita arduũ ac difficile, quod diuin⁹
amor nõ facile tolerare poſſit. Validiſſimi quæq; militis præſtabat officiũ, quia nulla
militia felicior habetur, quã ea, quę ſponte ſubitur. *Vexillũ* crucis. *Vrſula ferebat*, quã
Anteſignanæ puellæ præcedebant, & non modo ducis optimi, ſed & ſtrenui militis
præſtabant officiũ. O beatiſs. Puellarũ exercitum, in perpetuum virorũ ruborẽ con-
fuſionemq; repertũ! O egregiũ delectum, nec vbiq; gentiũ; vnquã habitum, & non
ſolum ad ſuã, ſed omnium quoq; ſalutẽ adinuentũ! At vbi è iugis Alpium Italiam C
deſpectarunt, magno plauſu Romã conclamarunt. Obſtupuere Inſubres, cæteraq;
Italia, vbi formatiſſimas, eaſdemque ſanctiſſimas cohortes aſpexere, quod ante hac
nunquã in Italia ſpectare licuit. Quod vbi Cyriaco Pont. Max. ſignificatum eſt, cum
vniuerſo collegio Sacerdotũ ex vrbe Roma prodiens mirifice exultauit, & quã ho-
neſtiſſimo potuit apparatu, aduentantes Virgines excepit: quod vt faceret tum pa-
trius, quia Britãnus ipſe, tũ diuinus amor quia & ipſe caſtiſſimus erat, effecit. Multę
quoq; Virgines in eam expeditionẽ venerãt, quæ Pontifici, Nepotes, pronepoteſq;
fuerant, aut quouis alio ſanguinis vinculo cõiunctæ: quin etiã eadem nocte diuini-
tus ſibi ſignificatum eſt, ſe cũ illis omnino Martyrij gratia occumbere oportere. In-
ſequenti die cum multę aduenissent, nondum ſacro Baptiſmate expiatæ, eas ex more
baptizandas curauit, deinde cuncta templa luſtrare, & apud omnes Baſilicas ſolẽ- D
nia celebrare voluit: Quicquid Deo ibi ex more debebant, eas rite ac pie perſoluere
docuit. Quum abeundi tempus inſtaret, Pontifex diuino iuſſus nutu, aduocato Sa-
cerdotum Collegio, quid facere vellet aperuit: ſeque Pontificatu quum pòſt Pon-
tianum Pontificem, Anno vno, ac menſibus circiter duobus Romanæ Eccleſiæ
præfuiſſet, ſponte cunctis reclamantibus abdicauit. Cardinales cum delirare puta-
bant, quod in ſenio mulierculas non ſine ſui ridiculo ſequeretur. Neque cœleſti-
cum interprete admonitum intelligebant, qui eum vna cum Virginibus in Gal-
lia Martyrium eſſe ſubiturum nuntiarat. Contempta tandem omnium retraga-
tione, ſancti propoſiti tenaciſſimus, Anterũ mira ſanctimonia præditũ ſibi ſuffecit.

Ipſe autem, quia inuito Collegio ſe Pontificatu abdicauit, è Romanorum Catalogo Pontificum abrogatus eſt, quin & ſacræ Virgines, huius cauſa authoritatem & gratiam amiſerunt. Sacer igitur exercitus, luſtrata vrbe, ſacris apud omnia puluinaria, rite peractis, ac votis denique perſolutis, Duce Pontifice Maximo abeũt. Quod cum cæteri vidiſſent, multi pari charitatis ardore ſuccenſi, in eandem expeditionem ire contenderunt, imprimiſque Vincentius Cardinalis, Iacobuſque Britanno genere natus, Metropolita Antiochenus, item Mauriſius Epiſcopus Babiliæ & Iulianæ Auunculus, præterea Foillanus Lucenſis & Sulpitius Rauennenſis Antiſtes. Quin etiam Etherius Vrſulæ ſponſus, qui defuncto Patre regno ſucceſſerat, diuino in ſomnijs admonitus internuncio, vt Demetriam Matrem adineundam fidem hortaretur, mandata peregit, Patremque Agrippinum, primo ſponſalium anno amiſit. Et ne ſponſa ignobilior eſſe videretur, diuinis monitis edoctus vna cum Sorore Florentina, quum ipſe triennio in fide permanſiſſet, ſponſo ſanctoq; exercitu Coloniam vſque obuiam occurrit, vt pari palma depugnaret. Item Clementem Epiſcopum è Britannia ſecum abduxit. Quin etiam Marculus Græcorum Epiſcopus, quum Romam veniſſet, Neptemque Conſtantiam, Dorothei Regis filiam duxiſſet, eadem caſtra ſequi voluit. Sed quum Maximus & Aphricanus, prophani Romanorum Duces, vererentur, ne Chriſtiana fides, quam admodum abominabantur, tam magna incrementa ſuſciperet, quibus falſa religio antiquorum, è medio tolleretur, ad Iulium quendam Vnnorum præfectum, quem illi Giula appellant, ad Rheni ripas agentem, dum Attila cæteras Galliarum oras late diriperet, ſcripſere. Si Romanam amicitiam cuperet, operam daret, vt bacchantium mulierum exercitus, quæ à deliris quibuſdam Sacerdotibus ducerentur, armis omnino deleret, quo nil gratius Romanis, Scythicis Numinibus addictis, & præſertim Marti, & Herculi, quos communes cum gente Scythica progenitores, ac Deos habent, fieri poſſet. Ac patrandi facinoris tunc tempus fore nimis idoneum, quum ad Coloniam Agrippinam rediјſſent. Iulius, vt Romanis Ducib. gratificaretur, & Chriſtianum ſanguinem, quo Vnni ſatiari non poterant, hauriret, ſe diligentiſſime mandata facturum pollicetur. Quum eas ad Claſſem in Rheno relictam rediјſſe cognouit, Maximi & Africani literis edoctus, ad Coloniam tendit inſidias. Quod nec Vrſulam nec Pontificem Maximum latebat, quando cæleſti rerum futurarum internuncio monebatur. Quum ſecundo amne deuectæ Coloniæ appropinquaſſent, Præſidenti è puppi Cyriaco Pont. Vrſula in media claſſe inter S. Virg. ſic præfatur:

NB. Tempus Conſilium.

Nemo Sorores integerrimæ legitima præmia conſequi poteſt, niſi prius bene certarit, neque vnquam animam in cœlis reperire licet, niſi qui eam hic pro Deo contempſerit, & amiſerit: iniquum eſt enim, cum Saluatore noſtro cœleſtium Regnorum fieri cohæredes, niſi pro eo vitam depoſuerimus. Præ nimio charitatis ardore, qui propria morte ſponte ſua, nos ab omni perpetua mortalitate redemit. Nos IESV CHRISTI, optimi maximi ſigna ſequutæ, ſacra hucuſque ſtipendia fecimus, diuina ope, maxima quaque bella geſſimus, opima ſpolia ſæpe retulimus, rugientem hoſtem ſæpiſſimè vicimus; Inteſtinas ſeditiones, quæ pernicioſiſſimæ, ac formidoloſæ eſſe

ſolent, bene repreßimus, & Ducis noſtri ſapientia omnia proſpere ac feliciter euenere. Quænam A
maior, quam ſui ipſius poteſt eſſe Victoria? quænam præſtantior, quam captiuam carnem du-
cere, vincere ſeipſam, & de concupiſcentia carnis glorioſißime triumphare? Quod vt faciliùs
aſſequeremur in ſalutarem hanc expeditionem, pedibus profectæ ſumus, in qua nulla vis illata,
quamuis per Attilæ incendia adhuc furiantia, intrepide iter Deo Duce faceremus. Nullus labor
ſane perceptus, quamuis editißimas Alpes ſuperare cogeremur. Nullus deinde morbus ac lan-
guor ingruit, nec metus inceßit, quamuis femellæ in longißima peregrinatione diu verſaremur:
quare iam experientia docuit, quam ſuauis ſit diuina ſeruitus, & quam Saluatoris noſtri leue
iugum, in cuius ſeruitio cuicunque mori datum eſt, certamque felicitatem illi ſperare licet. B
Sed quis hoc non facile fecerit, qui ad tanti Regis obſequia non modo ſe natum, ſed diuinâ cle-
mentia ab æterno delectum ac prædeſtinatum eſſe reputaret? Vbinam gentium vnquam audi-
tum, tot millium Virginum habitum eſſe delectum, quæ tam ſalutarem ac opimam militiam
militarent? O beatas animas, quas ad æterna præmia Deus ipſe ſeruauit! O ineffabilem clemen-
tiam Redemptoris, ſi quas ad ſacra caſtra euocarit, expeditione triennij, reddet emeritas, &
maiora tyronibus, quam veteranis ſtipendia perſoluentur! Ni fallor, ſanctißimæ Sociæ, iam fe-
licitatis noſtræ tempus inſtat, & vt diuinitus heſterna nocte ſum edocta, charitatem, conſtan-
tiamque noſtram Sacroſancto Martyrio veluti obryzum igni, approbare vult Dux noſter. Quin
etiam & de calice ſuo diuina benignitate nos compotionare dignatur, vt virtutem noſtram pe-
riclitetur, quam ipſe ſua gratia roborauit, vt in ruborem Virorum, prophanarumque gentium
confuſionem, in fœmineo ſexu orthodoxæ fidei vires oſtendat.

Dum ſæuus Attila per Galliam cædibus vſquequaque graſſatur, magnam Vnnorum partem C
ad Rheni ripam planè reliquit, quæ Colonienſem agrum paßim diriperet. Coloniam Vnni obſi-
dent, noſque præter Coloniam tranſire opus eſt, ſi claſſe vehi decernimus: ſi vero pedibus iter fa-
cere malimus, per media efferatißimarum gentium caſtra ire cogemur. Quod à Clementißimo
Saluatore noſtro, idcirco ita ſtatutum eſt, & permiſſum, vt ad peregrinationis finem cum per-
uenerimus ab Vnnis corporibus exutæ tot Virginum acies demum ouantes in cœleſtia Regna
inter diuos referantur. O immenſam Saluatoris noſtri benignitatem, incontemplabilemque
miſericordiam! quippe qui ne diuturniore nos malitia conficiat, breuißima momentaneaque
morte, ex his ærumnis nos eripere dignatur. Quin etiam ſuo mihi ſignificauit internuncio
Ætherium ſponſum meum, Demetriam Matrem à falſa religione vindicaſſe, & cum ſorore
Florentina & magna [illegible] annorum manu cras nobis occurſurum, vt diuinitus admonitus, pari D
nobiſcum mortis felicitate perfruatur. Neque patitur Deus meus me ſine ſponſo fieri beatam,
proinde ſcitote ac vos ita Saluatoris noſtri nomine efficio certiores, Vnnos fera rabie nos om-
nes cras ad Coloniam circumuenturos, & in nos vſque adeo ſæuituros, vt ad vnam omnes con-
trucident, vt ereptis corporum exuuijs, in cœlum, vnde demiſſæ fuimus, ſuffundant, fugentque,
neue inter prophanos amplius verſemur. Quare cum Scythici lupi, in oues ſacras irruent, forti
animo iugula porrigite, contemnite mortem, præſentis vitæ miſeriam cognoſcite, & futuræ
beatitudinem exoptate, citoque diſſolui percupite, Saluatore noſtro ad cuius beatißimum con-
ſpectum anhelamus, exemplo perfruamur. Nolite expaueſcere, quia Saluator noſter nuſquam
aberit. Et vt tutius Martyrium obeamus, nobis vicarium ſuum delegauit qui mentes noſtras

pro

A *pro demandata poteſtate luſtraret, ipſeque nobiſcum paria ſtipendia meritus in aſtra reduce-
retur. Quare cum hora mortis aduenerit hilares ac lætæ tanquam omni miſeriâ caritura, forti
animo occumbite, veſtra vltro corpora Deo in holocauſtum ſuauiſſimum offerte, inter ample-
xus angelorum animas effundite, in manuſque Domini Spiritum commendate.*

Magnanimæ Virginis Oratione ſic omnium animi confirmati, vt nihil hoc fe-
lici mortis genere ducerent antiquius: Sic eam immodice anhelabant. vt nunquam
moriendi horam ad fore reputarent, Conclamant omnes: *Sponte morituræ.* Ad hæc
Pontifex maximus, præ gaudio in lachrymas conuerſus, qui diuini tantum ardoris
ac roboris, in Virgineis tenelliſque pectoribus intueretur, & quod viri à mulieri-
bus:& à Tyronibus, veterani turpiter ſuperari viderentur. Quare ab eo omnibus
diuino nomine eſt benedictum: ſimulq; edictum; quando poſtero die moriendum
B eſſet, quo in manus hoſtium erant peruenturæ. inſomnem eam, in ſancta oratione
noctem ducerent, & Ieſum clementiſſimum exorarent, ne in truci prælio, virginea
corda, quæ ſibi delegerat, in hoc ſtatu deſereret: Illud fuit admiratione digniſſimum
ad hæc nullam è tot millibus ingemuiſſe, nullam expauiſſe, & fatum inſtans refor-
midaſſe, neque detrectaſſe mortem. curatis aliquantiſper corporibus, per vniuer-
ſam claſſem nocturnum ſilentium indictum eſt, quæque pro ſe inſtantiſſime modo
Deum orare, ne deſerat; modo gratias agere, quod immaturæ ac nondum emeri-
tæ, æternis militiæ præmijs donarentur, diuinam in ſe pietatem aſſiduo contem-
plari, & ea contemplatione refici ac beari. Nihil minus ſuccurrere, quam aut per-
C horrere, aut deprecari fatum. Aſt vbi noctem tranquillam tranſegere, prima hora
diei, ſacra ritè peragunt, & à decimo lapide ſoluunt. Ætherius ecce ſponſus occur-
rit, & Pontificem præueneratus, Vrſulam ſalutat, Ad quem, ſalue (inquit illa) Æthe-
ri mi, in Chriſto Saluatore noſtro, ſuauiſſime. Fauſtus & felix ſit iſte tuus aduentus,
quando tanto creatoris, & ſponſæ ardore flagraſti, vt nobis occurreres, dexterri-
mum fatum, pro Chriſti fide ſubiturus. Et quia vocatio noſtra non patitur, vt ter-
reno hic Connubio inceſtemur, ne fruſtra huc contendiſſe videare, hodie in cælo,
(crede mihi) ſolennes nuptias celebrabimus. Proinde quando iamiam hoſtes ade-
runt, mecum Deum exora, vt quamprimum apud ſuperos, perpetua in Saluatore
D noſtro coniugia conſummemus. Vrſulam diuina verba reſonantem Ætherius ad-
miratus, eo magis in Domino ſponſam amauit. Reſpondet ſe hactenus propter
Vrſulam Deum amaſſe; contra nunc Vrſulam amare propter Deum. Illius gratia
eſſe felicem, eiuſdemque precibus adiutum, nil reformidaturum, nilque vehemen-
tius expetiturum, quam ſi cum ea, pro Chriſto mori liceat. Et quando eius inter-
ceſſione in veram lucem aſſertus ſit, ſe omnia pollicetur pro vero Domino & Deo
ſuo, æquiſſimo animo ſubiturum. Pontifex in ſtrenuiſſimi Sponſi amorem exardeſ-
cens, repente iuuenem amplexus, grauiſſimis in fide verbis confirmat, amplexantur
cæteri Patres plauſuque ingenti à Virginum choris excipitur. Sponſæ dexteram
perreuerenter apprehendit, & pudiciſſimo eam vno duntaxat oſculo prælibauit,
quod & Pontificis permiſſu factum eſt, vt quod virgineum in terris coniugium
ini-

inierint iam dudum apud Diuos, in Chriſto conſummarent. Et cum iam ad tertium claſſis lapidem appropinquaſſent, Pontificio mox omnes admonentur edicto, quo ſibi hoſtes propius imminerent, eo impenſius diuinis precibus incumberent, præ nimia apud diuinam clementiam pœnitentia, delictorum impunitatem implorarent, demum exorarent, quum ſibi placitum fuerit, ærumnis humanis eriperet. Iuſſæ imperata faciunt, geminibus & lachrymis omnia complentur. At vbi Coloniæ eſt applicitum, hoſtes qui vtram Rheni ripam occuparent, continuo ſacra agmina circumueniunt, in ripamque deſcendere patiuntur. *Vrſula crucis vexilla ferens in terram prima deſiliuit*, mox cum Sponſo Pontifex deindè cæteræ naues ripæ proras admouent, certatimque puellæ deſiliunt, non vt ad Martyrium ſed ad conuiuium inuitatæ, quas omnes eum Pontifex plane ſpectaſſet, euolate (inquit) felices animæ & fragilia hæc deponite corpora. Tu autem Ieſu Chriſte, Optime Maxime, quando tuo ductu huc appulimus, fideles tuos propitius reſpice; & plebis tuæ animas in tua regna (quoniam in te ſemper ſperauimus) clementer admitte. Vix hæc inſonuerat, cum Giula Hunnorum præfectus, vexilla crucis abominatus, in feſto in Virgines agmine ex compoſito irruit, nec minore quidem, in mulierculas, ac in Viros ferocia ſæuit. Nulla reluctatur flexis pars magna genibus, iugula porrigere, manus, Deo ad cœlum efferre, pijs Numinibus commendare animas. Nonnullæ quæ ſubſidebant, clauſis fatum oculis expectare, conuicijs pleræque irritare ſicarios, aut in diuerſa furentibus ſeſe offerre, inuidere quandoque præmortuis, tanquam vices præripuerint. Diſcurrere aliæ ne cædi ſupereſſent; pro expirantibus orare aliæ, qui primo ictu non ceciderint. Sacrum quæque fatum admodum ſperare. Cyriacus aliquantiſper à Giula ſpectatus, ſub Pontificio habitu oppetijt; in cæteros Patres mox ſæuitum eſt. *In medio agmine Vrſula*, erecto crucis vexillo, animoſius ſtare, orare pro ſuis impenſius, interfectoremque ſuum expectare, quatuor circiter horis virgineæ legiones vndique fere ceciderant. Sola Vrſula tanquam in præſidio ad triarios redacta, cum paucis vicem ſuam Deum exorat. Ecce Iulius tanquam longa cæde ſatiatus, quem Vnni Giula appellabant, cæſo in conſpectu Sponſæ Ætherio, qui pro Martyrij gratia, omnem ferociam plane remiſit, puellam, procul exclamans, bene ſperare iubet, eius venuſta maieſtate motus, ſuam fore ſponſam pollicetur. At hæc neque profanum quemquam, neque dirum hoſtem, caſtitatem ſuam, quam Ieſu Chriſto vouerat, inceſtare poſſe reſpondet: Conuicijs irritatus hoſtis, & ab ea vtiliter aſpernatus, Virgineum illius pectus, ſagitta transfigit. At illa cum vexillo procidens crucis, quod ad huc mortua pertinaciter retinebat Angelorum in amplexus animam efflauit. Sola ex Vndenis millibus, Cordula Virgo remanſit, quæ illa nocte, metu correpta, ſub nauis carina delituit, poſtero die prodiens, ne Martyrium detrectaret, à feriente tyranno letalem ictum exegit. Hæc inter diuas vna cum cæteris relata non eſt, quia cum reliquis eo die cæſa non fuerat, ſed multo poſt tempore ſacræ cuidam Virgini in ſomnis apparuit, mandauitque, Collegio Sacerdotũ ſuo nomine nunciaret, poſtridie eius diei, quo vndecies mille Virginum feſta fierẽt, ſua

A ſua ſolennia celebrarent, ſedente Anthero Pontifice Maximo, & imperante Maximiniano, quamuis hæc geſta annales quidam referunt, ratio tamen temporum nullomodo conſtare potest. Multo rectius ſenſere illi, qui quum diu poſt Conſtantinum Vnni, Gothique ſæuierint, hæc imperante Martiano & Anno ſalutis 452. accidiſſe tradiderunt. Harum corpora Coloniæ in commune Sacellum relata. Vnde quum Sacerdos quidam his deuotiſſimus, corpus vnius Virginis impetraſſet, quod in ædem ſuam religionis cauſa ſubinde transferret, dum Matutina ſacra fierent, illa Virgo reſumpto corpore, ſpectante vniuerſo collegio Sacerdotum, magnam aram præuenerata, receſſit. Antiſtes mox tumulum adiens, reconditam Virginem non inuenit. Ad harum aras innumera fidelium vota nuncupantur, miræque tabellæ *Cæſarius de 3. Affirm.*
B templi valuis affixæ ſunt. Quendam Germanum harum religioni addictum, quum morbo admodum laboraret, ex his vna dormientem adit, edocetque, ſi vndecies mille dominicam orationem dixerit, totidem Virginum ope ac patrocinio in hora mortis, non carebit; cuius exitus promiſſa probauit.

Notatio I.

De S. Cyriaco Apoſtolico.

C Contra ſuggillatores Colonienſis præſertim Vrſulanæ Hiſtoriæ, plurimum me recreat & confirmat temporis & omnium momentorum conſpiratio cum auitis traditionibus; nam quæ à maioribus quaſi per manus accepimus, ea optimè congruunt rebus & geſtis Pontificiæ Romanæ Sedis, illiſque temporibus Alexandri Cæſaris, qui *Calpurnium Pontianum* Pontificem Maximum non tam fidei cauſa, quam alijs calumnijs obrutum fecerat exulem ad Siculam inſulam deportari, cum igitur *Cyriacus natione Britannus* pro Pontifice Exule Vicarium ſanctæ Sedis ageret, & interea ad Chriſti fidem aut clam planè conuerſo, aut multum de conuerſione trucidatoribus militibus ſuſpecto Alexandro & fama conuerſionis inter Chriſticolas effuſa, Virginibus Britannis iter ad ſacra limina, Pontiano vero reditus Romam
D paterent, antequam Pontianus reuerteretur; Cyriacus pro pontificatu defunctus, cum Virginibus ad reuelatam per Angelum martyrij palmam properauit. Interea igitur Alexandro ob frugalitatem & modeſtiam Chriſtianam inuiſo, & menſe ſeptembri interfecto, eodem anno qui erat Chriſti 237. Iuſſu Iulij *Maximini tyranni* Cæſaris, martyrizatus eſt Coloniæ excercitus Sanctarum Virginum, cum Cyriaco Romano Apoſtolico Papa ſeu Sacerdote & Socijs, die 21. Octobris. Iulio Maximino autē mandante 19. Nouemb. Pontianus quoq; adhuc in Sicilia propter noua interfecti Alexandr, gradum ſiſtens Martyr occiſus eſt, ibi tunc poſt diem vnū vacantis ſedis ſurrogatus eſt. *S. Anterus*, qui cum ſediſſet menſem vnum & dies quatuordecim, profectus Romam vt conſolaretur deſolatos Chriſticolas, in ſexta vt S. Auguſtinus numerat perſecutione, Anno 238. deſignatis vt aliqui numerant

COSS C. *Iulio Maximino Auguſto & C. Iulio Africano*, Romæ per Vitalianum Præfe- A
ctum Prætorio, & Sabinum Vrbis Præfectum, pro Chriſti nomine tentus, capite
cæſus eſt 3. Non. Ianuarij id eſt die eiuſdem menſis tertia. Idem Maximinus perſe-
cutor quo magis rebus Chriſtianis noceret, *Maximum* quendam iiſdem tempori-
bus martyrio affecit, & hiſtorias ſuppreſſit, quia res martyrum conſcribebat. Quæ
ſic ex Pontificum & martyrum accuratis geſtis temporibuſque collecta, oſtendunt
quam maiorum noſtrorum de S. Cyriaco traditiones in omnibus temporum mo-
mentis, in nullo cum vetere hiſtoria pugnent, oſtendam idem ex hiſtoria Cæ-
ſarea.

B

Notatio II.

De Aurelio Alexandro Seuero Imperatore.

ALexandrum Seuerum etſi Chriſtianis ſacris planè imbutum non auſim affir-
mare, inimicum tamen Eccleſiæ Dei non fuiſſe aſtruo, & matrem cuius nu-
tu regebatur Chriſtianam habuiſſe. Vnde facile potuit de eius conuerſione vel
facta vel futura, rumor per Romanum orbem ſpargi, atque ita Chriſtianis occaſio
præberi, vt libertate itineris & reuelationibus martyrij Sanctarum Virginum vul-
gatis, ex omnibus prouincijs magnis copijs confluerent ad Societatem è Britannia C
Virginum Martyrizandarum: maximè cum ſub Chriſtiana matre, Originis diſci-
pula Mammæa, palam eſſet Vita Alexandri, qui Dominum ſe vetuit appellari, pec-
cata reprehenſus in ſe corrigebat, veſte (ſi non Catechumenorum) alba ſanè &
ſimpliciſſima vtebatur, in Larario ſuo Chriſtum, Abrahamum, & Orpheum (id eſt
Dauidem) habebat: vti Chriſtiani proceres ſolebant matutinis meditationibus in
Larario (Sacello) quotidie incumbebat. Aula matris directione gubernabatur,
in ea honeſta puellarum & puerorum erat inſtitutio, quorum collegio ſolo con-
ſcio, lira, tibia, organo cecinit. Chriſto templum facere voluit & Deum recipi;
ex Martino Cruſio. ſi quis militum de via in alicuius poſſeſſionem deflexiſſet: pro qualitate loci, aut
fuſtibus ſubijciebatur in conſpectu eius, aut virgis, aut condemnationi: aut, ſi hæc D
tranſiret dignitas hominis, grauiſſimis contumelijs, cum diceret: vis ne hoc in agro
tuo fieri, quod alteri facis? ſæpe per Præconem clamabat: QVOD TIBI NON VIS
FIERI, ALTERI NE FECERIS. Quam ſententiam adeo dilexit (à Chriſtia-
nis habens) vt & in palatio & in publicis operibus, perſcribi iuberet. Quid igitur
obſtitiſſet quo minus, Gentiliſmi quidem tempore, ſed Chriſtianiſmo vehemen-
ter dilatato, ſub illius imperatoris & Chriſtianæ eius matris auſpicio, potuerint li-
berum iter habere Chriſtianæ virgines excitatæ reuelationibus, & maximo con-
curſu auctæ; dum ex Aſia ad Rhenum Cæſar veniſſet, vbi Viceliæ (Weſalia ſupe-
rior nunc dicitur) cæſus eſt menſe Septembri à militibus, ob parſimoniam & fru-
galitatem (Chriſtianas virtutes) quibus occiſor Maximinus, Auaritiæ appella-
tionem

A tionem impegit; Exinde vero Virginibus reuertentibus intutum & infeſtum iter fuit, ac prædicta ab Angelo, Martyrij corona porrecta, eodem Maximino & popularibus eius perſequentibus, inſtinctu & epiſtolis ethnicorum conſanguineorum Romæ morantium.

Notatio III.

De Sons Sunicis, & vetere alueo Rheni.

B HVnnorum nomen *Sunicorum* vocabulo ſubſtitutum fuiſſe non mihi probatur, neque *Zons* oppidulum à *Sunicis* appellari; etſi enim prope à Colonia ſint loca quæ à *Sunicis* ſibi nomen videantur induiſſe, vti *Sunſteden*, & *Sundorff*, &c. quaſi dicas Sunicorum ſtationem & pagum, oppiduli tamen *Sonſienſis*, quod in diplomatibus *Fridſtrom* dicitur, vocabulum vulgo creditur deriuatum à Germanicis dictionibus *Zo-ons*, id eſt *ad nos*, quia omnis ille locus à *Burunco* & *Durnomago* ſitis in vetere Rheni ripa, vſque ad ripam modernam, alluuione & ſalicum plantatione acquiſitus eſt ad Vbiorum agrum. Situs namque antiquus hic eſt: Infra Coloniam apud pagum *Langell* vbi nunc eſt *Dodemanskirch*, ſiue multis relationibus celebrata S. Amandi eccleſia dicta Viri mortui, vel Dodonis, aut Dodo-
C manni templum, illic caſtellum ſtetit Romanorum, forte ex *Druſi* vetuſtis munitionibus, quod quia Rheno incumbebat *Rheincaſſell* in diplomatibus dicitur, & ex hoc caſtro velut radij rectiſſimæ viæ diuerſæ ſparguntur, earum vna per *Neo-Æliam* Vulgo *Nyel* directè *Coloniam* tendens, *Lapidea* (die Steinſtras vulgo) dicitur: porro ex Rhenano hoc caſtro traiectus eſt in vlteriorem ripam & hinc Buruncum, deinde vero flumen ibat in *Monheim*, ſiue Montiacum, vel Munitiacum, eſt enim in vlteriore ripa altiore ſitum municipium, & in antiquiſſimis diplomatibus *Munithim* dicitur, illic telonium quondam erat, nunc Duſſeldorpium translatum, hinc vbi ante eccleſiam videntur rudera domus telonariæ, turris ab eccleſia S. Gereonis ibidem aliquantulum diſtat, tanquam prophana nul-
D lum habens commercium cum templo: à Munitiaco obliquabat ſe Rhenus infra *Buruncum* Duromagum verſus, nunc *VVoringen* dicimus, moderni autem Buruncani Municipij eccleſia occupat locum arcis, quondam dictæ *Horneck*, repertum hic monumentum Romanum ſupra *pag.* 198. commemoratum eſt, porro recta, vt dicebam linea Rhenus ruebat ad *Duromagum*, quem locum pertranſit alta via Romana ex Agrippinenſi Colonia *Noueſium* tendens: parietinis eccleſiæ S. Michaelis in *Durmagen* inſertus eſt hic cippus: IVLIÆ FRATRIÆ ABRIANA ROMAN.:::H. Totus vero ager *Zonſenſis* qui nunc Rhenum inter & *Buruncum* atque *Durnomagum* interiacet aggeſtione donatus eſt à fluuio, vnde dicunt nomen *Za-ons* & contractius *Zons* vti dicebam, non à *Sunicis* promanaſſe.

§. VI. Monumenta.

I. Anno 1643. Cum perilluſtris D. Ioannes à Crane Legatus Cæſareus anguſtiorem curaret auream cameram, in qua huius eccleſiæ ſacer theſaurus conſeruatur, magna loculamenta Reliquiarum in altaribus, & ciſtulæ ſacris oſſibus plenæ apparuerunt, ſuppedaneis autem & parietinis quidam cippi & lapides Epitaphiales immurati erant, forſitan à Gentilium ſepulchris in honorem & opus ſacræ ſtructuræ mutuo accepti, eorum vnus,

MATRIBVS PATERNIS H. ANNANE F::: B
T FL. VICTORINVS
I ↄ LEG XXX VVVS

Explico: *Primus centurio Legionis trigeſimæ Vlpiæ Victricis votum ſoluit* Vide R. P. Chriſtophori Brouueri Treuerenſia pag. 177.

II. Aliud ibidem baſi parietis inædificatum & inter ruta repertum monumentum non ineligantes verſus habuit inciſos.

Hoc hoc ſepulchrum reſpice
Qui carmen & muſas amas
Et noſtra communi lege
Lachrymanda titulo nomina
Nam nobis pueris ſimul
Ars varia par ætas erat
Ego conſonanti fiſtula
Sidonius aeris perſtrepens
Hoc carmen hæc ara hic cinis
Pueri ſepulchrum eſt Xantiæ
Qui morte acerba raptus eſt

Iam doctus in compendia
Tot literarum & nominum
Notari currenti ſtylo C
Quot lingua currens diceret
Iam nemo ſuperaret legens
Iam voce herili caperat
Ad omne dictatum volans
Aurem vocari ad proximam
Heu morte propera concidit
Arcana qui ſolus ſui
Sciturus Domini fuit.

III. Cætera monumentorum fragmenta prætereo, alius illorum vſus non fuit, D quam inædificationis: quæ vero Sanctorum mauſolæa quam plurima extant, viatoris oculis permitto, & calamo erudititiſſimo qui vndecim libros breui dabit de hiſtoria Vrſulana.

SYN-

A

SYNTAGMA XI.

Collegiata vtriuſque ſexus Eccleſia S. CECILIAE.

§. I. De Eccleſiæ initio & incrementis.

PRima Cathedralis B. M. Virgini ſacra in Vrbe Agrippinenſi dedicata perhi-
betur à *Materno I.* Antiſtite Anno Dominicæ Incarnationis 94. & vſque ad *Opus S. Materni.*
B *B. Hildebaldi Archiepiſcopi* tempora Cathedralis honorem retinuit, is vero adnitente
Carolo Magno nouam molitus eſt cathedralem in antiquo aquarum caſtello, vbi et-
iamnum perſeuerat: vetus autem cathedralis tunc Sanctarum *Eugeniæ & Ceciliæ* ti-
tulum induit, vnde cum Diua Eugenia nocte Dominici natalis in beatitudinem
nata, ſeu paſſa ſit; conſueuerunt olim Colonienſes Epiſcopi nocte Natiuitatis ſta- *Opus S. Hildebaldi.*
tionem hîc & Miſſam celebrare, eidem *Hildebaldo* attribuunt inſtitutionem Parthe-
nonis quam dicunt anno 888 à *VViliberto* Archiepiſcopo abſolutam, & probabile
eſt, illo enim tempore florebant lilia Chriſti, flores paradiſi, ornamenta Eccleſiæ, *Opus Wiliberti.*
Deo diuiniſque laudibus cantandis dicatæ Virgines & Matronæ, quæ in communi
apud Romanos viuentis ſexus fœminei exempla, & congregationes reduxerunt,
C quibus curante Ludouico Pio circa Annum 816. in Aquisgranenſi Concilio præ-
ſcripta fuerat regula. Deinceps *VVichfridus Archiepiſcopus* & Matrona quædã *VVich-* *Dos VVichfridi.*
burgis locum ditarunt: ampliſſimam vero dotem contulit *Bruno Archiepiſcopus* Ot-
tonis primi frater, qui Reliquias S. *Euergisli* donauit, & anno 962 in ipſa ſtatione *Dos Brunonis I.*
Natalis Domini, *cũ per quorundam fidelium ſuorum interuentum ſimul & venerabilis Ab-
batiſſa Beresuintia monitum, expertus eſſet, ſanctimoniales de Monaſterio Eccleſia S. Ceciliæ,
quod cognominatur vetus intra muros Metropolis Coloniæ conſtructum, Religioni diuinæ ſub-
ſeruientes, minus ſufficienter de ſuſtentaculo victus corporalis habuiſſe, quantulamcunque ma-
ioris ſufficientiæ portionem ipſis attribuens delegauit perpetualiter poſſidendum, ſicut per
hoc teſtamentum & memoralis ſcripti decretum continetur, quatenus in Dei laudibus exerci-
tatiores, & ipſius oratione actiores Deo adiuuante ſubſiſtere valeant. Primum igitur iſta ſunt*
D *quæ ſuo loco diſtincta ex ſuæ munificentiæ largitate cenſuit præfatas ſanctimoniales iure pro-
prietario poſſidere perpetuo, hoc eſt in pago Gilegovve* (NB eſt ibi fluuiolus Gile) *in comi-
tatu Godefridi Comitis, in Villa vel Marca Stumbele, totum dominium & curtem dominicatã
cum XLVI. manſis, Eccleſiam cum omni addecimata ſibi vtilitate, mancipijs, ſyluis, paſcuis, &
omnibus appendicibus* & ſimiliter plurima bona accumulauit *in Geggene, Bruoche, Berche,
Olueshem, Gunterestorp, Langele, juxta muros Ciuitatis Coloniæ, in Rumerſtorp, in Palmers-
torp in pago Engiresgenſi in villa Hedenestorp, in villa vel marca Renſia, & tria territoria
prope clauſtrum ſui Monaſterij, cum nominatis quibuſdam mancipijs. & libertate eligendi ſibi
Abbatiſſam* quæ omnia ſic coacervatim, quam plene & particulariter, commemora-

re nunc malui. Dederat liberalitati Brunonis occaſionem cini-factio eccleſiæ, cuius quidem temporis nota eccleſiæ plumbo inſcripta eſt, ſed euanidis literis vt non poſſit elici certitudo anni. Idem Bruno Magnus meminit eccleſiæ S. Ceciliæ in extrema ſua voluntate, & teſtamentaria diſpoſitione editâ à me *in Vita Brunonis, in Hierotheca precioſa*. Nunc adijcienda ſunt aliqua de Virginibus ex Monaſterio ſuburbano dicto ad Piſcinam, in hoc Collegium Cecilianum tranſlatis. A

Monaſteriū ad Piſcinā.

Anno Chriſti 1198. *Richmodis vidua Gerardi Telonarij* militis Colonienſis in bello ſacro mortui, fundauit ante Vrbem Agrippinenſem monaſterium in honorem B. M. Virginis & S. Ioannis Euangeliſtæ ſub regimine Ordinarij, vulgo *ad Piſcinam* appellatum, quod Monaſterium anno 1474. authoritate Apoſtolicâ & Ordinarij reformatum eſt in regulare Ordinis S. Auguſtini, & magiſtra generoſa Domina Eliſabetha *de Reuen* facta eſt prima regularis Abbatiſſa, inde anno 1475. in die S. Bernardi rogatu Cæſaris *Friderici III. Auſtriaci* authoritate Ordinarij, & Apoſtolica *Alexandri Foroliuienſis* Epiſcopi Sixti Papæ IV, & Sanctæ Sedis cum poteſtate Legati de latere Nuncij, deiectum & complanatum eſt Monaſterium Piſcinæ. Virgines vero cum ſacro Theſauro & cenſubus tranſlatæ ſunt ad S Ceciliam, vbi grauis poſtea lis exorta eſt inter *Elſam Comitiſſam de Richenſtein* Abbatiſſam S. Ceciliæ, & nouiter introductas Virgines, multaque pecuniæ in Curiales Romanos profuſæ, agitantibus controuerſiam *Ioanne Kirchoff de Reckeling'uiſen* Protonotario Apoſtolico LL. Doctore & Præpoſito Embricenſi, & *Ioanne de Arſſen* Præpoſito S. Cuniberti, famoſis Romanæ Curiæ practicis. Tandem vero controuerſia compoſita eſt interuentu *Rutgeri paſtoris Durſtenſis* Canonici S. Ceciliæ, *Ioannis de Reuen* armigeri fratris germani Abbatiſſæ ex Piſcina, & Doctoris *Ioannis de Vanckell*, pacemque initam Archiepiſcopus ſic comprobauit, vt ab eo tempore introducta regularis obſeruantia vigeat & ſtabilis conſiſtat, vſque in noſtram, & vti ſperandum, in omnem venturam ætatem. Suntque in monaſterio hodie ſub clauſurâ & obedientiâ Reuerendæ & Generoſæ Dominæ Abbatiſſæ Annæ Mariæ *Baroniſſæ de Sinzigh dicta à Gartzen* quinquaginta Deo ſacræ Virgines, ex quibus nobiliores ſedecim ſunt Canoniſſæ Capitulares, cum quinque Canonicis: Vicariorum vero numerus maior offerentium indies incruentum Euchariſtiæ Sacrificium. B C

Vnio vtriuſque Monaſterij.

§. II. THESAVRVS SACER Collegiatæ S. Ceciliæ. D

I. *S. Euergiſlus* Colonienſis nonus Antiſtes ex diſcipulo & Archidiacono S. Seuerini eiuſdem Succeſſor, cum Magiſtro ſuo audire meruit melodiam Angelorum, animam S. Martini ad cæleſtia gaudia deferentium, eoſdem Angelos ſibi familiares in officij diuini recitatione ſocios, & ad pſalmos alternatim reſpondentes quandoque habere dignus fuit. Scribit Gregorius Turonenſis *lib. 1. mirac. cap. 52.* B. Euergiſlum

24. Octob.

A giſlum in villa prope Agrippinenſem Vrbem commorantem & ægrum, capitis do-
lores miraculoſe mitigaſſe miſſo Diacono ad Baſilicam Thebæorum Martyrum
quæquia mirabili opere & muſiuo, inquit, *quodammodo deaurata reſplendet, ſanctos aureos
ipſam Baſilicam incolæ vocitare voluerunt, & quia in ipſius templi medio puteus eſſe dicitur,
in quo Sancti* (quinquaginta Thebæi) *poſt martyrium pariter ſunt coniecti, collectum ex-
inde puluerem detulit* (Diaconus Euergiſlo) *Sacerdoti, verum vbi exinde caput attigit, ex-
templo dolor omnis exemptus eſt.*] Hæc Gregorius Turonenſis. Porro B. Euergiſlus di-
uino cultui continuo intentus, noctu inter orandum à nefarijs viris obrutus, Tun-
gris in patrio ſolo martyrio coronatus eſt. Inde Anno 960. aut vt alij volunt 963.
(niſi ſint duæ eleuationes) poſt annos à martyrio, circiter quingentos, Brunoni
B magno Archiepiſcopo Colonienſi ſecundum quietem apparens, & altare in quo
Reliquiæ ſuæ laterent demonſtrans: his verbis *illumina lucernam meam illumina tene-
bras meas* ad clariorem locum transferri petiuit. Vnde Volcmarus; qui Brunoni Ar-
chiepiſcopo à confeſſionibus erat, & eidem in Colonienſi cathedra ſuccedere me-
ruit, viſum & verba ſancti Martyris interpretans, *oportet* inquit *S. Euergiſlum propria
reuiſere.* Quæ vitæ & translationis hiſtoria, icunculis & verbis exprimitur in argen-
tea Hierotheca in qua modo S. Paulinus reconditur, poſtquam noua & elegantior
S. Euergiſlo fabricata eſt: adſcripti etiam ſunt iconibus in vetuſtiore tumba bi
verſus:

Calica vox pandit vigilantibus his quia ſcaudit
Poſt vitæ curſum Martinus in æthere ſurſum.
C *Hunc perimit mucro ſpe lucri ſed ſine lucro* * Cæſum.
** .... Fronde leui velant hi fraude coeui.*
Agrippinenſis Præſul Bruno ſacer enſis
Iuris Tungrorum petit Vrbem more priorum
In ſomnis Chriſti manifeſtat ſe pugil iſti
Sancta Cæciliæ dat fons hunc Bruno Sophiæ
Laudibus huic crebris occurrit pompa celebris
Clerus humat ſanctum Tungris dans pro Patre planctum.

Quo tempore ſederit S. Euergiſlus, vide *lib. 1 Syntag. 6 videlicet pag. 39. lit. A.*

II. *S. Paulinus Leuita & Martyr* vetuſtæ argenteæ tumbæ S. Euergiſli incluſus, clã-
D ritate æterna fulget in cœlis, & in terris lucet gloria miraculorum, quorum frequẽ-
tiam diplomate ſuo teſtatur anno 1261. *Conradus Archiepiſcopus* Colonienſis. Sed vi-
tæ ipſius hiſtoria ob traditionis diuerſitatem temporis tractu intricata eſt. Nam
Ægidius aureæ vallis monachus *cap. 13. ad vitam S. Materni ab Harigero Lobienſi Abbate
ſub Annum* 990. *ſcriptam*, vult S. Paulinum diſcipulum fuiſſe S. Materni, propter prę-
dicationem & fidem Chriſti in Vbijs Martyrio affectum. Idem aſſerit Reuerendus
& Eximius vir *Hermannus Stangefolius* Colonienſis SS. Apoſtolorum & Suſatienſis
S. Patrocli Canonicus in Annalibus circuli Weſtphalici ad Ann. Chriſti 130. & 175.
(cuius ſententiam non approbo) cum dicit S. Paulinum fuiſſe S. Materni Succeſſorẽ
in ca-

in cathedra Vbiorum. Tradunt autem plerique maiores noſtri S. Paulinum eſſe Conſtantinopolitanum Martyrem, qui propter Iconoclaſtæ Imperatoris Conſtantini Copronymi Anno Chriſti 750. dominantis ſummam impietatem, fœlici commutatione depoſito ſæcularis militiæ balteo, leuitarum eccleſiaſtico albo inſcriptus, cum in eccleſia primum cantaret Euangelium, in columbæ ſpecie inſidentem viſus eſt habere ſanctum Spiritum. Inde iuſſu immaniſſimi Imperatoris præciſis naribus, euulſis oculis, pice & ſulphure liquatis horrendum in modum perfuſus, fune ad pedes alligato, per Vrbem diriſſimè raptatus eſt, tandemque cum caput malleo contuſum eſſet, effuſo & diſperſo cerebro, cælo animam effluit. Qui Beatum Paulinum noſtrum, hunc Conſtantinopolitanum tradunt, aſſerunt quoque corpus eius poſt annos à Martyrio centum viginti & duos, diuinâ reuelatione detectũ, ad *Carmonanum* Monaſterium, deinde *Venetias* in ædem ſacram S. Georgio tranſlatum, demum à Principibus Germanis Italiam triumphantibus allatum in Vbios. Sed hæc vtcunque habeant, & cuias fuerit Sanctus Paulinus, certus eſt Vbiorum A B

4. Maij. inter ſuperos Patronus, antiquâ Eccleſiæ traditione & in Martyrologijs ad quartum Maij diem cognitus, notior in æterna vitæ libro.

28. Decemb. III. Corpus *Innocentis pueruli* in Bethlehem Iudæ Chriſti cauſa membratim diſſecti paruula capſa concluditur.

IV. Corpora diuerſorum Archiepiſcoporum, Præſulum, Presbyterorum, ſeu

15. Ianuar. Cardinalium Regum, Ducum, Virginum, Martyrumque ex Sodalitijs S. Vrſulæ & Thebæorum, quorum tumuli Marmorei ſpectantur in hac Baſilica, & nomina tituli que in tabella leguntur. C

V. Caput *S. Paulini* incluſum argenteæ hermæ cui affixa inſignia familiæ *Alden-*

4. Maij. *houiæ*: videlicet in candido campo tranſuerſim purpurea inſtita glabra, & in ſcutario capite nigra inſtita internè quinque pinnulis dentata, ſicuti ferme ſunt arma familiæ *de VVeſtphalen*.

VI. Eximia pars capitis *S. Andreæ* Apoſtoli 30. Nouemb.

VII. Caput *S. Conſtantiæ* Reginæ Orientis, argenteæ hermæ includitur.

VIII. Capita ex ſocietatibus Sanctorum Maurorũ, Thebæorum, Virginum &c. collocata in honeſtiſſimis thecis veſtiunt eccleſiæ parietem.

IX. Argenteâ thecâ cuſtoditum os brachij *S. Ceciliæ*, quæ ſi fuit illa Romana, D

22. Nouẽb. quæ ſponſum *Valerianum* eiuſque fratrem *Tiburtium* ad credendum in Chriſtum atque ad martyrium ſubeundum adduxit, Chriſtique Euangelium & meditationem diu noctuque in pectore geſtauit. Mira non debet videri traditio, eius ex brachio os Coloniæ cuſtodiri. Nam temporibus *Luduici pij Imperatoris* & *Hadebaldi Colonienſis Archiepiſc.* ſub Ann. 821. ſedente eo tempore *Paſchali Papa* reperta eſt S. Cecilia, eoque ad florentem nouam in Vbijs deuotiſſimarum canonicarum ædem, à qua nuper tranſlatus fuerat Metropoliticus honor, & virgines introductæ, potuit etiam facilè inferri brachium S. Ceciliæ; neque enim veteres titulum Sancti ſine eiuſdem Reliquijs, templo imponebant. Nec obſtat huic opinioni quod Anno 1599. dicatur

S. Ceci-

A S. Cecilia integra reperta, quia teſte Illuſtriſſimo Baronio, viſa eſt ſupra dextrum cubare latus, & operta velis quæ præ reuerentiâ nemo mouit: vnde fieri potuit, vt ſub ſericis tegumentis aliquid de oſſibus abeſſet, maxime ex dextro brachio, cui dicitur incubuiſſe; præſertim cum ſæpius videatur tumba Sanctæ Ceciliæ aperta: Paſchalis enim Papa Anno Chriſti 821. dicitur caput S. Ceciliæ ſeorſim ſepeliuiſſe, & nihilominus illæſis repertis ſignaculis, Anno Chriſti 1599. inuentum eſt caput corpori rurſus coniunctum.

Vide Euerhardi Winhemij ſacrarium in XI. Eccleſ.

X. Brachium *S. Leonardi* Confeſſoris diſcipuli S. Remigij 6. Nouemb.

XI, Brachium *S. Ægidij* Abbatis 1. Septemb.

B

---

§. III. Fraternitates.

I. B. Mariæ Virginis Annunciatæ populoſa ex vtroque ſexu.

II. S. Ceciliæ Opificij lanei.

III. S. Euergisli Pictorum & Vitriariorum.

IV. S Leonardi veteramentariorum.

C

§. IV. Feſta.

I. Reliquiarum 15. Ianuarij.

II. S. Paulini 4. Maij.

III. S. Auguſtini cuius regulam profitentur 28. Auguſti.

IV. Dedicationis anniuerſariæ eodem die quo Metropolitana Eccleſia Dominica proximâ SS. Coſmæ & Damiani.

V. Vndecim mille Virginum 21. Octob.

VI. S. Euergisli 24. Octob.

VII. S. Ceciliæ 22. Nouemb.

D VIII. S. Eugeniæ & Statio Archiepiſcopalis in ſecunda Miſſa Dominici Natalis 25. Decemb.

IX. Innocentium 28. Decemb.

Monumenta.

I. Diuerſi Sarcophagi Sanctorum patentes.

II. Campana à S. Cuniberto conſecrata quæ in Diui Cuniberti feſto, tempore tonitrui, & mortis alicuius monialis pulſatur. dicitur prodigiosè ex lacu per aprum eruta.

A

SYNTAGMA XII.

Abbatialis SS. PANTHALEONIS, Coſmæ, & Damiani &c.

§. I. Initia & incrementa Eccleſiæ.

Opus antiquum Eccleſia S. Panthaleonis.

Eccleſia ſub Patrocinio Sanctorum trium Medicorum *Panthaleonis, Coſmæ & Damiani*, ob vetuſtatem, originis notitia caret extitiſſe tamen temporibus Luduici Imperatoris & Lotharij filij eius, ex diplomate anni 853. conſtat, in quo hæc lego: *Eccleſia S. Panthaleonis quæ ad theſaurum & luminaria eiuſdem Matris Eccleſiæ* (Metropolitanæ) *pertinere dinoſcitur, ſed, & hoſpitale inibi ad pauperum receptionem conſtructum &c.* Quæ verba non nouitiam originem ſed anilem ætatem ſubindicant. Carolus *Stengelius* in Monaſterologia ſua (qua authoritate neſcio) aſſerit An. Chriſti 670. in atrio huius Eccleſiæ paſſum *B. Maurinum*, Abbatem, huius an Eccleſię S. Gereonis in dubio relinquo. B.

Eiuſdem loci Monachus fuit *S. Reinoldus* martyr, qui cum opificibus & murarijs in ſtructura ſacræ ædis Pręfectus eſſet, & Mechanicos ſegniores, ad labores vrgiſſet, offenſas eorum incurrens, ab ijſdem in foſſam Vrbis occultè præcipitatus, miraculosè innotuit. Nam cum cæca quædam ibidem ſe caſu lauiſſet, ſubitò recuperato viſu, corpus ſancti viri aquæ ſupernatare vidit. Fuit is ex familia Caroli Magni, miles primo, poſt Ordinis S. Benedicti monachus, cuius corpus à S. Annone Tremoniam translatum fuit. Eodem Stengelio alijſque teſtibus. Ex quibus monaſterij exordia cognoſcas ante Brunonis primi Colon. Epiſcopi ætatem reponenda eſſe, etſi is Fundator eius cenſeatur. Quod adeo verum eſt, vt Bruno I. eius nominis Archiepiſcopus Colonienſis ipſe in eccleſia antiquâ S. Panthaleonis incultâ & ruinæ proximâ, miſſum ab *Agapeto II.* Pontifice anno 953. receperit pallium cum Reliquijs de proprio corpore S. Panthaleonis Martyris, teſte ſcriptore vitæ Brunonis cap. 32. inſtaurator igitur verius quam primus Fundator eſt habendus, Fundator tamen per me vocetur: nam id Tabularia profitentur, ſed eo quem dixi ſenſu. C D.

Fundatio Brunonis Archiepiſcopi.

Anno Dominicæ incarnationis (vt Tabulę aiunt) 964. *Bruno Eccleſiæ Colonienſis Archiepiſcopus duodecimus, primique Ottonis Imperatoris Germanus, Monaſterium S. Panthaleonis extra vrbis mœnia fundauit, fratreſque in laude diuina peruigiles ſub monaſticæ Benedictinæ regula inſtituit, quibus Abbatem præpoſuit Chriſtianum nomine ſuæ videlicet profeſſionis phoronomum & in lege Domini ſicut hunc decuit ordinem apprimè eruditum, cui quidem ordinato hoc breue commonitoriū de Occidentibus partibus ſcripſit* Vt ſis quod vocaris cura, gentilitati ne degeneres, id ſerio

trium-

A triumpha. vt non ſicut prius, antiquetur; ſed de virtute in virtutem vt eatur, naua.

Quibus verbis, iterum video ad vetuſtatem loci alludi. Idem Bruno Archiepiſcopus in diplomate fundationis Monaſterij, plurimas eidem concedit libertates, prohibet ſpolia à morte defunctorum Abbatum, & mandat *vt locum defuncti nullus penitus obtineat niſi quem votiua Fratrum electio ſecundum timorem & amorem Chriſti de ſuis ſibi praeſſe voluerit.* Eximit vero Cœnobium ab omni onere niſi *cum Dominus Succeſſoribus ſuis pro ſtatu & negotio Regni, vltra Alpes proficiſcendum eſt*, ab Abbate *prafata Eccleſia pro charitate, ſpadicem validum accipiant ſed nudum, ſi vero infra, vehiculum abſ-* B *que iumentis quod poſt expeditionem, ſi ſuperfuerit, reſtituatur ne vel in hoc damnum Eccleſia ſua inferant.* Acta ſunt hæc Coloniæ anno Chriſti 964. Pontificatus ſui vndecimo &c. *Priuilegia.*

Anno deinde 977. Benedictus eius nominis VII. Chriſti Vicarius inuenitur Chriſtiano Abbati ad S. Panthaleonem confirmatorias fundationis eiuſdem conceſſiſſe in quibus Summus Pontifex ad prædicta hęc addit nimirum: *Etiam ſupradictæ Eccleſia addimus honorem non ante conceſſum ob amorem Imperatoris & petitionem Imperatricis, nec non etiam propter iucunditatem dulciſſimi Fratris Guarini Archiepiſcopi, vt ipſe ſupradictus Abbas Dalmaticam & Sandalia induat, ſicque noſtra licentia, Epiſcopalem* C *(vt ita dicam) ſeruet honorem in ſecula ſeculorum.* *Confirmatio Pontificia.* *Dignitas.*

Sed vt ad ipſam à priuilegijs Eccleſiam reuertar. Ipſa moderna eccleſia S. Panthaleonis non eſt Brunonis opus, ſed antiqua quæ in ambitu oſtenditur, quam cum Monaſterio ſtruxit ex rutis & petris deiecti pontis à Cōſtantino Magno quondam ædificati contra Francos, tunc trans Rhenum habitantes vt alibi dixi, proque munimine ornatuque limitis imperij, & Vrbis Agrippinenſis.

Cum vero anno 965 quinto idus Octobris Cōpendij in Gallia B. Bruno obijſſet Coloniam translatus *ſecundum deſiderium cordis ſui reconditus in Oratoriolo Sanctorum Panthaleonis, Coſma, ac Damiani, locum quem viuens coluerat mortuus ornauit. Erat autem Oratoriolum pro tenera nouellæ conuerſationis infantia anguſtum, & magnis meritis magni* D *Preſulis impar. Ruit ergo* (anno 966.) *ſolo tenus, pijſſimo diuina potentia effectu ſine inhabitantium diſcrimine, ſine familiaris rei damno, & ſui ruinâ occaſionem editioris fabrica prabuit*, vti refert hiſtoria inuentionis S. Maurini, cuius ſtructura adſcribenda videtur *Volcmaro* ex Archidiacono Præpoſito Bonnenſi ſiue Veronenſi, Vbiorum Antiſtici Succeſſori Brunonis, ipſe enim inſignem altaris tabulam erexit, de qua in Tabulario hi verſus: *Structura Brunonis Archiepiſcopi.* *Opus Volcmari Archiepiſcopi.*

Preſul Volcmarus nulli pietate ſecundus
Magni Brunonis & commendatio dulcis
Verona, tabulam radianti ſchemate claram
Fecit, vt eſſet honor cui tellus ſeruit & æquor. *VVarini conſecratio.*

Zz 2 Abſo-

Abſoluta videtur ſtructura S.Panthaleonis ſub *VVarino* Archiepiſcopo qui Eccleſiam conſecrauit Anno Chriſti 980. A

Theodorici Archiepiſc. reformatio. Cum deinde diuturnitate temporum irrepſiſſet languor diſciplinæ, imo pietatis omnimoda corruptio, *Theodoricus de Moerſa* Archiepiſc opus Colonienſis Anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto fratre ſuo *Friderico Comite* ſollicitante, eliminatis his qui genere quidem illuſtres erant ſed moribus omnino obſcuri, priſtinæ virtuti cultuique & obſeruantiæ regularum locum niſus eſt reſtituere. Sed nec illo adnitente reformatio integre ſibi conſtitit, donec ſub *Hermanno de Haſſia* pium opus felici fine conſummatum ad noſtra tempora conſiſtendi vim accepit.

Henrici Abbatis reſtauratio. Ex Carolo Stengelio. Noſtris porro temporibus *Henricus Spichernagel Abbas & S Vnionis Burſfeldenſis per Germaniam præſes Principalis anno videlicet M DC.XX. bellis Germanicis iam tum ſæuientibus poſtridiè Diui Laurentij (qui conſecratione eiuſdem erat anniuerſarius, & adepta Abbatialu infula annus 14.) tectum Eccleſiæ iam ruinæ proximū renouauit, Eccleſiamq́, ipſam interiorem teſtudine diu deſideratâ condecorauit, vti indicant verſus arcui Eccleſiæ inſcriptis.* B

Henricus dictus Spichernagelius *Abbas*
Ex Vbijs ortus fornicis author erat
Hic tectum turremque nouum conſtruxit in altum
Sit merces operis vita beata ſui.

§. II. Viri clari è Monaſterio S. Panthaleonis.

Ex plurimis fama præſtantibus, & alias percenſendis, nouem delegi claritate præſtantes viros. C

I. Primus tempore Brunonis Abbas re & nomine *B. Chriſtianus* ob excellentem pietatem & ſcientiam loco huic præpoſitus, videtur ex vetuſta generis nobilitate fuiſſe, quod eum Bruno hortetur ne gentilitati degeneret. obijt cum opinione beatitatis Anno Æræ communis 998. ſed calculo Proſperiano 1001. ad X I. Kalend Aprilis in feſto S. Benedicti Patriarchæ ordinis. Sedente Gregorio V. & Colonienſi Sede vacante per mortē Euergeri. Itaque apud Meræum in fundatione Thorenſi Anno 992. pro Ioanne Abbate S.Panthaleonis legendus eſt Chriſtianus. *21. Maij.*

II. Secundus celebrium virorum eſt. *B. Fulbertus quartus* huius loci Abbas ſeu potius adminiſtrator Primus Tuitienſis, & quoque quartus S. Viti in *Glabbach* Abbas, in vita S.Heriberti multorum pater monachorum dicitur, quippe propter egregiā vitæ conuerſationem, ſcientiam quoque, & Dilectionis abundantiam, eius curæ & prouidentiæ plura cœnobia commiſſa fuerunt, ab ipſo ex monaſterio Glabbacenſi etiam Religioſorum Colonia deducta eſt Vltraiectum *VVeringero* monacho exe petito per *Aufridum* Epiſcopum Vltraiectinum, ad monaſterium prope *Amorsfordiū* extructum nunc *Vltraiecti* ad S.Paulum. Huic Fulberto S. Heribertus in vita familiariſſimus, à morte apparens prædixit die ſui obitus trigeſimo ſecum in cœleſti conuiuio coniungendum, & anno 1021. Idib. Apr. relictâ opinione ſanctitatis migrauit ad vitam meliorem, ſepultus Tuitij in ſacello S.Ioannis Baptiſtæ. D *13. April.*

III. Ter-

A III. Tertius inſignium fuit B. *Helias quintus* & S. Martini tertius Abbas ſepultus ad S. Martinum, in deſcriptione eius eccleſiæ laudabitur.

IV. *Aaron ſextus Abbas* ſucceſſit anno 1042. Cantum Gregorianum à Leone nono acceptum primus ab Italia in has partes inuexit. Obijt Anno 1052. 14 Calend. Decemb. cum præfediſſet annis XI. Sepultus in choro S. Petri. *18 Nouemb.*

V. *Henricus* is ſucceſſit Aaroni frater *Sicconis* præpotentis comitis & Auunculus *S. VVolffhelmi* quem ex illuſtribus Ripuarijs Comitibus *de Niel* genitum ex Metropolitano Colonienſi Canonico in Sancti Maximini iuxta Treueroſ. profeſſum, Coloniam *Hermanni Archiepiſcopi* literis accitum, omni ſanctitate formauit, deinde Gladbacenſi præfecit monaſterio, cuius idem Henricus ſextus abbas fuit, & B laudatur in vita S. Wolphelmi cap. tv. Wolphelmum inde S. Anno tranſtulit ad Brauuilerenſe monaſterium. Henricum verò cum ſediſſet annis 14. Anno 1066. ſeptimo idus Nouemb. numen tranſuexit in cœlum, corpus depoſitum eſt ante altare S. Nicolai Epiſcopi. In Catalogo Abbatum Glabbacenſium 6. Cal. Septembris notatur depoſitio Henrici. *7. Nouemb.*

VI. *Beatus Hermannus* I. cognomento humilis noui ad S. Panthaleonem Monaſterij abbas nonus, ex comitibus *Zutphaniæ* genus ducens, elegit magis abiectus eſſe in domo Domini, quam habitare in tabernaculis peccatorum ſeu filiorum huius mundi: *totius honeſtatis & religionis vir* appellatur in vita S. Wolphelmi, quem morientem ſacro oleo inunxit, cæpit præeſſe circa annum Chriſti 1082. Sanctè moritur C 1121. 4. Calend. Ianuarij ſub Calixto II. & Friderico I. Archiepiſcopo Colonienſi, cũ præfuiſſet annis 39 Sepultus in oratorio S. Crucis & XII. Apoſtolorũ, quod abs ſe ædificatum Anno 1094. Indict. 2. IV. non. Iulij ab Hermanno III. cognomento diuite, Archiepiſcopo Colonienſi dedicatum fuerat. *29. Decëb.*

VII. *Rudolphus ex* Abbate S. Trudonis huius Cœnobij X. Abbas inſtitutus eſt. A. C.CIↃ. CXXI. *turbatis enim iam ante* ita ipſe loquitur in Hiſtoria inuentionis Thæbæorum Martyrum *per annos aliquot Eccleſia & Regno ſub Henrico Imp. cuius Pater Henricus Leodij Obijt, multi Epiſcoporum & Abbatum & de omni ordine & gradu Clerici & Monachi expulſi à ſuis ſedibus, hac illacque ferebantur propter communionem imperatoris, D quem vitabant quia excommunicarat D. Papa Calixtus II. ſecutus in eum ſententias prædeceſſorum ſuorum Gelaſij atque Paſchalis, hac tempeſtate eaque de cauſa eoque maximè quia Friderici Leodienſis Epiſcopi electioni & conſecrationi fauerent, expulſus ſum & ego de cœnobio B Trudonis idibus Aprilis feria IV. Dominicæ reſurrectionis cum in eo indignus præſediſſem annos XII & duos menſes & vt puto XIV dies ſuſceptuſque ſum eodem anno miſericorditer ab Archiepiſcopo Colonienſi Friderico eiuſdemque Eccleſiæ ſtudio & fratrum electione poſitus ſum abbas in cœnobio B. Panthaleonis extra muros ciuitatis VIII. Idus Septembris cum iam vacaſſet à IV. Kalend Ianuarij.* Hæc Rudolphus ipſe; Eiuſdẽ meminit Trithemius. 1. de Eccleſ. Scrip. *Rudolphus Abbas S. Trudonis in Diœceſi Leodienſi Ord. D. P. Benedicti natione Theutonicus Vir in diuinis ſcripturis iugi exercitatione peritus & in ſæcularibus literis non infimè doctus carmine valens & proſa & muſicis excellens nec minus opere quam ſcientia cla-*

rus ſcripſit vtroque ſtylo non ſpernenda opuſcula de quibus feruntur contra Symoniacos Libri VII. Chronica quoque lib. 1. carmina multa cantus etiam in laude Sanctorum plures dulci & regulari melodia compoſuit. Claruit ſub Henrico V. Anno Domini 1125. A

Fuit aliquando Monaſterio S. Panthaleonis violenter obtruſus Abbas à *Friderico Archiepiſcopo* Colonienſi, cuius cauſa à *VVolberone eccleſiæ cuſtode*, poſtea Abbate viſus eſt Fridericus à morte expiatorio cruciatu affligi. Author tabulæ Abbatum exiſtimat eum intruſum abbatem Rudolphum eſſe quem quo deuenerit ignorari dicit, ego exiſtimo *Gerardum* Rudolphi ſucceſſorem, qui tempore mortis Friderici vixit, & ſub Arnoldo I. Archiepiſcopo reſignauit, intruſum Abbatem dicendum. B Rudolphus enim electione fratrum regimen S. Panthaleonis ſuſcepit, & viuente *Friderico Archiepiſcopo* ab *Alberone Leodienſi* Epiſcopo Coloniæ conſecrato, Anno 1123. reductus Leodium Abbatiæ S. Trudonis reſtitutus eſt per *Henricum Archidiaconum* teſte hiſtoria Leodienſi *tom. 2. cap. 22.*

VIII. *VVolbero XII. Abbas* creatus 1147. Ingenio & eloquio clarus, vtpote vir in diuinis ſcripturis ſtudioſiſſimus, & in ſæcularibus literis ſuo tempore doctiſſimus, ſcripſit ſacris Virginibus Benedictinæ inſtitutionis, *in inſula Rheni* Deo & B. M. militantibus, lib IV. *In Cantica Canticorum* quibus nominis ſui memoriam poſteris reliquit. *9. Aprilis.* Ob. V. Idus Aprilis A. C. 1167. ſub *Reinaldo* Archiepiſcopo Colonienſi, ſepultus in ambitu in ædicula B. Margaritæ Virginis ſub lapide nonnihil extante cum hac inſcriptione.

Corporis Exuuias hic depoſui tumulandas
Præſidiumque piæ ſub tegmine ſpero Mariæ C
Cuius ad Ædiculam conſtruxi culmina ſacra
Sit requies animæ ſit plena ſolutio culpæ.

IX. *Godefridus Monachus* Panthaleonita accuratiſſimus hiſtoriarum ſcriptor ſub Reinaldo Archiepiſcopo floruit, & res ſui temporis poſteritati tradidit. *Alius B. Godefridus* eiuſdem monaſterij iuuenis Religioſus, *Villarium* ad Ciſtercienſes tranſiens miraculis à morte claruit. Vide Cæſarium Heiſterbacenſem lib. 1. c. 35. Idem Cæſarius *lib 3. cap. 36.* refert hiſtoriam de quodam S. Pantheleonis Abbate hic concinnè *Bona Eccleſiaſtica non eſſe prophananda.* inſerendam & obſeruatu dignam. *In monaſterio* inquit, *S. Panthaleonis in Colonia Abbas quidam fuit, fratrem habens eiuſdem ciuitatis conciuem, quem carnaliter diligens, ſæpe pecu-* D *niam Monaſterij illi occulte largiebatur, quam propria ſubſtantiæ admiſcens, & in ea negotians, quocunque perrexit, ſemper cū damno rediſt, factaque eſt ei, licet non aduerteret, monaſterij pecunia tanquam ignis, & ſubſtantia propria quaſi ſtipula. Et cum eſſet in mercationibus ſatis gnarus, atque circumſpectior cæteris ſuis Sodalibus, illorum proſperitatem ſuumq; diſpendium mirari non ſufficiebat. compaſſus eius infælicitati Abbas, cum ſemper ei daret, & ille non proficeret. imo ſemper minus haberet, tandem ad paupertatem deuenit. cui Abbas. quid eſt frater quod agis? quare tam inutiliter conſumis ſubſtantiam tuam ad confuſionem tuam atque meam? reſpondit ille: valde parce viuo, mercatum meum diligentiſſimè cuſtodio & quid ſit quod circa me agitur penitus ignoro. Tandem in ſe reuerſus venit ad ſacerdotē, ei omnia circa ſe*

geſta

A *geſta aperiens per confeßionem cui dixit ſacerdos: vtere conſilijs meis, & cito diues eris; pecunia fratris tui furtum eſt, & ipſa ſubſtantiam tuam deuorauit; de cetero nihil recipias ab eo, & de modico, quod ad huc ſupereſt, negotiare, videbiſque manum Domini ſuper te bonam; quidquid autem lucratus fueris medietatem fratri tuo reddes, de reliquo tu viues. & hoc tam diu facias, donec omnem pecuniam Monaſterij tibi datam illi reſtituas. mira Clementia Dei, obediens homo confeſſoris ſui conſilio, in breui adeo ditatus eſt, vt & ipſe abundaret & fratri recepta reſtitueret. cui cum Abbas diceret: vnde tibi iſta diuitia frater? reſpondit: quamdiu ſubſtantiam fratrum tuorum recepi, ſemper pauper & miſer fui. & tu grauiter peccaſti, non tua mihi largiendo ego vero aliena recipiendo: ex quo enim de his pænitui, & furtum abhorrui, benedicente Domino abundaui.*

B

---

§. III. THESAVRVS SACER Monaſterij SS. Medicorum Panthaleonis Coſmæ & Damiani atque Quirini Martyrum.

I. EX lamellis auri argentique & gemmis Hierotheca in formam Crucis ducta, complectitur Segmenta SANCTÆ CRVCIS, ea dicuntur allata Conſtan-
C tinopoli per *Henricum de Vlmene* (Diœceſis Colonienſis in Eiflia caſtro) *Virum militia morumque principatu nemini ſecundum*, hic anno 1208. 3. Idus Aprilis teſte Godefrido Panthaleonita, per *Albertum Abbatem Lacenſem* Monaſterio S.Pantaleonis plurimas tranſmiſit Reliquias. Idem Henricus de Vlmene à Cæſario lib. 4. cap. 30. ſcribitur monaſterio Heiſterbacenſi dediſſe crucem *quam de eccleſia S.Sophiæ apud Conſtantinopolim ſublatam attulerat.* Vidi etiam in florentiſſimo Lacenſi monaſterio inſertas Scypho dominico Reliquias S. Crucis datas ab eodem Henrico de Vlmen, ab Alberto Abbate ſupra nominato his verſibus ad poſteritatis memoriam celebratas.

D *Vir meritis clarus* Henricus in Vlmene *natus*
Contulit hoc lignum *nobis veneramine dignum.*
Quod Græcis victis aduexit partibus iſtis.
Albertus *Clauſtro quo tempore præfuit auro*
Sic exornauit *Deus hoc quod glorificauit.*

Non libet hic Reliquiarum apologiam texere, quod alij abunde præſtitere; vnum aliunde prædictis donationibus Henrici confirmandis addo, nimirum eundem Henricum etiam partem Crucis dominicæ contuliſſe Treuirenſi Monaſterio S. Mathiæ, teſte ibidem Hierothecæ inſcriptione *Anno ab Incarnatione Domini MCCVII. Henricus de Vlmena attulit lignum Sanctæ Crucis de ciuitate Conſtantinopolitana, &c.*

na, & hanc magnam portionem ipſius ligni Sacri Eccleſiæ Sancti Eucharij contulit. A
P.Chriſtophorus Brovverus lib xv.hiſtor.Treuerens. pluribus eadem confirmat, commemorans quæ fragmenta S. Crucis contulerit Henricus de Vlmene, Parthenoni Inſulæ S.Nicolai in Moſella vulgo *Stuba*, vbi ſororem Magiſtram loci habuit, & Collegio SS. Martini & Seueri Meinfeldiæ, quem conſulet qui copioſius hæc requiret.

II. Hierotheca eſt Sarcophagus argenteus auro & gemmis incruſtatus, complectitur *S. Albinum Martyrem* Is antea Albanus dicebatur, quod nomen à morte etiam retinuit, cum à S.Germano ex Britannia Romam eſſet perlatus, ſed deinde ab Auguſta Theophania Ottonis ſecundi coniuge translatus Coloniam, in itinere, Moguntino Archiepiſcopo rogante, dictus eſt Albinus, ne ſimilitudine nominis cõfunderetur aut obnubilaretur honor & memoria alterius S. Albani ſuæ ſedis Epiſcopi, qui floruerat anno Chriſti CCCCLXXX. Neue quondã vrbes litem haberent, quænam verum Albanum poſſideret. Hic vero S. Albinus ſub Diocletiano floruit in Britanniæ ciuitate Verolamenſi (vulgo Werl & Werelingceſter) dirisq; cruciatus tormentis capite truncatus eſt, quod Clericum hoſpitio exceperat. Reliquiæ eius ſingularem merentur venerationem præ cæteris, quando decimo quarto à martyrio labente ſæculo, omnia ferme integra, & cutis, caro, barba, cruor, non olim, ſed recens occiſum martyrem ſuadere videntur. Feſtus S.Albini dies celebratur 22.Iunij. B

22. Iunij.

Addo hoc loco diploma Eleuationis S. Albini factæ. Anno 1330. C

IN nomine Domini Amen Nos Theodericus Dei gratia Abbas, Prior, totuſque Conuentus Monaſterij Sancti Panthaleonis Colonienſis, ordinis ſancti Benedicti, Vniuerſis Chriſti fidelibus & præcipuè Eccleſiarum Prælatis, Rectoribus, Plebanis, nec non de ordine Prædicatorum, Minorum, Carmelitarum, & Sancti Auguſtini fratribus ſalutem in Domino omnium Saluatore. Cum ſecundum Prophetam Dominum laudari decet in ſanctis eius &c. hinc eſt quod nos peccatores licet indigni tanti Patroni Glorioſi Martyris Sancti Albini, Militis primi in Britannia martyrium paſſi, cuius Reliquiæ primo à Beato Germanno Epiſcopo à Britannia in Vrbem Romanam, & poſtea per Imperatricem Theophaniam Imperatoru Ottonis tertij Matrem à Roma Coloniam ad nos translatæ, trecentis & quinquaginta annis apud nos ſunt reconditæ, & nunc Dei nutu præcipuè & propter cauſam euidentem à capſa in qua erant recondita exceptæ & apertæ fideli populo ad excitandam deuotionem, vt in ſancto ſuo Martyre honorificetur & laudetur Deus ad videndum oſtenduntur cuius à paſſione vſque nunc, cum ſint mille & viginti anni ſuis tamen meritis apud Chriſtum exigentibus ipſius Reliquiæ adeo pretioſæ videntur & recentes, ac ſi non longo temporis interuallo mortem ſubierit temporalem, D

*temporalem, nam caput cum barba ceruicem paßionis adhuc ſanguine infectam, brachia &
A manus ſcapules pelle & carne protectas, pectus cum tractibus laterum & ſpina dorſi cum
renibus, pannus etiam quo ſacrum corpus eius trecentis & quinquaginta annis apud nos in-
uolutum & contectum ad inſtar niuis candidus & incorruptus eſt; ſicut impoſitus ſit recenter.
Praterea de miraculis & ſignis nunc nouiter. per Diuina miſericordia largitatem apud no-
ſtram Eccleſiam magnificè factis veritatem vobis duximus intimandam: à dominica enim die
ante Feſtum Natiuitatis Sancti Ioannis Baptiſta Anno Domini M. CCC. XXVII. vſque nunc* 1327.
*eius Reliquia Sancta & Veneranda populo publice oſtenduntur, tam partalitici quam alij
claudi cruribus incuruati, alij contracti, alij ſuper terram reptantes, alij gibboſi dorſo, & in-
curuati, alij caci, alij caci nati alij muti, alij damoniati, alij manci, alij febricitantes
& diuerſis aliis languoribus oppreßi & plures mortui & aquis ſuffocati ad numerum quin-
B gentarum & amplius perſonarum vtriuſque ſexus, meritis ipſius S. Albini per diuinam miſe-
ricordiam & largitatem apud noſtram Eccleſiam ſunt curati Non ſolum autem à languori-
bus hominum ſed etiã in pallefridis, equis, & iumẽtis curationis & ſoſpitatis gratia eſt multi-
pliciter oſtenſ. Teſtimonio non ſolum noſtro ſed multorum fide dignorum & totius ciuitatis
Colonienſis & circumiacentis patria pulchro & vero teſtimonio poſſunt Veraciter compro-
bari ſuper quo dignum & iuſtum eſt ſanctam & indiuiduam Trinitatem per totum orbem
Chriſtianum de his miſericordia ſua gratiis ac beneficijs honorari & laudari, quod noſtris tem-
poribus talia magnifica ſua miſericordia beneficia percipere nos dignetur. Hoc vobis noſtro ſub
ſigillo ſcribimus ad excitandam deuotionem plebi fideli Veſtris in Eccleſijs pradicando Datum* 1330.
C *in Vigilia Penthecoſtes Anno Domini milleſimo trecenteſimo triceſimo.*

III. Hierotheca eſt item Sarcophagus precioſus ibidem ex argento, auro, & 10. Iunij.
gemmis fabricatus qui complectitur oſſa *S. Maurini Abbatis & Martyris*; cuius cor- 13. Octob.
pus repertum eſt ſedente *Volkmaro* Archiepiſcopo Colonienſi An. 966. 13. Octob.
cum noua baſilica conſtrueretur. Lapis vero loculum S. Maurini claudens hæc
habebat inciſa verba: *Hic requieſcunt oſſa bonæ memoriæ Maurini Abbatis, qui in atrio
Eccleſiæ martyrium pertulit ſub die quarto idus Iunij.* Ad quem diem videnda eſt hiſto-
ria Eleuationis eius, & miraculorum in Collectionibus Laurentij Surij de Vitis San-
ctorum. Dum corporum huius eccleſiæ memini, non præteribo corpus cuiuſ-
dam ſancti Anno 1621. 17. Maij repertum in muro poſt ſummam aram huius Ba- 17. Maij.
D ſilicæ, cum in reſtauratioue ſuſtentandis fornicibus ſolidiora eſſent iacienda fun-
damenta: non potuit vero ex adiunctis ſcedulis carie corroſis Sancti nomen
elici, coniecturam aliqui faciunt eſſe *Beati Priuati oſſa*, de quo Bruno primus in te-
ſtamento ſuo ita loquitur *Oratorium quod B. Priuato conſtruimus iuxta altare S. Mar-
tini in occidente Eccleſiæ.* quæ coniectura vt vera ſit, oportet vt elapſo à morte Bru-
nonis anno Chriſti 966. ex vetuſto collapſo S. Martini oratorio hæ Reliquiæ
translatæ ſint in orientalem plagam eccleſiæ, retro maiorem aram vbi ſunt repertæ.
Sane etiamnum in parte occidentali modernæ Baſilicæ Panthaleoneæ extat orato-
rium ſeu Sacellum S. Martini. Si vero coniectura hæc de S. Priuato diſplicet, ſit per
me ignotus locus ſacri corporis, certè Beata eius anima cæleſti viſione fruens
Deo aſſiſtens inter Tutelares Vbiorum Diuos non ceſſabit.

11. Octob.

IV. Hierotheca eſt marmoreus Sarcophagus in Crypta Eccleſiæ ſitus A concludit *Beatum Brunonem Magnum* Archiepiſcopum Colonienſem, Henrici Aucupis ex Diua Mathilde Filium, Ottonis Magni Imperatoris fratrem, Ottonis II. patruum, qui primus Vbiorum ſacer dux pedo principatum, & gladij ius cum maximis opibus coniunxit: & congeſtis Reliquiarum theſauris mirè Colonienſes baſilicas locupletauit; hunc etiam locum ſingulariter dilexit & amplificauit, vt primum enim ad Archiepiſcopatum euectus eſt Hadamaro Fuldenſi Abbate Romam ad ſummum Chriſti Vicarium miſſo, hoc in loco per reducis manum accepit pallium, & S. Panthaleonis Reliquias, quas Archiepiſcopus eodem loci condens; veteris Monaſterij ruinas miſeratus, deiecta mole Conſtantiniani pontis, e ruderibus nouum cœnobium conſtruxit. Obijt autem idem S. Bruno Compendij B in Gallia Anno Chriſti 965. quinto id. Octobris cum ſediſſet annis duodecim, menſe vno, diebus tredecim. In Eccleſia Tornacenſi diuino officio nouem Lectionum iam pridem colitur, ſed in Colonienſi & quidem ſua, more poſt mortem eius introducto, & huc vſque perducto exequijs honoratur annuis, quoad decreto Pontificio feſtiuus ei honor decernatur: quod pijſſimo deſiderio Sereniſſimi Ferdinandi Bauari Archiepiſcopi noſtri & deuotæ ipſius diœceſios petitioni breui indulgendum ſperamus, ne vel tantillam rugam in eccleſia Romana poſſit Calumniator Hagio-maſtix taxare.

27. Iulij.

Martyrol. Romanũ.

V. Hierotheca eſt Herma argentea inaurata quæ concludit notabilem partem C capitis *S. Panthaleonis* medici *qui Nicomediæ à Maximiano Imperatore pro fide Chriſti tentus, & equulei pœna, ac lampadarum exuſtione cruciatus, ſed inter hæc Domino ſibi apparente refrigeratus, tandem ictu gladij* Martyrium conſummauit. Cæterum quãdo mentio Reliquiarum S. Pantaleonis tractanda eſt, dicam vniuerſim, quæ de his cognoui.

Reliquiæ S. Pantaleonis Coloniã Conſtantinopoli allatæ.

S. Panthaleonis Reliquias quater Coloniam Agrippinam translatas reperio. primo cum antiquiſſima illius eccleſia exſtructa eſt, (neque enim veteres ædificabant memorias martyrum ſine corſi Reliquijs) deinde cum Hadamarus Fuldenſis Abbas B. Brunoni pallium ferens attulit Romà S. Panthaleonis Reliquias cum alijs. Tertio vti in Tabulario Panthaleonitico reperio à congregatione S. Vitoni in Lotharingia miſſæ fuerunt huic cœnobio præclaræ Reliquiæ SSS. Panthaleonis, Vi- D toni, & Theodori. Quarto alias quaſdam attulit ſub Ann. Chriſti 1208. ex Conſtantinopolitana vrbe Reliquias capitis S. Panthaleonis ſæpius laudatus Henricus de Vlmene, vnde quondam Martyrologio Vſuardi adſcriptum *Duodecimo Kalendas Martij commemoratio oſſium Sanctiſſimi Panthaleonis Martyris: quando caput eiuſdem Martyris per Henricum de Vlmena militem, de Conſtantinopoli translatum eſt.*

An fuerint Conſtantinopoli Reliquiæ S. Pantaleonis.

Cum vero Sigebertus in Chronico ſcribat An. Domini 802. caput S. Panthaleonis ex Africa in Gallias eſſe translatum, intelligi debet aut de alio Panthaleone, aut de parte capitis eius. Conſtantinopoli enim Reliquias S. Panthaleonis fuiſſe aſſeruatas, colligitur ex Procopio qui refert Templum S. Panthaleonis Conſtantinopoli vetuſtate collapſum, in ampliorem formam reſtitutum eſſe à Iuſtiniano Imperatore, &

teſte

A teſte Ioanne Damaſceno li. 3. de imaginibus. Conſtantinopoli Reliquiæ S. Panthaleonis reconditæ erant in loco qui dictus eſt Concordia, vbi Sacroſancta II. Synodus æcumenica eſt celebrata; ſed qua occaſione S. Panthaleonis & aliæ in Vbijs collocatæ Reliquiæ, Conſtantinopoli abreptæ ſunt? dicam excerptis verbis è P. Chriſtophoro Brovvero in Annalibus Treueren. ad annum 1205. quando ea diœceſis ea ipſa occaſione plurimis ornata eſt Reliquijs. *Quomodo Coloniam peruenerint*

Ierat (teſte prædicto authore) ante biennium, Innocentio auctore, in palæſtinam aduerſus Saracenos prævalidus exercitus Chriſtianorum ex Italis, Germannis, Franciſ ac Belgis præcipuæ nobilitatis, & è flore, delectis copijs. Miſcuerant his ſe Noſtrates & in his notiſſimus poſteris Henricus de Vlmene. Hæ copiæ terreſtri itinere, primum in Venetos profectæ; his contra Iadertinos, Iſtros; Liburnoſque; male pacatos opem tulerunt. Inde veris initio Græciam aggreſſi ipſamq; Conſtantinopolim arcem & Caput imperij tum rerum ſtatu turbidam, & perurente Græcos dominandi libidine, crudeliter à Tyrannis, inteſtina diſcordiæ peſte laceratam admota claſſis ab littore, & ſimul à terra pedeſtres copiæ ingenti numero oſtentatæ, ſed claſſe validius in mænia, obiectaſque turres, quæ in mare vergebant, incumbente, poſt duo de ſeptuaginta dierum obſidionem, vrbs nobiliſſima, cum ingentibus ſpolijs, opibuſque diutina pace congregatis, in poteſtatem ditionemque Latinorum ceſſit. Ita Balduinus Flandriæ, Hannoniæq; Comes, cuius iam C inde ab initio eius expeditionis omnibus in prælijs excellens enituerat virtus, ſummo Principum conſenſu Auguſtus renunciatus, ac decimo ſeptimo, Kalend. Iunias à Thoma Mauroceno Orthodoxo Patriarcha ſacro reuinctus eſt diademate. Ea tẽpeſtate in direptione vrbis opulentiſſimæ, templũ S. Sophiæ ſpolijs ſacris nudatũ inſigniter Diæceſin Treuirenſem ac Coloniẽſem ditauit, induſtria ſæpius laudati, Henrici de Vlmene viri præſtantis. Sed velim obſerues Sacrorũ Colonienſium Spectator religioſe quod eadẽ Herma quę caput S. Panthaleonis cõtinet etiã has cõcludat Reliquias. De ſepulchro Domini & B. M. V. De præſepio Domini De SS. Hipolyto, Polycarpo, Agapito, Chriſtophoro, Vincentio, Stephano, Laurentio, Gereone, Cæſario, Dentem S. Dionyſij. Item Reliquias SS. Innocentium, duorũ Evvaldorum, Caſſij & Florentij, Pancratij, Geruaſij & Protaſij, Chriſogoni, Abdon & Sennen. Quiriaci, Naboris & Fœlicis, Proceſſi & Martiniani, Valeriani Sponſi S. Cęciliæ, Silueſtri Papæ, Item Wichberti Confeſſoris, Dentem S. Godehardi Epiſcopi De Caſula S. Seruatij, de baculo S. Annonis Epiſcopi & Conf. articulum digiti S. Agnetis, Dentem S. Brigidæ Virg. dentem S. Petronillæ, dentem S. Balbinæ Virg. Item Iuſtinæ Virg. Adelheidis Virg. dentem item S. Panthaleonis.

VI. Hierotheca eſt Herma & complectitur caput *S. Clematij.* De Clematiorum ſtirpe vide Syntagma 18. libri ſecundi. pag. 169. & pagina 333.

VII. Hierotheca eſt Herma complexa partem cranij *S. Mariani.*

VIII. Herma partem Cranij *S. Quirini* & eiuſdem mandibulam cum dente & digitum eiuſdem.

IX. Hierotheca eſt Capſa complectens oſſa *S. Balbinæ.* A

X. Eſt Brachium argenteum continens partem brachij *S. Bartholomæi* pro quo S. Anno dicitur S. Georgij brachium recepiſſe.

XI. Etiam eſt Brachium argenteum partem brachij *S. Sebaſtiani* Martyris & partem brachij *S. Vincentij* Martyris.

XII. Hierotheca combuſtos cineres S. Panthaleonis.

XIII. Hierotheca Partem coſtæ S. P. Benedicti Item de cappa eius de capillis Sororis eius S. Scholaſticæ.

XIV. Hierotheca, de panibus vnde Chriſtus quinq; millia hominum pauit, Et de micis quæ ſuperfuerunt. De baculo S. Petri Apoſtoli. & capillis eiuſd. cum parte coſtæ & vno dente. Digitũ S. Pauli cum parte mandibulæ & ſpinæ dorſi. de coſta S. Andreæ. Particulam cilicij S. Ioannis Euangeliſtæ, particulam capitis S. Matthiæ Apoſtoli, partem mandibulæ cum dente S. Iacobi maioris, de capite S. Matthæi Apoſtoli & Euang. dentem vnum cum alijs Reliquijs S. Iacobi minoris, de SS. Simone & Iuda Apoſtolis, de SS. Philippo, Thoma, Bartholomæo Apoſtolis. B

XV. Hierotheca, de coſta S. Annæ Matris] B. M. V. de lacte miraculoſo B. M. V. de veſte eiuſd. qua induta fuit dum Chriſtum portaret in vtero. de veſte alba Saluatoris in qua fuit illuſus ab Herode.

XVI. Hierotheca de SS. Innocentibus, de brachio Simeonis Iuſti, de S. Georgio milite. De S. Vito Martyre, de teſta capitis S. Martini. Mandibulam Lazari. C

XVII. Hierotheca, Articulum digiti S. Gregorij Papæ. De ſpina dorſi S. Hieronymi. de S. Chriſtophoro Mart. De S. Blaſio Epiſcopo & Mart. Digitum S. Ambroſij Epiſcopi. de S. Ioanne Baptiſta.

XVIII. Hierotheca De S. Marco Euangeliſta. de S. Hypolito Mart. de S. Alexandro Papa. de SS. Maximino & Eraſmo Epiſcopis digitum S. Margarethæ Virg & Mart. digitum S. Iulianæ Virg. & Mart. digitum S. Walburgæ Virg. de caſula S. Cuniberti Epiſcopi Colon. de oleo S Nicolai Epiſcopi. de oleo S. Catharinæ Virg. & Mart. de lapidibus quibus lapidatus eſt S. Stephanus.

XIX. Hierotheca Partem de præſepio Domini. digitum S. Nicolai Epiſcopi. de oſſibus S. Maurini. digitum S. Barbaræ Virg. & Mart. digitum S. Agathæ. D

XX. Hierotheca Mandibulas S. Mariæ Magdalenæ. S. Agathæ cum dente. S. Barbaræ cum dente.

XXI. Hierotheca De S. Laurentio Leuita. de SS. Coſma & Damiano.

XXII. Hierotheca Reliquias S. Sebaſtiani Mart.

XXIII. Hierotheca Reliquias S. Huberti Epiſcopi. S. Ægidij Abbatis. *S. Vrſulæ Virg.* & Mart.

Multas alias Reliquias, Sanctorum per totam Eccleſiam quorum nomina ignorantur.

§. IV.

A

§. IV. Feſta Patronorum Eccleſiæ S. Panthaleonis ſolenniter quotannis celebrari ſolita.

S. Scholaſticæ Virginis ſororis Sanctiſs. P. Benedicti 10. Februarij.
Sanctiſs. P. Benedicti Patriarchæ & Fundat. Ord. cum ſolemni proceſs. 21. Mart.
S. Quirini martyris 30. Aprilis.
S. Maurini Abbatis martyris 10. Iunij.
S. Albini martyris 22. eiuſdem.
B Commemorationis Sanctiſs. P. Benedicti 11. Iulij.
S. Panthaleonis martyris 28. eiuſdem.
Item 16. cum ſex ſubſequentibus diebus eiuſdem menſis dies Indulgentiarum.
Oſtenſionis SS. Reliquiarum Dominica 1. Auguſti.
S. Bartholomæi Apoſtoli 24 Auguſti.
SS. Coſmæ & Damiani martyrum 27. Septemb.
SS. Placidi Protomartyris Ord. & ſociorum martyr. 5. Octobr.
S. Mauri Abbatis 15 Ianuarij.
S. Sebaſtiani mart. 20. eiuſdem.
S. Reinoldi martyris 23. eiuſdem.
In Feria 3. Pentecoſtes ſolemnis Proceſſio.
C In Feſt. Ven. Sacramenti ſolemnis Proceſſio.
Translationis S. Panthaleonis 6. Febr.
Translationis S. Albini 16. April.
Inuentionis S. Maurini 13. Octobr.
Item Memoria Brunonis Archiepiſcopi Colon. 11. Octobr.
Dedicatio templi Dominica exaudi.

§. V. Monumenta.

D 1. In media Baſilicæ naui ad vſum ſolemnem candelarum ſuſpenſa eſt maxima deaurata corona donum *Hermanni de Zutphania noni Abbatis* S. Panthaleonis cognomento humilis cum inciſis leoninis carminibus:

Has inter gemmas HERMANNVS fulgeat Abbas
Hoc opus Eccleſia qui mira contulit arte
Nam muros, portas, & turres atque plateas
Quæ dilecta Deo gemmis ornatur & auro.
Hinc Lapides viui preſſura cede politi
Aptantur meritis virtutis ordine certo.

Surgit in excelſis vrbs inclyta, viſio pacis A
Sorte locis iuſta Chriſtus diſponit in illa
Ipſaque pulchra fide, diues ſpe, fortis amore
Sicut ſponſa viro, cæleſti iungitur auro.
Hinc ſtabiles muri, lapides eius pretioſi
Structuræ ratio loquitur, præſentis & ordo
Hæc eſt illa fide, quam fundauere Prophetæ
Quæ per Apoſtolicas *pandit ſua mænia gemmas*
Hieruſalem *ſtructam ſanctis in montibus Vrbem*
Hinc ſuperaptantur vigiles; vrbemque tuentur.

II. *Theophania Ottonis II.* Imperatoris vxor & *B. Gregorij Porcetani* in Diœceſi Colonienſi Abbatis, ſoror, notiſſima cum ex hiſtorijs omnibus tum laudata à Surio in vita S. Adelberti cap. 16. ſed maxime in tabularijs huius Monaſterij, quod temporalibus auxit opibus & ſacris inprimis Reliquijs S. Albini: habet ſepulchrum vti Sanctorum mauſolæa ſtructum, in ſacello iuxta dextrum latus chori. Veneranda eiuſdem commemoratio celebratur 17. Kal. Iulij Anno 990. Neomagi mortua ab Euergero Archiepiſcopo huc illata eſt teſte Lamberto, ſed Detmarus eius mortem biennio citius ponit, qui tamen diuerſarum ærarum vſu facile conciliari poterunt. B

15. Iunij.

III. Pone Theophaniæ Imperatricis ſepulchrum, *Fridericus & Vincentius Comites de Mærſa* requieſcunt his epitaphijs inſigniti.

Anno milleſimo C. quadris X. quater octo C
Vndena Iulij valedixit tempore ſacli
De Morſa natus Comes cunctis bene gratus
Hic pacis cuſtos merito Friderich nominatus
Hunc Iupiter vexit in mundo quando reuixit
In feria quinta Quiritum ſuſcipit arma
Panthaleon clauſtrum promouit diſciplinatum
In dicta feria cum Chriſto ſcandit ad aſtra
Omnipotens Dominus ſit huic propitius Amen.

Anno 1499. 16. *Aprilis obijt Nobilis & generoſus Dominus* VINCENTIVS *Comes Morſenſis quaſi Nonagenarius.*

IV. In ſacello S. Petri quod porrigitur iuxta ſiniſtrum latus chori *Chriſtianus* primus, & *Aaron* ſextus, tum alij Abbates ante chorum ſepulti ſunt. Sed inprimis ad ingreſſum ſacelli S. Petri inuenitur hoc Epitaphium: D

Pridie Idus Martij ego mortis debita ſoluo
Pro dolor hac parua Mathildis *clauditur vrna*
Pro requie preces depoſcens prætereuntes
Corpora terna trium ſunt hic tumulata ſororum
Aleid, Mathildis *quoque* Gertrud *eſt Soror harum.*

Nolim quenquam ſuſpicari hanc Mathildem eſſe vxorem Henrici Aucupis primi

A primi ex Saxonibus Imperatoris, ea, namque Quedlinburgi ſepulta eſſe & prid. Kal. Martij obijſſe noſcitur. Cognoui etiam ex Senioribus Religioſis inuenta eſſe in eo ſepulchro ſolum tria capita, cum quondam cauſa perſcrutandæ antiquitatis fuiſſet apertum, & memini me horum nominum ſorores moniales Sponheimenſes legere in Benedicto Gonone, de vitis Sanctorum Patrum occidentalium libro ſecundo ex Trithemio &c.

V. Monumentum eſt ſacellum SS. Apoſtolorum annexum Eccleſiæ, & in eo ſpectabilis ſepultura Hermanni humilis Abbatis, cuius ſexto numero inter viros claros memini, hoc Syntagmate.

B

SYNTAGMA XIII.

S. MARTINI Maioris Ordinis S. Benedicti Abbatialis.

§. I. De initio & progreſſibus Eccleſiæ.

QVæ S. Martino Epiſc. dedicata Ord. S. Benedicti, Eccleſia cognomento maior apud Agrippinenſes, olim dicta fuit, à ſitu IN INSVLA quia Rheno circumluebatur; & ab incolis loci *Scotorum* qui eam magna frequentia ac ſanctitate incoluerunt. In quæ tempora eius exordium ſit reuocandum ob vetuſtatem obſcurũ eſt. Supereſt in ambitu perantiquum ſacellum quod ab Eremitâ Dacico credunt inter circumfluentes vndas extructum, ad Beatos tamen viros *Plechelmum & Otgerum SS. Bonifacij & Svviberti* ſocios tutius referentur initia, qui adiuuantibus *Plectrude & Pipino* inſulam arboribus amœne conſitam, in clauſtrum Religioſorum conuerterunt: deinde *Bruno I. Archiepiſcopus* locum corpore *S. Eliphij* plurimiſque ſacris & prophanis opibus auxit. *VVarinus* reſtaurauit, amplificauit, & in perpetuum Scotigenis dedicauit, abdicatoque Epiſcopatu Monachum ibidem induit. Poſtea vero à *Piligrimo Archiepiſcopo* Colonienſi aliqua Scotigenis Monachis aduerſitas creata eſt, putans enim ex omni gente & populo beneplacitum eſſe Deo in ſeruientibus ſibi fideliter, per alia monaſteria diſpergere Scotos, vel Germanos Scotis permiſcere voluit, delatoribuſque aures dare cœpit; nam quot viros optimos obnoxios legimus ſuſpicionibus. Verum *B. Helias* ea tempeſtate magnæ ſanctitatis & prophetiæ ſpiritu clarus Abbas, Deum conſcientię ſuę gnarum conteſtans, *Si Chriſtus* inquit *in nobis peregrinis eſt, nunquam viuus Coloniam veniat Piligrimus*, quod ita Deus compleuit, vt docet Marianus Scotus *lib. 3. ad Annum* 1035. Piligrimus enim Neomagi, vt exiſtimo, vitâ functus Coloniam reportatus eſt anno Chriſti 1036. Elapſo abhinc tempore non modico *S. Anno* Colonienſis Archiepiſcopus ab ipſo S. Eliphio monitus, duas turres à fronte Sanctuarij conſurgentes erexit. Et variam ſæpe fortunam expertum eſt idem

Opus SS. Otgeri & Plechelmi.

Opus Brunonis I. Archiepiſcopi.

Opus VVarini Archiepiſcopi.

Opus S. Annonis Archiepiſcopi.

C

D

eſt idem S. Martini maioris Monaſterium, inprimis autem Anno 1378. turris ignis violentia abſumpta eſt, cuius calore & campanę ſunt conſumptæ, & magna pars fori piſcarij deflagrauit. Turris deinde ſine faſtigio tectoque permanſit centum & quinquaginta annis, quibus euolutis *Evvaldus de Bacharaco* Colonienſis mercator in extremis poſitus, tantum legauit pecuniæ quantum reparandæ turri, & eligantis in eo ſacelli S. Michaelis neceſſarium eſſe videbatur. Accidit deinde vt Anno 1420. multa Ordinis S. Benedicti monaſteria zelo Regularis obſeruantiæ excitata, reformationem optarent, eumque in finem vnionem quandam molirentur, quæ in Cõcilio Conſtanienſi feliciter cœpta eſt, cuius decreta quia primo omnium ſuſcepit Bursfeldicum Saxoniæ monaſterium, inde nomen vnioni illi natum eſt, & legum conformitas ex eodẽ monaſterio eſt propagata ad plura Cœnobia Benedictina. Author huiuſce reformationis fuit Ioannes Rodius monaſterij S. Matthiæ apud Treuiros Religioſus, cui reformationi ſeſe etiam hoc de quo ago S. Martini & S. Panthaleonis monaſteria Anno 1448. iunxerunt teſte Colon. Chronico quod eo anno in his monaſterijs clauſuram receptam docet. A B

Opus Evvaldi mercatoris.

§. II. Viri Clari.

Eccleſiam S. Martini & Catalogum Abbatum Bruſchus exhibet inter monaſteria Germaniæ. Ego ex omnib. quatuor excellẽtiores delectos dabo Religioſos. C

I. *B. Mimborinus* Scotus Monaſterio S. Martini qui duodecim annis præfuit Abbas obijt anno 975. ſanctitate plenus *Lesl. lib. 5. Marianus Scotus lib. 3. Hugo Menard. in Martyrologij appendice fol.* 126.

II. *VVarinus Archiepiſcopus* ſucceſſor S. Geronis , quem Chronica Colonienſia quidem dicunt ambitus vitio cæcum, *Geroni* vim intuliſſe, & viuum extuliſſe ad ſepulturam , ſed crimen expiaſſe ingreſſu Religionis, reuera tamen teſte Ditmaro Mersburgenſi illud ſcelus *Euergero* Warini ſucceſſori adſcribendum eſt. *VVarinus* vero etſi B. Sanderado Glabbacenſi Abbati grauis fuerit, optimum tamen egit Pręſulem, & ſæculi vel cuiuſcunque tandem culpæ pœnitudine ductus in monaſterio S. Martini incluſus optimus Religioſus beato fine vitam concluſit 21. Septembris, eo quo Cœnobium intrauit anno 985. vt aſſerunt, alij tamen contenuiſſe in plures annos volunt. D

21. Septemb.

III. *B. Elias* tertius S. Martini & quintus S. Panthaleonis Abbas, cuius antea memini, vtrique monaſterio Præfectus fuit propter prudentiam & ſanctitatem, in qua vitam exegit mortuus anno 1042. vt vult Kleinſorgius. Leslæus *lib. v. de geſtis Scotorum* eius annum fatalem dicit 1043. Diem fatalem eius duodecimum Aprilis ſtatuunt Menardus, Philippus Ferrarius, manuſcripti, & alij. Sepultus eſt in ſacello S. Benedicti huius Monaſterij. Eius meminerunt Vincentius *in ſpeculo Hiſtoriarũ vol. iv. lib. 26. c. 14.* Arnoldus Wion *in Ligno vitæ,* Trithemius *de viris illuſtr. Ord. S. Benedicti lib.*

12. April.

A *cti lib 3. cap.* 241. Marianus Scotus *lib. 3. & 6. in Annis* 1035. 1036. 1042. Vita S. Heriberti Archiepiſcopi Colonienſis &c. quem ad extrema deductum, oleo ſacro ſecundum Apoſtoli præceptum perunxit ſimulque corporis & ſanguinis Dominici Sacramento muniuit, & viſionibus clariſſimis inſtructus fuit, quod eadem infirmitate ſanctiſſimus Pontifex Heribertus eſſet è corpore migraturus.

IV. *B. Marianus Scotus* Chronographus, quem titulum addo imitatus Raderum *in Bauaria Sanctâ* &c. ad diſcrimen ab altero Mariano Scoto apud Ratisbonenſes quondam florente. Hic vero noſter Marianus Scotus anno 1028. natus de ſe ita in Chronico loquitur 1056. *Ego* (Marianus) *peregrinus factus pro regno cœleſti patriam meam reliqui, & in Colonia V feria Kalend. Auguſti monachus effectus ſum,* &c. ſex annis
B clauſtrum ſacrauit: anno 1059. Sacerdos ordinatus, demum 1086. moritur ætatis 58. Reliquiæ eius Moguntia Fuldam translatæ ſunt. Commendatur ab eruditè ſcriptis, & maximè à ſanctiore vita & morte. Videantur Trithemius, Bellarminus, Nicolaus Serarius, & alij de ipſo.

---

§. III. THESAVRVS SACER Abbatialis Baſilicæ S. Martini Maioris
C
Ord. S. Benedicti.

I. In argenteo loculo corpus *S. Eliphij* ſeu Elaphij M. cui ex regia Cathalaunorum origine Pater Baccius, Mater Lientrudis, Frater Eucharius Leucorum Epiſcopus, & quinque ſanctæ Sorores, quos ſeptem Iulianus Apoſtata fecit martyres, & Eliphius quidem apud Grandenſe oppidum in Leucis Chriſti contra Iudæos Paganosque prædicator, ſub Ann. Chriſti 363. decimo ſeptimo Kalend. Nouemb. truncatus eſt capite, & ipſe ſuum à terra ſublatum caput, integro milliari detulit ad ſaxũ, quod cera mollius martyri cedens loculum eidem præbuit, quibus ſimilia ex aliorum SS. actis, excerpta, ſi quem delectent, videat. Auctar. SS. Belgij ad diem 8. Maij.
D Porro corpus S. Eliphij B Bruno Magnus, Ottonis primi frater Archiepiſcopus Colonienſis, & poſt exauctoratum Cononem Lotharingum Dux, in Vbios & hãc Baſilicam intulit. Dominicę autem incarnationis anno 1485. *Hermannus Haſsia Landgrauius* Archiepiſcopus Colonienſis curauit argenteam tumbam S. Eliphij aperiri, & reperit Warini Archiepiſcopi ſigillo munitas ſacras exuuias, ſcilicet excepta mandibulæ parte, caput & corpus integrum, prout videre eſt ea ſuper re teſtimonium Hermanni Archiepiſcopi editum à Surio ad diem 16. Octob.

Ἔλαφος Latine Ceruus Elaphius Ceruinus 16. Octob.

II. Hierotheca eſt herma continens caput *S Paulinæ* Virginis ex ſocietate Vrſulanâ, eiuſdem Sarcophagus & Reliquiæ in naui Eccleſiæ ſpectantur.

III. Hierotheca etiam Herma eſt, caput *S. Pignoſæ* Virginis & martyris ex ſocietate Vrſulana integerrimo capillitio, & non ingrato odore complexa.

Bbb IV. In

IV. In Hierotheca ſeruatur notabilis pars *ligni Dominici* varijs experimentis comprobata.

V. In Hierotheca *digitus index S.Ioannis Baptiſtæ* quo Chriſtum demonſtrauit.

VI. De S.Alexandro Papa & Mart.

VII. De S.Apollinare Epiſc.& mart.

VIII. De S.Dionyſio Areopagita.

IX. De S. Stephano Protomartyre.

X. De S.Adriano mart.

XI. De S.Georgio mart.

XII. De S.Chriſtophoro mart.

XIII. De S. Laurentio Leuita & mart. cum notabili parte linteaminis, quo in volutus fuit,& in quo etiamnum apparet veſtigium quaſi manus combuſtæ.

XIV. De S. Vincentio Leuita & mart. A

XV. De S.P.Benedicto Abb.

XVI. De S.Leonardo Abbate.

XVII. De S.Medardo Epiſcopo.

XVIII. De S.Seruatio Epiſc. Traiect.

XIX. De inteſtinis S.Martini Epiſcopi.

XX. De S.Margaretha Virg.& mart.

XXI De S.Gertrude Virgine.

XXII. De S.Regina Virg.& mart.

XXIII. De S Petronella V. filia S Petri.

XXIV. De S. Anaſtaſia Virg & mart.

XXV. De ſepulchro Domini noſtri Ieſu Chriſti. B

XXVI. Peplum B.Mariæ Virg quo vſa eſt,quando viſitauit cognatam ſuam &c.

---

§. IV. Feſta Eccleſiæ S.Martini Maioris.

I. S.Martini 11.Nouemb.
II. S.Eliphij 16.Octob. C
III. Dedicatio Eccleſiæ Dominica Exaudi.
IV. Oſtenſio Reliquiarum......
V. Commemoratio S.Eliphij 21.Iunij.

---

§. V. Fraternitates Eccleſiæ S. Martini Maioris.

I. Venerabilis Sacramenti antiqua & florens Sodalitas.
II. B.M.V.Fraternitas vulgo dicta Salue Regina.
III. S.Catharinæ Sodalitas cui piſcatoria Tribus aſcripta.
IV. S.Annæ Sodalitas. D

---

§.VI.Monumenta Abbatialis Eccleſiæ S.Martini Maioris.

I. Maior Ara vncialibus literis in ærea lamina habet mutilatam antiquam inſcriptionem ✠ WARINVS ARCHIEPS COLONIENSIS. . . . . A. CINIS LOCVLVM SED PER.

II. Epi-

A II. Epitaphium Adolphi Principis Iuliacenſis.

ANNO DNI M.CCCCXXXVII. Craſtina Beatæ Margarethæ Virginis obijt Illuſtris & magnificus Princeps & D. Dominus Adolphus Dux Iuliacenſis & Montenſis ac Comes Rauensbergenſis cuius anima per miſericordiam Dei requi-B eſcat in pace Amen. *Ann. 1437.*

III. In Septentrionali latere Baſilicæ paries exhibet marmor cum hoc Epitaphio:

D. O. M. S.

Illuſtri & Generoſo Domino D. Ioanni ex Comitibus de Rutberg Domino Eſentij, Stedestor-C pij, & Witmundiæ vltimo eius Familiæ qui varijs multisque huius ſæculi ærumnis & calamitatibus defatigatus 9. Decembris Anno M. D. LXII. hic Coloniæ animam creatori ſuo reddidit Illuſtris & Generoſa Domina Agnes ex Comitibus D de Bentheim prognata coniux mœſtiſſima coniugi ad perpetuam memoriam chariſſimo P.

Duæ aliæ Abbatiæ Benedictinæ Colonienſes.

B M. V. in caſtro Diuitenſi. & SS. Nicolai & Medardi in municipio Bravvilerenſi ſuburbanæ ſunt ſitu, in conuentibus autem & Stationibus quâ publicis quâ priuatis Vrbano, ſeu, vt loquuntur, intraneo Clero Colonienſi ab olim inſertæ accenſentur & intra Vrbem vt plurimum reſident, quod mihi cauſam dedit vt memoratis, duabus Abbatijs haſce accenſerem.

A

SYNTAGMA XIV.

ABBATIA DIVITENSIS B.M.V. ſiue Herebertina.

§. I. De initio & progreſſu.

Opus Ottonis III. Imperatoris & S. Heriberti Archiepiſc.

INitium Diuitenſis Cœnobij tale eſt: Conuenerat inter *Ottonem tertium* Cæſarē,
& *Sanctum Heribertum* Colonienſem Archiepiſcopum vt ſub inuocatione Diuæ B
Matris Virginis, monaſterium aliquod conſtruerent, ea conditione, vt ſi quid vni
aut alteri eorum ante pacti conuenti executionem humanitus eueniret, is qui ſu-
perſtes foret, vtraque pia vota effecta daret. Sanctus ergo Heribertus poſtquam
Anno Chriſti 1002. ſepultis Aquisgrani Ottonis tertij exuuijs, animæ parentaſſet;
noluit in explenda volũtate defuncti marceſcere ignauia, licet vero principale fun-
dationis diploma datum ſit Anno Chriſti 1019. id tamen de poſteriore fundationis
Confirmatione accipiendum eſſe, ex eo conſtat, quod alia diplomata & hiſtorici ad
annum 1002. referunt exordium monaſterij Tuitienſis. Nam in diplomatibus anno
1003. tertio Kal. Aprilis datis dicit S Heribertus ſe quædam bona adſignare. *Fratri-
bus diuinis in laudibus deſudantibus in Monaſterio ſanctæ & perpetuæ Virginis Mariæ, quod e-* C
gomet diuina fauente clementiâ in caſtello Diuitenſi conſtruxi & dedicaui.] Vnde planum
fit ſtatim à morte Ottonis opus cœptum, cum præſertim Lambertus in vita Heri-
berti dicat *ocyus quam quis quam ratus fuerat*, ſeu vt Rupertus Tuitienſis loquitur *ala-
criter atque celeriter* ſurrexiſſe opus. Faceſſant igitur in hac hiſtoriarum luce, fabulæ

Fabula de muribus & fratre S. Heriberti.

de Fratre S. Heriberti Comite Rottenburgico ad Tubarum Fl. incendiario, crudeli
& crematore, pauperum famis tempore, quam fabulam Iſſelt *lib. 3. belli Colonienſis* in-
conſideratè ex vulgi liuidis narratiunculis in ſcenam protraxit. Nec ſilentio obuol-
uendum eſt, quod S. Heribertus bis extruxerit Tuitienſe monaſterium, cum enim
Diuâ Virgine reuelante, ſtructuram properaſſet.

Nouum opus S. Heriberti.

Anno 1003. *quadam nocte dum finitis matutinorum ſolemnijs* (vti inquit Rupertus)
omnes fuiſſent egreßi, repente ſic tota ſtructura concidit, vt lapis ſuper lapidem non remaneret, D
præter vnum parietem paruulum qui ſolus inter illas ruinas ſtans repertus eſt:] Sed peritio-
ribus architectis ab externis finibus euocatis, & fundamentis ad altitudinem naua-
lis mali defoſſis, mox priore ſolidiorem molitus eſt Sanctus Heribertus Baſilicam, &

Crucifixus apparet S. Heriberto.

bono omine ex piro ibidem quæ *ramis diductis, immo quaſi brachijs diſtentis quodammo-
do Domini effigiem manus in cruce expandentis imitari videbatur:*] crucifixi in eadem
pyro ſibi apparentis, ſimulachrum fabrefieri, & triumphale ſignum ſtatui iuſſit.

Dotatores Tuitienſis.

Atque hunc in modum initiũ Herebertinæ Abbatiæ factũ eſt, cui deinceps à varijs
varia dona oblata ſunt, ac primò viuente tum Sancto Heriberto Archiepiſcopo
à Viro

A à Viro *Nobili Bennone* prædium Rode ſupra fluuium Voleminna, & Eccleſia in Kerſepe, tum ab *Arnoldo Comite de Tuitio & Vda coniuge* annua marca & decima ſex beneficiorum, ab *Heremberto* Comite de caſtro Herembrechtſtein nauis tranſuectoria ſeu naulum Rheni & prædia in Mulene, ab Eueza vidua mortuo marito *Hugone*, Zudendorp hodie Zundorp, villa cum eccleſia, à Wezelino milite S. Petri & Meinburga coniuge Merheim, Stocheim, Gotterſvvick. & plurima bona acceſſerunt ab impijs licet donata parricidis *Balderico Comite in Opladen & Houburg, Vitrico S. Memrverci* Paderbornenſis Epiſcopi, & eiuſdem impia matre Adela in quam Ditmarus Merſburgenſis inuehitur, dicens effoſam & Rheno merſam cum omnium elementorum deteſtatione.

B Anno autem 1019. Vltima à S. Heriberto Monaſterij Tuitienſis inſtitutio in diplomate quod oculis & manibus tractare mihi licuit in hunc modum recenſetur.

Quanquam bonorum noſtrorum egens non eſt Deus, ſed ſalutis noſtræ cupidus, quicquid ex eius muneribus ab eo accipientes, ipſi largitori omnium offerrimus, nequaquam eum, in quo ſunt omnia, noſtra ditamus oblatione, ſed æternæ noſtræ ſaluti conſulimus. Quia pia fidelium vota, vel gratiarum ſunt actiones, pro collatis ſibi à Deo beneficijs, vel obſecrationes pro impetrandis ſuffragiis. Hoc ego fideliter tenens, & tam pro indultis mihi à Deo beneficijs, debitorem me ei ſentiens, quam & pro impetrandis eius ſuffragiis indigentem opis ipſius reſpiciens, notum facio vniuerſitati credentium. qualiter ego pactum habens cum glorioſiſſimo Seniore meo Othone III. Romanorum Imperatore Auguſto communi cum eo ſtudio ædificandi Monaſterium Deo ſeruientium Monachorum, pro redemptione animarum noſtrarum, poſt exceſſum eiuſdem
C *fœliciſſimæ memoriæ Principis proprijs impenſis ædificauerim in Caſtro Diuitenſi oratorium in honorem Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti & piiſſimæ Genitricis eius ſingularis Dominæ noſtræ perpetuæ Virginis Mariæ, tam in ſalutem animæ meæ, quam & prædicti Principis. Hoc credens & ſciens, quoniam quæ ſeminauerit homo, hæc & metet, conſtruximus itaque præfatum Monaſterium à fundamentis atque collatis ibi ſanctorum pignoribus ſolemni deuotione cum celeberrima Cleri plebiſque frequentia V. nonas Maij dedicauimus, atque in ipſo dedicationis eius die contulimus ipſi Eccleſiæ ad principale altare ſaluatoris mundi, & intemeratæ Genitricis eius in vſus Fratrum in eodem Monaſterio Chriſto ſub regulari forma militantium prædia, & redditus agrorum, vinearum, & curiarum decimarum, ſyluarum quæ vel ſine ali-*
D *qua contractione mei iuris erant, vel à glorioſiſſimo Auguſto principe propter vitæ huius incertum ante hoc opus mihi delegata ſunt. Primo igitur omnium obtulimus ſuper ſacratiſſimum altare ad titulum vnici ſaluatoris Chriſti & perpetuæ Virginis Matris, ipſius Monaſterij clauſtrum cum clauſtralibus in circuitu poſitis officinis, deinde ipſum caſtrum Diuitenſium, turres ſcilicet ac interturria cum foſſato in circuitu, Et omnia infra ambitum. Hoc auctoritate Dei, & noſtra ſtatuentes, vt nulla nunquam extrinſecus poſita ſæcularis potentia, vel aliqua perſona licet ſublimis & magna de reliquo qualibet occaſione, ſeu violentia aliquod in eodem caſtro ſuo iuri aſcribere audeat, vel ad inhabitandum vſurpare præſumat. Hoc vt ditioni Fratrum per omnia ſit mancipatum, & proprietas eius ſolum Abbatem reſpiciat. Ita enim libere & abſolute totum prædictum caſtrum manumittentes Eccleſiæ Chriſti contulimus, vt etiam velimus,*

& decernamus clauſtra eius ac claues, apertionem & recluſionem ab Albate ipſius loci, & fratribus diſpenſari, ne incompetenti curſu ac recurſu indifferenter ſemper popularis turbæ frequentia irruens pauperum Chriſti confundat Sancta ſecreta. Proinde etiam Eccleſiam quæ eſt in ipſo caſtro decimaſque eius ad titulum prædicti altaris donauimus, cum decimatione adiacentium Villarum. Videlicet, &c. A

A morte S. Heriberti Religioſorum pietas, promerita eſt multorum liberalitatẽ, ſucceſſor enim *Piligrimus Archiepiſcopus* vti cætera Ordinis S. Benedicti monaſteria, ita hoc munifica manu cumulauit; ne quis enim ex controuerſia cum Monachis Scotis ſuſpicetur pientiſſimum Antiſtitem à toto ordine auerſum, dicam liberalitatem ipſius verbis Tabularij Tuitienſis: *Succeſſor Heriberti Piligrimus ſanctuarium admodum anguſtum adiectione medij circuli ampliauit, Eccleſias in* Heringe *& in* Vnnâ, *& in omnibus Saxoniæ partibus ſitas quarum videlicet cenſus ad idem Monaſterium ſpectat id eſt* Boine, Derne, Waltohorp, Hillen, Wattenſcheide, Herebedde, Affelterbach. *Sanctæ Mariæ & Beato Heriberto conceſſit, inſuper decimam de* Bucheim, *& decimam de* Weſthoue VII. *talenta Tremonienſis monetæ ad fratrum pellicia perſoluentem: & Anniuerſarius eius (Piligrimi) octauo Kalend Septembris cum plena memoria celebratur.* B

Opus Piligrimi Archiepiſcopi.

Herimannus II. S. Anno II. Sigevvinus & ſucceſſores Archiepiſcopi, affectum & munificentiam in Religioſos Tuitienſes continuarunt, idem egerunt Imperatores, nam præter *Ottonem* tertium in teſtamento, & *Henricum Sanctum* donatione inter viuos, liberales fuerunt *Conradus* ſecundus, *Henricus* quartus pro filio *Henrico* quinto per *S. Herebertum* magni morbi moleſtiâ liberato, & *Lotharius* ſecundus, aliįq; Cæſares, Principes, & Duces, &c. C

Clades.

Pertulit etiam clades varias idem cœnobium, ferro, igneque illatas. Quarum vnam Anno 1128. 8. Cal. Septemb. Rupertus Tuitienſis deſcribit proprio libello, vbi agit de miraculo circa SS. Euchariſtiam. Alia ei obuenit Anno 1376. Cum à ciuibus Colonienſibus eſt ſolo æquatum & Fratres Noueſij, lipſana S. Heriberti Siburgi exularunt. Iterum Anno 1583. cum ab Hæreticis exuſtum adhuc ſuis ex eo tempore conſepultum iacet ruinis. Religioſis interea in parochiali eccleſia quæ S. Vrbano ſacra eſt, ſacris operantibus, poſtrema noſtra memoria clades accidit ei. Anno 1632. 21. Decemb. à Baudiſio Suecico prædone noctu irruente qui tamen à Colonienſibus fortiter repulſus intra 12. horas excedere & fugere compulſus eſt, D etſi negligentia noſtrorum ignis in pyreum puluerem delatus parochialem tunc etiam deiecerit eccleſiam, ſolo muro turris parochialis ſaluo.

§. II. Viri clari ex Abbatia Tuitienſi.

I. B. *Volpertus* Tuitienſis vel vt S. Heribertus ait Diuitenſis Monaſterij primus Abbas, qua S. Heribertus poſt miſſarum celebrationem manus abluerat aqua caput & oculos perfundens, à dolore & vitio eos miraculosè liberauit, de eo plura dicenda in Eccleſia vrbana S. Panthaleonis repoſui.

II. *Ru-*

A II. *Rudolphus* eius nominis ſecundus, & monaſterij ſextus Abbas, etiam monaſteria S. Cornelij ad Indam, & Werthenæ ad Ruram gubernauit, ad Epiſcopatum Oſnabrugenſem aſpirans veneno ſcribitur necatus, requieſcit in ſacello S. Ioannis ad caput Fulberti Abbatis.

III. *B. Rupertus* Tuitienſis decimus Abbas, cum eſſet ingenij hebetioris B. M. Virginis beneficio adeptus eſt vt neminem haberet doctrinâ parem, multa ſcripſit, plurimaque beneficia Cœnobio ſuo contulit. Sacellum S. Laurentij ante portam Diuitenſis Caſtri ſtruxit, chorum monaſterij fornicibus erectis multo cum decore perfecit, nouum vti appellant Dormitorium ædificauit, & plenus operibus bonis, quarto Martij ordormiuit in Domino, ſepultus in ſacello S. Michaelis in clauſtro Tuitienſi.

B IV. *Gerlacus XII.* Abbas à B. Eugenio Papa inſtitutus in locum Rudolphi exauctorati Abbatis, quæ hic malè abalienarat, à Cœnobio, recuperauit, & nouis beneficijs rem monaſterij auxit, multa in cantu, diuinoque cultu, & moribus emendauit: Sanctorum Reliquias ſedulo inquiſiuit, & ipſius tempore atque operâ factæ ſunt tranſlationes Reliquiarum Colonienſium, de quibus in manuſcripto Codice Theodorici Æditui Tuitienſis & in Hiſtoria S. Vrſulæ vbi prodierit plura videre licebit. Obijt 1161. ſepultus in veſtibulo ſacelli quondam S. Ioanni Baptiſtæ ſacri.

V. *Ioannes de Xantis* decimus & nonus Tuitienſis, idemque S. Trudonis Abbas, magnus S. Crucis prædicator obijt 1228. decimo Kal. Octob.

VI. *VVilhelmus Laner à Breidtbach* XXX Abbas vir domi Nobilis, virtutibus nobilior, Conſiliarius eccleſiaſticus Hermanni è Landtgrauijs Haſſiæ Archiepiſcopi
C Colonienſis, authoritate Epiſcopi reformationem monaſterio induxit ex præſcripto vnionis Burſfeldenſis, ſimulque fratres qui colla diſciplinæ ſubijcere nollent, eliminans, è diuerſis monaſterijs viros Religioſos Anno 1491. induxit. Præfuit annis triginta nouem & ſenex dignitati obnuntiauit, mortuus ſub milleſimum quadringenteſimum nonageſimum ſecundum die B. Gereoni ſocijsq; ſacro, cum vidiſſet *Gerlacum à Breitbach* Lacenſem monachum patruelem ſuum in dignitate & zelo reformationis ſucceſſorem. In ſacello S. Ioannis Baptiſtæ apud Baptiſterium eſt ſepultus.

D

§. III. THESAVRVS SACER Monaſterij Tuitienſis.

I. Argenteo Sarcophago includitur *corpus S. Heriberti* ex Comitibus Rottenburgicis ad Tubarum Archiepiſcopi & primi Principis Electoris Colonienſis, eiuſdem caſula, ſcipio, & pecten alijs hierothecis cuſtodiuntur. Fuit Præſul admirandæ ſanctitatis, cuius naſcentis cubile diuinum illuſtrauit lumen, & Sacerdotij ſanctitas

Spiritus.

Spiritus ſancti in columbæ ſpecie apparentis indicio eſt demonſtrata. Idem vero ad Archiepiſcopatum Colonienſem euectus, eius clariſſima fuit lucerna, veluti in candelabro poſita pietatis & miraculorum gloria eccleſiam illuſtrans, Obijt 1021. 16. Martij à Gregorio VII. inter Diuos relatus. A

II. *Cingulum S. Vrſulæ,* alijque ornatus admirandam antiquitatem & priſci æui ſimplicitatem repræſentantes.

III. Plurimæ ex Sanctis Colonienſibus Reliquiæ à *Gerlaco* & *Hartperno* Abbatibus tranſlatæ, quarum deſcriptionem dabunt Patres Societatis Ieſu in opere Hiſtoriæ Vrſulanæ.

§. IV. Feſta. B

S. Heriberti 16. Martij.
SS. Vndecim mille virginum.
Dedicatio Eccleſiæ.

Monumenta Tuitienſia.

Pons C. Iulij Cæſaris Mulhemij.

I. Pons à Conſtantino magno impoſitus Rheno ad tutelam & ornatum limitis inter mundi miracula meretur commemorari, cum defendebat Diuitenſe caſtrum eiuſdem Conſtantini opus. Vide lib. 1. Syntag. 8. Qui (Iulij Cæſaris pontem ſublicium eodem loco collocant, meo iudicio, falluntur, nam ex oppoſito Mulhemij Rheni alueus decreſcens eius indices detruncatas Vacerras oſtendit, & cum Tuitium ſitum ſit loco alto & exſucco, Mulhemium vero commoditates riuulorum habeat, & ingentium vetuſtiſſimorum ædificiorum reliquias vndique ſubterraneo tegat ſinu, cum alijs veſtigijs, tranſrhenanam Vbiorum Archipolim, eo loci fuiſſe, non vane aſtruitur, & municipium nunc exiguum, pulcherrimæ filiæ hodiernæ Vbiopolis merito matrem & veterem ſedem dici, ex Mulhemio etiam quatuor vias ſilice ſtratas olim protenſas fuiſſe, indicia ſuperſunt. C

II. Tuitij effoſſus eſt Cippus inter duo cornua copiæ, hanc habens inciſuram. D

DEÆ NEHALEE
ERI ATTIVS IVCVN-
DI PRO SE ET SVIS
V S L M

Vide plura apud vitam S. Heriberti carmine celebratam à Matthia Agricio.

SYN-

A

SYNTAGMA XV.

ABBATIALIS SANCTORVM NICOLAI & Medardi Ordinis S. Benedicti in Bravviler.

§. I. De initio, progreſſu, & Cladibus loci.

Etymon Nominis Bravviler.

Cultura loci.

B BRvviller ſeu Brunouillare pagus cum inſigni Abbatia leucæ itinere abeſt à Coloniâ Agrippinenſi ad occaſum in cliuo ſiluæ ac montium qui vulgo v'lla appellantur. Nomen accepit à quodam Brunone qui vt fama eſt per dumeta ſecutus ſuculam in denſiſſima ſylua reperit vetus ſacellum in quo illa fœcundo partu multum fœtum enixa erat. Ego ab hoc vel alio nobili, quia noualia hoc loci orſus ſit, nihil dubito nomen accepiſſe, quæ deinde in *Hermanni puſilli* Comitis Palatini, non mediocris inter Magnates *Ottonis Primi* authoritatis, & pro Imperio contra Hũgaros propugnatoris, poteſtatẽ venẽre ſeu feudi ſeu alterius iuris titulo. At Hermanni puſilli ex Hedivvige cõiuge Filius *Ezzo vel Erenfridus Comes Palatinus* Eccleſiæ

Opus Ezzonis Palatini.

C Colonienſis •Vexillifer ſeu primipilus, & *Mathildis eius Vxor*, Ottonis II. Imperatoris filia, in Honorem S. Nicolai Monaſterium Ordinis S. Benedicti An. 1024. eo loco fundarunt, directore operis *Beato Poppone* SS. Maximini & Remacli Abbate: Iidem fundatores primam dedicationem per Archiepiſcopum Piligrimum anno 1028. curarunt, præpoſito Abbate Ellone, quem eodem Anno Piligrimus confirmauit, & Anno 1030. conſecrauit.

Opus B. Richezæ.

Clades.

Hanc inſtitutionem monaſterij non ſolum ratam habuerunt Hæredes Beatorum Comitum Ezzonis & Mathildis Palatinorum, ſed etiam plurimis opibus auxerunt; immo *B. Richeza* Poloniæ Regina Fundatorum filia exulans apud Vbios collatis muneribus & theſauris, deſtructo veteri ædificio, nouum validioribus funda-
D mentis Monaſterium ædificauit, cuius Eccleſiam *S. Anno* Archiepiſcopus præſente *Eigelberto Mindenſi* Epiſcopo denuo conſecrauit 3. Cal. Nouemb. Anno 1061. ſub *Tegenone Abbate* Secundo. Sed vti rebus in humanis fieri ſolet præter proſpera, idem monaſterium multas caſque graues pertulit calamitates ac difficultates, quarũ vna in vita S. Wolphelmi apud Surium legitur, cæteræ diuerſis temporibus à quibuſdam nobilibus viris ingeſtæ ſunt, quorum honori parco, dum commemorare ſingulas intermitto: illis igitur intermiſſis quod ad laudem Religioſorum ſpectat non omittam dicere, videlicet Anno Chriſti 1466. Regularem diſciplinæ reſtaurationem introductam eſſe authoritate Roperti Bauari Archiepiſcopi Colonienſis quã noſtra ætate Reuerendiſſimus eiuſdem loci Prælatus, vir extra controuerſiam cum prudentia ſacra & humana religioſiſſimus, egregiè, conſeruare, & augere nõ deſiſtit.

§. II. Viri Clari.

I. *S. Volphelmus* Abbas III. cuius memini in Colonia ſupplice eius vita extat apud Laurentium Surium ad 22. Aprilis.

II. *Æmilius IX. Abbas* qui S. Bernardum hoſpitio excepit. Obijt 1149. pridie id. Nouemb.

EPITAPHIVM Abbatis Æmilij.

Cœnobio Æmilius nonus qui præfuit Abbas
Hoc conquieſcit in loco
Corpore: nam rutilum conſcendit ſpiritu Olympum:
Beatitatis præmio
Propter inexhauſtos quos pertulit ipſe labores
Remunerandus à Deo.

III. Arnoldus à *Quad* XXVIJ. Abbas Filius Wilhelmi Quad militis & Belæ comitiſſæ *de Limburgh* Concilio Baſilienſi interfuit. Obijt 1458 3. Calend. Aprilis.

IV. *Ioannes Munch Abbas* in ſpiritualibus & temperalibus vtiliter præſidens, maioribus laudibus accumulandus eſſet, niſi viueret, poſt fata encomiaſtâ non deſtituetur. C

§. III. THESAVRVS SACER.

I. *Cuſpis lanceæ Dominicæ*, cuius veritatem exploraturus *Theodoricus de Morſa Archiepiſcopus* Colonienſis, cum Noribergam proficiſceretur, eam confacere voluit cum Lanceæ ferro, à quo diſſecta dicitur: Abbas vero & monachi metuentes detrimentum ſuæ ſacræ cuſpidis, ſubſtituerunt ſimillimam ſpeciem ab aurifabro fabricatam, quæ collata ſacræ lanceæ Nurebergenſi, Archiepiſcopum Theodoricum in fide lanceæ confirmauit: quapropter idem Theodoricus inſtituit Officium Lanceæ & Clauorum celebrari in diœceſi Colonienſi, ſexta feria poſt octauam Paſchatis, quod pro ſectarum extinctione canitur cum celeberrima amburbali Theophoria Colonienſi. Ipſius Sanctiſſimæ cuſpidis inter omnes Reliquias Vbiorum excellentis deuotus venerator, eidem appendo præclaram poëticam gemmam acceptam in communicatione literaria à Moguntino conſiliario Angelo Antonio Octauiani generis & ſcientiarum claritudine illuſtri viro. Nempe ſic ſatue pientiſſimè: D

SACRA.

A **SACRA CVSPIS AD HASTAM.**

Crudeles Manus crudelis tu quoque haſta;
Quæ, me, Chriſti præcordijs improbè adactã,
Fœliciter ſepultam,
Auſa es reuellere.
B Sperno aurum, illuſtremq́; diademate thecam,
Cœlum, & Aſtra ſperno,
Præ Chriſti vulnere.
O ſi illuc iterum reddar,
Illo me tumulo condam,
Tumuloque titulum inponam.

C IMPROBA CVSPIS OLIM,
HIC, VBI FERVET AMOR,
SPICVLVM SVM FACTA AMORIS.

II. *Aculeus ex ſpinea corona* Chriſti Domini donatus à Theodorico de *Morſa* Archiepiſcopo Colonienſi. Theodoricus enim tres ſpinas donauit huic loco, carũ duas vicinæ Sorores Ordinis S. Benedicti in *Koninchsdorff* acceperunt, vnã Brauvvilerenſes quia Officialem Archiepiſcopi *Ioannem Pollart* honorarant S. Chriſtophori molari
D dente qui Rurimundam eſt translatus.

III. & IV. *Crux aurea* quam cum priuilegio monaſterij conceſſo à Ioanne XX. Papa Fundatores ſecum Roma attulerunt; Et *Similacbrum Crucifixi miraculoſi* argenteis veſtiti laminis, quem in proceſſione B. Matildis Fundatrix, ex Thomberg in Brauvviller portauit.

V. Reliquiæ *S. Nicolai* multis clarentes miraculis, quæ proprio & ad hiſtoriam *6. Decemb.* Colonienſem vtili manuſcripto libello conſignantur, atq́; apud Abbatem conſeruantur. Reliquiæ vero ſunt iſtæ: Digitus, & brachium S. Nicolai & Sciphus eiuſdem, qui eſt cupa ligneis SS. Apoſtolorum imaginibus veſtita, in operculo emergit manus duobus digitis ad benedicentis figuram protenſis, cum hac circumſcriptione.

Dextra Dei ſummi iubeat nos nunc benedici. A

VI. Brachium *S.Gereonis* (10.Octob.) incluſum argenteo brachio vexilligero.
VII. Caput *S.Florentianæ* in herma argenteâ cuius fronti infixa hæret ſagitta.
VIII. Hierotheca cui incluſa ſcapula *S.Medardi* Epiſcopi & Confeſſoris (8.Iunij.)

---

§. IV. Monumenta.

I. Ante maiorem aram marmoreo ſepulchro à pauimento eminente clauduntur Bravveillerenſes fundatores Beati Comites *Ezzo vel Erenfridus Palatinus* & *Mathildis* Ottonis ſecundi filia coniuges, quorum vita & miracula ſingulari libro ſcripta extant in monaſterio; & in meis lucubrationibus, ſæpe eorundem memini, ad illuſtrandas Palatinorum hactenus non ſatis cognitas origines. B

Epitaphium B. Ezzonis Erenfridi, qui Obijt octogenarius in Saleuelt. An.1034. 21.Maij quo die Bravvilerenſes eius memoriam celebrant, etſi alij 20. Iunij aſſignent vel Epitaphij dubijs verbis, vel translationis die decepti.

Nomen Erenfridi tribuat ſuper æthera ſcribi.
Nomine pro cuius ſtructa ſtat illa domus
Ad quod eum factum coniunx cariſſima tractum C
Flexit & hæc obijt, liquit & hic ſubijt
Cuius fæcundi dederint cum pignora lumbi
Subtraxit natis quod daret hic monachis
*Quem ſub bis ſenis * gemini miſere calendis*
Qua fouet ille domo, qui Deus eſt & homo

* Id eſt, XII Kal. Iun. tunc enim Sol veteri ſtylo erat in geminis. At XII. Kal. Iulij in cancro.

EPITAPHIVM B. Mathildis Comitis Palatinæ.

Otto Auus, Otto Pater fuerant huic Ottoque frater
Sub queis Roma potens ſubdidit omne nefas D
Hac huius tecti ſtructrix dux fæmina facti
Machtildh nobilius ſuſcipit inde genus
Arcitonens ipſam quarto ſub lumine fixam
Tranſtulit ad vitam Lucis in arce ſitam
Cui quod debemus, quia non implere valemus
Tu fer ſolamen Chriſte Redemptor amen.

Obijt Anno 1024. 20. Nouemb. Exequijs Piligrimus Archiepiſcopus cum Clero per triduum interfuit.

II. Sepultus etiam eſt in Brvvilerin naui eccleſiæ ante veſtibulum Septentrionalis gradus ad cryptam, Ezzonis Erenfridi Filius *Otto dux Sueuorum*. 7. Idus Septemb. defunctus in Thonaburg caſtro, cuius obitum Archiepiſc. Colonien. *Hermannus II.* eius

A eius frater Xantis coram Imperatore ad expeditionem Flandrenſem accincto, exhortationem faciens cum cognouiſſet, flebili voce finem allocutionis fecit, & omnes ad lamenta incitauit. Miſſusque eſt Bruno Tullenſis (poſtea Summus Pontifex Leo IX. dictus) vt eum in Brovviller ſepeliret. Exequijs eius ſoror Richeza exul Regina Poloniæ multum triſtis interfuit, ac eodem die omnem ornatum ſuum, & precioſa quæque, ad diuinos impoſterum cultus principali altari impoſuit, acceptoque à prædicto Epiſcopo ſacro velamine, caput obnupſit & mundanis pompis valefecit.

EPITAPHIVM Ottonis Ducis Sueuorum.

B *Virgineum ſidus dum ſeptem terminat Idus*
Admonet, huc veniens vt legat iſta gemens
Heu ruit Ottonum flos Regum Magnificorum
Imperiale quibus ceſſit in orbe decus
Flos hic eorundem tulit Otto nomine nomen
Cui Mathild Mater. cui fuit Ezzo Pater
Dux qui Sueuorum moriens fit planctus eorum
Sed de morte Deus. hunc repara melius.

III. Præclarum vetuſtatis monumentum eſt in horto adhuc virens *Morus arbor* plantata olim ab Erenfrido Comite Palatino in memoriam *S. Vdalrici* Auguſtani Epiſcopi, ex arido ramuſculo in manibus Sancti vireſcente, de quo hæc in Tabulis monaſterij: *Contigit quadam vice Beatiſſimum Virum venerabilem Epiſcopum Vdalricum, inſtante Domini noſtri Ieſu Chriſti natiuitate, glorioſiſſimi Imperatoris Primi Ottonis Curiã cum reliquis Principibus atque Epiſcopis in ipſa hyemis aſperitate peti[j]ſſe, cumque per quandam ſyluam pergerent, ſibi (vt euenire ſolet) equitanti ramuſculus arboris obiectus impedimẽtum itineris intulit, quem dextra ſua auellens ſecum in via tulit, conſuetis orationibus & pſalmis intentus, verum poſt breuiſſimum temporis ſpacium ipſe ramuſculus ſanctæ manus calore velut æſtiuo ſolis animatus feruore, gemmis turgentibus expanſisque folijs virentibus effloruit. Quod cum tam ipſe Sanctiſſimus Epiſcopus VDALRICVS quam egregius Adoleſcens ERENFRIDVS prope eum equitans, cernerent, pro admiratione miraculi plurimum obſtupuêre. Aſt Sanctiſſimus Epiſcopus volens latere quod euenit, ramuſculum abiecit quem ſæpe fatus ERENFRIDVS protinus equo deſiliens collegit, & tanquam pignus amabile, conſpicuo virore iucundum ac deſiderabile, ſecretius ſua in cuſtodia ſemper ſeruatum habuit, quod equidem Sanctiſſimus Antiſtes cum difficultate admittens, ne vanum vulgi fauorem vllum ei excitaret, mandatum dedit Quod & omni quo vixit tempore fideliter ſeruauit:*] &c.

Arbor plantata ex arido ramo vireſcente in manibus S. Vdalrici.

C

D

---

§. V. Feſta.

S. Medardi 8. Iunij.
S. Gereonis 10. Octobr.

S.Nicolai 6.Decemb. A

S.Wolphelmi 22.Aprilis.

Dedicatio Eccleſiæ Dominica poſt octauam Viſitationis B.M.Virginis.

Lanceæ & clauorum feria 6.poſt octauam Paſchatis.

SYNTAGMA XVI.

Vrbis Agrippinenſis XIX. Parochiæ.

Parochi 19. Septem in antiqua Vrbe, & 12. extra eam.

PArochiales apud Agrippinenſem Coloniam Eccleſiæ nouendecim ſunt velut Regiones ſacræ, ſecundum quas Vrbis Populus diuiniore pabulo & Sacramentorum adminiſtratione paſcitur & gubernatur in religione. Harum eccleſiarum ſeptem continentur intra antiquę Vrbis parietinas, cæteræ duodecim totidem ſuburbijs, quæ pagina 81. libro primo recenſui, inſertæ ſunt & circumdant Vbiorum veterem Vrbem, inſtar ſtellarum duodecim, mulierem Apocalypticã, quam eodem libro noſtræ veteri Vrbi cozuã dixi. Quam ob cauſam etiã termini harum eccleſiarũ fere circũſcribuntur limitibus ſingulorũ ſuburbiorũ. Paſtores qui hiſce vndeviginti Parochijs præſunt, ampla hodie ſunt dignitate, quippe qui in libellis Archiepiſcopo offerendis, eodem modo ſicut Metropolitani Canonici & Eccleſiarum Prælati ſeſe Sacellanos eius profitentur, cum interim reliqui de Clero, ſe clientes ſubditosque ſubſcribendo profiteantur; vtpote non acciti in partem ſollicitudinis Metropoleos. B C

Dignitas Parochorũ.

Hierarchica Parochorum.

Ad hæc in Synodali conceſſu ijdem vndeviginti Vrbis Parochi, Chriſtianitatum Prouincialium Decanos anteſedent, atque vt inter ipſos Decano carentes ordo ſeruetur, moris eſt vt, is qui archiuum cuſtodit, conuentus indicit, Archiepiſcopalia mandata methodumque vniformiter docendi inſinuat, & omnia inſtar Decani agit & dirigit, ad Epiſcopi in ſua veluti vrbe præſentis reuerentiam ſolo Camerarij nomine vtatur: valde vero eorum dignitas & nomen aucta ſunt, quando ne congrua deeſſet altari, & populo ſacra miniſtrantibus ſuſtentatio, Gregorius XIII. Pontifex Maximus Anno 1586. plerisque Parochijs Canonicatum vniuit ex voto Cõſulum & Senatus. D

V. Parochiæ Vrbis veteris.

In veteris Vrbis ſolo, iuriſdictionis prouinciam cum Metropolitana olim Eccleſia diuiſiſſe videntur Paſtores antiquiſſimi 1. *Columbæ.* 2. *Martini,* 3. *Laurentij.* 4. *Albani.*

Quibus proinde ſicut Metropolitanis Canonicis permiſſa maior Ara Colonienſis, & titulus vt quatuor Summi Pœnitentiarij dicantur: ſecus res habere videtur cum cæteris tribus in veteri Vrbe Parochis, & quidem cur quintus S. Petri Parochus eo iure maioris Aræ arceatur, non malè crediderim abinde manaſſe, quando apud eius Eccleſiam quondam Cathedralis Sedes erat, quippe domi noſtræ exteros præfe-

A præferimus, vel eo honore decoratus non eſt, ne poteſtatis amplitudinem retinuiſſe videatur, poſteaquam ſemel ex ſpiritualis ſui territorij diſtrictu Metropolitica dignitas translata fuit, in Vrbis plagam Rhenanam in vetus Caſtellum ſeu Burgum. Vtitur tamen pro habitu ſacro Diui Petri Parochus defluente ex brachijs pelliceo authoritatis ſigno vti cæteri quatuor.

Porro authoritas & iura Parochorum in vetere Vrbe, quaſi in arce præſidentium, magna fuerunt, cauerunt enim quamdiu antiqua ſteterunt mœnia, ne qua aut Clericorum aut Religioſorum congregatio in ſpiritualibus ſuis latifundijs pedem ſedemve figeret; qua de cauſa Abbatiæ. Collegia, & Conuentus olim extra Vrbem ſtruebantur, etſi vna aut altera fœminarũ congregatio admiſſa ſit, illius Presbyteri, Sacellanorum officio tantummodo fungentes deferebant Parochis, nec in Collegijs Capitolino aut Cæciliano Canonicorum titulo vſi ſunt, ante tempora Philippi I. Archiepiſcopi. Religioſi Auguſtiniani qui primum irrepſiſſe videntur, paululum antequam Philippus primus Archiepiſcopus veterem murum demoliretur, latuerunt ſub priuatis parietibus, diuinorum in Eccleſia S. Albani participes; Cæteræ omnes virorum Eccleſiæ muro Vipſanij Agrippæ pertuſo, & nouo Philippi late circum veterem erecto, denique quâ datâ viâ, velut libero, & aperto aditu, antiquam Vrbem inſidere cæperunt, Religioſæ etiam familiæ. *Vis Parochorum antiquæ Vrbis.*

B

Itaque ſeptem veluti Vrbanis columnis, vel potius montibus ſanctis, ſuffulta Sanctæ Coloniæ fides, ſeptiformi ſpiritus lumine æternum vt illuſtretur voueri poteſt, nec minus optari vt eidem affulgeant duodecim Apoſtolicæ faces ſuburbanarum Parochialium Eccleſiarum, quarum nec fulgor nec authoritas minor eſt. *Cõtinuatio Elenchi Parochialis.*

C

Prima inter has & ſexta in ordine Parochiarum dicta B. M. V. *in littore*, territorium Eccleſiaſticum habet in eo ſuburbio quod Vrbanum riuum Rheno immergit. VI.

Septima Parochia *S. Lupi* animas in ſuburbio infra Caſtrenſe forum apud potatoriam portam gubernat. VII.

Octaua Parochia *S. Iacobi* eſt in ſuburbio iuxta ſandycis vel ferinum forum ante veterem portam Iouiam. VIII.

Nona Parochia *S. Ioannis Baptiſtæ* (cuius meminit Wigfridus Archiepiſcopus in diplomate anni Chriſtiani 948.) regebat in ſpiritualibus villas inter antiquam Vrbem & San-Seuerinianum, circa Regiam ſtratam dictam Burchſtrazaam. IX.

D

Decima B.M.V. in vallo ſiue *Indulgentiarum* potiſſimam partem Vrſulani agri dirigit. X.

Vndecima *S. Pauli* primitiuam S. Materni Sedem ante Paphiam portam occupat. XI.

Duodecima Parochia *B. M. Magdalenæ* Seueriniano præſidet ſuburbio. XII.

Decimatertia *S. Brigidæ* Scoticæ Virginis iuxta Eccleſiam S. Martini Scotorum, eſt in ſuburbio inſulari. XIII.

Decimaquarta *S, Mauritij*, ante portam Græcorum & apud S. Panthaleonis latè extenditur. XIV.

Decima.

XV. Decimaquinta *SS. Apoſtolorum* ſuo fulget in ſuburbio, & intra veterem Vrbem, inhabitata quondam loca ſibi adiunxit. A

XVI. Decimaſexta *Cuni'ertinæ Parochialis* (olim in Eccleſia S. Seruatij) apud hyemalem caſtrenſemque veterem Vbiorum portum eſt.

XVII. Decimaſeptima *S. Chriſtophori* iuxta S. Gereonis complectitur potiſſimam regionem agri Thebæi.

XVIII. & XIX. Decimaoctaua & nona ætate poſteriores *S. Ioannis* Euangeliſtæ & B. M. V. *in Paſculo* Metropoliticis parietibus contiguæ Parochiæ accenſentur ſitis intra mœnia veteris Coloniæ.

Decimumnonum numerum S. Materni Cathedræ auſpicatum & fauſtum. Dixi libro 1. Syntag. 5. pag. 28. B

Dicuntur vndeuiginti Parochi etiam Plebani, quod plebem in territoria diſtributam regant, nam ſunt in ſingulis Collegiatis & quibuſdam hoſpitalibus ſine alia plebe, præpoſiti immunitatum incolis &c. Familiæ Paſtores domeſtici, reliquorum ſæpe Sacellani. ſed iſtis vniuerſim dictis ſingulas Parochias perſcrutari libet.

SYNTAGMA XVII.

Eccleſia Parochialis S. COLVMBAE V. & M. C

§. I. Eius origo & progreſſus.

Forma Cleri primitiui Dixi ſub initium libri tertij duas fuiſſe claſſes primitiui Cleri, aliquos contemplationi, Deique laudibus, ac propriæ Saluti ſolitariè intentos, Monachos & Therapeutos dictos, alios cum Religionis Antiſtibus ſedentes ad clauum, rexiſſe animas; qui deinde ob Chriſtianitatis incrementa certis limitibus curas ſuas definientes, Presbyteri ſingulas regebant Eccleſias, cum è latebris doctrina Chriſtiana *Prima origo Parochiarum.* erupiſſet, ſolaque Metropolitana remotiori plebi intra mœnia Colonienſis Vrbis non ſufficeret. Igitur quinque videntur conſtitutæ Vrbanæ Regiones & ſuburbanæ aliquot: Vrbanarum proximam S. Ceciliæ Cathedralis Clerus ſibi regendam retinuit, demum vbi translatus eſt ad Rhenanam plagam idem Clerus, eam S. Petri Sacerdoti omnimodè permiſit. Quatuor aliarum Regionum Eccleſiaſtica guberna- D *Columbina prima.* tio totidem commiſſa eſt Presbyteris; quorum familiam ducit qui S. Columbæ Titulo in Vrbis meditullio præeſt Paſtor.

Forma Columbinæ. Templum habet quadrilaterum, ad Orientem latioribus ſcapis & ſcapulis, inferior pars cuneatior ſtrictiorque eſt, ſicuti fuerat in Salomonis baſilica ſanctius Tēpli atrium appellatum Ariel, id eſt ſpecies Dei Leonis. Similis cubica figura cæteris tribus Parochialibus, Martinianæ, Laurentianæ, & Albanæ ædibus, eſt. Sed in Co-

lumbi-

Olim fuit Domus. *Antiquitas ex ſitu.* *S. Seuerinus dicauit.* *S. Seuerinus Reliquijs dotat.*

A lumbinam ædem non tam ob loci anguſtias forma videtur inducta, quam profecta ex vetuſtate, dum primæ Eccleſiæ eſſent domus priuatæ, & ingentia conclauia, vnde vetus veſtigium cuneique figuram hæc baſilica retinuerit, Antiquitas deinde colligitur ex ſitu in excelſiore media tritiſſimaque Vrbis plagâ, apud negotioſam viam ante Conſtantini pontem, & ponticulum qui S. Petri lacum (vulgo S. Peters Pſul) cõiungebat, hinc platea pontina (vulgo zur Strunden auff der Brücken) dicitur, vbi magnificentiſſima & vetuſtiſſima patritiorum Palatia. Demum argumentum clarum antiquitatis ſumitur ex prima dedicatione baſilicæ Columbinæ, quam manuſcripti antiquiſſimi, Sancto Seuerino Archiepiſcopo adſcribunt; hic igitur domus in Eccleſiam conuerſæ formam veterem, cubicamque figuram relin-
B quens Beatæ Columbæ popularis ſuæ Reliquias intulit.

31. Decemb.

Fuit enim Diua *Columba* Senonenſis, tertio Chriſti ſæculo in perſecutione Aureliani propter fidem & caſtitatem oppugnata, ſed cum ex cauea Amphiteatri diuinitus elapſus Vrſus eam defendiſſet, & Iudex ea propter Lupanar, ad quod inuita tracta fuerat, incendio iuſſiſſet deleri, igne per miraculoſam nubem extincto, tandem gladio cæſa, martyrij palmam retulit circa annum Chriſti 270. prid. Kalend. Ianuarij.

Ius Patronatus & inueſtitura.

A primo inſtitutionis æuo ius baſilicæ Columbinæ permanſit penes Metropoliticam Colonienſem, extat ea de re in Tabulario eiuſdem Metropoliticæ num. 69. diploma adhuc ſcriptum Anno 1212. verum tandem ius patronatus conceſſum eſt
C populo approbante Conſtantinenſi Concilio ſub Martino V. Hinc modo Ædiles & Aſſeſſores ſiue Nouemviri ex communitate plebis, vtuntur iure præſentandi Præpoſito Metropolitico vti Archidiacono. Anno 1586. impetrauit Ampliſſimus Senatus Colonien. vt Parochiæ Columbinæ Canonicatus Vrſulanus vniretur, quo præſtantiores viri curam ambirent, habent enim ex inſtitutionibus diuerſorum Patritiorum amplum Clerum, & 960 in diſtrictu ſuo profanas ciuium ædes, præter ſedecim Conuentus Mulierum & totidem Monachorum; Monialium, aliorumque Sacerdotum ſacras ædes, ac duas Hoſpitales domos Sancti Ioannis Peregrinorum & Xenodochium S. Crucis.

D Anno 1433. in Baſilienſi Concilio floruit huius Eccleſiæ Paſtor Ioannes Creyl.

Anno 1617. 16. Februarij obijt Caſparus Vlenbergius Paſtor S. Columbæ, eruditione, & ſanctimonia vitæ inſignis, atque Catholicis ſcriptis clarus: poſt triennium à morte repertus corpore incorruptus.

§. II. THESAVRVS SACER Eccleſiæ Columbinæ.

I. Statua *S. Columbæ* Virg. & mart. ex argento affabrè facta ſinu ſuo coërcet eiuſdem Beatæ Patronæ Reliquias, quarum Elogium dixi præcedente paragrapho.

II. Hierotheca argentea tria oſſicula eiuſdem *Columbæ* Virginis & martyris complectitur. A

III. Hierotheca argentea criſtallo concludit *Spinam è Corona* qua Chriſtus coronatus fuit.

IV. Hierotheca ingens argentea inaurata trigona complectitur. 1. *maxillam S. Georgij* celeberrimi Martyris (23 *Aprilis.*) 2. Oſſiculum de *S. Lucia* Virgine & martyre (13. *Decemb.*) 3. Pulchrum os de *S. Andrea Apoſtolo* (30. *Nouemb.*) 4. Reliquias *S. Agnetis* Virginis & mart. (21. *Ianuarij.*) 5. Coſtam *S. Ruperti* Epiſcopi & Apoſtoli Noricorum (27. *Martij.*)

V. Hierotheca argentea inaurata continet. 1 De *mento S. Andreæ* Apoſtoli. 2. De *S. Laurentio.* 3. De *S. Georgio* martyre. B

VI. Cuſtodiuntur ibidem Reliquiæ de *SS. Coſma & Damiano. vndecim millibus Virginum*, & diuerſorum Martyrum, Confeſſ. &c. ac de locis terræ Sanctæ.

§. III. Feſta Parochialis S. Columbæ.

Feſta *S. Columbæ* pridie Kalendas Ianuarij, Theophoria Parochialis in feſto Venerabilis Sacramenti. Anniuerſariæ dedicationis, die Decollationis *S. Ioannis* celebrantur.

C

§. IV. Monumenta.

Nobilium & Patritiorum pulchra monumenta Eccleſia habet.

Cæmiterium in muro domus Clericalis peruetus vnum exhibet ſaxo inciſum:

Eſto memor quicunque domo dominaris in iſta
Commoda contulerit tibi quæ Godefridus in ipſa.

SYNTAGMA XVIII.

Eccleſia Parochialis S. MARTINI Minoris. D

§. I. De Eccleſiæ antiquitate.

Eſt antiqua paracia.

ECcleſia S. Martini dicta minor (ob diſcrimen ab altera maiore) cum parochiali Columbina de prærogatiua inſtitutionis concertat, puto non multum ab inuicem diſtare initia quinque veterum in vetere Vrbis ambitu Paræciarum, argumento originum queis alias in orbe Eccleſias orta in Vbijs & data à Conſtantino M. templo-

A templorum libertate, ſimul è latebris emerſiſſe comperimus. Id tamen de moderno ſitu & ſtructura Martinianæ Minoris baſilicæ non aſtruo, quod in priſci littoris muro exſtructa, toto corpore extra veterem ciuitatem propulſati Rheni alueum occupet. Sed teſtante Broelmanno Clariſſimus vir Ioannes Schvvolgen Colonienſis Prælatus B.M.V. Capitolinæ Canonicus & Archiuorum peritus, aſſerere ſolebat: olim vbi nunc *S. Noitburgis* Eccleſiola eſt, ſtetiſſe S. Petri templum, ex quo Parochialis cathedra ſit translata, in eum quem hodie ornat locum. Eſt penes me peranti-qua Mſta deſcriptio Eccleſiarum Colonienſium, ea folio 181. dicit: Vbi nunc S. Martini minoris baſilica eſt, fanum S. Barbaræ ſtetiſſe, S. Noitburgis autem ſacram ædem primitus Apoſtolis Petro & Paulo dicatam, Parochialem fuiſſe, vnde trans-B lata ſit cura in S. Martini minoris titulum. Adduntalij argumentum quod pone S. Noitburgem ingens cæmiterium fuerit, vbi nunc der Leichhoff id eſt funerum campus. Sed perinde habeo vtra harum Eccleſiarum ſenio præſtet; illud delectat quod videamus vetuſtatem fidei etiam ex antiquitate Parochiarum in hac vrbe egregie confirmari vtpote ab incunabulis Chriſtianæ Religionis.

Olim fuit in Eccleſia SS. Petri & Pauli modo S. Noitburgis. Sacellum S. Barbaræ.

Cæterum authoritate Pontificia Martinianæ Parochiæ vnitus eſt Capitolinus Canonicatus: Iure patronatus gaudẽtes Ciues, nominant plures Capitolinæ Dominæ Abbatiſſæ Sacerdotes, quæ vnum ex nominatis electũ Archidiacono præſentat.

Ius Patronatus

Structura Martiniana ita in ripa & vetere alueo fluminis iacet, vt ex antiqua vrbe intrantibus veluti Cripta & ſpecus deſpiciatur, ex noua adeuntibus fornices,
C veteris Vrbis planiciei æquales, repræſentent penſile templum. Verum quemadmodum aues in aqua & aëre viuentes dictæ amphibia, cæteras fere pennarum iubare antecellunt, ita hæc non parum elegantię & ſplendoris oſtentat, inſuetis lineamentis. Ea propter coniecto & audeo figuram modernæ Martinianæ Eccleſiæ tribuere Charentino Vbiorum ante annos mille Præſuli, nam ſic de eo canit Venantius Fortunatus illius temporis ex Italia Poëta & Presbyter:

Maioris numeri quo templa capacia conſtent
Alteri in excelſo pendulus ordo datur.

Luſtra enim ſi placet, mecum vetuſtas Colonienſium baſilicas, ſi cui iſta deſcriptio
D & forma magis congruant, quam in arcto ſitis antiquis parochialibus, & inter eas huic Martinianæ quam maximè: quia inprimis Parochiales egebant quæſita in ſublimi *maioris numeri capacitate*, & erat eo tempore celeberrima memoria S. Martini Confeſſoris, atque teſte Paulo Warnfrido Diacono Aquilcienſi lib. 2. *de geſtis Longobardorum cap.* 13. Commemoratus *Venantius Fortunatus* cum oculorum dolorem miraculosè fugaſſet, liniendo eos oleo ex lampade ſuſpenſa ante aram S. Martini Turonici, in Vrbe Rauennatenſi, amore S. Martini in Gallias immigrauit, Sancti res carmine ſcripſit, & tandem prouectus eſt ad Epiſcopalem Cathedram Pictauienſem.

Miraculum S. Martini.

§. II. THESAVRVS SACER Eccleſię S.Martini minoris. A

4. Decemb. I. *Sancta Barbara* Virginis & Martyris coſta inter antiquiſſimas Reliquias huius Eccleſiæ cenſenda eſt, nam eiuſdem hîc ſacellum ſtetit, priuſquam moderna baſilica conderetur.

3. Februar. II. Pars Maxillæ *S.Blaſij* Epiſopi & Martyris Sebaſteni in Armenia, *qui multorum patrator miraculorum. ſub Diocletiano Imp. & Agricola præſide poſt diuturnam verberationem atque in ligno ſuſpenſionem, vbi ferreis pectinibus carnes eius diruptæ ſunt, poſt teterrimum carcerem, & in lacum demerſionem, vnde ſaluus exiuit, iubente eodem iudice. Vna cum duobus pueris capite truncatur. Ante eum vero ſeptem mulieres quæ guttas ſanguinis eius defluentes, dum torqueretur, colligebant; deprehenſæ quod eſſent Chriſtianæ, poſt dira tormenta gladio percuſſæ ſunt.* B (Martyrol. Roman.)

III. Duæ coſtæ Sanctorum, altera Sergij, altera Bacchi, Nobilium Romanorum Martyrum *ſub Maximiniano Imperatore: quorum Bacchus tam diu neruis crudis caſus eſt, quo ad vſque toto corpore diſciſſus, in confeſſione Chriſti emitteret ſpiritum. Sergius vero clauatis cothurnis pedes indutus, cum in fide fixus maneret, data ſententia, iuſſus eſt decollari: cuius nomine locus vbi quieſcit, Sergiopolis appellatus, ob præclara miracula frequenti Chriſtianorum concurſu honoratur.* Et per has ſacras coſtas Coloniæ frequentata miracula, præſertim in tabe longâ deficientibus, qui vires horum SS. inuocatione perſæpe receperunt, publice habitis ſermonibus perſæpe differentem audiuimus illuſtrem Theologum huius Eccleſiæ Paſtorem Adolphum Schulckenium Vicarium in Spiritualibus generalem Colonienſem B. M. V. in Gradibus Præpoſitum & Canonicum Presb. Metropolitanum. Cuius aſſertionibus congruit antiquiſſimus Bibliothecæ meæ Mstus inconſcriptione ſacelli Sergiani olim apud vetuſtam portam Rhenanam ſiti, quod deſtructum eſt Anno 1563. authoritate Superiorum, translatis ſacris & omni ſuppellectile in hanc capaciorem baſilicam Parochialem Sane Gregorius Turonenſis lib. 1. miraculorum cap. 97. dicit *ſubtrahentes munera aut vota oblata Sancto Sergio mox iudicium aut notæ aut mortis incurrere* &c. vide eundem lib 7. hiſto. Franc. cap. 31. Quia vero rudes ſimplicesque agricolæ & plebecula, in offerendis votis & ſuſpendendis anathematis, interdum mulierculárum narratiunculis deflectuntur in ritus ſuperſtitionis ſpeciem præſeferentes; hinc baſilicæ huius prouidi vigileſque Sacerdotes, ſic inſtruunt de Sanctorũ cultu & inuocatione idiotas peregrinos, vt veritas pietaſque ab omni ſcoria prudẽter diſcriminentur, & Sanctorum Sergij & Bacchi oblata innoxia fiant ab erroribus & ſpecie errorum. (7. Octob. Martyrol. Roman.) C D

IV. Plures coluntur ibidem Reliquiæ Sanctorum quorum nomina ſoli cœlo cognita.

§. III. Feſta.

A

§. III. Feſta.

Præter Patronalia Sanctorum, quorum Reliquijs ornatur Eccleſia, Dedicationis anniuerſarium diem celebrat inuentionis S. Crucis, Feſto proximiore dominica, & theophoriam parochialem in Feſto Vener. Sacramenti.

B

SYNTAGMA XIX.

S. LAVRENTII Parochialis.

§. I. De antiquitate & ſtatu eccleſiæ.

PArochialis S. Laurentij Eccleſia à lineamentis priuatæ domus, qualis tempore gentilium haud dubie fuerit, non abludit, cubicaque figura videtur præ ſe ferre, antiquitatem parem cum duabus iam numeratis baſilicis, quin & fornicibus refert opus penſilis alterius interioris templi, quod ſtructuræ genus à Carentino Præſule inuectum fuiſſe videri poteſt.

C Ius Patronatus ciues poſſident, curæ Parochiali vnitus eſt Canonicatus inſignis Collegij S. Andreæ, Clerus Laurentianus numero & ſtipendijs cæterarum Parochiarum Sacerdotibus non cedit, nam in ea inſtituti ſunt presbyteri non minus quatuordecim ſinguli ſua altaria & cenſus habentes.

§. III. THESAVRVS SACER Eccleſiæ Parochialis S. Laurentij.

D I. Hierotheca argentea auro oblita in vaſculo criſtallino exhibens *Crucem* ex ſegmentis illius ligni in quo ſalus mundi ſuſpenſa fuit. *10. Auguſti.*

II Criſtallus quatuor argenteis pedibus innixa oſtendens coſtam beatiſſimi Leuitæ & Martyris *Laurentij* cum particulis de *S. Adriano & S. Iacobo.*

III. Hierotheca argentea rotunda inaurata complectens particulam de coxa *S. Laurentij, &c.*

IV. Hierotheca argentea inaurata faſtigiata imagine S. Huberti præter alias Reliquias continet cineres S. Laurentij.

De Reliquijs S. Laurentij in hac Eccleſia cuſtoditis, Author eſt Albertus Kiuetius *Colonia Reliquiis*

 tius

S. Laurentij extinguuntur incendia. tius Carthuſianus Weſalienſis, qui ante ducentos floruit annos, *in Referendario exemplorum*: Solere populũ Colonienſem exorto incendio rogare Clerum S. Laurentij, vt contra voracem flammam S. Patroni ſui Reliquias opponat, atque ſæpius eueniſſe vt ignis Violentia, oſtenſo conditorio Reliquiarum & facto Crucis ſigno reſtingueretur. A

V. Hierotheca inaurata continens Reliquias de Sancta *Catharina* Virgine & Martyre itemq; de *S. Nicolao*. Confeſſore.

VI. Hierotheca cum Reliquijs *S. Sebaſtiani*.

20. Ianuarij VII. Species capitis humani holoſerico & margaritis cooperti, oſtentans in fronte partem ex craneo *S. Sebaſtiani* magni Martyris, & appenſam ferream ſagittæ cuſpidem.

VIII. Caput *S. Florentinæ* ſimili modo exornatum. B

IX. Triginta capita ex Societate vndecim millium virginum, ſimili etiam ipſa ornata modo.

X. Hierothecæ ſex aliæ pulcherrimæ ex argento exhibentes criſtallinis vaſis incluſas varias ſanctorum Reliquias, quarum inſcriptiones in conuolutis chartulis, ſine temerationis periculo, legi non poterant: confidimus impenſum eis honorem acceptum fore Deo qui eorundem nomina mer taque perſpecta habet.

XI. Ligneæ quatuor capſulæ toreumatibus & columnis veluti tabernacula exornatæ, per vitra conſpectui obijcientes quam plurimas particulas Reliquiarum quas op.. ..olum foret recenſere.

C

§. III. Fraternitates.

I. S. Laurentij fraternitas opificij Loricariorum.

II. Venerabilis Sacramenti eſt populoſa, maximè ex Aurifabris in quorum Tribu, ſingulis anni quatuor temporibus conuenientes, ad eccleſiam procedunt, vt interſint lugubri ſacro pro defunctis fratribus.

III. S. Mariæ Magdalenæ Sodalitas die Patronæ ſuæ ſolemni ſupplicationi intereſt.

IV. S. Nicolai Sodalitas fabricatores enſium complectitur. D

V. Sodalitas animarum pro conſolatione defunctorum inſtituta eſt.

§. IV. Feſta.

I. S. Laurentij 10. Auguſti.

II. Dedicationis eccleſiæ dominica infra Natiuitatem B. M. Virginis.

III. Theophoria Parochialis dominica infra octauam Venerabilis Sacramenti.

IV. Theophoria Fraternitatis S. M. Magdalenæ proxima feſto ipſius dominica.

§. V. Mo-

A

§. V. Monumenta.

I. Primnm inter Monumenta Parœciæ S. Laurentij eſt maior ara munificentia *Quæſtenbergiorum* ex Patritijs Vbijs euectorum in Romani Imperij Proceres.

Gloriæ.

D. O. M.

B Honori.

Beatiſſimæ Mariæ Virginis atque S. Martyris Laurentij ædis huius Sacræ Parochialis Patroni.

Tum vero

Perennandę memorię Optim. Parentum D. Gerardi à Quæſtenberg & D. Catharinæ Therlan Lennepiæ, Quorum ille Anno M. D. XXCIV. Hæc quinquennio ante Anno M. D. XXCIX. In immortalitatem translati, pone Altare maius requieſcunt.

C

Et

D Superſtitum etiamnum Fratrum Reuerendiſſimi Domini D. Gaſpari à Quæſtenberg Abbatis Strahouienſis & Silœnſis Ordinis Præmonſtratenſis per Hungar. Boem. Polon. Auſtr. Morau. Sileſiam, Vſueldiamque Viſitatoris & Vicarij. Ge-

Generalis, Sac. Cæſa. Maieſtatis Conſiliarij, nec A
non Illuſtriſſimi Domini Gerardi lib. Baronis à
Queſtenberg Domini in Tarmeſitur, Petſchavv,
Kranichberg, Rapoltenkirchen, & Sigharts-
kirchen, Sac. Cæſ. Maieſtatis Camerarij & Con- B
ſiliarij Aulici Bellici.

Hermannus liber Baro à Queſtenberg Dominus in Groskoleſchavv, Pomeiſel, Strogetiz, & Erdperg, Sac. Cæſ. Maieſtatis Camerarius & Conſiliarius Imper. Aulicus, in hac ipſa Eccleſia, Eccleſiæ Chriſtianæ albo, Anno M. D.XXCI.
inſcriptus eiuſq; coniunx Eliſabetha Conſtantia C
nata à Lyskirchen aram hanc maiorem.

F. F. F.

Anno Domini M. D. C. XXXII.

Mortis vel vitæ vox eſt breuis ITE VENITE
Dicetur reprobis ITE, VENITE probis. D

Domus Paterna S. Brunonis Æmilij.

Alterum ſpectabile monumentum eſt ad Septentrionem Vicina Eccleſiæ domus dicta ad rubeam ſteſſam, cuius portæ affixa eſt *S. Brunonis Æmilij Carthuſianorum Patriarchæ ſeu inſtitutoris* imago, quod in ea Domo progenitus dicatur. Magnificentia domus teſtatur de ipſius ſplendore generis, & porro à clariſſimis incolis ſemper culta fuit, Nam Anno Chriſti 1263. eam incoluit *Hildegerus de ſteſſa* & anno Chriſti 1333. alter eiuſdem nominis Eques auratus de Rubea Banda, ideoq; dictus ein Bannerherr vel Baro. Demum tertius Hildegerus de Steſſa Occiſus An. 1398. in tumultu Ciuico, inde per *Starckenbergianam* familiam tranſijt ea Domus ad Dominos

minos *Fridericum & Maximilianum Fratres de Bahr* ſub Maximiliano I Imperat. Ba-
A roñes Alſatas,ex quibus *Nicolaus Sigler Dominus de Bahr* Duxit *Barbaram Herlin* Patri-
tiam Auguſtanā, cuius frater Georgius Herel, ex Gertrude Ioannis *Riedt* Coloni-
enſis Conſulis filia,excitauit duas filias alterā Annā nuptam D.Iacobo *à Rottkyrchen*
Seniori, alteram Catharinam locatam Ioanni *Echtio* Doctori & Senatori, ſicque
Hæredi domus ad Steſſam,qui etiam relictis duabus filiabus Clara vxore Werneri
Schenckij & Anna coniuge Philippi *à Brakel*, ædes Steſſianas tranſmiſit ad Brakelios,
inde tranſierunt in ius Clariſſimi Viri Godefridi *Schnellij*, V. L. cuius filius itidem
I.V L. medietatem inhabitat, & in ius Collegij Batauici Studioſorum qui alteram
partem incolunt fundumque Natalitium S. Brunonis adhuc optimi ſeminis fru-
B ctusque feracem comprobant.

SYNTAGMA XX.

Parochialis S. ALBANI.

§. I. De vetuſtate Eccleſiæ.

C S. Albani Parochialis Eccleſia, Vetuſtate Ædificij, commemoratis ædibus ſacris videretur Senij honorem præripere; nam & depreſſior eſt, & obſcurior fuit donec Conſilio Clariſſimi viri Ioannis *Michaelis à Cronberg*, Conſulis Reipub. Colonienſis deiecta eſt pars antiquioris fornicis, meridionalis, auctæque ſunt feneſtræ, quibus lumen choro induceretur, ſed ſi ſancti Albani Titulus ſit primitiuus, oportet eam Eccleſiam ædificatam poſt Materni II. & Conſtantini Magni tempora, qui priuatas domos in publica templa & aperta verterunt, licet lineamenta ſtructuræ ſint cubici quondam cænaculi, S. Albanus etenim circa Annum Chriſti 470. Floruit, niſi malis Bedam ſequi qui in Martyrologio ad Diocletiani tempora refert S. Albani cædem. Ius præſentandi Parochum ciuibus Colonienſibus con-
D gruit, & menſæ Parochiali vnitus eſt Canonicatus in gradibus, B. M. V.

§. II. THESAVRVS SACER. Eccleſiæ S. Albani.

I. Hierotheca figuram *Crucis* repræſentans & dominicæ Crucis ſegmento dotata.

II. Argentea inaurata Hierotheca præter Reliquias de Societate *Vndecies mille*

21. Iunij. *Virginum*, complectens Coſtam *S. Albani* qui pro fide varia tormenta Moguntiæ perpeſſus, ac tandem truncatus capite, illud ipſum ambabus manibus arripiens, ad eum detulit locum, vbi nunc celeberrimo Collegio honoratur. A

III. Argentea Hierotheca cum Reliquijs iam dicti *S. Albani, S. Laurentij Vincentij, Quirini Machabæorum, Annæ, Sabinæ, Sophiæ*, &c.

IV. Hierotheca argentea, in qua *S. Lucæ, S. Margaritæ*, & plurimorum Sanctorum Reliquiæ.

V. Argentea Hierotheca cum Reliquijs *S. Vitalis.*

VI. Argentea monſtrantia duo *S. Quirini* oſſicula multum à pijs venerata continet. B

VII. Hierotheca argentea continens os de *S. Antonio* magno.

VIII. Argenteus tripes cui impoſita è mandibula *S. Apolloniæ* cui pro fide Chriſti & virginitate violenter dentes excuſſi fuerunt.

IX. Brachium complectens os ex brachio *S. VVenceslai* Ducis Bohemorum (28. Septemb.) qui in fraterna domo, pro fide Chriſti necatus eſt.

X. Simile brachium cui incluſum os ex brachio *S. Mariæ Magdalenæ* (22. Iulij.)

XI. XII. Duo argentea brachia pro maiore ornatu & ſplendore altaris, quibus incluſæ Reliquiæ ex iam dictis brachijs diſſectæ.

C

§. III. Feſta.

Inter Eccleſiæ celebritates habent dictorum Sanctorum Patronalia, præſertim SS. Albani, Wenceslai, Quirini, & in huius ſacra feria pridie Calend. Maij aniuerſarium dedicatæ Eccleſiæ, dominica ſanctiſſimę Trinitatis Parochialis Theophoria eſt.

§. IV. Monumenta. D

I. Inter ſpectabiliora monumenta eſt tabernaculum maioris aræ ex argento, ad recipiendam SS. Sacramenti Euchariſtiæ Hierothecam. Id curatum eſt à Clariſſimo Viro Ioanne *Michaelis à Cronenburg* Conſule Colonienſe, qui etiam antiquiſſimas aræ picturas nouo toreumate fecit includi.

II. Prope ab Eccleſia magnificum Prætorium eſt Anno 1441. exſtructum *Gurtzenich* appellant, in eo publicani librant & cenſent omnis generis merces. Solebantque in comitijs imperialibus hic concilia cogi, imo & conuentus ad ludicra & ducendas choreas, duæ ibidem ſtatuæ Sunt Vbiorum Heroum altera

M.A-

A M. Agrippæ Vipſanij cum hac inſcriptione der Herlich Marcus Agrippa ein Heidniſch Man Agrippinam zu Cölln began Altera Marſilij cum hac inſcriptione Marſilius ein Heide vnd der ſehr Stoltze der behielt Cölln vnd ſey fohren zu holtze.

III. Ibidem adiacent ædes conuiuiorum publicorum vulgo *Quattermart* id eſt oratorium forum ſeu roſtra, vſus ampliſſimæ domus cognoſcitur ex inſcriptione inſigniorum vrbis.

Quid ſibi fixa velint inſignia talia noſce
Si placet, huc proprius chare viator ades
Me proprio redimens Ampliſſimus ære Senatus
B *Poſſidet, hinc vrbis ſplendida ſigna gero.*

Gaude fœlix Agrippina Sanctaque Colonia 1562.

Seruio feſtiuis epulis, & præbeo tecta
Doctori, ſponſæ ſacrificóque meæ
Fœlicem populum cuius rectore Senatu
Tam vigilante, ſtatus proſper vbique viget.

C

SYNTAGMA XXI.

Parochialis Eccleſia S. PETRI.

§. I. De vetuſtate & ſtatu Eccleſiæ.

PArochia *S. Petri*, ſiue loci ſpectes amplitudinem, ſiue fundationis antiquitatem & originem altius paulo conſideres, latiſſima eſt & reliquarum Paræciarum extra omnem controuerſiam vetuſtiſſima vult cenſeri, amœniſſimo ſolo condita, ædificia pulcherrima, hortos, & vineas florentiſſimas ſinu ſuo complectitur: *Antiquita. & amplitudo Parochia S. Petri.*
D veteris Vbiorum oppidi ambitum media prope parte contingit, quem priſci operis mœnia non procul à præterlabente riuo ruderibus hinc inde prominentibus ad excelſi Iouis, vel vti adhuc vocare videntur Hammonis portam facili deſcenſu intercludunt. In hac duplex adhuc Græcorum à Romanis frequentatum forum viſitur, ædificijs pomerijsque latè nunc complanatum. Eccleſiam pro animarum Cura longe clariſſimam tenet, populi capaciſſimam, quæ originem ſuam illuſtri ac antiquiſſimo D. Cæciliæ Collegio debet. Illud à S. Materno primo Colonenſium Antiſtite D. Petri Apoſtolorum Principis diſcipulo, Româ ad partes Rhenanas miſſo, in Sacratiſſimæ S. Deiparæ ac D. Petri honorem conſtructum, ad latus ſibi dextrum, Parochialem hanc Eccleſiam veluti vnicam

in Chriſto filiam perpetuo nexu proximè conſtruxit, auxit, ornauitque illud A
è ſacro ſodalitio beatiſſimarum vndecim millium Virginum, quarum inaſtimabilem Theſaurum maiores noſtri huc tranſtulere, Reliquijs eximijs, quas hodieque ſumma reuerentia honoreque quo par eſt & cultu, plebs deuota veneratur. Huius celeberrimi Collegij ac Virginum Monaſterij Abbatiſſa nominatione perpetua Parœciæ paſtorem deſignat, atque præſentat Archidiacono Præpoſito Metropolitano vnum ex tribus Sacerdotibus, electis per 4. dominos Ædiles ac ſedecim Aſſeſſores, qui ibidem Canonicatu per S. Pontificem Gregorium XIII. Parochiæ incorporato, futuris temporibus æternum gaudet, & modo cum multo animarum fructu rigatur & excolitur ea cura per *Cl. V. Arnoldum Mesbonium* Doctorem Theologum illuſtrantem hanc vrbem verbo & exemplis, B
orbem ſcriptis ſuis.

Ius patronatus.

§. II. Hoſpitium S. Vrſulæ.

Hoſpitium S. Vrſulæ.

In huius diſtrictu Parœciæ multa ſunt ſanctitatis non minus quam venerandæ antiquitatis monumenta longe celeberrima. Vnum inter reliqua quod poſteris tranſmittatur commemoratu digniſſimum extat, quodque ſanctæ Vrbis hanc partem cæteris multo illuſtriorem reddit. Regale ſcilicet domicilium hic viſitur, cui C
pia vetuſtas, & exinde toti vico, *Stellarum* nomen indidit. Hoc tot inter bellorum turbines, tot incēdia & clades illæſum, à tot ſæculis Sereniſſimæ Anglorū Reginæ ac Martyris *Vrſulæ* regium conclaue non ſine miraculo etiamnum conſeruat oſtentatque. Eo inſigni cochlea ex lapide veterrimo conſcenditur, ſub cuius deſcenſu criptam conſpicari licet, quam vel ſacratiſſimæ Virgini proximum, qua tum Vrbis ſitus erat, è Rheno aditum in Oppidum præbuiſſe, vel certe exercitio diuini cultus deſeruiuiſſe facile crediderim, & quod mage mireris, cum antiquum ædificium temporum longinquitate fatiſceret, ac ruinam quod vetuſtate contingere ſolet, minitaretur; cubile hoc regium cum inferiore longè poſt gradum D
abſide, ſaluum omnino conſtitit, ac immotum. Clariſſima huius rei indicia ipſa præfert recentior ſtructura quæ vetus monumentum gremio ſuo cum ob Reginæ Martyris honorem tum venerandam antiquitatis memoriam, pro maiorum auitâ pietate, ſeu ſtellarum ſub nouo tecto fulgentiſſimum Cœlum lateritium licet ab omni iniuria vindicauit. Felix profecto domus quæ tantæ Virginis hoſpitio nobilitata, hoc nunc vel in poſteris nobilior claret, quo Vrſulani cubilis gloria, cæteris in vrbe ædibus præeminet. Illud certo conteſtor ab ipſis etiam fidei noſtræ hoſtibus hoc nomen decuſque maiorem ſemper famam obtinuiſſe. Ab illis Regia beatæ Vrſulæ cella cognomentum ſuum, in hanc horam maximo cum honore protexit, protegetque porro patrocinio cæleſti, ne religionis noſtræ ſacroſanctę Antagoniſtis in prædā cedat, digna reuera domus, dignior

A dignior crypta, digniſſima cella, merito diuino cultui conſecranda, vt quæ ſtellarũ titulos è cælo arceſſit, ſtellas in Vbijs, & hoc loco noua luce accendat. Ita demum ſiet vti fulget aurea trium in Principe D. Petri Pontificis æde Magorum Stella, ſic in Parochia Piſcatoris Vrſulana ſydera è domo ſtellarum in naufraganti hoc pelago, ne malorum mole ſubmergamur, ſuo de nomine fulgorem longe lateque diffundant. Votum hoc cœlites inter, Beatiſſima Regina Vrſula ſupremo ſaxit numini pio deſiderio noſtro complendum iugiter deferat, illud promoueat ſocialis Martyrum exercitus, qui in matrici Collegio in defenſionem celeberrimæ Vbiorum Metropolis vigilantiſſimè excubat.

B

§. III. Viri clari huius Parochiæ.

PRæfuerunt Parochiali huic S. Petri Eccleſiæ Paſtores Viri celebres doctrinæ, & vitæ integritate inſignes, qui laudabili zelo oues ſibi commiſſas Dei verbo & bonæ conuerſationis exemplo ad omnem pietatem inſtruxerunt. Plerique Sacræ Theologiæ Doctores extitere, ab annis prope ducentis, ex quibus nonnulli vel D. Ceciliæ, vel SS. Apoſtolorum in confinio Canonici floruerunt. Inter hos *Petrus Naſſarvius*, qui Eccleſię præſedit initio ſuperioris ſeculi, inſignem illam & conſpicuam ſacræ ædis ſtructuram promouit opitulantibus D.D. Ædilibus, alijſque pijs viris, qui veteri templo ex fundamẽtis diruto, nouum hoc ædificium abſoluerunt, eo tẽpore quo tota Germania ob ſeditioſum ruſticorum bellum & pernicioſam Lutheri hęreſin, grauiſſimis motibus concuſſa & tantum non euerſa fuit. Eximia certe & inter Parochiales totius Vrbis ornatiſſima, optimeque diſpoſita Eccleſia, ſiue loci ſitum & aëris penetrantis iucunditatem, ſiue fornicem & ſuperiorum appendicũ abſides conſideres, ipſa ſui amœnitate & populum allicit, & latiſſimam capacitatem gremio ſuo, & ſinuoſo ambitu præbet. Habuit olim Vicarias aliquot & beneficia ad alendos Dei miniſtros à maioribus piè fundata, præter illos reditus, ex quibus duo Sacellani & tertius qui chориſocij nomine gaudet alebantur. Ex his iniquitate & iniuria temporum, perijt Vicaria B. Virginis, & etiamnum in vſu viget Sanctæ Barbarę, cuius collatio ad Paſtorem loci ſpectat, à quo olim fundata eſt, reditibus in Villa *Sechten* Diœceſis Colonienſis, officio applicatis. *Noua ſtructura tẽpli.* C

D Turris huius Eccleſię noſtro ſeculo fulmine cœlitus tacta, ſacratiſſimo & maximè Venerab. Sacramẽto pia proceſſione Parochianorum per Reu. Dominum Ioannem *Bucholtzium* Sacellanum, cum ignis latè graſſaretur, & maiora damna portenderet, propius apportato, in vineam D. Ceciliæ facili negotio deiecta fuit, quam Reu. & Eximius Vir ac *D. Iacobus Hutterus Kempenſis* Metropolitanę Ædis & D. Cecilię Canonicus Paſtor huius Eccleſię reſtituit, multo celſiorem, magnis impendijs, quemadmodum hodieque id facile æſtimari à quoquam poterit. Fuit is admodum liberalis erga hanc domum Dei, cui rebus neceſſarijs ad cultum diuinum ſuo tem- *Turris fulmine tacta.*

pore commodè prouidit, id quod eius impreſſa inſignia in antipendijs & aliâ ſacrâ A
ſupellectile conteſtantur. Donauit illi moriens teſtamento expreſſos Thaleros imperiales mille pro conſeruando diuino cultu, qui tametſi propter communem vaſtitatem patriæ vſui adhuc dum non fuerint, illius tamen animi promptitudinem declarant. Paſtoratum tenuit annos quadraginta ſeptem integros, vir pietate & litteris excultiſſimus, annis nonaginta non inferior, cum è viuis in honoratiſſimo ſenio non ſine publico luctu excederet. Prædeceſſor illius *Reinerus Helremans*, è Belgio S. Theologiæ Licentiatus Orator eximius, facundiæ, & honeſtiſſimorum morum, laude conſpicuus, vidit rem in hac Eccleſia quæ digna eſt, vt ad poſteritatem propagetur. Inter Summum altare & Diui Pauli, hominem contractum, quem nulla medicorum vis, nulla remedia humanitus adiuncta, ſanitati reſtituere poterant, quippe cuius pedes antrorſum, femoribus increuerant, nec ſolo conſiſtere firmum, B
nec proreptare puſillum ſinebant, poſt factam exomologeſin, poſt ſacram perceptam Synaxin, vidit miraculosè adeo curatum, vt in eo vaticinium Euangelici Prophetæ fuerit completum, quo claudos inſtar Ceruorum prædixit ſaltaturos. Iſtud miraculum typis editum multis profuit, quod etiamnum languentium affixa ad hunc locum teſtimonia profitentur.

Claudus miraculo recepit greſſum.

§. IV. THESAVRVS SACER.

I. Eccleſia hæc habet Reliquias multas pleraſque ex Societate Vrſulana liberalitate vt ſupra dictum Collegij Cæciliani. C

II. Non paucas etiam quas Româ huc attuliſſe exiſtimatur Parochus *Petrus à Naſſaru*, quem ferunt in Eccleſiæ negotijs procurandis non ſimplice vice Sedem Apoſtolicam viſitaſſe, cuius indicium variæ litteræ Cardinalium ſigillis obſignatæ deſignant.

§. V. Fraternitates.

I. Tres in Eccleſia S. Petri Fraternitates ad exercendam pietatem colliguntur: quarum antiquiſſima fuit B. M. V. quæ modo Textorum eſt. D

II. Altera ſub S. Petri Apoſtolorum Principis patrocinio erecta frequentiſſimum populum complectitur.

III. Tertia primorum ciuium, titulo Venerabilis Sacramenti aggregatur. Bis in anno conſuetis proceſſionibus interſunt, & ſuo exemplo, cultus diuini augmentũ præſtant. Gaudent peculiaribus indulgentijs casque viuis æquè ac mortuis impertiri norunt. Officijs diſtinctæ ſunt, ac ex ſe legunt qui Præfectorum & Conſiliariorum ſiue vt vocant Aſſeſſorum munere defunguntur, nulla conuiuia peragunt, ſed omnia ad ſupremam Dei gloriam, & animarum ſalutem procurant, pro vt omnia

in Co-

A in Colonia Agrippinenſi ad modeſtiam & pietatem componuntur. Volupe eſt cō-ſpirari animorum harmoniam, & inueteratum pro retinenda fratrum concordia ſtudium, quod tanto zelo exercent, vt nulli deſit quicquam, qui in pietate & vera noſtrâ Religione Romanâ Catholicâ proficere volet.

§. VI. Feſta.

Præter ſolemnitates S. Petri Apoſt lorum Principis ſunt Dedicationis Eccleſiæ Dominica poſt exaltationem S Crucis, & Theophoriæ Parochialis Dominica infra octauam Venerabilis Sacramenti.

B

§. VII. Monumenta.

I. Inter huius Eccleſiæ imo Vrbis ſpectabiliora monumenta eſt maioris marmoreæ arę Tabula, S. Petri viuam effigiem exprimens donum *Euerhardi Iabachi* Senatoris Colonienſis diuitis, & artificiorum atque antiquitatum admiratoris & amatoris, ipſa vero pictura tabulæ, opus eſt clariſſimi Viri pictoris *Petri Pauli Rubeni* Vbij, qui noſtro æuo laudes & nomen Apellis non immerito ſibi artis præſtantia acquiſiuit, & hunc vti Colonia ferax eſt bonorum ingeniorum, in hac Parochia, orbi dedit domus hæreditaria Excellentiſſimi Domini Iodoci Maximiliani Comitis in C Gronsfeldt, ſita è Regione hoſpitij S. Vrſulæ, quam nuper Archiepiſcopus Mogūtinus inhabitauit exul, & in qua Sereniſſima Maria Medicæa Galliarum Regina extremam vitæ periodum ſanctiſſimè peregit & clauſit.

Vbiorum Apelles.

NB. In domo tribunicia pellionum vulgo *der Bundvvercker Zunfft* ſpectantur artificioſiſſimæ picturæ Arnoldi Colini, & Ioannis Acheni, artis miracula, & huiuſmodi monumentis viſu dignis plena eſt Colonia

II. Epitaphium Generoſi D. Conſtantini à Liskirchen.

Auitæ fidei Cultoris conſtantiſſimi, & ſacelli S. Crucis in Eccleſia Parochiali D. Petri Fundatoris munificētiſſimi, ex illis generoſiſſimis Romanorum Tribubus quę Agrippinam venêre, oriundi, per Laurentium Londenſem eiuſdem Sacellanum D gratitudinis ergô confectum.

Quis cubat hic, fors ſcire cupis, quo ſanguine cretus,
Cuius & impenſis iſta ſacella vigent.
Sum Conſtantinus, Conſtantino Patre natus
Cognomen Liskirch nobile Roma dedit.
Stemmate, me, claro dignos perdiſcere mores
Et ſuperum cultus, compulit vſque pater.
Quina mihi fauſto compleram ſydere luſtra,
Coniuncta eſt thalamis ſum Catharina meis.



Quæ

Quæ me filiolo fecit veneranda parentem,
Anniculum mihi quem ſuſtulit atra dies. A
Diuino inſtructus ſtruxi hæc altaria flatu
Quorum ſub cripta membra ſepulta iacent.
Dum donis Rheniturrita Colonia gaudet,
Et tria viſuntur corpora Sancta Magûm
Hoc opus extabit multis è millibus vnum
Vita quod celebret numina Summa Dei
Dum mihi Neſtoreos ſperabam ſcilicet annos,
Iniecit ſæuas en mihi parca manus.
Quid mihi opes? quid forma decens ſplendorq́, decusq́, (B
En periire ſed hæc condita ſacra manent.
Mensq́, panomphæi conſcendens aſtra tonantis
Iam fruitur veris accumulata bonis
Quod vici, tibi reſtat iter te accinge viator.
Quum minime veris, mortis inibis iter.

III. In tabula iuxta aram S. Annæ ſpectabilis eſt fœcunditas quippe ex vno Matrimonio Triginta recenſentur proles.

IV. Muro Eccleſiæ ad meridiem in cæmiterio inſertum eſt marmoris antiqui fruſtum. C

::ꟻ IMPERATORIBVS NOST::
::SIO FL. ARCADIO FIL EVGENIO::
::T CONLAPSAM IVSSV VIRI CL::
::STIS COMITIS T INSTANTIA VC::
::MITIS DOMESTICORVM ET::
::GVS EX INTEGRO OPERE FACIVN::
::IT MAGISTER PR ÆLIVS::

SYNTAGMA XXII.

Parochialis B. M. V. in littore. D

§. I. Antiquitas & ſtatus huius Eccleſiæ.

Antiquitas Eccleſiæ B. M. V.

INcunabula Eccleſiæ B. M. Virginis in littore, videntur ſpectare ad tempora *S. Materni I.* Vbiorum Antiſtitis, cuius opus ab aliquibus creditur, præſertim vetus eccleſiola nunc ſubterranea ſpecus ſeu cripta, S. Materni cella nuncupata, in qua referunt funus Beati Confeſſoris depoſitum, cum cógregati ex tribus Vrbibus diſcipuli

A diſcipuli eius diuinâ reuelatione iuſſi ſunt, aquæ miraculoſo arbitrio dirimere litem ortam de Sancti corporis pignore poſſidendo, tradunt namque nauiculam cum ſandapila aduerſo Rheno ſponte aſcendiſſe ad quinque circiter millia paſſuum in locum vbi eius rei perpetuæ recordationi ſtructa eccleſia, luctus Vbiorum dicta, nunc *Rodekirchen*. Ibidem ſancti Viri inteſtina recondita fuerunt. Erat locus hic illo tempore ſuburbanus in amnis ripa ita ſitus, vt curioſus viator facilè perſpiciat rei geſtæ traditionem, & loci commoditatem quam optimè congruere maiorum noſtrorum fidei & relationibus. Eadem eccleſia hæc Liskirchen, & ab antiquioribus Liſolphi atque S. Liſolphi eccleſia appellatur, etſi vero non multum abludat in vita S. Norberti cuiuſdam *Lidolphi* eremicolæ nomen, Sancti *Liſolphi* tamen B hactenus nullum reperio veſtigium: ſuſpicor autem inhæſiſſe nomen templo ab illuſtri aliquo heroe ex clariſſima ſtirpe cuius *lib. 2 Syntag. 23. pag.* 177. memini nomine *Liskirchiorum* & Liſolueskirchiorum, quorum vetus munificentia eſt in hanc ſuam baſilicam, quæ in fundatione Collegij S. Georgij anno 1067. à S. Annone deſcribitur *S. Mariæ in Noithuſen, in ſuburbio ciuitatis Colonienſis, iuxta ripam Rheni ſita, cum banno & cum iuſtitia ſynodali, & ſeculari, vna cum ſubiecta ſibi villa, & omnibus ſuis iuſtitiis, areis, ſoluendis, vigilijs, & operibus, & omnibus omnino vtilitatibus quibus nos vſi ſumus &c.* Nomen *Noithuſen* quod anguſtiæ domum, vel aſylum ſignificat; credo impoſitum à refugientibus ad illam eccleſiam in magnis anguſtijs, ſicuti in agro Iuliacenſi à peregrinantibus *Noitberg*, id eſt Mons anguſtiæ ſeu confugij dici meruit, tam C eccleſia quam pagus ei adiunctus; & ſanè diu celebris hîc eſt cultus Diuæ Virginis doloroſæ, ſupra eccleſiæ limen enim hæc extat inſcriptio antiqua

In ea depoſitum funus S. Materni & Synodus Christianorum.

Stirps Liskirchia.

Eccleſia dicitur domus refugij.

Se dolet hoc titulo ſtratam rabies inimica.

Vnitus eſt parochiali Eccleſiæ B. M. Virginis Canonicatus Eccleſiæ S. Georgij, & à Præpoſituræ extinctione, nominatio & inſtitutio curionis pleno iure ab eodem Collegio obtinetur.

Ius Patronatus.

D
§. II. THESAVRVS SACER B. M. Virginis in Littore.

I. Pollex *S. Materni* Proto Epiſcopi Vbiorum & Confeſſoris.

II. In capſula plumbea, coſta, mentum, aliæque ſpectabiles Reliquiæ, ſicuti ex vetuſta ara erutæ ſunt, cum corroſis pergameneis teſtimonijs indicantibus eas eſſe, *S. Bartholomæi* & *S. Barbaræ*.

III. In argentea Hierotheca Reliquiæ *S. Hippolyti* & de SS. 11000. *Virg. & Mart.*

IV. In ſimili argentea Hierotheca Reliquiæ *de locis ſacris*.

V. Plurimæ Reliquiæ de Societate 11000 *Britannarum* Virgg. Mart.

A

§. III. Fraternitates.

I. Anno Chriſti 1358. Parochus B.M.V.ex munificentia Nobilis Matronæ *Timothee de Cuſino* inchoauit Fraternitatem B.M.Virginis,& inſtituit quot hebdomadibus intereſſe Fratres & Sorores officio diuino vigiliarum, Miſſæ, & commendationis pro defunctis per quatuor Sacerdotes recitando, tum quot menſibus ſpeciali Sacrificio in honorem B M.V.pro fratribus hac vita functis.

II. Fraternitas S.Nicolai quæ appellatur de magno cereo, quia cum offerre & perpetuum lumen Deo fouere conſueuit.

B

§. IV. Feſta.

I. B.Mariæ Virginis feſta omnia & ſingulariter eiuſdem doloroſæ ſiue compatientis Filio cruci affixo.

II. & III. S. Materni 13.Septemb. & S.Crucis 14.eiuſdem menſis,quo die theophoria hîc celebratur.& commemoratio Compaſſionis B.M.V.

IV. Dedicationis Eccleſiæ anniuerſaria ſolemnitas Dominica poſt feſtum Circumciſionis quæ eſt prima noui anni.

V. Parochialis Theophoriæ die Venerabilis Sacramenti.

C

§. V. Monumentum.

Præcipuum huius Eccleſiæ monumentum & ornamentum inter excellentiora artis pictoriæ opera,eſt tabula repræſentans Diuam Virginem doloroſam cum Saluatore noſtro in ſinum ex cruce depoſito, & aſtantes B.Mariam Magdalenam & S.Ioannem Apoſtolum;huius ſpectandæ cauſa artis cultores ſolent accedere eccleſiam,ea donata eſt à *Iobelino Schmitzgen* Senatore Agrippinenſi Anno 1524.

SYNTAGMA XXIII.

D

VII. Parochialis S. LVPI.

§. I. De antiquitate & ſtatu Eccleſiæ.

S. Lupus Tricaſſinus.

S LVPI in Gallia Trecenſis per quinquaginta duos annos Epiſcopi Anno Æræ Chriſtianæ 479.in cœlum tranſlati,Eccleſia parochialis eſt Coloniæ,illud ſuburbium,

A urbium,iuxta veterem ciuitatem complectens Spirituali territorio, quod æſtiuo portui imminet, An vero Sanctus Lupus Coloniæ fuerit incertum eſt, ad Rhenum tamen abductum fuiſſe *a feroce Attila fidem S. Viri altiore ſenſu ſuſpiciente pro ſua exercituque ſui ſalute & incolumitate:*] hiſtoria vitæ S. Lupi cap. IV. loquitur. Attila enim etſi immanis barbarus, S.Lupum tamen coluit, qui ei Trecenſem Vrbem expugnaturo occurrens dicentique: *Ego ſum Attila Hunnorum Rex flagellum Dei, ingemiſcens reſpondit, Et ego Lupus Vaſtator gregis mei, dignus flagello eius: & quis mortalium flagello Dei mei reſiſtet quo minus in omnes quos volet ſæuiat? veni igitur vt dicis flagellum Dei mei, quolibet proficiſcare, omnia tibi; vt Dei miniſtro, me non repugnante patebunt:*] Eâ humiliate & ſub manum diuinam promptitudine commota ſunt ad veB nerationem viſcera Tyranni, & refertur Attilam iactare ſolitum ſe toto orbe nullius expauiſſe aſpectum, niſi duorum animalium, *Lupi* videlicet huius Trecenſis Epiſcopi & *Leonis* Sanctiſſimi Papæ.

S. Lupus fuit apud Rhenum.

Cæterum memoria initij huius Parochiæ omnem monumentorum quæ vidi notitiam excedit, ipſaque in conſeſſu publico præfertur Eccleſijs S.Iacobi, & S.Ioannis Baptiſtæ, quarum commemoratio in archiuis vetus eſt, vt proinde exordia templi adſcribenda videantur temporibus Sancti Cuniberti, qui ſub titulo & patrocinio *S. Lupi* inſtituit Coloniæ Sodalitium duodecim pauperum lugentium, quibus pro Eleemoſynarum ſtipendio iniunctum vt Epiſcoporum cadauera, donec humo mandarentur, religioſis munirent vigilijs, *feretro ſex talentorū* (quæ verC ba diplomatis S.Cuniberti, ad totidem pondo ſunt trahenda) *cereum apponerent* Dominicis Eſurialibusque Quadragenarijs diebus in defunctorum ſubſidium *diuinis in Monaſterio S.Petri* (eſt Metropolitanę veteris & modernę titulus) *intereſſent Sacrificijs*, hęc S. Lupi Sodalitas hodiedum ſuis, vel ſubſtitutorum ciuium humeris effert funera Canonicorum Maioris Eccleſiæ, cum cęterorum omnium Fratres Alexiani portent. Translata eſt poſtea Sodalitas S. Lupi in Sacellum Diui Huberti, vbi nunc Collegium Patrum Societatis Iesv in propinquo extructum eſt (& vnam ê vetuſtis ędibus ſuis S.Huberti domum hodieque appellat) regimen Fratrum S.Lupi penes parochum S Ioannis in Curia, migrauit.

Antiquitas Eccleſiæ S. Lupi.

Sodalitas S.Lupi.

D At ius patronatus Eccleſię S. Lupi annexum eſt Præpoſituræ S. Cuniberti. Inuenitur vero de reſtaurationibus Eccleſiæ S. Lupi aliquid ſub tempora *Conradi de Hochſteden Archiepiſcopi* Colonienſis, nam nouo maiori altari, nouas cum veteribus quaſdam Reliquias incluſit Semigallenſis ex Pruſſia Epiſcopus, operam ſuffraganeam Coloniæ impendens, vnde hæc inſcriptio.

Anno Dominicæ incarnationis milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo in Vigilia SS.Coſmæ & Damiani dedicatum eſt altare Summum in Eccleſia S. Lupi Epiſcopi â venerabili Viro Arnoldo Semigalliæ Epiſcopo, promouente hoc Domino Conſtantino huius Eccleſiæ plebano. Continentur autem in altari hæ Reliquiæ: S. Lupi Epiſcopi. de Præſepi Domini. SS. Timothei & Simpliciani. Duorum Evvaldorum Martyrum. Stephani Papæ & Martyris. Blaſij Epiſcopi & Martyris. Cuniberti Epiſcopi. Dens Oſvvaldi Regis. De capillis S.Elizabeth. De

Ann. 1257.

NB. Balderico.

oſſibus vndecim millium Virginum. Ab hinc centum & quadraginta circiter euolutis annis denuo renouata eſt S. Lupi Eccleſia, nam de Euerhardo Sebaſtienſi Epiſcopo, qui viuere deſijt. Anno 1392. hæc tradunt PP. Prædicatorum tabularia. A

Anno 1392. *Admodum Reuerendus & Venerabilis D. Frater Euerhardus de VVeſterheim Nobilis genere, Epiſcopus Eccleſiæ Sebaſtienſis & Vicarius in Pontificalibus, Reuerendiſſimi Præſulis Archiepiſcopi Friderici, cuius tempore quoddam dignæ animaduerſionis exemplum in eos contigit, qui diuina Sacramenta temerare audaciſſimè non verentur, dignum, quod Religionis & iuſtitiæ cuſtodes æmulentur. Euerhardus præfatus Epiſcopus, cum Coloniæ Eccleſiam S. LVPI nouiter reparatam conſecraſſet circa feſtum S. Catharinæ Virginis & Martyris, ac deinde Sacramentum confirmationis ibidem conferret, inſolentes quidam & ſacrilegi diuinorum temeratores in vicinia impiorum Concilio congregati, vnum ex ipſis vecti alicui impoſuerunt quem ad Sacramenti... in dictam Eccleſiam detulerunt, & in præſentia Epiſcopi illum ſtatuerunt, importune inſtantes, vt ruſticum taliter deportatum confirmaret. At vero Vir pius & zelo religionis inflammatus iniuriam æquo animo ſuſtinere non poterat, nec debebat ideoque iuramento conteſtabatur, ſe Epiſcopalibus functionibus nolle de cætero operam dare, niſi iuſto ſupplicio in huiuſmodi ſacrilegos deriſores animaduerſum fuiſſet. Vnde mox cauſa in iudicio cognita, tres illorum ferro candenti in maxilla fuerunt concremati & exuſti, & quartus qui primas nequitiæ tenuerat, capite plexus eſt.* B

Anno 1399. Anno Chriſti 1399. continuata eſt Eccleſiæ S. Lupi reſtauratio, per ſpectabilem & pium ciuem *VVilhelmum de Herne* ædificatorem nouæ turris & Sacriſtiæ, impenſa ſex millium aureorum. C

§. II. THESAVRVS SACER Eccleſiæ S. Lupi.

I. Integrum cranium *S. Theodorici* Martyris & militis è Societate S. Gereonis.

II. Hierothecâ argentea cum Reliquijs *SS. Matthæi, & Bartholomæi* Apoſtolorum, *SS. Eraſmi, Ioannis, & Pauli* Martyrum, *Petri* Epiſcopi. *Martini* Epiſcopi, *Thomæ* Archiepiſcopi, *Ioannis* Epiſcopi, *Seruatij, Cuniberti, VVilhelmi, SS. Coſmæ & Damiani, Iulianæ, Chriſtophori, Cypriani, Alexij, Hippolyti, Achatij, Georgij Ægidij, Pancratij, Quirini,* & aliorum Martyrum. D

III. Hierotheca argentea cum Reliquijs *SS. Iacobi, Laurentij, Matthæi, Fabiani, Sebaſtiani, Achatij, Clementis, Ægidij* Abbatis, de oleo *S. Catharinæ, S. Barbaræ, Scholaſticæ, Iulianæ, Gertrudis, Kiliani* & aliorum.

IV. Complures Reliquiæ ex Societatæ Vrſulanâ.

§. III. Feſta.

A

§. III. Feſta.

I. Patronalia *S. Lupi Trecaßini* Epiſcopi & Apoſtoli Angliæ peraguntur 29. Iulij, ſi is dies incidat in dominicam, alioquin pro maiore ſolemnitate proceſſionis in proximam dominicam transferuntur, & præferuntur venerabili Euchariſtiæ ſtatuæ B.M. Virginis, S.Lupi, & S. Rochi, Hinc patet errare antiquiſſimam deſcriptionem Eccleſiarum Colonienſium, quæ dicit patronum eſſe Sanctum Lupum Senonenſem paſſum Anno Chriſti CCX. huius enim feſtiuitas incidit non in Iulium ſed primam Februarij.

B II. Non minus Solenniter peragit ibidem 19. Martij. Feſtum S.Ioſephi Nutritij Redemptoris noſtri.

III. Feſtum anniuerſariæ dedicationis agitur cum Metropolitana, dominica proxima poſt feſtum SS Coſmæ & Damiani, & congruit conſecrationi factæ An.1257. ſupra commemoratæ.

IV. Manuſcriptum antiquum Sacrarium dicit Dedicationis anniuerſarium celebrari dominica antecedente diem S Catharinæ, & hoc congruit conſecrationi commemoratæ quam peregit Euerhardus Epiſcopus Sebaſtienſis.

C §. IV. Fraternitas.

In eadem Eccleſia Anno 1515. erecta eſt tam virorum quam mulierum fraternitas, ſub titulo S.Ioſephi Nutritij Saluatoris noſtri & ſponſi Deiparæ, confirmataq; tunc per *Philippum de Duna Archiepiſcopum* Colonienſem, Et vt eadem Fraternitas magis efflореſceret, piè ordinatũ eſt ab eodem Præſule quod ipſa Dominica Lætare in dicta Eccleſia feſtum S. Ioſephi Solenniter cum decantatione horarum & Sacrificij peragi, & perpetuis futuris temporibus pro maiore populi deuotione exaltanda Sacramentalis Proceſſio, cum deportatione ſtatuarum Beatiſs. Virginis Et S.Ioſephi ſeruari deberet, prout adhuc hodierno tempore Proceſſio illa cum maxi-
D mo populi accurſu ſingulis annis ſeruatur.

SYNTAGMA XXIV.

S. IACOBI Parochialis.

§. I. De vetuſtate & ſtatu Templi.

TEmporibus S. Cuniberti Archiepiſcopi Colonienſis, & Dagoberti Regis, Anno Chriſti 641. Incolæ ſuburbij meridionalis ante portam Agrippinenſem, eme- *Anno 641. S. Cunibertus.*

emerunt prædium in quo Agricolæ, vinitores, & nautæ conſtruxerunt oratorium Diuo Iacobo per S. Cunibertum dedicatum, adiuncta deinde eſt clula ſeu eremitorium pro ſolitarijs clericis, demum cum S. Anno præeſſet Vbijs, ille pro S. Cæſarij ſacello S. Georgij Collegiatã ſtruxit, & in Oratoriũ S. Iacobi, iam Parochialẽ eccleſiã Reliquias diui Cæſarij Roma allatas intulit, auctamq; eccleſiã in S. Iacobi honorem denuo conſecrauit. Hæc ex tabularijs Eccleſiarum modo tamen S. Cæſarij Reliquiæ ſunt pœnes Collegium S. Georgij. Quomodo autem in dedicatione templi S. Iacobi, per B. Annonem, noxium incendium miraculosè bis reſtinctum ſit, commemorat Hiſtoria vitæ S. Annonis *lib. 1. cap. 34.* apud Surium, floruit Anno 1188. in hac eccleſia Euerardus Parochus ſacerdos ſanctus & religioſus, cuius eleemoſynas, virtutes, & reuelationes deſcribit Cæſarius Heiſterbacenſis & ego commemoraturus ſum lib. 4. 16. Decemb. Ius patronatus eccleſiæ ante duo vel tria ſæcula ſic conſtitutum eſt, vt Collegium intra menſem aliquos communitati nominet, qui ſi minus idonei ſint, poteſt communitas ciuium contra perſonas excipere, & conceditur Collegio alter menſis pro noua nominatione, qua iterum euanida, ciues poſſint eligere quem Collegio præſentent inueſtiendum.

Opus S. Annonis.

A

B

§. II. THESAVRVS SACER Parochialis S. Iacobi.

C

I. Reliquiæ S. Iacobi, S. Petri, S. Pauli.
II. Brachium S. Blaſij (3. Februarij.)
III. Brachium S. Medardi. (8 Iunij.)
IV. Coſta S. Stephani Protomartyris (26. Decemb.)
V. Brachium S. Laurentij. (10. Auguſti.)

§. III.

Per Vetuſta hic eſt Fraternitas B. M. V. & S. Iacobi Apoſtoli, quæ in Theophoria Parochiali ſolemniter cum Patronorum ſtatuis procedit.

D

§. IV. Feſta.

I. Dedicationis anniuerſaria feſtiuitas Feria 2. Penthecoſtes.
II. S. Blaſij 3. Febr.
III. S Medardi 8. Iunij.
IV. S. Iacobi 25. Iulij.
V. Theophoria Parochialis Dominica I. Poſt Trinit:

SYN-

A

SYNTAGMA XXV.

Eccleſia Parochialis S. Ioannis Baptiſtæ.

§. I. De vetuſtate & ſtatu Eccleſiæ.

PArochialis eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ plura antiquitatis habet argumenta, & B meminit illius *VVichfridus Colonienſis Archiepiſcopus* in Seueriniani archiui diplomate ſub annum Chriſti 948.

Sub finem duodecimi ſæculi Chriſtiani, *Philippus I. eius nominis Archiepiſcopus Colonienſis*, gente Heinſbergicus, qui eccleſiam S. Ioannis Baptiſtæ mœnibus amplificatæ vrbis concluſit, eandem noua conſecratione dedicaſſe reperitur. Decimi tertij Chriſtiani ſæculi anno primo, id eſt anno 1201. *Ludolphus eiuſdem Eccleſiæ Paſtor*, per annos nouem multa ſedulitate quamplurimas collegit Reliquias, & illis vſque ad annum 1209. cumulauit ornauitque domum Dei, quam ædificijs auctiorem ſecuto anno 1610 tertio Idus Nouembris *Theodoricus I. gente Heinsbergicus Vbiorum Antiſtes* dedicauit, eius dedicationis annuam memoriam celebrant dominica proxima Feſto S. Martini, ne minuant deuotionem populi recolentis eodem die in matre Eccleſia C S. Seuerini dedicationem.

Ius patronatus ſic habent à morte parochi, intra decendium, IIII. viri à communitate electi hi duos Preſbyteros præſentant Præpoſito S. Seuerini, qui alterutrum parochia donat, aut ſi fatalis periodus decem dierum negligatur de alio quem eligere placuerit, proſpicit eccleſiæ.

§. II. THESAVRVS SACER Eccleſiæ Parochialis S. Ioannis Baptiſtæ.

D

I. *S. Antonina* Virgo & Martyr ex Societate SS. Vndecies mille Virginum cum ſex (vel vti in antiqua tabula legi, cum ſeptem) alijs eiuſdem Sodalitatis Virginibus, in hac eccleſia reconditur: harum nomina nunquam expungendus vitæ perpetuæ complectitur liber, Illa vero Beata Antonina cognito imploratur nomine, & deaurato incluſa portatili loculo, die feſto translationis qui incidit in decimum quartum Kal. Februarij & Feria 2. Penthecoſtes, cum ſupplicatione per Parochiam deportatur, multiſque claret diuinis beneficijs, præſertim impetratis contra febres. Eſt B. Antoninæ & Sociarum præclarus manipulus Virginum veneratione quoq; *19. Ianuarij*

dignif-

digniſſimus, propter ſuauiſſimum quem exhalant odorem, & quod carne cuteque A
multum illæſa ſpectentur corpora præferentia martyrij plagas.

II. Dens *S. Ioannis Baptiſtæ* cum Reliquijs de capite, & alijs eiuſdem.

III. Dens integer & alius dimidius *S. Nicolai Epiſcopi.*

IV. Panniculus in quem ſanguis de corpore Chriſti copioſè effuſus inſinuatur. Lego etiam in tabula eccleſiæ duobus altaribus corpus Chriſti cum alijs Reliquijs fuiſſe impoſitum.

V. Innumerabiles notabilesq; aliæ Reliquiæ in Eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ conſeruantur, quarum catalogum contexit vetus ſuſpenſa tabula. B

§. III. Feſta Parochialis Eccleſiæ S. Ioannis Baptiſtæ.

I. Idus Ianuarij feſtum translationis S. Antoninæ & Sociarum Virginum.

II. Feria tertia Pentecoſtes S. Antoninæ Sodalitij & in feſto Corporis Chriſti Parochialis Theophoriæ.

III. 24. Iunij Natiuitas S. Ioannis Baptiſtæ.

IV. 29. Auguſti decollatio S. Ioannis Baptiſtæ.

V. Dominica proxima S. Martini feſto dedicatio Eccleſiæ.

VI. 10. Febr. S. Scholaſticæ } Hæc Feſta ſolemniter. C
VII. 21. Martij S. Benedicti } curantur ab incluſis.
VIII. 11. Iulij S. Benedicti } Benedictinis virginibus.

§. IV. Fraternitates Parochialis Eccleſiæ S. Ioannis Baptiſtæ.

8. Septemb. I. B. M. Virginis populoſa vtriuſque ſexus Sodalitas; congregatur annue in Feſto SS. Trinitatis, & ſolemniter ſupplicatum procedit in feſto Natiuitatis D B. M. Virginis.

II. Sancti Seueri titulo Fraternitas Textorum lanæ Anno 1300. propriam campanam S. Antoninæ vocabulo habuerunt, quæ paulo poſt eiſdem ablata eſt propter ciuiles tumultus, qui illa vocante ab opificibus contra Patritios ciebantur, & nunc alia ibidem eſt campana S. Antoninæ fuſa Anno 1400.

III. Sodalitas S. Antoninæ vtriuſque ſexus adoleſcentibus propria: manent tamen inſcripti poſt nuptias. In feſto S. Antoninæ 19. Ianuarij, & feria ſecunda poſt pentecoſtem conſcribuntur. Omnes tres autem fraternitates congregantur in feſto Corporis Chriſti ad Parochialem theophoriam.

§. V. Mo-

A

§. V. Monumenta Parochialis Eccleſiæ S. Ioannis Baptiſtæ.

I. Sacellum S. Annæ marmoribus fulgens, clara exhibet monumenta Patritiæ familiæ *Beivveghiorum*, & primum conditorem agnoſcit *Marcum à Beivvegh* inclytæ Colonienſis Reip. olim Conſulem.

II. Ara Venerabili Sacramento dicata, in Sacello familiæ conſularis *de Segen*, in eo enim nobilis huius familiæ ſepultura eſt, & inprimis reconduntur hic tres excel-
B lentiſſimi viri prænomine *Arnoldi*, *cognomine à Segen*, quorum primus Eques & Conſiliarius Cæſ. Maieſtatis & Conſul Colonienſis, alter Senator, tertius denuo Colonienſis Conſul. omnes benefactores Prouiſores, & Ædiles Eccleſiæ S. Ioannis Baptiſtæ.

SYNTAGMA XXVI.

Parochialis B. M. V. ad Indulgentias.

C

§. I. De vetuſtate & ſtatu Templi.

B. M. Virginis Parochialis eccleſia Vulgo *ad Indulgentias* dicitur. Cæſarius Heiſterbacenſis lib. 6. miraculorum cap. v. appellat *Eccleſiam Beatæ Dei genitricis Mariæ; Vbi Epiſcopis in die Palmarum conſuetudinis eſt populo facere Indulgentiam:*] Sed in archiuis antiquioribus ex Literis Wichfridi dicitur *B. M. Virginis, & B. Deſiderij in vallo*. Siue quia vallo adiacet, ſiue quia in colliculo quaſi in aggere & vallo conſtru-
D cta eſt, & prope eccleſiam habitauit familia *à Vallo* dicta, cuius memini *lib. 2. Syntag.* 19. pag. 171. Quod igitur *S. Henrico* Claudo ſtructuram tribuant, ex traditione maiorum, intelligendum eſt, vti illa modo exſtat, & colliculum quadratum ſeu aggerem muro ſeptum occupat, cuius reſtaurator potuit S. Henricus Cæſar fuiſſe, vnde iuxta aram S. Annæ eiuſdem Sancti Imperatoris inaurata ſtatua ſpectatur, dextra ſuſtentans huius eccleſiæ Imaginem, ſiniſtra Imperij orbem, qui etiam inter patronos eccleſiæ colitur.

Ius Patronatus habent Reuerenda & Generoſa Domina Abbatiſſa & Capitulum SS. Virginum, à quibus Parochus præſentatur Domino Decano Maioris eccleſiæ Colonienſis vti Archidiacono Chriſtianitatis Noueſienſis, & conſueuit Parochus ad Noueſienſem Synodum euocari, & habet filialem vti appellant eccle-

ſiam in *Oſſendorff* pago ſuburbano, cuius ſubditi Coloniæ apud templum Indulgentiarum Baptiſterium reliquumque Ius parochiale habent & municipes Vrbis Colonienſis cenſeri prætendunt. A

Sacellum B.M.V. Adhæret eccleſiæ Sanctum Sacellum, quod ob frequentem concurſum populi, exigua in capacitate, fas eſt B. M. V. *Lauretum Colonienſe* appellare. Originem pietatis tribuunt valido & nobili viro *Brunoni de Mauuenheim* (vide lib. 2. Syntag. 28. ſupra fol. 88. de eâ familia:) traditur is ante annos quadringentos in Hyeroſolymitana peregrinatione, prope Syracuſas captus, voto Deiparæ honorandæ emiſſo, ab ea apparente vinculis ereptus, hic compedes appendiſſe, Vbi B. M. Virgo ſuam, in qua viſa erat, imaginem parieti miraculosè impreſſit.

Albertus Kinetius Carthuſianus etiam ante annos ducentos in Referendario exemplorum MS. commemorat, duo miracula quæ contigerunt hoc loco ad imaginem B. M. V. ſub dio, antequam Sacellum erigeretur *Retulit*, inquit, *nobis vnus Sacerdotum ordinis Carthuſienſis Coloniæ miraculum, quod in ciuitate ipſa contigit circa annum Domini* 1427. *in perſona quam optimè nouerat & ſæpiſſime viderat. Aiebat enim eſſe Coloniæ Eccleſiam, quæ dicitur Maria ad Indulgentias ſiue Indulgentiarum, in cuius pariete forinſecus eſt depicta imago Beatæ Virginis & ante imaginem iſtam ſunt plura ſcabella, vt poſſint illi qui volunt flexis genibus adorare. Quadam vero die veniſſe illuc quendam iuuenem contractũ ac paraliticum, qui flexũ genibus adorans ibidem preces fudit, cumq; ſurgere deberet, non poterat fulcra ſua in quibus aduenerat de loco in quo ſtabat mouere. & ideo tentabat, an poſſet ſine fulcris ambulare Itaq; ſanus ambulauit & inuenit ſe ex toto curatum, Hoc porro vulgatum mox fuit per totam Ciuitatem.* B (An. 1427.) C

Accidit præterea, vt quidam ab hoſtibus captus, ductus ſit ad caſtrum quoddam munitiſſimum ſitum circa fluuium qui dicitur die VVuppar, inter fines territorij Colonienſis & Montenſis, cumq; ibi teneretur in vinculis, & recordaretur miraculi iſtius prædicti, Vouit B. Virg. Mariæ, quod neſcio quid offerret in eadem Eccleſia, & ſtatim ſoluta ſunt vincula eius, quibus aſſumptis fugam inijt & Coloniam veniens Vincula ſua ante dictam imaginem ſuſpendit, omnibusq; gratiam, quam conſecutus fuerat prædicauit. At Dominus caſtri audiens eum Vincula ſua Coloniæ ſuſpendiſſe, putabat ſe bonam accepiſſe occaſionem ad prædas exercendas & rapinas, ſcripſitque ciuitati Colonienſi vt reſtitueret ſibi Vincula ſua. At illi renunciant eidẽ quod ſi aliqua haberent quæ ſua eſſe diceret veniret ſi vellet & tolleret. Ad quod ille indignatus, fecit ſibi ſcribi literas diffidationis Colonienſibus mittendas, ſed ecce antequam lator literarum Caſtrum exiſſet, tactus Dominus Caſtri paralyſi & grauiſſima plaga Dei, ita vt reuocato nuncio votum Domino voueret, quod ſi ſanaretur, cum duodecim ſeruis ſuis candelas & oblationes Beatiſſimæ Virgini offerret, moxq; ſanatus fuit & votum ſuum fideliter adimpleuit.] D

§. II. THESAVRVS SACER

Reliquiaria multa & referta præſertim Lipſanis 11000 Virginum habet eccleſia; deſignat etiam P. Winheimius in Sacrario Pollicem S. Materni I. Vbiorũ Antiſtitis.

§. IV.

A
§. III. Feſta.

I. Parochialis Theophoria in feſto Venerabilis Sacramenti & comitantur Collegium S. Vrſulæ & Monaſterium PP. Prædicatorum.
II. Omnia Feſta B. M. Virginis imprimis Aſſumptionis B. M. V.
III. S. Henrici Claudi Imperatoris Reſtauratoris huius Eccleſiæ.
IV. S. Chriſtinæ Virginis & Martyris 24. Iulij.
V. Dedicationis Eccleſiæ Dominica poſt Aſſumptionis B. M. V.

§. IV. Monumenta B. M. V. ad Indulgentias.

B Habet eccleſia B. M. V. Indulgentiarum duo cœmiteria muris incluſa, quorum illud quod orienti poſt chorum eccleſiæ obiacet, Virginum appellatur, & ſpectabilibus mauſolæis repletur; cum enim pœnes eccleſiam vndecies mille Virginum nulli ſepultura concedatur, conſueuerunt Illuſtres Abbatiſſas & Domicellas Collegij Vrſulani hic terræ mandare.

SYNTAGMA XXVII.

Parochialis S. PAVLI.

C

§. I. De Antiquitate & ſtatu Eccleſiæ.

VBi conſurgit Parochialis Eccleſia *S. Pauli* certum habetur inſtitutam fuiſſe parœciam à *S. Materno* primo Archiepiſcopo Colonienſi, qui hoc loco domicilium fixit, & ad Chriſti ouile collegit animas. Sed non æque apertum eſt quo is loco ædem eam collocarit aut quo deinceps tranſlata ſit. Vbi enim nunc eccleſia S. Pauli eſt, conſtat olim nullam fuiſſe Sacram domum, ſed ſtabulum: deinde *VVarinum Archiepiſcopum* ædicaſſe ſacellum, in quod Parochialis cura immigrauit cum Sacramentorum adminiſtrandorum iure per ſuburbium & plebem à Materno D primitus exculta. Hæc de origine & territorio ſpirituali. Ius Patronatus eccleſiæ eſt penes Decanum & Collegium inſignis & vetuſtiſſimæ Baſilicæ S. Andreæ, quorum munificentia & Apoſtolica authoritate vnita eſt menſæ paſtorali vicaria S. Michaelis Archangeli.

§. II. THESAVRVS SACER.
Parochialis Paulinæ.

I. In Hierotheca particulæ de *S. Nicolao* Epiſc. de S. Maria *Magdalena*, de *S. Dorothea*

de S. *Matthæo* Euangeliſta, de *S.Cæcilia*, de *S.Achatio*, de *S.Germano* Epiſcopo, de lacte A
B.Mariæ Virginis, de *S.Coſma*. de *S. Damiano*, de *S.Laurentio*, de capite *S.Margaritæ*, diuerſæ particulæ de 11000. *Virginibus, &c.*

II. Hierotheca eburnea argento reuincta continet inſignem partem Cranij S. ACHATII (*22. Iunij*) tum quædam oſſicula de *decem millibus* SS. MM. Item de *Sepulchro B.M.V.* de *S. Agatha*, de CRVCE Dominj, de *S.Vincentio*, de *S.Ioanne Baptiſta*.

III. In Reliquiario iuxta altare S.Annæ, de *Columna* ad quam Chriſtus flagellatus eſt, de *S.Petro*, de *S.Paulo*, de *Præſepe* Domini, de Monte *Oliueti*, & loco in quo Chriſtus ad cœlum aſcendit, de *Spongia* Ieſu Chriſti, de *Veſtimentis B.M.V.* de *loco vbi* B
Chriſtus ieiunauit quadraginta diebus & noctibus, de loco vbi inuenit Chriſtus diſcipulos ſuos dormientes, de porta aurea per quam iuit in die palmarum. de *Sepulchro* Chriſti Domini, de Monte *Thabor*, de loco vbi Chriſtus fuit circumciſus, & de alijs locis Sanctæ Terræ.

IV. Diuerſæ Reliquiæ innominatæ.

---

§. III. Feſta.

I. Parochialis theophoriæ dominica poſt Feſtum Venerabilis Sacramenti.
II. Dedicatio anterioris partis Eccleſiæ Dominica Lætare. C
III. Conuerſionis & alia Feſta S.Pauli.
IV. S. Eraſmi 3.Iunij.
V. SS. Achatij & Sociorum, MM. 22. Iunij.
VI. Dedicatio maior eccleſiæ Dominica prima Menſis Auguſti.

---

§. IV.

Fraternitas S.Pauli ex multa plebe ampla eſt & numeroſa. D

---

§. V. Monumenta.

I. Supra Sacriſtiam Sacellum *S. Eraſmi* celebre habetur votiuis frequentationibus & Sacrificijs pro ægrorum incolumitate.

II. Ar-

A II. Arnoldi Mylij Epitaphium marmoreum.

D. M.

Ac. Arnoldo. Mylio.

Ciui. Typographo. Senatori.

Colonienſi.

B Optimo. Celeberrimo. integerrimo.

Et. barbaræ. Birckmannæ.

Matronæ. Honeſtiſsimæ.

Coniugibus. intimis. Parentibus.

benemeritis.

Huic. XXIV. Aprilis. Anno. Chriſti. cIɔ. Iɔ. XCVI.

illi, XVII. Nouemb. Ann. cIɔ, Iɔ c. IV,

C pie. defunctis.

Arn. Marg. Herm.

Mylij. Birckmanni. Liberi.

merito. Lug. pp.

Patrem. Anno. necdum. finito.

Secutus eſt. Arnoldus. filius.

Quem. hic. depoſitum. lugent.

ſuperſtites.

D Obijt. VII. Septem. Anno. cIɔ. XIɔ c. V.

III. Simile Monumentum Gervvini Calenij.

D. O. M. A.

Gervvinus Calenius Lippien. I. L. Licentiatus ſibi ac Chariſsimæ vxori ſuæ Sophiæ Birckmannæ, hoc monumentum poſuit Qui hic commune ſepulchrum elegerunt; vt quos coniugalis charitas in vita arctiſsimo vinculo coniunxerat, in morte non diſiun-

gerentur. In ſpe lætæ reſurrectionis hic nouiſsimum diem exſpe- A
ctaturi Interim piorum preces pro ſe ſedulo exoptantes.

Vxor Sophia, poſtquam cum marito 30. Annis in matrimonio vnanimiter vixiſſet, primum naturæ cedens, Anno 1589. die 2. Februarij, animam Deo reddidit à quo accepit. Cuius corpus ſaxum ſubſtratum tegit, Anima Deo fruitur. Ann. 1600. die 14. Septemb: Gervvinus Calenius Maritus Coniugem ſequens, in Domino obdormiuit, & hic iuxta vxorem vt viuens iuſſerat, ſepultus eſt. B

Valete ſuperſtites mortalitatis & Iudicij Dei ſemper memores dum datur hic viuere diſcite mori.

IV. Celebrior bus monumentis annumeranda veniunt Sepulchra & Epitaphia Patritiorum ab *Reidt*, ab *Haſſelt*, ab *Hittorp*, *&c.*

V. Ante Eccleſiam ſupra portam immunitatis S. Andreæ, duæ ſtatuæ æreæ, inque vnius manibus cattus & mus, in alterius, canis & lepus. de his ſeniculi commemorant, eſſe monumentum Iudæi ad Chriſti fidem conuerſi, qui voluerit fidendum eſſe tantum ſinceritati conuerſorum Iudæorum, quantum concordiæ iſtorum animalium. Bernardus Mollerus *lib 4. de Rheno* ſic Anno 1520. carmine commemorat maiorum traditionem. C

Aſpicit Andreæ delubrum culmina Pauli
Hoc igitur poſſum mira referre loco
Doctus Agrippinæ fuerat Iudæus; auitum
Depoſita liquit ſuſpicione fidem
Patria prætextu pietatis dogmata ſpreuit:
Propterea Chriſti dulce ſubiuit onus. D
Crimina Natura Baptiſmi diluit vnda
Fictitia Lympham relligione tulit.
Plurimus aſtabat tota ſuſceptor ab Vrbe
Plurimus & fidei teſtis in Vrbe fuit
Mente quidem Iudæus erat, deſertor auitæ
Legis; & æterni transfuga Moſis erat.
In Domini legem ſalſò iurarat Ieſu
Nomine: vox fidei diſſita corde fuit.
Transfugium ſano precij mercatus amore:
Crediderat ſtultè cuncta latere Deum.

Idſce-

Id ſceleris cernit nemo: laudatur Apella
A *Integritas nemo falſa ſubeſſe putat.*
Fallitur occultis Eccleſia fallitur orbis:
Numina cœlorum ludere nemo poteſt.
Transfuga ſecretis imponit ritibus vrbi.
Verpus & externo prædicat ore Deum
Temporis interea dum viueret accola templi
Accola Paulinæ, ſuſpicor, ædis erat.
Ecce catum pauit caueâ, pauitq; Moloſſum.
Diuiduis animal clauſit vtrumque locis
B *Bruta velut rebus Domini pergrata fuère*
Sic Domini rebus digna fuere ſui
Verpus auaritiâ poterat ſuperare Moloſſum.
Compoſitâ vicit calliditate Catum.
Penſa nouercantis tandem ſupremâ ſenectæ
Attigerat: tandem fata dedère mori
Æger erat, morbo carnem depaſtus edaci
Iam moriens Chriſto numen ineſſe negat.
Ex poſtliminio reuocat Iudæus auita
Dogmata: Iudæa dogmata Moſis init.
Quod latuit dura vitium ceruice fatetur:
Noſtram ſacrilego conficit ore Crucem:
C *Id faceret quare iuſſus narrare, ferebat:*
A famulo brutum iuſſit vtrumque dari.
Carcere deſumpſit felem, quo clauſerat ante
Seruulus: & cauea liberat inde Canem.
Alter it allatum tenuit quos carcere Murem
Et leporem: Domino ſiſtit vtrumque ſuo.
Ad Domini lectum famulus procedit vterque
Et quæ iuſſus erat ducere bruta, tenet.
Prodidit extemplò Iudæus crimina vitæ:
D *Singula mittendo currere bruta iubet.*
Hanc fuerant plures rem qui ſpectare pararēt.
Hinc famulus felem protulit; inde canem
Alter & apprenſum famulus dat currere Murē
Et leporem clauſa facit abire domo
Quattuor inuerſo diſcurrunt ordine bruta
Degener exemplum cernere verpus amat.
Arripuit prenſâ leporem ceruice Moloſſus
Concitus in Murem turbine Felis abit
Dente canu leporem diſcindit auritus iniquo:
Corpore Mus lacero fertur in ora Cati.
Scena foret finem ſimul ac ſortita cruentum
Ad populos talis fatur Apella modo:
Quando Lepus verſa rapiat virtute Moloſſum
Mus ſimul ac felem vincat; vtroque minor
Cultor ero veſtri, quem nunc inſector, Ieſu:
Moſis & edicto viuere ſeſſus ero.
Quamve diu vigeat Natura potentior arte
Totus in Hebrææ fœdera gentis eo.
Sic loquitur: quaſſat ſubito correpta dolore
Pectora: ſacrilego ſpiritus ore fugit
Impius horrendo permutat funere vitam:
Horribili dirus morte domatur homo
Morte quid horrenda grauius cenſetur in orbe?
Mors animam Diti mancipat, oſſa luto.
Nobile ſuccedens exemplum protulit ætas:
Cuius apud Paulum ſigna videre licet
Æreus excelſo portarum vertice ſeruus
Suſpicitur, brutum geſtat vtrumque manu.
Hiſtoriam dixi; quamuis horrenda videtur.
Perfidiam ſignat gentis Iuda tuæ.

* * * * * *
* * * * *

SYNTAGMA XXVIII.

Parochialis S. SEVERINI.

§. I. De ſtatu Eccleſiæ.

COllegium S. Seuerini parochiali curæ exercitioque, inferiorem templi ſui nauem indulſit, quamuis liceat parocho etiam functionem ſuam exercere in eccleſiola

ecleſiola vicina S.Mariæ Magdalenæ dicatā, quam aliqui putant matrem eccleſiam A
eſſe. Authoritate Pontificia menſæ paſtorali vnitus eſt Canonicatus S.Seuerini, quē
ſecundæ gratiæ Apoſtolicæ indultę almę Vniuerſitati dicunt, & penes Decanum & Collegium nobilis Eccleſiæ, eſt ius patronatus eccleſiaſticum parochiæ.

§. II. De cæteris Eccleſiæ rebus & feſtis.

PArochialis Eccleſiæ S.Seuerini Theſaurus ſacer, & monumēta communia ſunt, cum eiuſdem Baſilicæ Collegio; in feſtiuitatum celebritate exiguum quoque diſcrimen videtur. Nempe B

I. Dominicâ tertia poſt Trinitatis Theophoria parochialis S.Seuerini celebratur.

II. Dedicatio ſacelli S. M. Magdalenæ incidit in feſtum SS. Simonis & Iudæ 28. Octob.

III. Dedicatio S.Seuerini in 11. Nouemb. diem.

SYNTAGMA XXIX.

Eccleſia Parochialis S. Brigidæ Virginis. C

§. I. De antiquitate & ſtatu Templi.

ECcleſia parochialis *S.Brigidæ* Scotæ Virginis connexa eſt parietibus Eccleſiæ S. Martini quondam Scotorum: & originem videtur habere â temporibus quo monachi Scoti illud monaſterium incoluerunt, ad quam veteris exordij repetitionem non ſolum diuæ Patronæ titulus momentum affert, ſed etiam quia in Baſilica S.Martini maioris adhuc ſpectatur fons baptiſmalis: vnde conijciendum, hanc eſſe Matrem eccleſiam. Volunt aliqui conditorem eſſe Warinum Archiepiſcopum. Floruit ante quadringentos & quinquaginta annos parochus S.Brigidę *Anſelmus* Apoſtolicæ Sedis iudex aduerſus Adolphum I. Archiepiſcopum Colonienſem, Vir Clariſſimus quem laudant Arnoldus Lubecenſis *lib.7. hiſtor. Sclauon. cap.3.* & Cæſarius Heiſterbacen. *in vita S.Engelberti lib.3. c.49.* Abbas S.Martini Parochiæ collator nūc ſoletē ſuis, monachum ei imponere, hinc non habet canonicatum vnitum. D

§. II. THESAVRVS SACER Eccleſiæ Parochialis S. Brigidæ.

I. Hierotheca continens fragmen ligni Dominicæ crucis.

II. Hie-

A II. Hierotheca complectens articulum digiti *Sanctæ Brigidæ è Scotia Virginis quæ cum lignum altaris tetigiſſet in teſtimonium virginitatis ſuæ ſtatim viride factum eſt.* Sigebertus in Chronico ſcribit eam obijſſe Anno Domini 518. Cæteræ Reliquiæ huius Eccleſiæ innominatæ ſunt. *1. Febr. Martyrol. Roman.*

§. III. Feſta Parochialis S. Brigidæ.

I. In Feſto Venerabilis Sacramenti annua Theophoria parochiæ.

II. Feſtum *S. Brigidæ* Virginis pridiè Purificationis B. M. V. abſque obligatione feriandi. cum enim eo die populus Colonienſis piſces commedat, quorum venditio vt plurimum in hac parochia, ne onus & peccati laqueus inijciatur populo paræciæ, voluit anno Domini 1482 *Hermannus Archiepiſcopus*, vt feriatio & ſolemnitas proceſſionis parochiæ, in feriam tertiam poſt feſtum vinculorum Petri tranſponerentur, & ſi in ipſa tertia feria vinculorum S. Petri ſolemnitas concurrat, vt in octauam feſti transferatur. 1482.

III. Dedicatio Eccleſiæ cum ſupplicatione ſeruatur Dominicâ ſequente feſtû S. Michaelis Archangeli.

C

SYNTAGMA XXX.

Eccleſia Parochialis S. MAVRITII.

§. I. Origo & progreſſus.

S. *Mauritij* militum Ducis & martyris Eccleſiam, Coloniæ temporibus *Arnoldi I.* Archiepiſcopi ex fundamentis extruxit quidam ciuis *Hermannus* nomine, nomen vero ciuis antequam plebs Senatorium regimen inuaderet, ſolis tribuebatur nobilibus. Tradunt *Hermannum* gente *Scipioniadem* vel *de Staue* fuiſſe & vxorem eius *Euam* nomine, duoſque eiſdem filios; ipſe in ambitu magnifico mauſolæo conditur. *Arnoldus* I. Archiepiſcopus ex S. Nicolai in Rheno inſula, quæ eſt parthenon fundata à *Friderico* I. Sueuo Colonienſi Archiepiſcopo, Virginum ordinis S. Benedicti Coloniam huc duxit, & ita anno 1144. conſopita eſt lis orta inter Abbatem S. Panthaleonis fundi extructæ eccleſiæ dominum, & Hermannum nobilem ciuem extructorem, qui controuerſiæ dirimendæ interfuerunt ſic enumerantur in diplomate: *VVernerus Epiſcopus Monaſterienſis, Arnoldus Præpoſitus de domo, Bruno Præpoſitus Xantenſis, Gerardus Præpoſitus Bonnenſis, Tiepoldus Præpoſitus S. Seuerini, Volcoldus Præpoſitus S. Cuniberti, Theodoricus Præpoſitus SS. Apoſtolorum, Berengerus Præpoſitus S. Andreæ, Rudolphus* D

Abbas Tuitienſis, Cuno Abbas Sibergẽſis, VVildelinus Abbas S. Martini, Amilius Abbas Bravvilerenſis; Laici vero Otto Comes de Rinegge, Hermannus Aduocatus, Amelricus de VVurmerstorff, VValterus Comes de Kesle, Richuuinus & frater eius Hermannus, VValdeuer, Hermannus, Marckmannus, Godefridus, Hermannus de VVighuyß, Cunicho. Acta ſunt hæc Coloniæ Anno Dominicæ Incarnationis M. C. XLIV. Indictione VII. Anno Pontificatus D. Papæ Lucij I. Regni vero D. Conradi Regis & noſtri Præſulatus Anno VIII. A

Abbas S. Panthaleonis Patronus Eccleſiaſticus huius Eccleſiæ Religioſo ſui ordinis ſolet curam S. Mauritij demandare, vti fit in præcedente parochia S. Brigidæ, vtrum verò conueniat monachis animarum cura, ſcripſit ad *Eucrhardum* Bravvilerenſem Abbatem, ſui temporis & Eccleſiæ lumen *B. Rupertus* Abbas Tuitienſis epiſtolã quam ex MSCO hic daturus eram, ſed dum ſub prælo ſudat liber meus, video eandem operibus B. Ruperti annexam & editam, itaque eo Lectorem remitto. B

§. II. THESAVRVS SACER.

I. In Hierotheca argentea auro oblitâ fruſtulum *ligni Dominicæ Crucis:* & duo aculei *ex ſpineâ coronâ* Domini noſtri Ieſu Chriſti.

II. Scyphus *S. Mauritij*, eiuſdem brachium, & ſagi eius purpurei pars.

III. Dens *S. Benedicti*. cum alijs eius, & *S. Scholaſticæ* Reliquijs.

IV. Pars calulæ S. Cuniberti, & pars pallij quod *Helias* Propheta, abreptus igneo curru, Diuo *Heliſæo* reliquit. C

V. Os *S. Nicolai* de quo copioſè oleum ſtillauit.

VI. Brachium *S. Laurentij* martyris.

VII. Dens *S. Apolloniæ*.

VIII. Brachij *S. Andreæ* pars & aliæ eius Reliquiæ.

IX. Multæ Reliquiæ de ſacris locis terræ Sanctæ, & Sanctorum veſtibus.

X. Plurimæ Hierothecæ cum plurimis Sanctorum & Sanctarum nominatis Reliquijs. & ſedecim maiores & duodecim minores capſæ capitibus oſſibusque Sanctorum refertæ.

§. III. Feſta Eccleſiæ S. Mauritij. D

I. Parochialis Theophoria, tertia poſt Pentecoſten feria.

II. Dedicatio, Dominica poſt feſtum S. Vdalrici.

III. S. Mauritij.

IV. Feſta S. Benedicti.

V. S. Scholaſticæ.

SYN-

A

SYNTAGMA XXXI.

Parochialis SS. Apoſtolorum.

§. I. Origo & incrementa eius.

OMitto hoc loci recenſere ſtructuræ Baſilicæ Apoſtolorũ originem, eius & progreſſus, ſeu detrimenta dedi in catalogo Collegiatarũ eccleſiarum. Hic de Parochiæ origine inquiro. Eam vero ſenſim cæpiſſe, nec fere antequam locus Vrbi
B includeretur circa an. 1180. fit probabile, Et quidem olim Parochialia munia in atrio ſeptentrionali huius eccleſiæ obita fuiſſe, præter veterum relationes, etiam ipſum atrium & in eo ambo cæteraque monumenta docent. Poſtea amplificato numero parochianorum, & ædium, intra limina recipi neceſſe habuit multitudo populi. Itaque in anterius ſeptentrionale cornu & elegantem templi alam vel capellam immigrauit parochialis ſedes, & verbum Dei in medio Baſilicæ ambonem habet: Limites parochiæ concludunt intra ſe primo Apoſtolorum integrum ſuburbium vetus, & in antiqua Vrbe loca adædificata Naumachię Rom. vulgo Neumarck & apud ignaros rerum gnaros vocum, Forum nouum, ſed pace horum dico Forum quod antiquum vocant, illo quod nouum vocare non verentur recentius eſt. Erat enim Forum
C illud, vetus dictum, alueus Rheni, quando hoc ſpacium iam intra muros antiquos ab initio ductæ Coloniæ fuit incluſum. Vbi vero Naumachiæ vſus aboleri cæpit in viuarium animalium degenerauit, & cum locus publicatus eſt, in Forum.

Ius patronatus eccleſiæ eſt penes inſignis Collegij Decanum & Canonicos, habetque parochus vnitum Canonicatum: Archidiaconus Præpoſitus maioris Eccleſiæ inueſtituram parocho impertitur.

§. II.

D Theſaurus Sacer deſcriptus eſt vbi de collegiatis egimus.

§. III. Feſta.

I. Theophoria parochialis celebratur in octaua Pentecoſtes.
II. Dedicatio in feſto S. Matthæi.
III. SS. Apoſtolorum omnium & ſingulorum.

§. IV. Fraternitates.

Parochialis SS. Apoſtolorum duas habet Fraternitates, quæ nunc in vnam coaluc-

coaluerunt:videlicet Venerabilis Sacramenti,& S.Catharinæ Virg.Martyris, congregantur circa Feſtum S.Bartholomæi ex Ædilibus, Prouiſoribus, & præcipuis Parochiæ. A

§. V. Monumenta.

Celebre monumentum eſt in hâc parœcia,quod Cippum Marcelli vel Marſilij, vulgo Marſelliſtein appellant.eſt Sarcophagus impoſitus ruderibus arcus, de quo hodie vnica tantum ſuper eſt columna;nam anno Domini 1566. nocte Diui Matthię,magna pars collapſa eſt, & eodem anno nocte Dominicæ cœnæ ferè concidit pars reliqua. Quę vero ſphinx nobis dicet Marſilium ? quem aliqui Marcum Silium,appellant,de Siliorum gente quædam Synt.24. lib. 2. notaui ſupra pag.199. lit.B.alij M.Cęlium,alij M.Quilium dicunt, & cõmunis traditio habet eum triumphaſſe hoſtes ex inſidijs ſimulatâ lignatione. B

Chronicon Colonienſe varia diſputans,tandẽ hos cuiuſdam Atilij verſus profert:

MARSILIVSq; meis olim clariſſimus Heros
Clara dedi patribus bina trophæa manu.
Finitimos audax conſperſo ſanguine cladis
Deuici tetra proditione ſimul
Dicebar SAPIENS meritâ cùm laude mihiq;
Chara magiſtratûs patria ſponte dedit C
Germanus quandoque furor me authore quieuit
Heu quantum patriæ ſuſtulit vna dies.

De Sapientibus vide lib 2.Syntagm.39. ſupra pag. 206.

§. VI.

Inſtrumentum inuentionis,tranſlationis,& nouę depoſitionis Piligrimi bonę memorię Archiepiſcopi Colonienſis. quod debueram ſuperius Syntagmate ſexto huius libri,adnectere deſcriptioni Collegij Apoſtolici, hic tandem ſerius tranſcriptum inſero ad perpetuam recordationem.

INSTRVMENTVM AVTHENTICVM GESTORVM circa inuentionem,eleuationem,& tranſlationem Piligrimi Archiepiſcopi Colonienſis. D

Vide ſupra num.302.

In nomine Domini Amen. Tenore præſentis publici Inſtrumenti pateat euidenter, & ſit notum, quod Anno à Natiuitate D.N. Ieſu Chriſti Milleſimo ſexonteſimo quadrageſimo tertio, Indictione vndecima,die quidem Lunæ Decimaſeptima menſis Auguſti, hora circiter prima pomeridiana.Pontificatus autem Sanctiſſ.D.in Chriſto Patris,ac D.N. VRBANI diuina Prouidentia Papa illius nominis OCTAVI Anno vigeſimoprimo, D. FERDINANDI TERTII Imperatoris Anno ſeptimo,item Sereniſſ. Principis Electoris,& ARCHIEPISCOPI COLON. FERDINANDI Anno trigeſimo quarto,in mei Notarij publici. & teſtiũ infranominatorũ, ad hoc ſpecialiter vocatorũ,& rogatorũ præſentia,poſt horã duodecimã pomeridianam conſtitutus Reueren-

A Reuerendus Admodum & Eximius D. Ioannes Fabricius Protonotarius Apoſtolicus,
inſignis Collegiatæ Eccleſiæ SS. Apoſtolorum ciuitatis Colonien. pro tempore Ca-
nonicus, & Decanus, vna cum adſtantibus Dominis Canonicis, & Capitularibus Lamberto
Rocca Seniore, Ægidio Briers, Ioanne à Steinradt, Bernardo Wintzler, Michaele Krau-
ſen, Iacobo Schoegen, Ferdinando à Mulhem, Arnoldo Meſthouio Scholaſtico, Theodoro
Hulingk, Hilgero Reimbach, Ioanne Maer, Brunone Bartholt, Chriſtiano Peſchertt,
Franciſco Kuſten, Georgio Honſcler, Henrico Horſtman, Bernardo Vrechen, & Caſpa-
ro Froſchio, in habitu Chorali, Accedentibus deinde nomine dicti Domini Electoris, & Archi-
epiſcopi deputatis Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo S.R.I. Principe, ac DD. FRANCISCO
GVILIELMO EPISCOPO OSNABRVGENSI, MINDENSI, VERDENSI,
B PRÆPOSITO, ET COADIVTORE RATISBONENSI, Item Reuerentiſſi-
mo Perilluſtri, & Generoſo DD. BERCHTOLDO COMITE A KONNINGS-
EGH, Metropolitanæ Colonien. Eccleſiæ & S. Gereonis reſpectiuè Scholaſtico, & Decano, &c.
Reuerendiſſimo & Perilluſtri D. GEORGIO PAVLO STRAVIO EPISCOPO
IOPPENSI. Suffraganeo, & Vicario in Spiritualibus Colonienſi præſentibus item REVE-
RENDISSIMO D. CASPARO EPISCOPO AVRELIOPOLITANO Suffra-
ganeo Oſnabrugenſi, Admodum R. Nob. Clariſſimoq; D. Roberto Hillebrinck, I. V. D. Cu-
riæ Colon. Officiali, R. Admodum P. Goſvvino Nickell Societ. Ieſu Prouinciali, cum Socio
R. P. Hermanno Crumbach, Admodum Reuerendo Eximioque Domino Ægidio Gele-
nio Sereniſſimi Principis Conſiliario & aliis, præterea Reuerendo D. Petro Spickero Cano-
nico, S. Caniberti & Reuerendo D. Henrico Gelenio Canonico S. Seuerini teſtibus ad hoc
C Specialiter inuitatis, requiſiuit me Notarium benememoratus D. Decanus, nomine ſui, & to-
tius Reuerendi Capituli SS. Apoſtolorum, vt diligenter oculari ſumpta rerum gerendarum in-
ſpectione ſuper illu Inſtrumentum authenticum erigerem, cuius requiſitionis vt pleniorem fi-
dem facerem occaſionem huius translationis præmittam.

Cum præfatus Dominus Fabricius Decanus diligens decorem domus Domini ſublatis im-
pedimentis Apoſtolici templi reſtaurationem hoc anno ſuſcepiſſet & lapis quidam ſepulchralis
circiter pedem Vnum ex reliquo pauimento emineret, quem optabant multi æquari ſolo, dum
is eleuatur, & ſubiectorum cæmentorum magna vis egeritur, lapideum pateſcit ſepulchrum
cuius operculi vna parte paululum reducta ſigna Pontificis ſepulti, & PILIGRIMI quidem
D Fundatoris emicuerunt, quem conſtabat quidem in ea Eccleſia tumulatum eſſe, locus tamen ſe-
pulturæ à multis in dubium vocabatur. Itaque re ad Principem Electorem, & Archiepiſcopum
delata, clauſoque rurſum ad arcendum populi concurſum marmoreis lapidibus in Crucis for-
mam, & æquato ſolo ſepulchro, viſum fuit eundem PILIGRIMVM Archiepiſcopum re ma-
ture deliberata dicto Anno, dieque menſis Auguſti in locum commodiorem, & decentiorem le-
uatis oſſibus transferre, quocirca hora octaua matutina, clauſis templi ianuis, à murario, &
Architecto M. Ioanne Schloltorff ſublati ſupremi lapides ſepulchrales, erutaque terra ad
profunditatem trium pedũ & dimidij, patuit ingens lapideum monumentũ, quod deterſis pul-
ueribus longũ erat pedes fere octo, altum duos cũ dimidio, latum tres cum dimidio, tegebatur
antẽ duobus prægrandibus ſaxis, itaq; præſentibus ſupra nominatis, amotoque primũ eo lapide,

qui pedes & femora, tum altero grandiore qui corporis ſuperiorem tegebat partem opera mu- A
rariorum: inuentum eſt corpus humanum integrum, verſus orientem ſolem collocatum, lon-
gum fere ſeptem pedes, membris, & oßibus omnibus ſitū naturali diſpoſitis, niſi quod caput for-
ſan ex amotione operculi diſiunctum nonnihil à collo ad ſiniſtrum latus declinarat. In Pectore
paruulus iacebat calix ex argento tres digitos altus duosq́; latus, cum patena; ad dextram, pe-
dum ligneum erat, cuius ſupremus, & infima pars non apparuit, vtpote putredine conſumpta,
haſtile vero, pedes quatuor cum dimidio, longum erat, ſimile ſcipioni, quo ſenes nituntur. In-
dutus erat Veſtibus omnibus Archiepiſcopalibus, quaſi Sacrificaturus in Pontificalibus, quam-
uis Epiſcopalis mitra iam defluxiſſet; Eminebat ſupra vtrumque humerum ad pectus & vmbi-
licum vſque dependens pallium Archiepiſcopale ex ſubrubeo, vt videbatur panno vbique cruce
nigricante ſignatum in pectore, totum integrum & continuum, cuius anterior pars cubitum B
circiter vnum oblonga, lata quatuor fere digitos, iußi ſunt autem mecum deſcendere in foſſam
Expertißimus Dominus Doctor Ioannes Kett *Medicus, duoque Chirurgi* M. Hermannus
Middelen, *&* M. Ioannes Bercken, *&* R. D. P. Hermannus Crumbach *Societatis Ieſu*
ſacerdos, antiquitatum huius Ciuitatis indagator, vt eleuaret corpus, qui dum leuaret pallium,
ruptis ob putredinem eius partibus, ſeruari tantum pallij fruſta potuerunt amoto pallio caſula
ſublata eſt, pulli coloris. quæ priſco more figura rotunda ex humeris in cubitum vtrumque de-
fluebat, promiſſa antrorſum ad genua fere, quæ licet in tumulo ſibi tota cohæreret, vt reliquæ
tamen veſtes dum leuaretur in fruſta concidit. Deinde dalmatica & tunicella apparuit in lim-
bis ſtriata, ſubrubei & quaſi Attalici coloris, qua depoſita, ſtola reperta eſt, quæ tres digitos la-
ta, & auro fimbriata, ex collo vtrinq́; vltra genua dependebat, ea fermè integra licet putore
iam infecta educta eſt. Cæteræ Veſtes carni propinquiores putriſcebant, nec niſi cum oßibus, & C
pulueribus loco moueri potuerunt:

Leuatæ ergo primo è corpore, ſeptem colli vertebræ totæ incorruptæ, & caput integrum,
cum quinque dentibus maxillaribus, vt lamina plumbea inſpiceretur, cui caput & ceruix in-
nitebatur, ea ſcopis à ſitu, & ſordibus expurgata, expreſſam omnibus præſentibus hanc exhi-
buit inciſam inſcriptionem, Anno Incarnationis Domini M. XXXVI. Indict. XV.
VIII. K. Septembris ☉. Piligrimus Archiepiſcopus fundator huius Eccleſiæ. *Poſtea*
ſpina dorſi, cum Vertebris omnibus integris, & oſſe ſacro educta, coſtis etiam ſanis licèt fractis,
clauiculæ duæ, cum maxilla, & ſcapulis fere conſumptis, brachium deinde, & cubitus cum ra-
dio, manusq́; ſiniſtra leuata ſunt integra, licet os ilium exeſum fuerit parte ſui relicta. Exinde
ſandalia rubea ſublata nondum corrupta cum inſertis plantis. & digitis pedum. Verum tibia D
dextera cum ſura & femore non integra, ſed partibus educta ſunt, quod exeſa putore concide-
rent, licet in tumulo figuram, & ſitum retinerent, Manus dexteræ ſubiecta charta eſt, digitiq́;
cum metacarpio ſeruati, vt annulus accuratius quæreretur & coram Illuſtrißimo Principe, &
Epiſcopo Oſnabrugenſi *repertus, aureus eſt, cum hac inſcriptione.* Piligrimus Archi-
epiſcopus. *Pulueres ſubinde reliqui ex ſuperiori parte corporis, veſtibus, & conſumptis oßi-*
bus pectoris, & thoracis, ſetaceis ſcopis collecti, & excußi ſunt diligenter, ſi forte crux pectora-
lis inueniretur quæ tamen nuſquam comparuit, tum & inferioris corporis reſidui cineres coacti
in ciſtulam ligneam, & examinati; poſtea in veteri repoſiti ſunt monumento. Impoſita eidem
tegula

A *tegula lapidea cum tali Epigraphe* An. 1643. 17. Augu. Reliquiæ S. M. Piligrimi Archi-
epiſcopi Colonienſis hinc ad Chorum B. Mariæ Virginis translatæ. *Porro ſtabat prope
ſepulchrum menſa tapete linteoq́ ſtrata, collocatus in ea nouus ſtanneus loculus, longus duos
pedes, cum quadrante, & ſemiſſe, altus & latus vno pede. is lino veſtitus interius, excepit ve-
ſtium Reliquias totius corporis, oſſa cum capite, calicem baculum, & pulueres præcipuos par-
tis ſuperioris corporis deinde ſtanneo clauſus eſt operimento duobus appenſis Sigillis primo* Se-
reniſſimi Principis Electoris FERDINANDI Archiepiſcopi Colonien. *quod eius
nomine Reuerendiſſ. & perilluſtris* D. Georgius Paulus Strauius Epiſcopus Ioppenſis
*Suffraganeus, & Vicarius in Spiritualibus Generalis Colonienſis curauit in cera apprimen-
dum, iuſſitque mihi Notario Inſtrumentum erigere Teſtimoniale, quod iſti ſtaneo loculo inclu-
ſæ Reliquiæ ſemper ſint habitæ,* Piligrimi Archiepiſcopi Colonienſis *vt etiam annulus au-*
B *reus & plumbea lamina rotunda capiti ſubiecta manifeſte declararunt, ſicuti Ego præſenti
ſcripto præſentibus, & futuris, cum ſubſcriptis teſtibus notum teſtatum, & indubitatum facio.
Poſtea Reu. admodum & Eximius Dominus* Decanus Capituli Apoſtolici *Sigillum al-
terum appendit, tum loculus ſtanneus feretro ligneo impoſitus, pannoque holoſerico nigro tectus
ſuccollantibus eundem duobus Canonicis Presbyteris prælucentibus & ſtipantibus circiter duo-
decim alijs eiuſdem collegij cum tædis albis, ordine Proceſſionis à reliquo Collegio inſtituto. &
præeunte, deportatus eſt cum cantu funebri per nauim templi, & Chorum ad Sacriſtiæ para-
tum locum, proſequentibus feretrum Illuſtriſſimo* S R. I. Principe, & Epiſcopo Oſnabru-
genſi, *Mindenſi & Verdenſi &c. Item perilluſtri* Comite Berchtoldo à Koncingleck.
C R. R. DD. Suffraganeis Colon & Oſnabrugenſis *Curiæ item archiepiſcopalis* Officiali,
Societatis Ieſu Prouinciali, *& admodum* R. D. Ægidio Gelenio, *cum multis alijs, cam-
panis interim templi pulſatis, depoſitoq́ in Sacriſtia corpore, ac collecta à præfato* D. Deca-
no *decantata, cum præſentes omnes genu flexi orationes quaſdam recitaſſent, finis eius diei
impoſitus eſt circa tertiam pomeridianam donec corpus in marmoreum quod opere magnifico
paratur monumentum ſublimius è Sacriſtia ad cornu dexterum altaris Summi transferatur.
Sepulchrum vero vetus recluſum eſt eadem die. Conſequēter iiſdem Anno, Indictione, Pontifice,
Imperatore, & Archiepiſcopo Colon. Clement. Domino noſtro vt ſupra dictum eſt, dum Mauſo-
leum è marmore, politoq́ lapide ſublimius erigitur, ad reliquias Altememorati* PILIGRIMI
Archiepiſcopi decenter recondendas non mediocris cura ſollicitudoq́ perculit præfatum Apo-
D *ſtolici Collegij Admodum Reuerendum & Eximium* D. Decanum, *ne oſſa pulueribus & Ve-
ſtibus iam putredine infectis, immixta carne facilius conſumerentur, Egit, igitur, & peregit
cum Ordinario vt Sigillis iterum reſignatis & adhibitis idoneis teſtibus, oſſa ſaniora, & inte-
griora pulueribus oblita, madore, & ſitu contracto purgarentur pulueribus. Veſtibus putreſ-
centibus oſſibus ſeorſim collocatis, non potuit ea prouide cautio prouiſioque diſplicere, ſed
Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi S. R. I Principis, & Epiſcopi Oſnaburgenſis, Minden. &
Verdenſis, &c. ac totius Archiepiſcopalis Eccleſiaſtici Concilij decreto Specialiter, vt
omnibus agendis intereſſent, deputati ſunt Admodum Reuerendi* D. Ægidius Gelenius
SS Theologiæ Licentiatus, & Sereniſſimi Principis Electoris Conſiliarius, & P. Her-
mannus Crombach *Societ. Ieſu Sacerdos, vt omnia diligenter & ſumma fide perage-*

ren-

rentur. Itaque ſato Anno die decima menſis decembris à meridie poſt horam primam in A
templi Apoſtolici Sacriſtia coram memorato loci Decano, & alijs de Capitulo præſente etiam
perilluſtri, & Generoſo Domino D. LEOPOLDO FREDERICO COMITE
TRVCHSESIO, *duobus dictis Sereniſſimi Principis Electoris, & Archiepiſcopi Colon. de-*
putatis Item binis ſpecialiter ad hunc actum vocatis, & adhibitis teſtibus R. D. Ægidio
Goſſen, & Theodoro Iuſten *d. Eccleſiæ Vicarijs, & multis adſtantibus producta in me-*
dium eſt ſtannea ciſta clauſa, Sigillisq́; probe munita, quæ veſtes oſſa pulueresq́; mixti Archi-
epiſcopi PILIGRIMI *S.M. continebantur, inuenta ſunt Sigilla tam Archiepiſcopale, quam*
Apoſtolici Collegij integra & illæſa, ac pro talibus agnita, quibus reſignatis, & operculo depo- B
ſito, fragmenta Veſtium expoſita, & in arcam quandam ligneam ſeorſim ſunt repoſita cum
pulueribus, deinde cum oſſa quædam tam per contactum putreſcentium veſtium, quam ſtan-
neæ ciſtæ madorem initium putredinis contraxiſſent, diligenter curatum eſt, vt caput, & oſſa
integriora purgata ſcopis ſetaceis, ſeparato loculo ligneo cum haſtili pedis Epiſcopalis confracto
condereutur, oſſa vero iam infecta putredine iuxta loculum ligneum ſed cum eo intra ſtanneã
ciſtam recluderentur. Quare peracta ſolerti oſſium expurgatione, & intra decentem loculum
ligneum capite, oſſibuſque repoſitis. primo impoſita ſtanneæ ciſtæ eſt rotunda plumbea lamina
in veteri monumento reperta, continens annum ſepulturæ primæ Piligrimi Archiepiſcppi, de-
inde clauſus ligneus loculus complectens caput oſſa integriora, & partes haſtilis pedi Epiſcopa-
lis, intra ciſtam ſtanneam collocatus eſt. Poſtea intra eandem ciſtam ſtanneam iuxta dictum
loculum ligneum oſſa iam putredine infecta ſunt ſeorſim condita denique operculo ſtanneo
clauſa ciſta eſt appenſis duobus nouis Sigillis, & Archiepiſcopale quidem ſeu Ordinarij Pe- C
trus Hergardus *Scriba Reuerendiſſimi & perilluſtris* DD. Georgij Pauli Strauij Epiſ-
copi Ioppen. *& Vicarij in Pontificalibus, & Spiritualibus Colon. Archiepiſcopi ex Speciali*
commiſſione appendit. Capituli Apoſtolici præſens admodum Reuerendus D. Decanus *cu-*
rauit per Capitulares ſuos apponendum, teſtes ad hunc actum adhibiti, qui ſupra. Tandem bi-
duo poſt. duodecimo menſis decembris die Sabbathi S. M. Piligrimi Archiepiſcopi reliquiæ ſunt
hoc ordine illatæ in marmoreum monumentum, mane poſt octauam Collegium Canonicorum
habitu Chorali chorum acceſſit, & minores horas conſueto modo decantauit, quibus abſolutis
Sacriſtiam intrauit, vbi lectis conſuetis precibus & Solennibus adhibitis Caremonijs, quæ in
funere Epiſcopali præſcribuntur, prælata cruce, corporis oſſa cum cineribus humeris duorum
Sacerdotum ad Chori mediam partem ſunt pie decenterque deportata panno holoſerico nigro D
coopcrta, & in penimetro lumina diſpoſita, tum aqua luſtralis aſperſione, ſuffituque thuris fa-
cto, Vigilia defunctorum decantata, quibus expletis campanis omnibus templi pulſatis Sa-
crum funebre Solenniter ab admodum Reuerendo D. Decano *factum eſt, nigris paramentis,*
quo finito præfatus D. Decanus *pluuiali amictus, ritu ſolenni primo nouum ſepulchrum ex-*
piauit, & benedixit, tum ad funus progreſſus conſuetas recitauit preces, repetita piacularis
aquæ aſperſione, & thuris incenſione, ſecuta campanarũ pulſatio, cum funebri proceſſione præ-
lata cruce, quã proxime Schola puerorum, tum Collegiũ Canonicorum ſequebatur, pone quos
Cineres, & oſſa fundatoris Eccleſiæ duo Presbyteri ſuccollabant, ſtipati ſex tædigeris, funus
proſequebatur D. Decanus, & Ciuium turba, proceſſit Ordo per Chori ſiniſtrum latus, & tem-

pli

pli partem Auſtralem, ad locum primæ ſepulturæ, inde verſus Aquilonarem partem dextrum
A *Chori latus aſcendit Verſus Altare primarium, cuius in dextero cornu nouum erat fundatori erectum, & nigro marmore decoratum ſublimius monumentum, hic cum recepto more ſolennes preces, & cæremonias præcinente* D. Decano *Chorus intereſſet, primo ligneus loculus, quo pulueres. & veſtes continebantur illatus eſt in ſepulchrum, & huic ciſta ſtannea complectens caput, & oſſa impoſita adiecta Charta pergamena cum tali inſcriptione* An. Domini Milleſimo Sexcenteſimo quadrageſimo tertio, die duodecima menſis Decemb. Mandato *Sereniſſimi & Reuerendiſſimi D. Ferdinandi archiepiſcopi , &* Principis Electoris Colon. Vtriusq; Bauariæ Ducis deſtructo pro maiore Eccleſiæ ornatu ad inferiores Templi partes SS. Apoſtolorum Choro vbi S. M. Piligrimi quondam Colon. Archiepiſcopi Summi huius Collegij Fundatoris Corpus humatũ fuit, eius inuentæ
B reliquiæ huc ad dextrum cornu Summi Altaris prope repoſitoriũ ſanctiſſimi Sacramenti translatæ, & marmoreo huic Mauſolæo incluſæ ſunt, prout fuſius conſtat ex Inſtrumento publico deſuper confecto, & in Archiuo huius Eccleſiæ aſſeruato in fidem I. Fabricius Decanus S. Apoſtolorum. *Adhibita deinde luſtralis aquæ aſperſio, cum thuris ſuffimento, lectaq; prolixior eſt commendatio, dum marmorarij murarijq; Claudunt ſepulchrum, primo quidem aſſere craſſiore, tum tabulis marmoreis nigris adſtante Collegio Canonicorum, deniq; proteſtatus eſt admodum R.* D. Decanus, *idque vt ſignanter exprimerem mihi Notario imperauit, quod Ego hoc ipſo ſcripto notum omnibus eſſe, manifeſtumq; volo, nihil hic aliud eſſe geſtum, quam Corpus Archiepiſcopi PILIGRIMI de loco in locum digniorem, qui Fundatori Eccleſiæ debetur translatum, conſuetis ab Eccleſia praſcriptis ritibus,*
C *nullo cultu Religioſo reliquijs eius exhibito, donec aliud quidpiam à Sede Apoſtolica circa eius Beatificationem ſtatuatur, Poſtea muro tabula Marmorea inſerta cui talis inciſa fuit inſcriptio* Anno Milleſimo Sexcenteſimo Quadrageſimo tertio decima ſeptima Auguſti Auſpicijs Sereniſs. ac Reu. Ferdinandi Archiepiſcopi Corpus Sanctæ Memoriæ Piligrimi Archiepiſcopi, & Fundatoris noſtri, ex Choro Apoſtolorum in medio templi deſtructo leuatum, & huc translatum. *Huic actui poſtremo, præter complures alios interfuerunt Illuſtris & Generoſus* Dominus Baro à Furſtenbergh, *cum duobus Filiis & Reuerendus D. Pater* Hermannus Crombach *Societ. Ieſu Sacerdos, cum Socio.*

D

Locus Sigilli.

Et quia Ego *Henr. Fabricius* Colonienſis Sacris Apoſtolica & Imperiali authoritatibus publicus Imperialis Cameræ Spiren. Immatriculatus Notarius, nec non R. Capituli inſignis Collegiatæ Eccleſiæ SS. Apoſtolorum Secretarius iuratus, vna cum prænominatis teſtibus præmiſſis omnibus præſens interfui, eademque fieri vidi, audiui, & in notam ſumpſi. Ideo hoc præſens publicum Inſtrumentum exinde confeci, Subſcripſi, & Signeto Notariatus ſolito communiui, ex officio ad præmiſſa ſpecialiter requiſitus.

Henricus Fabricius *Notarius Immatriculatus, & Secretarius qui ſupra Subſcripſi.*

A

SYNTAGMA XXXII.

Parochialis S. Cuniberti.

§. I. Origo eius & progreſſus.

CVnibertina baſilica inſtar duplicis Crucis magnificè conſtructa, parochiali curæ inferiorem templi partem, præſertim alam meridionalem indulſit; & authoritate Apoſtolica ei vnitus eſt Canonicatus. Parochiale onus creditur in hanc eccleſiam è Sacello S. Seruatij ſeu Portâ cœli, translatum eſſe; olim cura erat pœnes Decanum & vnum ſacellanum: Caſparus *Vlenbergius* eximius vir in ſeparatâ à Decanatu curâ primus Parochus fuit. B

Ius Patronatus eccleſiaſticum eſt hodie pœnes Decanum & Collegium.

§. II.

Reliquiarum catalogum contexui cum darem Collegiatam S. Cuniberti. C

§. III. Feſta.

I. Dominica infra octauam Venerabilis Sacramenti Theophoria Parochialis.

II. S. Cuniberti 11. Octob.

III. Exaltationis S. Crucis 14. Septemb.

IV. Dedicationis Eccleſiæ dominica poſt exaltationis S. Crucis. D

§. IV. Fraternitates.

I. B. M. Virginis & S. Iacobi vetus & populoſa.

II. S. Annæ Auiæ Chriſti.

SYN-

A

SYNTAGMA XXXIII.

Parochialis S. Chriſtophori.

§. I. Origo & progreſſus eius.

S. Gereonis Martyris Baſilicæ contigua eſt Parochialis S. Chriſtophori. Ea Spiritualis Iuriſdictionis limitibus magnam Thebæi agri partem circumſcribit, ori-
B go ipſa eccleſiæ propter vetuſtatem latet, ſi tamen diuinare fas eſt, ad orientales homines referenda videtur initia eius, quippe apud quas gentes hic ſanctus celebrior, affectu peregrinantium in Orientem delatus eſt in occidentem, quomodo S. Catharinæ, S. Georgio & alijs accidiſſe ſcimus, quod factum in tempora nulla aptius credo referri, quam cum celebratiſſimæ illæ in terram ſanctam expeditiones acciderunt. Sanè temporibus Merouingorum Franciæ Regum eo loci parochiam nondum, viguiſſe ſit probabiliſſimum, ex Gereonitici clauſtri diutino extra vrbem ſitu, vltra Carolingorum Saxonumque Impp. æuum, creſcentibus deinde circa clauſtrum ædificijs Præpoſitus, vicanis circum & in ſolo Capituli commorantibus, pro- *Ius Patronatus.*
C ſpicere Chriſtiana pietate neceſſe habuit. Atque ex eo tempore Præpoſitus loco eidem ſine controuerſia Curionem dicit.

§. II. THESAVRVS SACER Parochialis S. Chriſtophori.

I. Reliquiæ B. Hermanni Colonienſis Canonici Præmonſtratenſis preſbyteri & Confeſſoris *qui ob miram ſimplicitatem & ſingularem erga Deiparam Virginem deuotionis affectum, Ioſeph cognominatus eſt, cuius corpus ob fulgorem beatitatis eleuatum cerni-*
D *tur & colitur in Abbatia Steinfeldenſi diœceſis Colonienſis.* Hæc Andreas Sauſſay in Martyrol. Gallicano.

Reliquias prædictas B. Hermanni Ioſeph contulit Eccleſiæ S. Chriſtophori pia munificentia Reuerendiſſimus Pater *Norbertus ab Horichem* Abbas Steinfeldenſis cuius aula & ſeminarium ordinis parochiali territorio continentur.

II. Cæteræ ferè Reliquiæ, ex Thebæa Legione, & Sodalitio 11000. Virginum ſed nullæ nomine certo notæ.

§. III. Feſta.

I. Dedicatæ Eccleſiæ anniuerſarius dies ante Pentecoſten Dominica celebratur.

II. Feria ſecunda poſt Pentecoſten Teophoria Parochialis populoſa deuotione ſupplicatum educitur. A

III. Feriâ quartâ quatuor temporum infra octauam pentecoſtes, Votiuis Miſſarum Sacrificijs tempeſtatis & grandinum amolitionem deprecantur à Deo Parochiani, quippe qui cum magna parte ſint hortulani & Agricolæ, optime eiuſmodi votorum genere ſibi ſuisq; rebus conſulunt.

IV. Patroni diem videlicet Diui Chriſtophori celebrant quotannis 25. Iulij.

V. S. Agathæ v. Februarij.

§. IV. Fraternitates. B

I. Venerabilis Sacramenti vetus Sodalitium & pietate florens.

II. B. M. Virginis & S. Chriſtophori.

III. S. Agathæ Sodalitas.

§. V. Monumenta.

In vinea & propatulo prope S. Chriſtophori prominet mauſolæum Montis Caluariæ, in quo ſimulachrum Crucifixi Domini noſtri circa annum 1496. Miraculis claruit; ſed cum pro oblatis munuſculis inter Clericos iſtius temporis decertaretur, ceſſarunt miracula: pluſcula de hac cruce ſcripſi in Staurologia Colonienſi. C

SYNTAGMA XXXIV.

Parochialis S. Ioannis Euangeliſtæ in Curia.

§. I. Origo eius & progreſſus. D

ECcleſiæ *S. Ioannis Euangeliſtæ* etiam appellatur *in Curia. Et in vinculis.* Rationes nominum quærenti facile ſatisfiet, ſi quid etiamnum loco proximo agatur attendat: Siquidem Curiæ Archiepiſcopalis Iudicium iſtic conſidere conſueuit, vt dubium eſſe non poſſit quin vti Parochus in Paſculo olim & modo Metropolitanorum Canonicorum & familiæ eorundem curam adminiſtrat, ita hic Curiæ & familiæ Archiepiſcopalis Animas curauerit, ſed quare in vinculis eadem Eccleſia nuncupetur obſcurius eſt, cum eo loci nec Vincula nec carcer ſint ſita. Ego

A Ego S.Ioanni in vinculis olim dicatum fuiſſe autumo quamuis dicant in domo paſtorali fuiſſe carceres malorum Clericorum. Hinc iam initia eius eccleſiæ venari licebit, nimirum, veteris ſummæ ædis ædificationem & curiæ Epiſcopalis iuxta hanc conſtructionem æquare videtur. Ad vetuſtatem eius facit quod Anno Chriſti 1021. S. Henricus animo in S Heribertum alieniore, Coloniam ad Dominicum natalem celebrandum profectus, & viſu Antiſtitis oris veſtiſque maieſtate auguſti monitus iram deponere; in hac S.Ioannis eccleſia ſummo manè S.Heribertũ repererit, & reiectâ chlamyde abiectus ad eius pedes, veniã impetrarit, eq; Beati Præſulis ore prædictionem acceperit: fore vt mutuo poſt hac conſpectu nunquã inter ſe fruerentur. Quicunque igitur huius templi limina adis, alienum à proximo ferens animum; B hanc ipſam Sanctorum, Cæſaris ſcilicet & Præſulis reconciliationem mentis propone obtutui, & diſce iræ atque odiorum modum. Eſt & aliud argumentum vetuſtatis Eccleſiæ huius, ex ipſa ſtructura annosâ & adeo depreſſâ vt intrantes videantur potius ſpecum & carcerem quam templum ſubire.

Ius patronatus competit Maioris Eccleſiæ Capellario.

§. II. THESAVRVS SACER.

I. Notabile os S.Dionyſij conſeruatum olim in ſanctiore Theſauro Archiepiſcoporum, quorum ſacellum domeſticum fuit ſuperior eccleſia, duæ enim baſilicæ hîc ſibi mutuo incumbunt; inferior parochialis eſt, ſuperior oratorium Archiepi- C ſcopale fuit ſacrum S. Dionyſio. quorum in Gallijs duo fuerunt, alter Corinthius, alter Athenienſis Areopagita, eorumque corpora honorificentiſſimè cuſtodiuntur, vnius in Gallia, alterius Ratisbonæ: Stephanus Papa Agrippinenſibus quondam Ducibus Maioribus Domus Franciæ amiciſſimus, vnius brachium ex Francia impetrauit & extulit. *Duo S. Dionyſij in Gallijs.*

II. S.Laurentij notabiles Reliquiæ.

III. Plurium Sanctorum ſacræ Reliquiæ quas pius viator ipſe ibidem ſcrutetur & venerabundè ſpectet.

D

§. III. Feſta.

I. Dominica poſt aſcenſionem Domini parochialis theophoria.

II. Dedicationis Eccleſiæ ipſo S.Ioannis Baptiſtæ decollati.

III. S.Dionyſij nona Octobris.

IV. Feſta S.Ioannis Euangeliſtæ.

A

SYNTAGMA XXXV.

B.M.Virginis in paſculo.

§. I. De origine Eccleſiæ.

PArochialis Eccleſia B.M.Virginis in Paſculo, nomen trahit à graminco campo, qui antiquæ Metropolitanę ædis porticibus includebatur, quibus deſtructis in nouam Metropolitanam parochialis ſedes translata eſt, à turri vſque ad primum meridionale oſtium à reliquo Eccleſiæ corpore ſeparata alto muro, cuius adhuc veſtigia videmus in parietibus Eccleſiæ. donec Anno Chriſti 1508. moderna Parochialis paſculi ædificata eſt. B

Ius patronatus eſt pœnes D. Metropolitanę Eccleſiæ Decanum.

§. II. THESAVRVS SACER.

I. Digitus S.Huberti Epiſcopi Leodienſis.

II. De Stola eiuſdem S.Huberti, aliaque quę huc translata fuerunt, quando PP. Societatis IESV ſacellum & domus S.Huberti à Sereniſſimis Erneſto Electore & Capitulo Metropolitano tradita fuerunt. de cuius viri ſanctitate ac ſtolæ miraculis extat duplex vita ſancti, & in eam doctus Commentarius P.Ioannis Roberti è S. I. Hierothecarum vero altera figuram argenteæ crucis prę ſe fert, altera argenteę cubicę tabulæ cippo impoſitæ ſicuti in Miſſa ad pacis oſculum offertur. C

§. III. Feſta.

I. Omnia feſta B.M.Virginis.

II. S.Huberti 3.Nouemb.

III. Dedicationis Eccleſiæ in feſto Conceptionis B.M.Virginis 8.Decemb.

D

§. IV. Fraternitas.

I. Eccleſiaſtica præſertim Vicariorum Metropolitanæ.

II. S.Annæ.

III. S.Petri.

Monumenta.

I. Hic & quidem ad parochiarum extremam inſerendum putaui Epitaphium

quod

A quod ſibi omnibusque Chriſtianis ſcripſit Reuerendus Iacobus Merlo Horſtius SS.Theologiæ L.Paſtor B.M.V.in Paſculo, Amicus quondam meus incomparabilis & inſignis Paſtorum idea.

EPITAPHIVM

HOMINIS CHRISTIANI

VITÆ EIVSDEM REGVLAM EXPRIMENS.

D. O. M.

B Siſte gradum Viator;

HIC TERMINVS VIÆ, ET VITÆ, TVÆ AC MEÆ.

ILLE EGO QVI NATVS PRIDEM AC NOTVS ERAM SÆCVLO;

En denatus hoc iam lateo nudus nulluſque ſepulcro.

PVLVIS, CINIS, ESCA VERMIVM.

VIXI ANNIS (N) PAVCIS, SI SPECTETVR ÆTERNITAS;

Ad hanc tamen currendum mihi fuit in ſtadio fugacis vitæ.

Tempus viuendi, vt *bene morerer*, & *vitam mererer immortalem*,

Dedit mihi, & dat etiamnum tibi Clemens DEVS.

C Illius,&omnium quoque momentorū ſtricta à me Iuſto Iudici reddenda fuit ratio;

Vtique erit & Tibi.

VIXI IN EO (N) STATV, AC ID (N) MVNVS GESSI

Qui mihi HONOS, idem ONVS fuit; ô moleſtum & graue!

Miſerum eſſe,qui non CAPIANT;Mirum,non deeſſe qui CVPIANT.

O quam me iuſſit rigidam ſupremus Paterfamilias

Reddere rationem villicationis meæ!

SI SAPIS, ET CREDIS AMICO SYNCERE MONENTI,

Huc tu quoque te para quotidie;

NAM ex meo periculo te cautum reddi,felicis ſimul & ſapientis erit.

D POSSEDI DE TERRAE BONIS MODICA;

(*Attamen* Satis *ad* Vſum Vitę,Satis ad Votum, *quod* Neceſſitas *rexit,non* Cupiditas.)

Etiam horum,ad nouiſſimum vſque quadrantem reddenda fuit ratio.

Eſto,Res ANGVSTA *fuit mihi,ſed (experto ſis eſt credere)*

Sic tutius ad AVGVSTA *pergitur.*

O VIRI DIVITIARVM;theſaurizatis,& ignoratis,cui!

EGO NIHIL INTVLI IN HVNC MVNDVM, NIHIL EXTVLI,

Quod in cœlum præmiſi per manus PAVPERVM, Inueni, & hoc SOLVM:

Vos ſimiliter cum dormieritis SOMNVM veſtrum,aliud inuenietis nihil.

O AMI-

O AMICI VIVITE LÆTI, AT NON IMMEMORES LETHI; A
En quondam lætus vobiſcum, vos iam reliqui, & à vobis relictus;
Iniui ſolus Æternitatis iter. Quod eſtis fui: quod ſum eritis;
Quis ſcit an Cras an Hodie, an hac ipſa forſan hora.
Memores eſtote iudicij mei, ſic enim erit & veſtrum.
O Homo Bulla, quam breuis hæc VITA! Quam longa ÆTERNITAS: verè
MOMENTVM VNDE PENDET AETERNITAS;
Æternitas GLORIÆ & PœNÆ.
Ad illam VIRTVS ducit, Ad hanc VOLVPTAS.
ELIGE SEMEL PERIISSE, ÆTERNVM EST.
HOC POSTREMVM TE ALLOQVOR B
Deſiderans te habere cohæredem in Terra Viuentium vnà cum CHRISTO IESV.
In quo ſolo vera SALVS eſt & VITA Mortalium.
ILLI ô VIATOR VIVE, ILLI MORERE, ET ÆTERNVM VIVES.
Ante mortem MORI vitijs, mors eſt optima.
Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

Ad Lectorem.

B*Enevole Lector, hoc quod hic damus* EPITAPHIVM, *aliàs* R. D. IACOBVS *Merlo. Horſtius S.S. Theologiæ Licentiatus, ſibimet ipſe conſcripſit, qui poſtquam viginti & vnum omnino annos vigilantiſſimi Paſtoris munus in Parochiali Eccleſia B. V. MARIÆ in Paſculo* C *Coloniæ geſſerat, & modico contentus dicere ſolitus:* Dominus regit me & nihil mihi deerit, in loco PASCVÆ ibi me collocauit, *anno tãdem ætatis ſuæ 47. Chriſti verò nati 1644. die 20. Aprilis multis opuſculis ſpiritualibus editis, & S. Bernardi operibus illuſtratis clarus, ſuam cum morte piè tranſactam vitam commutauit: Verum, vt nullo negotio tuum id quoque fieret. ſub cuiuſuis* CHRISTIANI HOMINIS *nomine illud tibi à ſe pariter conſcriptum, vti viuus, ita & mortuus offert, & mortis horam ob oculos ſemper habens, extremùm valedicens, manu propria ſubſcripſit,*

Iam vobis valedico, amici, non in longum tempus; Breue eſt quidquid æui ſupereſt, præeo, ſequimini.

II. Carmen Clariſſimi Viri, &c.

Pijs Manibus venerandi & perdocti Viri D. Iacobi Merlonij Horſtij Paſtoris nuper in Paſculo, ab illuſtrato S. Bernardo alijsque pijs laboribus ſemper victuro. D

Eheu, bis Eheu! quam celeri fuga,
Nunquam manentes prætereunt dies,
Quam labitur curſu citato,
Hora vehens ſpacium ſupremum.

En ille

A *En ille cultor Numinis inclytus,*
En ille Diuis deditus omnibus,
MERLONIVS ceſſat ſupinus
Et requiem capit in ſepulchro.
Nil iuuit ætas vere ſuo virens,
Nil innocentis gratia ſpiritus,
Nil ſtriptionum vaſta moles:
Occubuit properante fato.

Fato execrando plus vice ſimplici,
Eſſet niſi æquum præmia porrigi
Curis piorum mox ſupernè,
Quæ renuit dare digna Mundus.
Caſum feramus robore maximo
Abiecto inanis murmure næniæ
In PASCVIS lætis Olympi
Iam fruitur meliore ſorte.

B

SYNTAGMA XXXV.

S. Catharinæ Ordinis Militaris Teutonicorum.

§. I. De Ordinis & Eccleſiæ initio.

ORdinum militarium apud ſepulchrum Chriſti inſtitutorum origines, à nonnullis ad Conſtantini Magni tempora reducuntur; ſed certior hiſtoria eſt, ab occupatâ per Chriſtianos terra promiſſionis ſub Annum Domini 1100. & deinde circa annum 1185. *ſub hoc ipſum tempus*, inquit Ioannes Luduicus Gotofredus in Ar-
C chontologia Coſmica, *Fridericus II. inſtante Papa Gregorio VIII. cum numeroſum exercitum in Syriam duxiſſet, vt belli ſacri progreſſus promoueret, autor fuit, vt hic* (Teutonicus) *Ordo inſtitueretur, & in templo atque hoſpitio S. Mariæ Ieroſolymis collocaretur. Quem Papa Cæleſtinus III. ſub regula S. Auguſtini approbauit. Hi eundem cum Equitibus templi & S. Ioannis ſcopum ſibi propoſuerunt, & eiuſdem cum ipſis profeſſionis fuerunt; cum nullum pane inter ipſos diſcrimen eſſet, quam quod hi atram crucem candidis pallijs inſutam gererent. Henricus VValpotus* (illuſtris ex Riparijs noſtris eques de quo vide lib. 2. Syntag. 1.) *fuit primus huius Ordinis magnus Magiſter. Poſtea ſuis ſcutis Roſarium adiecerunt, quod crucem ſupradictam ambiebat. Hinc eſt quod Mariani & Crucigeri appellati fuerunt.*

Capta Ieroſolyma, cum Ptolemaidam ſe recepiſſent, Imp. Fridericus eos tranſtulit in Ger-
D *maniam & in Boruſſia collocauit, quæ tunc Religioni noſtræ inimica erat, vt eam occuparent, & Chriſtianiſmo ſubijcerent: atque ſub auctoritate Gregorij IX. tandem anno M. CC. LXXIX. ſubactâ prouinciâ dicti ſunt Teutonici & Boruſſiaci* (Prutenici.) *Hæc victoria parta fuit ductu & auſpicijs Hermanni Salzæ, qui primus inſigna crucis in hac prouincia fixit: quo facto iſti Equites omnium Principum Chriſtianorum amicitiam & beneuolentiam ſibi conciliarunt, poſtea magna bella cum Lithuanis, Polonis & Tartaris geſſerunt.*

Presbyteri & Equites huius Ordinis crucem atram pallijs ſuis argento intextã gerunt.] Hactenus ex Archontologia cuius Chronologiam tamen non probo. Varia deinde fortuna ordo Teutonicus Liuoniam, Curoniam, & plurimas Prouincias tenuit. donec ante annos centum Martinus Lutherus verbum Dei ab Eccleſia traditum

reijceret,& quaſi collectaneum omnium hæreſum & errorum præcipue contra po- A
teſtatem eccleſiaſticam eccleſiæque monarchiam & cætera ſui cerebri venena latina Germanicaque lingua Septentrioni inſtillaret,& inter cætera miracula Alberto Brandeburgiaco Marchioni XXXIV.Ordinis Teutonici Magiſtro,Lutherani Euãgelij philtro dementato perſuaderet vt ductâ muliere Polonâ Regiâ, Magiſtri nomen in Ducis mutaret,Exemplum Principis alij magiſtri & commendatores (pro familiarum pudor)in eadem Prouinciâ ſunt imitati.In Germania vero noſtrâ, & inprimis apud Catholiciſſimos Vbios,Teutonicus ordo Catholicam in quâ plantatus fuit, fidem retinuit,plantatus autem videtur in Agrippinenſi Ciuitate Ordo, cum circa annũ Chriſti 1215. Sanctus Engelbertus Archiepiſcopus, Eccleſiam Teutonicorum militum ſub titulo S.Catharinæ dedicauit. B

§. II. THESAVRVS SACER Eccleſiæ S.Catharinæ in diuerſis Hierothecis.

I. Duæ notabiles partes,& tertia minor *de cruce Dominica*,& *ſpinula* ex Dominicâ coronâ.

II. Digitus Diuæ tutelaris,*S.Catharinæ*, ex Paleſtinæ regionibus quondam per Equites ordinis Teutonici allatus,oleum quoque ex tumba ſtillatum , etſi exiguæ quantitatis attamen à pluribus retro ſæculis adhuc liquidum. Deinde eiuſdem Sanctæ capilli. C

III. Notabiles partes de *S.Sebaſtiano*, & *S.Georgio*.

IV. De *S.Gangolpho*.& cerebro *S.Annæ*.

V. De Sanctis *Nicolao,Seruatio, Materno,Euchario,Gregorio,Machario*.

VI. De *S.Thoma* Apoſtolo,*Laurentio, Benedicto, Auguſtino*.

VII. Partes notabiles de *S.Barbara,S.Eliſabetha S.Maria Magdalena*.

VIII. De Sanctis *Bartholomæo, Alexio,Sylueſtro Iacobo* minore.

IX. De *linteo* quo Chriſtus præcinctus pedes diſcipulorum abſterſit.

X. De carne,tunica,& capillis *S.Eliſabethæ*.

XI. Notabiles partes de Sancto *Philippo* Apoſt.& *S.Margarita* Virg.& mart.

XII. De SS.*Matthæo,Iacobo* maiore,*Simone* Apoſtolis.

XIII. Inſignes Reliquiæ *S.Simeonis* puerum Ieſum amplexati,cuius hiſtoria idcirco in maiori arâ picta eſt cum hac inſcriptione. D

IESV vnd MARIA gebt vns den Lohn
Mit dem rechtfertigen Simeon
Des Heilthumb ich hie zeige ſchon.

§. III. Feſta.

I. Dedicatio Eccleſiæ Dominicâ ſecundâ poſt paſcha.

II. Ipſius Patronæ feſtum 25.Nouemb.

III S.Simeonis ſenis 8.Octob.

SYN-

SYNTAGMA XXXVI.

SS. Ioannis & Cordulæ.

§. I. De initio & progreſſibus loci.

Eccleſiam SS. Ioannis & Cordulæ, quondam ſub regimine Commendatoris poſſederunt Hieroſolymitani Hoſpitalarij Equites, (Rhodij appellati, quia debellatâ per Saracenos Syriâ, ad Rhodum inſulam conceſſerunt) nunc Meliten-ſes dicuntur, poſtquam per Solimannum Rhodo eiecti fortiſſimum Chriſtianæ Reip. propugnaculum, in Melita inſula exſtruxerunt. ex quo in præſens tempus, bella cum Turcis ſtrenue gerunt At noſtratem ædem & monaſterium SS. Ioannis & Cordulæ, ſucceſſu temporis occuparunt eiuſdem Hieroſolymitani ordinis Religioſi Fratres Presbyteri; qui tribus ſolemnibus votis aſtringuntur, & Dei laudibus horarumque Canonicarum decantationi ex inſtituto incumbunt, & à Patre Prioris, nunc Commendatoris, titulo inſigni reguntur.

Hi nigræ togæ albam crucem aſſuunt profeſſionis ſuæ indicium & diſcrimen. Exordium eccleſiæ *Engelberti II. Coloníenſis Antiſtitis* temporibus videtur adſcribendum; nam vbi modo organum eſt, primum fuit ſacellum de quo hæc legitur inſcriptio: *Fratres domus Hoſpitalis Coloniæ degentes, & oratorio congruo carentes, hanc ædificare cœperunt. Quicunque ſuis bonis ad hanc ſtructuram ſubueniebant, ijs largitus eſt Albertus Epiſcopus Ratisbonenſis Pontificius per Alemaniam & Bohemiam Legatus XL. dierum indulgentias Anno M.CC.LXIII. XXII. Iunij.* 1263.

Dicebatur illo tempore eccleſia *S. Ioannis*, tribus vero elapſis luſtris, anno videlicet 1278. acceſſit occaſio alterius tituli *S. Cordulæ*; quando temporibus R. P. Prioris *Henrici de Ratingen* diuinitus oſtenſum eſt Fratri *Ingebrando de Zirckſe* Viro ſimplici & ſancto, vbi Diua Cordula quieſceret in pomario quæ B. Alberti Magni manibus eleuata, & tranſlata, nunc in eccleſiâ mauſolæum habet, ſub quo inhumari voluit dictus *Henricus de Ratingen Prior.* Anno 1278.

Anno 1347. ipſo die S. Seruatij altare primi ſacelli dedicatum eſt D. O. M. in honorem ſanctorum *Michaelis, Ioannis Euangeliſtæ Georgij* Martyris. *Auguſtini* Epiſcopi. faciente *Scopienſe* Epiſcopo, Suffraganeo *VVilhelmi Archiepiſcopi* Colonienſis. Anno 1347.

Anno 1422. feria ſecunda poſt Dominicam *Inuocauit* cœpta eſt inſignis ſtructura chori & templi, formâ ad modernam reducta faciem, & intra quinquennium opus abſolutum Anno 1427 circa eandem Dominicam *Inuocauit.* Anno 1422 Anno 1427.

Anno 1483 feria 2. poſt Dominicã *Inuocauit* cœpta eſt ſtructura ambitus & dormitorij, cuius conſecratio facta eſt anno 1490. & in eo primus ſepulchrum accepit ante veſtibulum pomerij *Fr. Ioannes Kelner* denatus Anno 1494. 23. Ianuarij. Anno 1483.

A

§. II. THESAVRVS SACER Eccleſiæ SS. Ioannis & Cordulæ.

Martyrol. Rom. ad 22. Octob. I. Corpus S. CORDVLÆ V. & Mart *quæ vna ex ſodalibus S. Vrſulæ, cum aliarum ſupplicijs & cæde perterrita ſe occultaſſet, eius rei pœnitens poſtridie ſe vltro patefecit, & nouiſſima omnium martyrij coronam accepit.*] Quomodo verò diuina reuelatione corpus S. Cordulæ monſtratū ſit Fratri Ingebrando de Zurckze ord. S. Ioannis integerrimo Religioſo, vide apud Laur. Sur. Tēpus trāslationis accipe ex monumēto in pomario

Hic inuentū eſt corpus B. Cordulæ Virginis & Reginæ, quæ poſt mortem SS. Virginū in naui latuit. Præſidente Ioanne Papa vigeſimo primo, & Reuerendo Patre Domino Siffrido Archiepiſ. Colonienſi, nec non Regnante Glorioſo Principe Domino Rudolpho Romanorum Rege. Anno Dominica Incarnat. Milleſimo, ducenteſimo, ſeptuageſimo octauo in die B. Valentini Martyris. B

Anno 1278. Meretur hîc adſcribi Iul. Cæſaris Scaligeri Epigramma in S. Cordulam:

Mulcete æthereas Nymphæ Oceanitides auras
Et vada criſpatæ ſternite lenta rie.
En tenera admiſſis blanditur luſibus ætas,
Quæque legit pelagus, mox leget aſtra cohors.
At te, quæ latitas, cæleſtia regna latebunt;
Quin vltro mortem, quam fugis, ecce petis.

18. Iunij. II. Corpus S. CONSTANTIÆ Virginis & Mart. ex Societate Vrſulanâ, annis quinquaginta poſt inuentionē S. Cordulæ, diuinitus oſtenſum eſt Venerabili Virgini Petronellæ *de Scherue* ordinis S Franciſci Abbatiſſę Colonienſi ad Diuæ Clarę, Præſidente in Apoſtolicâ Sede Ioanne Papá & Luduico quarto Romanorū Rege, Henrico de Virnenbergh Colonienſi Archiepiſcopo Anno 1327. die BB. Marci & Marcelliani. Monumentum in pomario ſepit locū inuentionis; & hæc habet inciſa. C

Anno M. CCC. XXVII. hîc inuenta eſt S. Cònſtantia Regina.

Fr. Henricus Langenbergh 1466.

III. Cum S. Conſtantia pluſquam mille corpora Sanctorum diuinitus oſtenſa ſunt & reuelata inter quæ. D

IV. Singularibus Hermis incluſa capita reperta cum Diuâ Cordulâ videlicet Sanctorum *Remaldi EpiſcopiGræci, Ioannis Epiſcopi* ex Armenia, *Ambroſij Epiſcopi* Cardinalis & Martyris, *Clementis* Abbatis & Martyris, *Regij* Martyris, *Chiliani* Ducis Auunculi S Cordulæ, *Helenæ* filiæ S. Chiliani, Florentinæ Affinis S. Vrſulæ. Reliquiæ *Brigidæ* & *Sapientiæ* filiarū S. Chiliani, *Luciæ* quæ Sanctas Virgines Baſilea Romā anteſignana deduxit, *Clementiæ* Reginæ, *Annæ* conſodalis S. Cordulæ, & cui mirabiliter apparuit, *Aſræ, Formoſæ, Paulinæ, Pinnoſæ* &c. ex ſocietate Vrſulana multa capita, oſſa, dentes &c.

V. No-

A V. Notabilis pars ligni *Dominicæ Crucis.*

VI. Capilli B.M.V.

VII. De capite, cruore, & capillis *S. Ioannis Baptiſtæ* Patroni ordinis, & monaſterij huius.

VIII. De *S. Bartholomæo.*

IX. De Sanctis *Vincentio, Sebaſtiano, Blaſio, Georgio, Simone, Panthaleone, Clemente, Criſpino, Eraſmo, Rufo, Lamberto, Chriſtophoro.*

X. Pars brachij *S. Iuliani* Martyris.

XI. De capite *S. Gregorij* Papæ.

XII. De *S. Nicolao* eiuſque oleo.

XIII. De *S. Antonio.*

B XIV. De *Societate* Martyrum *Gereonis, Maurorum, & Thebæorum.*

XV. Brachium dextrum S. MARGARITÆ Virginis & Martyris quod carne, neruis, digitis, vnguiculiſque conſpicuum Venerabilioribus Reliquijs vrbis Vbiorum accenſendum eſt (13. Iulij.) *13. Iulij.* *NB.*

XVI. Pars digiti *S. Barbaræ* Virginis & Martyris (4. decemb.)

XVII. De coſta *S. Agnetis* Virginis & Martyris (21. Ianuarij.

XVIII. De *S. Dorothea.*

XIX. De *S. Chriſtina.*

XX. De *S. Eliſabetha* Landgrauia Haſſiæ (19. Nouemb.)

C XXI. De Capillis *S. Hildegardis.*

§. III. Fraternitates.

Anno Chriſti 1462. menſe Decembri Reuerendiſſimus Frater Magnus Magiſter Rhodij Ordinis *Raymundus Zacoſta* indulſit facultatem inſtituendi fraternitatem in eccleſia SS. Ioannis & Cordulæ: quam anno 1463. Calendis Martij Pius II. antea dictus *Æneas Sylvius.* anno pontificatus ſui quinto confirmauit, & eodem anno 20. Iulij Colonienſis Officialis approbauit.

§. IV. Feſta.

D I. Dedicationis eccleſiæ anniuerſaria ſolemnitas octauo die ante Feſtum SS. Coſmæ & Damiani.

II. Feſta S. Ioannis Baptiſtæ.

III. Cordulæ 22. Octobris.

IV. S. Agnetis 21. Ianuarij.

V. S. Conſtantiæ & inuentionis Reliquiarum 18. Iunij.

VI. S. Margaritæ 13. Iulij.

VII. S. Eliſabetæ viduæ. 19. Nouemb.

VIII. S. Barbaræ 4. Decemb.

A

SYNTAGMA XXXVII.

S. Antonij Domus Canonica.

§. I. De ordinis & loci initijs & ſtatu.

Ordo monaſticus S. Antonij.

Religioſa domus *S. Antonij* Coloniæ exiſtens non eſt domicilium ordinis alicuius monaſtici, quem beatiſſimus Anachoreta Antonius *Macharium, Amatham*, & alios docuit: & *Hilarion* in Palæſtinam *Euſebius Epiſcopus* Vercellenſis per Italiam, *Caſſianus* in Gallias, alij in alias orbis Prouincias propagarunt, quemque vnum eundemque eſſe cum Carmelitano inſtituto plerique aſtruunt. Sed eſt Clericorum ſeu Canonicorum Initium huiuſce inſtituti circa annum Chriſti 1095. in Gallia exorti adſcribitur cuidam *Gaſtoni* eiuſque filio *Girondo* nobiliſſimis Prouinciæ Viennenſis viris. Hi in grauiſſimam infirmitatem prolapſi Diui Antonij magni ſeruitio ſe voto obligantes, ſanitatem miraculosè obtinuerunt. Gaſtoni enim ſecundum quietem apparens Diuus Antonius, acceptare ſe votum obſequij dixit, & ordinem Hoſpitalium Clericorum iuſſit inſtitui, qui ægris ſeruirent: bonique ominis ergo, cui Sanctus Senex, innitebatur, ad figuram Tau vti loquuntur potentiatum (idem adhuc ordinis inſigne eſt:) Scipionem terræ infigendum porrexit, qui ſtatim in arborem conuerſus, longè lateque ramos diffudit, & vberes pulcherrimosq; fructus produxit; adhæc viſa eſt è cælo prodire manus benedictionem deſuper effundens. Reuelatione igitur animatus Gaſto, congregatis Sodalibus, ex regula S. Auguſtini mutuatis legibus, ordinem fundauit locupletatum priuilegijs à Pontificibus Innocentio IV. Sixto IV. Vrbano & demum Innocentio VIII. &c. De initijs ordinis leguntur veteres Verſus.

Ordo Canonicus S. Antonij. An. 1095. Ortus.

T. Ordinis inſigne.

B

C

Ordo Coloniam venit.

Gaſtonis voto ſociatus fratribus octo
Ordo eſt hic cœptus ad pietatis opus.

Videat cui perfectius vtrumq; ordinem intueri eſt animus R. P. Ioannis Bollandi doctiſſimi è ſocietate Ieſu Ianuarium ad diem 17. Menſis. Porro poſterioris huius Ordinis fœcundus ſurculus in Vbiorum vrbem Anno 1298. Fundatore *VVigboldo ab Holte Archiepiſcopo* tranſplantatus eſt, & à ſucceſſoribus Archiepiſcopis vberrim rigatus; inprimis *à Friderico de Sarvverden Archiepiſcopo Colonienſi* qui præter alia beneficia ſplendidam eccleſiam quam anno 1350 Wilhelmus præceptor cœperat, & ſucceſſor Theodoricus *ab Aushem* perfecerat, conſecrauit, & altarium perpetuos titulos Fratribus ſicuti in collegiatis diſtribuit Archiabbas Viennenſis in Delphinatu Franciæ, vbi ſedes capitalis ordinis; quondam ſuperiores mittebat: ſed cum peregrina œconomia parum Colonienſis domus reculis congrueret, & Archiabbatis fiſcales nimia auiditate, defunctis Præceptoribus, ſpolia inſtituerent, ne collabaſce- D

Exemptio Colonienſis.

ceret

A rent omnia; prouiſum ſalubriter vt Colonienſes à ſpolijs exempti, & à duritie iugi quaſi manumiſſi, libertatem haberent eligendi ſuperiorem quem Generalis Præceptoris nomine compellant; ille in ſpiritualibus temporalibuſque Canonicam domum Antonitarum dirigit. Huiuſmodi vero exemptionis confirmationem Ioannes à Gulich Marcoduranus quintus à præſidente nunc Domino Rutgero de Vehlen, Præceptor, obtinuit à Papâ Gregorio XIII. cum priuilegio præeminentiæ domus Colonienſis præ cæteris eiuſdem ordinis in Germania locis. Atque à temporibus huius exemptionis non modicum in œconomiâ & optimâ diſciplinâ profectum Colonienſes Antonitæ fecerunt, & ita vt capitularium Fratrum modeſtia, ſobrietate, pietateque aliorum ordinum zelum antecellere, aut ſaltem æmulari in B melioribus chariſmatibus dici poſſit, vtpote quorum nemo, vel ſenio, vel ægritudine ſe à nocturnis diurniſque officijs diuinis vnquam abſtrahi patitur. Hæc, ſi coram, vt ego alijque inuidia & ſpe libero oculo & animo intuitus eſſet Buchananus excucullatus monachus ſane ſuo ingenio alios metiri ſuperſediſſet, neque acerbo carmine aduerſus Euangelium Matthæi 5. 22. Euangelicus, viros bonos ſuibus comparaſſet; quo quidem carmine cum gehennam meruerit, nihil ei iniuriæ fiet ſi ſepulchro eius inſcribatur pro merito ſuo VITA, ET ORE PORCVS ACARNANVS. Omitto inſcitiam Buchanani illam qua Canonicos Hoſpitales, Homonymis cõfudit monachis quos, quando hæreſis labe erant infecti ſuo æuo vitandos ſuaſit Eulalius Epiſc. Syracuſanus in vita S. Fulgentij quæ extat 1. Ianuarij.

C

§. II. THESAVRVS SACER Canonicæ hoſpitalis domus S. Antonij.

I. Hermæ argenteæ includitur notabilis pars de *S. Antonio* Magno per diœceſin Colonienſem patrono, cum quaquâ verſum, eius exſtet memoria, vt nullum neque oppidum, neque municipium ſit, vbi fermè non reperiatur aut ſacellum, aut ara, aut imago S. Antonij. Monaſterium cum acidulis iuxta *Andernacum*. Municipium S. Antonij in myrica prope *Kempenam*, & alterum prope *Hardenberghum* redolent D huius Sancti celebritatem. Natus eſt S. Antonius Anno Chriſti ſecundum communem æram 253. Sanctiſſimè denatus ineunte 537. cum in ſumma vitæ auſteritate à 10. anno ætatis, vltra viginti & vnius Imperatorum ſceptra viuendo, & centeſimum quintum ſuæ ætatis annũ exæquaſſet. A morte ſacrum eius corpus centum ſeptuaginta duobus annis delituit ſed non vitæ ſanctæ exemplum, vti Pachomius d. Auguſtinus 8. Confeſſ. cap. 6. & alij apud Bollandum relati teſtantur, donec Anno 529. ſub Iuſtiniano Mauortio Auguſto diuinitus reuelatum Alexandriam, inde Anno Chriſti 670. Conſtantinopolim translatum eſt, & demum à filio S. Gulielmi Iacobino, temporibus Lotharij Imperatoris, poſt annos trecentos allatum eſt Viennam Galliæ *17. Ianuarij*

Galliæ vrbem: vnde cum ordinis propagatoribus Reliquiæ notabiles. Coloniam Agrippinam venerunt. A

II. Hierothecæ crucis figuram referenti ſunt impoſitæ diuerſæ Reliquiæ de S. Antonio.

III. Capſæ argenteæ oblitæ auro inſertæ ſunt Reliquiæ de ligno *Crucis* Dominicæ, de *S. Helena Regina*. de *S. Cornelio* Martyre, de quamplurimis Martyribus & Confeſſoribus, &c.

IV. Capſæ, coſta *S. Blaſij*, itemque de *S. Pancratio*.

V. De *S. Iacobo* Apoſtolo de *S. Maria Magdalena*, de *S. Margarita* Virg. & M. de *S. Laurentio M.* de *S. Georgio M*, de Societate S. Vrſulæ. B

VI. De diuerſis *locis Sacris* Paleſtinæ, & de *SS. Mauris* Martyribus.

VII. Iterum de *S. Antonio*. de *SS. Innocentibus* de XI. Mille *Virginibus*, de loco in quo decollatus S. Georgius.

VIII. Iterum de *S. Antonio*. de S. Ioanne Baptiſta, de *S. Catharina*, de *S. Eliſabetha*.

IX. De ſepulchro Chriſti, de *S. Franciſco*, de *SS. Ioanne* & *Paulo*, de *Sebaſtiano*, de *S. Anna*.

§. III. Dies Feſti.

I. Dedicatio Eccleſiæ dominica proxima à Feſto S. Dionyſij quod 9. Octobris celebratur. C

II. S. Antonij patroni 17. Ianuarij.

SYNTAGMA XXXVIII.

Eccleſia Corporis Chriſti Canonicorum Regularium.

§. I. De ortu Eccleſiæ, &c. D

ECcleſiæ Corporis Chriſti originem ex Tabulario refert Tilmannus *Bredenbachius* Collat. Sacrar. lib. I. c. 8. *Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, hunc ſpectabilem locum cum deuotione viſitaturis, quod veridico relatu didicimus, & Patres noſtri narrauerunt nobis, Deum, qui mirabilis prædicatur in ſanctis ſuis, mirabiliorem ſe exhibuiſſe circa venerabilis ſui ſanctiſsimi corporis & ſanguinis Sacramentum, anno Domini* 1331. *Vbi olim in* (*Anno 1331.*) *fouea hac* (*quæ miro tabulatu concernitur in medio choro huius Eccleſiæ*) *Venerabile Sacramentum de ore cuiuſdam hominis ægritudinis lecto decumbentis, qui communicauerat, in ſpecie infantuli, dinoſcitur effuſum fuiſſe, & ſuper eandem foueã erectum fuerat oratoriũ paruũ,* à Ma-

A à Matrona quadam nomine *Benigna* (honeſti ciuis Colonienſis Henrici *de Cuſino* relicta vidua) & eius filio *Brunone*, cuius erat loci fundus, vinea puto, de expreſſo *Sacrarium Agrippinæ.*
conſenſu *D. Reinoldi Præpoſiti S. Gereonis* ac *Domini Mathiæ Plebani S. Chriſtophori*, ad vnius Sacerdotis ſuſtentationem erectum & dotatum & magno populorum concurſu deuotiſſimè frequentatum, ſecundum quod ſcriptura & pictura edocent, cum varijs ſignis & miraculis, quippe ſubmerſi reſuſcitati, rupti perſanati infantes ex difficilis partus periculo erepti & alia multa admiranda patrata fuerunt. Quin etiam de terra vbi fertur venerabile Sacramentum verſum in ſubſtantiam infantuli, infirmi febricitantes potum ſumendo frequenter ſanati ſunt, atque etiamnum ſa-
B nantur, quamobrem ſępius huc confluunt peregrini eandem terram in exigua licet quantitate cum deuotione inſigni deportantes, ſanitate percepta Deo gratiarum referunt actiones. Deniq; circa annum Domini 1423. creſcente deuotione fideliū, 1423.
& pio cum primis ſtudio laudabilis viri Arnoldi *Schillinck* ciuis Colonienſis, ſuperædificata eſt loco ſacro Eccleſiæ vſque nunc ſpectabilis. quæ per Rectores, Presbyteros ſæculares, per ſeptem fermè annos gubernata, poſtea circa annum Domini 1430.
milleſimum quadringenteſimum triceſimum, priuilegijs ſuis per conſenſum deuoti viri *D. Henrici Aſel* pro tunc Paſtoris Eccleſiæ parochialis S. Chriſtophori dotata, donec Reuerendiſſimi *D Theodorici de Morſa* Archiepiſcopi Colonienſis ſtudio idem locus promotus fuit ad maiorem dignitatem atq; in Monaſterium Canonicorum
C Regularium Ordinis S. Auguſtini erectus. quo tempore primus præfectus vel Prior huius monaſterij venerabilis vita, ſcientia, & moribus frater *Thomas van den VVall* profeſſus in *Monaſterio Fontiū B M.V.* prope *Arnhem Ciuitatem Gelricam*. hic ſepultus in choro noſtro, qui laudabiliter Monaſterio pręfuit vltra 50. annos vſque ad annū Domini 1490. cuius etiam temporibus hoc monaſterium ædificijs, & reditibus au- 1490.
ctum eſt. quo defuncto eodem anno alius ſucceſſit in locum eius Prior huius Monaſterij, filius ciuitatis Colonienſis, qui conſiderans prædictam foueam quodammodo per obliuionem & incuriam obrui, & omni honore digniſſimam memoriam Venerabilis Corporis Chriſti, minori deuotione coli, zelo inflammatus, Dei adiutorio & Chriſti fidelium ſubſidio, eandem foueam renouauit, & titulo decoratam ſo-
D lemniter erexit cum luminaribus & indulgentijs, prout oculis intuētium occurrit.]

§. II. THESAVRVS SACER.

Potiſſimum induſtria proxime dicti Prioris is procuratus eſt cum monaſterio S. Cæciliæ Commiſſarij titulo præeſſet. Eſt vero is qui ſubtexitur.

I. Caput *S. Loyca* Reginæ Antiochenæ.

II. Caput *S. Eufraxia*, eius filiæ cognatæ S. Vrſulæ.

III. Caput *S. Maximiliana* Reginæ ex Hungaria.

IV. Caput *S. VValburgu* Reginæ.

V. Caput *S.VVilhelmæ*, Filiæ Regis *Dagoberti* Britanni. A
VI. Caput *S.Marinæ* Reginæ de Mauritania.
VII. Caput *S.Euodiæ* inclytæ ſponſæ Beati *Manandri* militis nobiliſſimi.
VIII. Vertex *S.Afrinæ* cognatæ S. Vrſulæ omnes ex ſocietate 11000. Virginum.

Atque hæ potiores ſunt præter alias ex Societate SS. Gereonis & Maurorum Martyrum.

§. III Fraternitates.

Vnica eaque inſignis hoc loco celebratur Fraternitas, ab eo quem ante laudaui
1497. Priore An. Domini 1497. Inſtituta in honorem CORPORIS CHRISTI & VII. B
Gaudiorum B.M.V. in quorum gaudiorum etiam ſpectabilem erexit Capellam
1503. An. Domini 1503. de oblationibus peregrinorum, tempore peregrinationis ac cum ſubſidio aliorum amicorum atque Chriſti fidelium, fratrum, & ſororum eiuſdem Fraternitatis, quæ Fraternitas in eadem Capella perpetuis temporibus celebratur certis aſſignatis tum reditibus, tum miſſis, vigilijs, orationibus & alijs bonis operibus, vt autem Chriſti fidelium deuotio erga hanc fraternitatem amplius excitaretur impetrauit magno labore & ſtudio à Reuerendiſſimo Domino Raymundo Cardinali preſbytero, qui eodem tempore Coloniæ cauſa Legationis degebat, certas Indulgentias pro omnibus & ſingulis in eadem fraternitate venerabilis corporis C
Chriſti atque ſeptem gaudiorum beatæ Virginis inſcriptis.]

§. IV. Feſta.

I. Feria V. poſt Dominicam SS. Trinitatis feſtiuitas Venerabilis Sacramenti.
II. S. Auguſtini. 28. Auguſti.
III. Dedicatio Eccleſiæ 10. Octobris die S. Gereonis ſacro, quo Ioannes *de Tremonia* ex ordine Minorum Suffraganeus eam conſecrauit Anno 1425.
IV. Dedicatio Capellæ VII. gaudiorum B. M. Virginis celebratur in Feſto Viſitationis. D

SYNTAGMA XXXIX.

Domus Canonica SS. Trinitatis & S. Michaelis Clericorum in communi viuentium, vulgo in VVeidenbach.

§. I. De origine ſtatus & loci.

TEmpore Concilij Conſtantienſis quod an. 1417. eſt cœptum celebrari ad tollendum Schiſma eccleſiæ, cæpit quoq; Coloniæ domus congregationis Presbyte-

byterorum & Clericorum, ad exemplar primitiuæ eccleſiæ in commune viuentium,
A & æmulantium eam *multitudinem credentium cuius erat cor vnum & anima vna.* Author huius Congregationis fuit *D.Henricus de Abuſio* ex Monaſterienſi diœceſi Weſtphaliæ presbyter, poſtquam *Gerardi Dauentrienſis re* & nomine Magni eruditus tum Monaſterij tum Weſaliæ id inſtitutum fundarat titulo Fratrenſium, Laudauit hoc inſtitutũ & priuilegijs muniuit Martinus V. & Theodoricus *de Morſa* Archiepiſcopus cum Gerardo *de monte* Propoſito & Archidiacono Colonienſi, atque almæ vniuerſitatis Cancellario, facultas Theologica & Iuris Doctores, illud defenderunt ac protexerunt ac declarationibus ſuis & literis ſigillo munitis, inſtitutum approbarunt. Siquidem in ſancta generali Synodo quidam *Matthæus Grabbo* Razeburgenſis SS.Theol. Lector quaſdam ediderat concluſiones aduerſus Clericos in communi
B viuentes, quibus negabat licere amplecti euangelica Domini noſtri Ieſu Chriſti cõſilia Paupertatis, Caſtitatis, & obedientiæ extra ordines Mendicantium, ſed eius libellus Florentiæ coram ſummo Pontifice exuſtus eſt, & author in perpetuos carceres eſt detruſus. vt patet ex proceſſu hic cuſtodito. Locum Canonicæ domus ſuæ impetrarunt ab *Hermanno & Ioanne de Cuſino* ac *Ludouico de Olmesheim* S. Panthaleonis Abbatibus, cum conſenſu *Eugenij IV. Pontificis*, cuius bullas Anno 1440. executioni dedit, ſpecialiter deputatus Apoſtolicus Commiſſarius, Doctor *Chriſtianus* de *Erpell* Præpoſitus B.M.V. in Gradibus.

An 1449 Indictione XII. *Nicolai V.* Papæ Secundo 14. Martij *Ioannes diaconus Cardinalis S. Angeli*, per Germaniam Apoſtolicæ Sedis de latere Legatus, confirmauit
C Canonicæ huic domui, conceſſas, à *Theodorico de Morſa* gratias aliaq; indulta.

Anno Chriſti 1475. Soluta Noueſienſi obſidione, paceq; cum *Carolo audace* concluſa, diuertit *Fridericus Cæſar* Coloniæ in ædes ex oppoſito S.Pãthaleones iuxta Patres in Weidenbach, quas nunc Prænobilis & ſtrenuus vir *Petrus à VVolffskeel* incolit. Itaque ſua Maieſtas indies perſpiciens Vicinorum ſibi Fratrum Clericorum pietatis & morum ornatum, eos declarauit perpetuos Cæſarum capellanos, verba bullæ Imperatoriæ ſunt:

Hinc ad vos deuotos fideleſq; noſtros, Rectorem atq; Presbyteros & Clericos, totumq; cætum domus in VVidenbach Ciuitatis noſtræ Colonienſis, de quorum vita commendabili deuotione ſinceræ conuerſationis honeſtate, ac morum ornatu, non ſolum famæ fragrantem recepimus odorem, quin & experientia propria didicimus veritatem, Noſtræ Clementiæ Imperialis liberalitatem fauoroſius extendentes: Vos qui in ſimplicitate & abiectione, inq; communi vſu
D *veſtrorum bonorum abſq; proprietate, ſine tamen mendicitate, ex opere etiã veſtro manuali, alijs presbyteris & clericis ſecundum formam ab Apoſtolis doctrina & exemplo traditam, licito, honeſto, & decenti, caſte, concorditer, debitaq; ſub obedientia, ac alias ritè & legitimè, prout Canonicos etiam ſeculares de iure communi & ſecundum honeſtatem deceret, hanc vitam arũnoſam ſalubri meatu tranſigitis, veſtroſq; in eadẽ vita poſteros, ſucceſſores, & ſequaces de corpore eiuſdem domus pro tempore exiſtentes, in noſtros & Sacri Romani Imperij Vicarios & Capellanos, ex nunc in antea & in perpetuum, motu proprio, certaq; ſcientia, & plenitudine*

Cæſareæ poteſtatis creamus &c.& eccleſiam veſtram intra ſepta dictæ veſtræ domus & illius æ- A
dificiorũ exſtructam, ad honorem ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, glorioſæ ſemper Virginis Dei Genitricis Mariæ, & Sanctorum Angelorum dedicatam, Collegialemq́; dudum Apoſtolica auctoritate effectam, & inſignijs Collegialibus decoratam, in noſtrum & ſacri Romani Imperij Collegium, &c. Acceptamus, eamq́; nec non domum prædictam, vna cum ſuis attinentijs prout in oppoſito Monaſterij S. Panthaleonis, &c. à poteſtate, iuriſdictione, coercitione, præceptis, edictis, & mandatis, ac ſeruitutibus, oneribus, & ſeruitijs localibus quibuſcunq; eximimus & liberamus, eaſque, & ea & vos, veſtroſq́; poſteros, &c. Sacroq́; imperio immediate ſubijcimus, &c. Ita etiam vt dicta veſtra domus, & curia ad nullum alium etiam quarumcunq́; Religioſarum perſonarum, alterius ritus vel ordinis, cuiuſcunq́; etiam ſexus vel conditionis exiſtant, per quæcunque, ſeu quoſcunq́; via facti, aut præter veſtrum omniũ expreſſum liberumq́; votum & con- B
ſenſum, commutari aut conuerti valeat vſum, &c. ſub pœna, &c. datum in Ciuitate noſtra
1475. *Colonienſi, Anno Domini* MCCCCLXXV. *die vero 23. menſis Septemb. Anno Regnorum noſtrorum 36. Imperij 24. Hungariæ vero 17.*

Phraſes & periodos Notariorum omiſi, ne mihi & Lectori generarem nauſeam, comprobauit ſuo calculo idem priuilegium An. 1476. Officialis Iudex Archiepiſcopalis curiæ Colonienſis.

---

§. II. THESAVRVS SACER domus Canonicæ in Widenbach.

I. Hierotheca argentea in forma Crucis *de S. Ligno* particulam complectitur. C
II. Alia eiuſdem formæ Hierotheca *eiuſdem ligni* particulam.
III. Herma, partem Chlamidis & oſſa *S. Mauritij.*
IV. Herma, *S. Dorotheæ* Virginis pectus.
21. Ianuarij V. Hierotheca in ſpeciem brachij efficta, partem lacerti Beatæ Virgunculæ *Agnetis*, quæ pro fide & Caſtitate intuitu obtinendæ perpetuæ vitę tenerrimam tredecim annorum ætatem vitamq́; præſentem Chriſto impendere non dubitauit, paſſa eſt Romæ in vltima perſecutione eccleſiæ, ante imperium Conſtantini magni. Reliquiæ eius Rheni-traiectum olim tranſlatæ ſunt.

Sub exordium autem Canonicæ domus in Widenbach, cum Clerici dictę cõmu- D
nis vitæ munifica comitate hoſpites ſæpe ſuſciperent, quidam Vltraiectenſis Preſbiter petens curiã Romanam, ab alijs hoſpitio excluſus, à primis in primi feruoris flore fratribus huius domus humaniſſimè exceptus eſt, hic ſerico inuolutũ detulerat brachiũ S. Agnetis, ſummo manè vero proſecuturus iter, cũ ſacrâ ſarcinâ toto vrbis pomerio oberrans & mœnia circumlegens, nullum reperit exitum; vnde in admirationem rei raptus & portentoſum errorem pauidus in ſe admirans, daturus feſſa membra quieti, hoſpitum ſuorum in meridie repetijt collegium, errorem & animi grauem angorem quibus ſibi illudatur, pandit; & reſignatis in Fratrum cuſtodiam Reliquijs comperta ocyus animi & corporis alacritate, expeditus iter abſq; impe-

dimento

A imento iniuit. Sacrum pignus hoſpitibus ampla excercitæ humanitatis permanſit merces.

VI. Ad ſimilitudinem brachij hierothecâ brachium continet *ex ſocietate Vrſulanâ* Sanctarum Virginum Martyrum.

VII. Viginti & octo capita diuerſorum Martyrum tam *ex Thebæa* quam *Vrſulana ſocietatibus*.

VIII. Tria altarium tabernacula, & duæ capſæ ex vtraque chori parte diuerſas Reliquias continent.

§. III. Feſta.

B I. Inter feſta ſingularius *celebriusque* celebrant Dominicam Sanctiſſimæ Trinitatis, cuius ſummæ gloriæ, tituloque eccleſia dicata eſt.

II. Feſta Sanctiſſimæ Dei Genitricis Mariæ, & S. Michaelis Archangeli, qui etiam ſunt Eccleſiæ titulares.

III. S. Agnetis Virginis & Martyris 21. Ianuarij.

IV. Dedicationis Eccleſiæ Dominicâ proximâ feſto S. Vdalrici quod incidit in quartam Iulij diem.

SYNTAGMA XL.

C *Carthuſia Colonienſis.*

§. I. De initio & progreſſu Monaſterij.

ANno 1334 *VValramus* Archiepiſcopus Colonienſis F. Comitis Iuliacenſis ſub 1334.
patrocinio S. Barbaræ in fundo Martinsfeldt ſic dicto quod iſtic *S. Seuerinus* *Ex Sacra-*
Epiſcopus Colon. epinicium SS. Angelorum, animam S. Martini ad cælos deducen- *rio VVin-*
tium, audierit, iecit fundamenta huius Carthuſiæ. Verum non confeſtim animo *heimij.*
deſtinatum opus exegit, dotauitque, quippe 100 duntaxat Maldera Siliginis, & totidem marcas, pro ſuſtentatione Dei ſeruorum aſſignauit. Porro occaſio loci ad Carthuſiam extruendam delecti, ea à maioribus traditur fuiſſe quod cum ſacer Antiſtes de extruenda Ordinis Carthuſienſis domo cogitabundus hæreret, D nec locus ſeſe quantæuis diligentiæ commodus offerret, diuinitus reſponſum hiſce verbis acceperit: S. MARTINVS VVLT HIC ÆDIFICARI, Dotationis autem negotium ea cauſa tardauit quod Epiſcopus Lutetiam Pariſiorum profectus, ibidem poſt 16. annorum ſeſſionem in Colon. Eccleſiæ Cathedra obierit diem, & dos Carthuſiæ aſſignata ab hæredibus cunctanter ſolueretur. Cum igitur neceſſitate compulſis Religioſis è Colonia migrandum eſſe videretur, Patritij partim Colonienſis Vrbis indigenæ, partim incolæ aliquot, in quibus eminet *Conſtantinus à Liſkirchen* qui fundum Carthuſianis donarat, *Rupertus Anglicus, Ioannes de Riuo, Tyrus* cum ſuis,

Scherſgen. Mummersloch & c. perſpecta corum inculpata vita, eoſdem ſecum reti- A
nere deſiderantes eis è ſuis prædijs ac opibus dotem conſtituerunt palam faſſi, malle ſe detrahere natis, vt viros adeo pietate præſtantes ad Reip. illius commodum retinerent, ex qua eorundem parens & author . Bruno vitam & ſpiritum duxiſſet. Hos deinde temporibus ſecuti ſunt *Rinckij*, & alij quam plures ex Eccleſiaſtico & ſeculari, ordine patroni, è quibus præcipuus *D. Petrus Rinck* Iuris Doctor multarum Eccleſiarum liberaliſſimus Benefactor, ambitum minorem cum fornice extrui curauit, in quo totius veteris teſtamenti hiſtorias pulcherrimè in feneſtris exprimi præter alia quam plurima collata decora curauit. His præcipuis Carthuſiæ Colonienſis parentibus accenſendus eſt *VVilhelmus de Iuliaco* I. Dux Montenſis, is enim Patruum ſuum magnum Walramum & auum ſuum Wilhelmum æmulatus, alter huius in hac Vrbe Religionis conditor fuit, quem deinde alij quoque & vero B
etiam Archiepiſcopi Colon. ſanctimonia huius inſtituti delectati egregie ſunt imitati. Extant diplomata priuilegiorum præter Pontificia & Cæſarea, etiam *Theodorici de Morſa* ex anno 1434. 14 Ianuarij. Roperti Bauari ex anno 1465 16. Nouemb. *Hermanni de Haſſia* ex anno 1483. ipſo S. Eliſabethæ. *Adolphi Schavren*[illegible] ex anno 1548. vltima Auguſti, *Erneſti Bauari* ex anno 1589. 2. Februarij & [illegible] ha-ctenus diuina benignitas meritis S. Martini aliorumque SS fundata apud Agrippinenſes Carthuſiæ, de qua re extat etiam inſigne Alberti Kuetij teſtimonium in Referendario MS narrantis, qua ratione aliquando B. V. Maria, ſeu quæ alia mortalis Magnifica & glorioſa Matrona Dei nutu miſſa Monaſterij indigentiam commeatu copioſo ſubleuarit, cum religioſi ſextam B. M. V horam recitarent omnis C
pene edulij domi egentes. Cui non abſimile eſt illud, quod eidem domui B. Barbaram Patronam loci præſtitiſſe comperio quæ extreme periclitantibus religioſis, & iamiam alio ob inopiam dimittendis, euocato ad portam Priore copioſo auro porrecto ſubuenit, & diſparuit.

Ex MS co.

S. Barbara præſidia Carthuſianis impêdit.

Situs loci, ſolitariæ vitæ opportunus eremo ſimillimus XXX. fere perſonarum alimoniæ ſufficiens, aluitque hactenus non ſolum egregie pios ſed & doctos ac ſcriptis claros viros inter quos merito nominandi videntur. *Henricus Calcar VVernerus Roleuinc, Petrus Blomeuenna, Ioannes Iuſtus Lanſpergius. Theodoricus Loer à Stratis & Laurentius Surius* & cellæ ſtudijque eiuſdem excultores *Georgius Garneſeldius* & *Petrus Liphauſen.* D

§. II. THESAVRVS SACER.

Inter cæteras huius Eccleſiæ ſanè præclaras & multas Reliquias hæ præcipue oſtenduntur.

I. De ligno *S. Crucis* portio notabilis.

II. Duæ *Spinæ de Corona* Domini.

III. De

III. De *fimbria tunicæ Chriſti* inconſutilis, quam mulier ſanguine fluens tetigit.
A Hinc matronæ Ciuitatenſes eadem infirmitate detentæ, vinum in Carthuſiam mittentes, petunt vt panniculus, quo particula fimbriæ attingi ſolet, in illud intingatur; de quo guſtantes non paucæ incunctanter reualeſcunt.

IV. *Sudarium B. Mariæ* Virginis, quod ipſamet proprijs manibus in templo Hieroſolymitano texuit.

V. Dens *S. Ioannis Baptiſtæ* vnus.

VI. Maxilla *S. Simonis Apoſtoli* cum tribus dentibus. Fuit hic patria Chananæus, Zelotes ab Euangeliſta *Luc. 6. capite* dictus; prædicauit Euangelium primo in Ægypto, deinde in Perſidem vna cum Thaddæo ſimul ingreſſus, cum innumeram gen-
B tis illius multitudinem Chriſto ſubdidiſſent, Martyrium conſummarunt, fratres non tam vterini Cleophæ filij quam in paſſione ſocij.

VII. Dens *S. Georgij Magni Papæ*, Eccleſiæ Doctoris, Anglorum Apoſtoli.

VIII. Duæ particulæ capitis *S. Brunonis Carthuſianorum Patriarchæ* anno 1514. à V. Patre Matthæo Priore domus Bononiæ V. Patri *Petro Blomouenna* Priori Colonienſi, eo quod S Bruno Coloniam genitricem habuit, dono tranſmiſſæ, quas vnde ipſe habuerit, Surius tomo 5. folio 605 commemorat.

IX. Pars capitis *S. Stephani Papæ* & Martyris, de quo latius ſub titulo S. Cuniberti.

X. Pars capitis *S. Eraſmi*. Antiochienſis Epiſcopi & Martyris, qui 2. die Iunij ſub Diocletiano primum plumbatis cæſus; deinde fuſtibus grauiter mactatus, poſt reſina, ſulphure, plumbo, pice cera, oleoque perfuſus illæſus apparuit. Deinde in Cā-
C pania in ciuitate Formienſi, ſub Maximiano diuerſis atque immaniſſimis ſupplicijs iterum cruciatus, ſed ad confirmandos cæteros à Deo ſeruatus, tandem vocante domino martyrio clarus, Sancto fine quieuit.

XI. Cranium *S. Marcini* ex ſocietate Maurorum.

XII. Capita ex *Societate S. Vrſulæ* quam plurima.

XIII. Caput *S. Praxedis* Reginæ ex ſocietate S. Vrſulæ.

XIV. Caput *S. Chriſtinæ*, Reginæ ex ſocietate S. Vrſulæ.

XV. Caput *S. Pudentianæ* Virginis Romanę ſororis S. Praxedis, quæ poſt multorum Martyrum venerabiliter exhibitas ſepulturas, poſt omnes facultatea ſuas
D pauperibus pro Chriſto erogatas, tandem de terris ad cælos migrauit.

XVI. Caput *S. Victoriæ* Virginis & Martyris Romanę, quę in perſecutione Decij Imperatoris cum eſſet deſponſata Eugenio Pagano, & nec nubere vellet, nec ſacrificare Dijs, poſt multa facta miracula quibus plurimas Deo Virgines aggregauerat, à carnifice gladio in corde percuſſa eſt, adhortante eam S. Anatholia Virgine & dicente: O Victoria, vince, & ſis vera victoria.

XVII. Reperiuntur etiam in hac Eccleſia brachia infraſcripta. Brachium *S. Viti* Martyris, qui ſub Diocletiano Imperatore 15. Iunij poſt ollam feruentis plumbi, poſt beſtias & cataſtas diuina virtute ſuperatas, vna cum Modeſto & Creſcentia

coniu-

coniugatis, puer duodennis ordinis Senatorij filius curſum glorioſi certaminis peregit. A

XVIII. Magna pars Brachij *S. Georgij Magni Martyris* & Militis, de quo ſub titulo Eccleſiæ S. Georgij.

XIX. Brachium *S. Annæ* Auiæ Chriſti, Virginis Dei Matris Mariæ parentis.

XX. Brachium S Mariæ Magdalenæ.

XXI. Brachium S. Noitburgis é familia B. Plectrudis, cuius ſanctitatem duo cæleſtia luminaria in eius funere viſa illuſtrarunt. Corpus eius *in montem S. Beati* Carthuſiæ Confluentinæ translatum quieſcit.

XXII. Portio notabilis *S Barbaræ* Virginis & Martyris huius Eccleſiæ Patronę, de qua ſub titulo Eccleſiæ Franciſcanorum Conuentualium agitur. B

XXIII. Clauus ferreus & *Syndon, ad imitationem* illius qua Chriſtus Dominus in ſepulchro inuolutus fuit & nunc in Gallijs Sycambri aſſeruatur.

XXIV. Minucioribus particulis Apoſtolorum, Euangeliſtarum, Eccleſiæ Doctorum, ac plurimorum Martyrum, Confeſſorum, & Virginum nec non aliorum Chriſti & Sanctorum panniculorum, quibus ſummum Altare & tria magna Reliquiaria Templi muris inſerta referta ſunt, ne longus ſim taceo.

XXV. His omnibus ex MS. quodam ſubiungo ſequẽtes Reliquias non vno loco reconditas, nec paris magnitudinis aut dignitatis omnes tamẽ in pretio habendas: videlicet *de cerebro S. Petri* Apoſtolorum Principis, de coſtis SS. Apoſtolorum *Andreæ, & Philippi* os magnum & alterum paruum. De *S. Matthæo* Euangeliſta, oſſicula duo de *S. Bartholomæo* Apoſtolo. Os magnum *S. Thadei* Apoſtoli. Os paruum de *S. Matthia* Apoſtolo, magna pars de coſta *S. Lucæ* Euangeliſtæ. Caput vnius pueri ex *Innocentibus*. Os magnum de *S. Stephano* Prothomartyre, Crus *S. Vincentij* Martyris. Os magnum de *S. Cyriaco* Papa qui cum S. Vrſula Martyrizatus eſt. Os magnum de *S Lino* Papa & Martyre. Os magnum ex brachio *S. Blaſij* Epiſcopi & Martyris. Digitus. *S Chriſtophori* Martyris. Os magnum de *S. Bonifacio* Martyre. Notabiles partes *S. Vitalis*, Item *S. Albini* martyrum. Item pars notabilis *S. Vrbani* Pap. & Mart Os integrum ex manu *S. Cæſarij* Mart Os integrũ ex crure *S. Criſpiani* mart. Os magnum de *S. Thoma* Archiep. Cantuar. Os magnũ ex crure *S. Cypriani* Epiſc. Carthag. Duo oſſa magna de vtroque Martyre *Coſma* & *Damiano*. Os magnũ & os paruũ *D. Gregorij Magni* Romani Pontificis. Duo oſſa magna ex corpore *S. Auguſtini* Epiſc. Eccleſ. Doctoris. De coſta *S. Hieronymi* Presb. S. Martini Epiſcopi Turonenſis duæ partes. Os magnum & paruum. De manu *S. Nicolai* Epiſcopi. Os magnum & aliud paruum *S. Remigij* Epiſcopi Rhemenſis. De coſta *S. VVilibrordi* Epiſcopi notabilis pars. Os magnum de *S. Ioanne Chryſoſtomo*, De *S. Antonio* Abbate duæ notabiles partes. Os humerale *S. Benedicti* Abbatis cum parte coſtæ eiuſdem. Os magnum & vnum paruum de *S. Bernardo* Abbate. Excell. coſta *S. Leonardi* Abbatis pars notabilis. Duo oſſicula ex manu *S. Agathæ* Virginis & Martyris Oſſiculum de *S. Lucia* Virgine & Martyre Mãdibula *S. Apolloniæ* Virginis & Martyris. Duo oſſicula *S. Chriſtinæ* Virginis & Mart. C D

Os

A Os magnum de *S. Petronella* vxore S. Petri Apoſtoli. Officulum ex manu *S. Gertrudis* Virginis. De *S. Eliſabetha* Matre S. Ioannis Baptiſtæ duæ notabiles partes. Os magnum de *S. Scholaſtica* Virgine ſorore S. Benedicti: ac plurimorum aliorum Sanctorum, quorum meritis & interceſſione concedat nobis Omnipotens Deus gaudia ſempiterna.]

§. III. Monumenta Carthuſiæ.

I. In Carthuſia *Beata Maria de Oſtervvick* Virgo requieſcit, in Oratorio per Theo- *Ex Colonia ſupplico.*
B dorícum de Morſa Archiepiſcopum Colonienſem ædificato. Virgo admirabilis & non vulgaris ſanctitatis, magna meritis. Obijt anno ſalutis 1547. xxx. Septembris. Hoc eius ibidem Epitaphium:

> Virginibus Virgo præfulgens illa Maria
> Cuius erat Genitrix Oſtervvick hac cubat vrnâ.

II. Sunt in eadem Domo Carthuſianâ ſepulti plures quos Canonizationis quidem honore carentes, apud Deum nihilominus pro nobis intercedere minimè dubitamus. Talis omnino eſt quem Auctarium Sanctorum Belgij ad xxx. Septemb. die recenſet, *Petrus Blomouena*, veræ Sanctitatis Alumnus, qui quod mortale fuit hîc depoſuit. Natus Lugduni in Batauis, vbi cû Parentes contagioſa peſtis corripuiſſet, *Petrus Blomouena.*
C & ipſe infans eadem inficitur, cognati ſiquidẽ (quid non auri ſacra fames) deſiderio opû, quas illo ſuperſtite iure non poterât, per ſcelus vindicare nô verebantur. Ergo infantem ad Matris defunctæ vbera applicant, non vitam ſed mortis alimentû hauſturum, verû nihil diuina prouidentiâ, ſæpe hominum impios conatus illudente, efficacius fuit cum infantẽ ſeruauit & per pueritiæ annos magna innocentiâ tranſcûtem, ad Carthuſiæ beatiſſimum ſecuriſſimumque corruptelæ inſtitutum, Coloniã deſtinauit, in quo vitam ita tranſegit, vt nunquam letale crimẽ admiſiſſe rectè credatur. Præfuit etiam Carthuſiæ Colonienſi annis xxx. angelicâ prorſus vitâ, tum ob alias virtutes tum ob virginitatem illibatã, inter manſuetos manſuetiſſimus, lachry-
D marum piarum tanta copia redundabat, vt ad conſuetam illarum frequentiam, palam celebrare erubuerit, in quarum imbribus tandem anno ſalutis M. D. XXXVI. pie defecit ætatis LXX. Profeſſionis XLVIII.

III. Ex eodem Auctario SS. Belgij Noſtratibus annumero Venerab. Patrem *Henricum ab Echer* Calcariẽſem è Ducatu Cliuiæ oriundû, qui mira ſanctimonia ſemper ſplenduit, Eccleſiarû Collegiatarû S. Georgij Coloniæ & S. Swiberti in Cæſaris inſula primum Canonicus, imo Pariſienſis Vniuerſitatis & Cæſareæ aulæ Theologus, cum mentis oculo vanum & fallax huius ſæculi negotium agnouiſſet, remotâ à ſæculi ſtrepitu & periculis Carthuſienſium regulam anno Chriſti M.CCC.LXV. ætatis ſuæ XXXVII. arripuit, in quâ tantum ſe exercuit vt omnibus non ſolum verbo & lingua, ſed etiam opere ipſo, in ipſis quas piè quæſierat latebris pleniſſimè præ- *Henricus ab Echer.*

 luxerit.

luxerit. Præfuit Carthuſiæ S. Barbaræ intra Coloniam annis VII. Domibus itē eiuſdem Ordinis prope Arnheim in Geldria annis V. & Bethlemiticæ in Ruremundâ A
annis V. quin & Argentinæ XII. in quarum regimine dilectæ ſibi ſolitudinis & contemplationis memor in negotia, quæ fugerat, non eſt immerſus: quippe qui nō deſtitit ſolitudinem inter negotia quærere quoad liber in quietis, & ſolitudinis ſecurū portum Coloniā reuerſus, tandem bonis omnibus & virtutibus plenus, poſt annos XLIII. in ordine pientiſſimè exactos, obdormiuit in Domino. Anno ſalutis M.CCCC.VIII XX. Decembris.

Ioannes Landsbergius. IV. Venerab. Pater *Ioannes Iuſtus Landsbergius* è Bauaria oriundus, non debet hic excludi, cum in prima adoleſcentia Coloniæ Agripp. ingenium literis, mentē virtutibus excoluiſſet, amore ſanctioris vitæ, Diui Brunonis Agrippinenſis Carthuſianorum Parentis inſtitutū ſecutus XXX. totos annos laudabiliter in Carthuſia Colonienſi exegit, ieiunijs, vigilijs, flagellis, cilicijs, & alijs pœnitentiæ laborib' corpuſculum ſuum aſſiduè macerans, ſtrenuus ſenſuum carniſque caſtigator, & mundi contemptor. Prioratū Domus Cantauij (vulgò Vogelſang) prope Iuliacum religioſa inductus obedientia multis annis adminiſtrauit, quantumuis propter loci humiditatem ſuæ naturæ prorſus contrariam ex vomitu ſanguinis ſæpius ad mortem vſq; ægrotaret. Ex zelo Catholicæ fidei vel ideo ſæpius eū vitæ tæduit, quod grauiſſimas præuideret Eccleſiæ ruinas, animorumq; damnationem quas per libros Eraſmi & Lutheri aliorumque ordinis ſui deſertorum cerneret corrumpendas. Tandem poſt innumera ſpiritualis miſericordiæ opera. An. M.D.XXXIX. ſpiritum Deo ſanctiſſimè reddidit in feſto S. Tiburtij. Animam eius ſancta & illuminata, Deoque vnita Virgo Maria ab Oſtervvick per SS. Angelos ad cœlum portari aſpexit. C

V. Denique tota Carthuſia eſt inſigne quoddam monimentū pietatis, & deuotionis, quam quocunq; te vertes, in ea afflatu quodam ſacro te haurire fateberis, vt imprimis hic valeat dictum Hugonis de S. Victore dicentis: ſi poſſibile eſt dari Paradiſū in terris, is vel in Scripturis ſanctis, vel in Monaſterijs benè ordinatis inuenitur.

§. IV. Feſta.

I. Ac præcipuum, eſt S. Brunonis is ex Agrippinenſi nobili familia genus ducit, vti arma eiuſdem euincunt. Qui cum primordia liberalium artiū in patrio ſolo imbiſſet, tandem Lutetiæ Pariſiorū in eam rerum Theologicarū notitiam eſt euectus D
vt eruditi viri quædam idęa vulgo haberetur, & *Venerab. Magiſter Bruno* appellaretur.
S. Bruno. Cum autem anno ſupra milleſimū 82. circiter quidā apud Pariſios inter Doctores, ſcientia, fama, & pene ſanctitatis opinione celebris Doctor Raymūdus ad extrema deductus diem obijſſet, & diuina permiſſione in feretro ſub exequijs ſeſe erexiſſet, altaque & horribili voce *Iuſto Dei Iudicio damnatum ſe* proteſtatus fuiſſet, territus de tam miſerando ſpectaculo Magiſter Bruno, adunatis ſibi ſex ſocijs eodem ſpiritu compunctis, ſolitariam vitam quantocyus appetens, ad locū horroris & vaſtæ ſolitudinis (cui nomen eſt Carthuſia) S. Hugone Epiſcopo Gratianop. concedente

confugit:

A confugit: quam eremum cum ſex annis triuiſſet, in Calabriam tranſiens, ibidē monaſterio conſtructo, fælici vitæ curſu peracto, migrauit ad dominum poſt egreſſum Carthuſiæ 11. circiter anno, ab orbe vero redempto ſupra 1101. 6. die Octob. 1101.
quo die quotannis Sancti Patriarchæ Feſtum eius recolitur ab Eccleſia. Corpus eius Fratres digno honore afficientes, ſepulturæ crediderunt tumuloque ipſius eiuſcemodi Epitaphium appoſuerunt:

Primus in Eremo Chriſti fundator ouilis
Promerui fieri, qui tegor hoc lapide
Bruno mihi nomen, Genitrix Alemannia, meque
Tranſtulit ad latebras, grata quies nemoris
Doctor eram, præco Chriſti, vir notus in Orbe
B De ſuper illud erat, gratia non meritum.
Cuius vincla dies Octobris ſexta reſoluit
Spiritui requiem, qui legis iſta pete.

Quam pretioſa vero mors eius fuerit in cōſpectu Domini, fons viuus, qui ſimul ac terræ corpus redditum iuxta eius ſepulchrum erupit, & languidis optatæ remedia ſoſpitates contulit, teſtatū fecit. Porro locus ille in ſpecu Calabrienſi, in qua poſt exceſſus cōtemplationum, defeſſa membra nuda humo allidebat, nunquam in præſentem vſque diem, vt loci eius accolæ conſtantiſſimè aſſeuerant, herbam ad menſuram corporis eius gignit, cum tamen circumquaque herbeſcat.

C Sed & in vlteriorem ſanctitatis eius comprobationem, nec illud ſilentio inuoluēdum, quod anno 1544. pridie eius diei, qui B. Brunoni ſacer eſt, vir quidam Nobilis, *Buceri* lue infectus, cum in Carthuſia Colonienſi ſub veſperarum precibus, Sanctū læſiſſet ſibique ſi is in SS. numero eſſet mala precaretur, malam ab eo tempore valetudinem ex voto nactus paucis poſtea diebus elapſis ex morbo perijt, inuitus B. Brunonis ſanctitatem conteſtans, alijsque ſuo exemplo conſulens, vt non ponant in cælum os ſuum.

Canonizatus eſt autem vir Sanctus ſub *Leone Decimo* Romano Pontifice menſe Iulij anno 1514. de qua Conſecratione extant hi verſus.

Papa Leo geſtis & maieſtate verendus
D *Cardineu Patribus celebri circumdatus actu*
Certior eſt factus quam ſanctè vixerit olim
Bruno. quod obſequium. dum vixit præſtitit vrbi:
Quodque per hunc cultu diuino Eccleſia creuit:
Huius & audi rat certo miracula quondam
Propterea votis Patrum concordibus illum
Retulit in Diuos feſtum conceſſit eidem
Octobris ſexta celebrare luce quotannis:
(Illo nempe die moriens aſcendit Olympum)
Erigere huic ſtatuas, ac ædificare ſacella

Permittens:ſuper his facto diplomate confert. A
Ordinis hac noſtri mater Carthuſia ſeruat
Inter Romani multa inſtrumenta ſenatus.

II. Feſtum Dedicationis quotannis vltima Dominica ante aduentū occurrit)
III. S.Barbaræ V.& M. 4.Decemb.

SYNTAGMA XLI.

Cœnobium & Eccleſia S.Crucis Prædicatorum ſiue Ord. S.Dominici.

§. I. Origo Conuentus S. Crucis Colonienſis Fratrum Prædicatorum. B



1222. ROmanam Diui Petri Cathedram occupante *Honorio Tertio*; Romanorum vero Imperij faſces moderāte *Friderico II.* Sanctiſſimus Prædicatorum *Ordinis Fundator Dominicus*, prima exurgentis Ordinis ſui Comitia celebrauit Bononiæ, Anno Milleſimo ducĕteſimo vigeſimo ſecundo. Exinde Fratres Apoſtolorum inſtar diuerſas mūdi plagas, veluti ſorte obtentas petiuêre. Quorum vnus ſanctitate, eruditioneq́; inſignis Venerab. Pater *Fr. Hĕricus de Colonia* doctrinæ & ſanctitatis ſuæ radijs patrios illuſtrãdos Lares vna cum ſocijs alijs petijt; & à Sanctiſſimo *Præſule Engelberto* qui pro Eccleſiaſtica libertate ſanguinem ſuū fudit, habitandi copiā & prædicādi accepit. Igitur Hoſpitale quoddā Prædicatores in platea Stoicorū, vulgo *Stulckgaß* à Venerab. quodam Collegiatæ Eccleſ. S. Andreæ Canonico *Petro arte Medico*, in craſſæ ignorātiæ ſuæ, de SS Euchar. Sacr. expiationē exſtructū, incoluêre, illudq́; Cœnobij loco habuêre. Hac habitandi cōmoditate, & prædicādi copia obtēta, Ven. Henricus vna cū ſocijs ſtrenuè prædicationi Verbi Dei inſiſtebat. Sedeuenit illi quod alij quandoq; in patria Prophetis, nec ſine turba glorioſi Cōuentus fundamenta ſunt iacta. Vix enim Prædicatores animarū ſaluti operam dedērant, cū quidam zelo non ſecūdum ſcientiam vſi dentes in fratres, ordinemque Prædicatorum figere, imo ad Archiepiſcopalem Curiam aduolare, aureſque Epiſcopales inanibus accuſationibus replere; Propheticum quoque vaticinium *B. Hildegardis* in peruerſitatis ſuæ patrocinium adducere auſi fuerunt, quaſi non ſalus & gratia ſed ſubuerſio Cleri ac Reip. ab his nouis Prædicatoribus iam iam immineret. Quorum ora etſi glorioſus Engelbertus, reſponſione Epiſcopo digna obſtruxit, dicens: *Si Spiritus S. afflatu id prædictū ſit, diuina*

C D

A *diuinæ voluntati aduerſari nefas eſt proinde fiat voluntas Dei:* Boreales tamen turbines nõ
quieuerunt, vix enim Apoſtolicus Legatus *Conradus Portuenſis Epiſcopus* Ordinis Ci-
ſtercienſis, Colonienſes agros attigerat, cum multorũ vetus recrudeſcebat vulnus
& vix ſopita reſurgebat commotio; ad ſupplices igitur libellos concurritur & multa
contra Prædicatores fruſtra congeruntur.

Inter hos accuſatores Conradus habuit ſupplicem quendã Paſtorem Colonien-
ſem, nouẽ millium animarũ ratiocinijs obnoxium, multa de Prædicatorũ in iuuan-
dis fidelibus ſolertia & diligẽtia conquerentẽ; cui ita Apoſtolicus Legatus ſatis fecit,
vt miſer propriũ quo caperetur laqueũ attulerit, & tantam Prædicatorũ charitatem
& ſolertiam, non reprehenſione ſed ingenti gratiarum actione digniſſimam oſten-
B deret, ipſumque mercenarium grauiter verbis exceptum omni iuriſdictione, Apo-
ſtolica poteſtate priuaret. His perſecutionum procellis agitata nouella Prædicato-
rum plantatio, altiores firmioresque radices miſit, & mirificè excreuit; cum igitur
Prædicatores Hoſpitale B. Mariæ Magdalenæ inhabitare cæpiſſent illudque ad exi-
guam monaſterij rationem formaſſent. Hoſpitali ad Eccleſiam S. Andreæ transla-
to, primum Conuentus huius Prælatum & Priorem conſtituerunt venerabilem
fratrem Henricum, hic locum Conuentus acquiſitis in confinio quibuſdam ædi-
bus, ampliauit: facta ſunt hæc ſub Annum Milleſimum Ducenteſimum vigeſimum
quintum & ſextum.

C

§. II. Viri Clari.

Habuit ex eo tẽpore Cõuentus hic præclariſſimos viros inter quos erat in ipſis ini-
tijs *Salomon, Doctor* clariſſimus quondã diues præbẽdis. qui minus Doctoris nomine
quã Prædicatorũ habitu vitaq; ac officio gloriari ſolebat quẽ etiam Deus, miraculis
reddidit illuſtrem. Venerabili P. Henrico è viuis ſublato omnium calculis electus in
prioratu ſucceſſit *P. F. Leo*, tanta virtutũ vi excellens vt nomen inane cũ nèmo acce-
piſſe ſentiret, adeo in cunctis ſe fortem, nec infelicem exhibebat. Sub hoc priore flo-
ruit Coloniæ ille ſanctitate & ſcientĩa *Magnus Albertus* qui etſi vniuerſam Chriſti
Eccleſiam totumque illuſtrauerit mundum, ſummum tamen vrbi Colonienſi Præ-
D dicatorumque Conuentui ſplendorem attulit; vix enim Magnus Albertus fulgoris
ſui radios emiſit, cum ecce Colonĩa per vniuerſum orbem non minori reſplendet
lumine, & ad eam omnes regiones chariſſima ſua pignora, tanquam ad lumen ali-
quod, quo illuſtrandæ eſſent, deſtinarunt. Hinc *Aquinates* Thomas, Senenſes *Ambro-
ſios, Suſones* & *Calſtrios* Henricos, *Cantipratanos* Thomas alioſque quamplurimos in-
quilinos numerabat Colonia. Porro Albertus Prædicatorum Conuentui, tam ſci-
entia, quam induſtria & labore magnum ſplendorem attulit, nam ipſe anno Mille-
ſimo Ducenteſimo Septuageſimo primo ante Lugdunenſe concilium, chori fun- 1271.
damenta viuo è lapide iecit, peractoque Concilio inceptum opus ad inſignem illam
altitudinem, quæ vſque modo perſeuerat, ſtrenuè adiuuante *Archiepiſcopo Siffrido*

perduxit, Itaque idem Siffridus, alijque pij fideles etiam chorum eundem feneſtris exornarunt, Crucem quoque inſignem ab ipſo benedictam ante chorum ſuſpendit, cui præſtantiſſimas diuerſaſque Sanctorum Reliquias, ac imprimis inſignem viuificæ crucis Chriſti Domini particulam, ab ipſo per ignem probatam incluſit, eáq; indulgentijs aliquibus dotauit Tandem hic Sanctiſſimus Præſul ſub finem vitæ veniens, in ſenectute bona, carnis ſarcina depoſita, ad cœleſtem Patriam euolauit, A
1280. Anno Milleſimo Ducenteſimo Octuageſimo. Omitto complures huic ſancto & magno viro ſuppares, ne in immenſum oratio excreſcat.

§. III. Notabiliora quædam huius Conuentus. B

In hoc Conuentu hodiedum viſitur honore ſacro digna *cella illa Angelici Doctoris Thomæ Aquinatis*, vna cum alijs orantis veſtigijs quæ à fideli populo quotannis religioſe colitur. S. quoque Præſulis *Alberti Magni Cella* conſtanti Maiorum traditione nota, ibidem celebritatem habet, vti & *Cella B. Henrici* Suſonis. Locus inſuper extat in quo Glorioſa Dei parens Maria ſe *B. Sprengero* conſpicuam reddidit, & de Roſario reſuſcitando monuit. *Imago quoque Beatæ Virginis*, per quam ipſa locuta fertur, aſſeruatur & nocturnis B. Virginis horis à Religioſorum cœtu colitur, & honoratur. Parum dico ſi ſingula perſequor ſub incultu antiquitate mirabilis hic ſanctitatis theſaurus deliteſcit, adeo vt mihi videatur huius loci vetuſtos aſſeres nouis minimè eſſe commutandos, cum tot Sanctorum & doctorum pedibus attriti veneratione digniſſimi ſint. Inter quos ſi prætercam cateruam eruditorum propter multitudinem, cenſendi tamen ſunt quindecim qui ex hoc Conuentu ad mytras Epiſcopales emerſerunt, videlicet: 1. Ipſe *S. Albertus Magnus* Ratisbonenſis Antiſtes, 2. *Ioannes de Liechtenberg* Epiſcopus Ratisbonenſis qui floruit 1304. 3. *Ioannes de Conſtantia* Epiſcopus Scopulenſis Walrami Archiepiſcopi Colonienſis in Pontificalibus & Spiritualibus Vicarius Obijt Anno 1337. 4. *Ioannes Scadelandt* Epiſcopus Culmenſis, Hildeshemienſis, Wormatienſis, & Auguſtanus, floruit circa Ann. 1346. 5. *D. Euerhardus de VVeſtrum* Epiſcopus Sebaſtienſis Obijt 1392. 6. Dionyſius Epiſcopus Venecomponenſis. 7. *Henricus de Rubenaco* Epiſcopus Venecomponenſis, Obijt 1498. 8. *Ioannes de Monte* Confluentinus; Epiſcopus Azotenſis 9. *Henricus Kalteiſen* Archiepiſcopus Nidroſienſis & Cæſarienſis floruit tempore Concilij Baſilienſis. 10 *Michael ab Inſulis* Epiſcopus Salubrienſis floruit Anno 1470. 11. *Paulus de Monilia* Ianuenſis & in Cypro Chienſis, Epiſcopus Obijt 1497 12. *Balthaſar VVanneman* Epiſcopus Myſienſis Obijt 1561. 13. *Antonius Reſtius* Suffraganeus Iulij Epiſcopi Herbipolenſis Floruit 1589 14. *Arnoldus Nylen* Gronningenſis Epiſcopus ſub Ann. 1596. 15. *Otto à Senheim* Epiſcopus Azotenſis modernus Suffraganeus Treuericus. C D

Elenchus Epiſcoporũ ex Dominicanis Colonienſibus.

§. IV.

A

§. IV. THESAVRVS SACER.

Eſt inſuper hic Conuentus vti antiquiſſimis monumentis, ita præcipuis quoque Sanctorum Reliquijs exornatus.

I. Chorus ac inferioris Eccleſiæ frons reliquijs è Societate S. Vrſulæ acceptis exornata viſuntur, vt non vltra fidem ſit quod *Trecenta SS. Corpora* antiqui M.S. Libelli & conſtans traditio affirmant, huc translata fuiſſe.

II. Integrum *S. Vndulinæ* Virginis & mille virginibus præfectæ corpus habent Prædicatores.

B III. Caput inſuper *S. Clementiæ*, quæ S. Vrſulæ ſanguine iuncta mille virginibus præfecta fuit.

IV. In tumba eleuata corpus integrum *Magni Alberti* Ratisbonenſis Epiſcopi cernitur Sacerdotali quoque adhuc veſte indutum.

V. Diuerſæ quoque viuificæ *Crucis Chriſti partes* quarum quaſdam per ignem probauit B. Albertus Magnus; vt omittam quod ſupra dicebam Crucem Ligneam multis præclariſſimis Reliquijs etiam ligno de cruce Chriſti refertam in Prædicatorum templi medio in altum ab eo ſuſpenſam fuiſſe.

VI. De *Corona* Spinea Chriſti.

VII. De Capillis & alijs Reliquijs *S. Mariæ Magdalenæ*.

C VIII. De Capillis *S. Margaritæ*

IX. Dentem molarem *S. Pauli* Apoſtoli.

X. Dentem & de capite *S. Adalberti* Martyris.

XI. Dentem *S. Nicolai* Epiſcopi.

XII. Reliquias quoque de *S. Petro* Apoſtolo.

XIII. Similiter & de *S. Bartholomeo*.

XIV. Digitum quoque integrum *S. Annæ* Matris SS. Virginis Mariæ.

XV. Induſium inſuper *S. Elyſabethæ*.

XVI. Digiti articulum *S. Dominici* Ordinis Prædicatorum fundatoris, item de Scapulari & induſio laneo eiuſdem.

D XVII. Sancti *Petri Martyris* Ordinis Prædicatorum partem Coſtæ in qua caro ſanguine tincta apparet.

XVIII. Duos Codices *B. Alberti* Magni propria manu conſcriptos.

XIX. De Cappa nigra *B. Ludouici Bertrandi* Ordinis Prædicatorum.

XX. De pulueribus *S. Raimundi* Ordinis Prædicatorum.

XXI. Coſtam *S. Catharinæ Senenſis* Ordinis Prædicatorum.

XXII. Coſtam *S. Thomæ Aquinatis* Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum.

XXIII. Pedem & articulum Crucis *SS. Innocentum*.

XXIV. Caput *S. Caſſiani* Patriarchæ Græciæ An vero is ſit ex Societate Vrſulana, vel alius quis diuinabit? fuerunt enim eius nominis plures Præſules, vti videre eſt

eſt in Catalogo Epiſcoporum Æduenſium in qua lege Caſſianum Alexandriæ in A
Ægypto natum ſucceſſiſſe S. Simplicio Vide Gregor. Turon. de gloria confeſſorum cap. 79.

XXV. De Capite *S. Lamberti* Epiſcopi.

XXVI. De ſagitta & alijs Reliquijs *S. Sebaſtiani* Martyris.

XXVII. Præterea habent Prædicatores plures diuerſorum Sanctorum Reliquias ſed ex qua parte Corporis ſint dignoſci non poteſt. Nimirum de *S. Engelberti* Martyris Reliquijs.

XXVIII. S. quoque *Ioannis Baptiſtæ.* B

XXIX. *S. Blaſij* Epiſcopi.

XXX. *S. Quirini* Martyris.

XXXI. *S. Achatij* Martyris.

XXXII. *S. Dionyſi* Martyris. *S. Panthaleonis* Martyris.

XXXIII. *S. Cordulæ* Virginis & Martyris.

XXXIV. *S. Barbaræ* Virginis & Martyris.

XXXV. *S. Luciæ* Virginis & Martyris.

§. V. Archifraternitas Roſarij B. M. V. & aliæ Sodalitates. C

Inter ſodalitia huius eccleſiæ princeps eſt glorioſa illa, & inclyta Sacratiſſimi Roſarij Archifraternitas cuius neque pietas erga SS. Virginem Mariam, nec meus, quo erga eam feror, affectus permittunt me parce de ea loqui quippe, qui Archifraternitatis alumnũ humilem, & quondam Præfectũ, licet indignum me agnoſco fuiſſe. De huius Archifraternitatis ortu, & renouatione conſtat quod cum Sanctiſſimus Prædicatorum Ordinis fundator *Dominicus* Albigenſium Hæreſi extinguendæ, imo toti reducendo mundo ſtrenuè incumberet, nec tamen ſperatum haberet ſucceſſum, ad Virginem opem imploraturus conuolarit, illa ſupplici ſuo animum generoſum inculcarit, adiutorium ſpoponderit pſalterium ſuum, veluti aptiſſima expugnandæ Hæreſis arma & totius conuertendi mundi remedium prædicandum, diuulgandumque obtulerit, quippe Deiparæ per Albigenſium Hæreſim ablatus cultus, & honor opportuniſſime reſtaurari viſus eſt, & totius mundi ardor, quo in prima, & maxima vitia exarſerat, extingui poſſe iudicatus. Prima enim pſalterij pars quæ feliciſſimum illud Chriſti cum humana Natura commercium proponit, carnem humanam diuino contactu ſanctificatam & purgatam, turpi libidine minimè inficiendam, & membra Chriſti minimè efficienda membra meretricis proponit; ſecunda paſſionis, & mortis Chriſti memoriam inducens elatam hominum ſuperbiam aptiſſimè obtundit. Tertia Triumphantis, Reſurgentis, & Regnantis gloriam oſten-

Roſarij inſtitutio.

D

oſtendens; hominum animos auaritia ſpreta ad cœleſtia erigit. Roſario igitur mundus tribus à Deo ſpiculis delendus, quod vſq; modo perſtet, debere videtur; Sacratiſſimus, igitur hic orandi modus à B. Dominico ſtrenuè, & ſuis filijs Prędicatoribus propagatur, & per vniuerſum Orbem diuulgatur, donec Orci inuidia, hominum malitia, & ſocordia pijſſimus Orandi ritus aliquanto temporis obliteratur, & occultatur; ſurrexit tandem *Rupenſis Alanus* profeſſione Prædicator totus Marianus, qui Dei parentis monitu ſub Annum Milleſimum, Quadringenteſimum, Septuageſimum in Britannia, alijſque adiacentibus Regionibus hunc orandi modum renouauit, Sodalitateſq; obliuione ſepultas reſuſcitauit, tandem quoque & ipſa deuotio ex ignorantiarum, & obliuionum tenebris cœpit emergere Coloniæ Anno 1474. eodem natiuitatis B. Virginis die, eodemq; Anno quo B. P. Alanus præmia recepturus ad Cœlos euolauit. Huic renouationi occaſionem dedit Carrolina tempeſtas armorum in agrum Colonienſem inuecta, & vrbem *Noueſienſem* ſpretis Imperatoris edictis, maieſtateq; Imperij, oppugnans, Colonia tunc omnia experiebatur humana; tum diuina, & quantum indies periculi fortunæque iniquitas, tantum ipſius creſcebat Religio & pietas. Auxilium de cœlo ſperabat, poſcebat aſſidue Deum, in cuius manu ſortes noſtræ, & imbelli turbæ Colonienſi, armiſq; gerendis inidoneæ id erat à magiſtratibus negotium, vt templa obiret. Quin omnibus in Eccleſijs ſupplicationes ferè quotidianæ fiebant petente Senatu; qui ipſe frequens intereſſe, & exemplo præire ſolebat. In eo motu, ac trepidatione de Senatu primarij duo nomine Senatus Ampliſſimi, ad Conuentum Prædicatorum venerunt, conſilij familiariter capeſcendi cauſa à viris Religioſis de negotio Religioſo, numquid ipſis videretur agendum quod Numini propitiando, periculoque auertendo optimum foret & auſpicatum.

Roſarij reſtauratio

1470.

Coloniæ 1474.

Carolus audax Noueſium obſidet.

Agebat id temporis Priorem Prædicatorum Coloniæ SS. Theologiæ Magiſter *Iacobus Sprengerus* poſtea Prouincialis per Germaniam, Saxoniam, & Auſtriam. Reuerendus quoque Pater *Frater Michael ab inſulu* Studiorum Regens qui poſtea *Epiſcopus Salubrienſis* creatus fuit.

Hi duo in priuatum venerunt colloquium cum Dominis ciuitatis, quos nonnullis in rem præſentem habitis ſermonibus, dimiſerunt hoc cum reſponſo; viſuros ſe & deliberaturos cum cæteris Patribus de Conſilio. Itaque Continuo R. P. Prior, conuocato in Capitulum Conuentu, omnium precibus commendat impenſius, cum periculi ſtatum, tuam ſuam de re graui deliberationem inſtituendam. Simul dimiſſis cæteris refert ad PP. Conſultores & quærit; quid facto opus videretur? in medium dicuntur ſententiæ à varijs varia propitiationis media proponuntur. Vna ſecundum Deum, in ore eſt omnium Diua Orbis & Ordinis nominatim patrona Deique Mater MARIA; hanc & omnia apud Deum per filium poſſe; & hunc miſeris demereri mortalibus facile ſolere Matrem miſericordiæ memorant. Quamobrem vnus fit omnium ſermo de Fraternitate Roſarij à S. Dominico inſtituta, & à ſuis poſteris culta reſtauranda; itaque quæritur: placetne hic

Coloniæ renouare fraternitatem Roſarij? placet ſingulis. Sed quo ritu, quibus legibus, id vero nondum inter omnes conueniebat, nihil enim inuentum ſimul & perfectum. Ergo Venerabilis Prior Sprengerus re ſingulorum in preces commendata; ſimul dato Conſultoribus negotio; cogitarent ſerio quod in rem fore videretur. ipſe præ cæteris ſollicitus dum in ardentiorem coniectus longioremque Orationem inſtaret perſeuerantius, ecce Beatiſſima Virgo Maria illi ſe videndam exhibuit, & præcepit vt in cōcionibus ſuis populos, quæ & qualia hoc orandi modo Deo offerentur, edoceret, quod & ipſe humiliter & deuotè concepit & ſpopondit. Itaq; venerabilis Pater in crebris concionibus in Prædicatorum templo ad frequentem populum Roſarium prædicat: Fraternitatem inſtituit ac publicat: Formulam inſtituti explicat: inque propatulo legendam omnibus, ac de plano cognoſcendam exponit. *Aram Fraternitati* aſſignat eam quæ ex naui templi chorum ingredientibus aſtat dextera. Huc pictam in tabella Deiparæ Patronæ imaginem proponit ſignum ac monumentum Fraternitatis. Crediaiſſes azylum apertum fuiſſe; tantus erat Mortalium vtriuſque ſexus, omnis ætatis, omnis ordinis & conditionis confluxus, nomina dare, Fraternitatemque profiteri poſcentium. Hic ſupplicationes, hic proceſſiones, hic Marianæ cæterorumq; Cœlitum litaniæ fiunt: hic votiua ſolemniaq; ſacra frequentantur, cuncta hæc contigere Anno Milleſimo, Quadringenteſimo Septuageſimo quarto, menſe Sextili ſub feſtum Natiuitatis almæ V. Mariæ; quando Noueſium Carolinæ copiæ iam obſidione premebant, Tertio menſe ante, quam Imperator *Firdericus Tertius* Imperij cum principibus & exercitu *Andernacum* adueniret. Sed nō minus R. Pater Iacobus Sprengerus nouellæ Fraternitatis vrgebat inſtitutum, vſq; dum viceſimo Maij ſequentis Anni induſtria Legati Apoſtolici Carolus perſuaderetur in oblatas ſibi pacis conditiones cōſentire. Id quod imperatori, proceribus imperij ſenatui, populoq; Colonienſi, tam inſperatum, quam exoptatū accidebat. Toties irrito conatu iam ante fuerat tentata cōpoſitio. Tam obſtinatum Carolus animum contra omnes pacis conditiones admittendas obfirmarat: in tam arctum res Noueſianas & Cæſareanas adduxerat. Nemo fuit qui illā conſtitutæ pacis gloriam non vni Deo totā referret acceptam. Secundū Deum vero proxima erat penè omnium in animis Deipara, admiratioq; de Fraternitate Roſarij, & maior in dies ad eā fiebat acceſſio; Non deerant tamen Zoyli qui Fraternitatem traducerēt, contra quos á P. M. Michaele de inſulis publice in ſcholis defenſa & propugnata sūmo omnium conſenſu a Theologica facultate recipitur, inſtitutumq; eius approbatur. Interea pius & pacificus *Fridericus Tertius* cū ſacri imperij Electoribus quatuor, cæteriſq; Proceribus conſilijs firmandæ pacis alijſq; grauiſſimis intentus negotijs, Coloniæ ſubſtitit. De pace ex improuiſo facta lætus, & Deo Deiparæq; multū gratus, Fraternitatis pietatem ac meritū. Roſarij vim & efficaciam ſuſpicere & euehere laudibus ſatis nequibat. Nec ſe cohibere quin ipſe quoq; in eam Fraternitatem cæterique Principes inſcribi ſolemniter expeterent. Interim Nuncius Apoſtolicus dat negotium vt ſignum Dei Genitricis Mariæ, iuſtæ altitudinis humanæ ab exquiſita

ſcul-

Margin notes: *B. M. V. Iubet Coloniæ Roſariū prædicari.* — 1474. — 1475. — *Roſarij & Fraternitatis amplitudo.* — *Statua B. M. V. ... &c.* — A — B — C — D

A ſculperetur arte, in ara virginis collocandum. Mandat capſam ſtatuæ capacem binis cum alis quibus clauderetur ſcitè & inſigniter ſic depingi; vt rei geſtæ loqueretur, conſeruaretq́; memoriam. Quæ dum parantur Menſes cedunt Quatuor & res imperij tractatæ ſuccedunt feliciter.

Proceſſio Fraternitatis.

Iamque dies erat dicta, nimirum Natiuitati B. V. Mariæ ſacra: qua priuatim vno abinde anno cępta inſtitutaque fraternitas ſacra & publica authoritate, feſtiua ſolēnitate & memoranda poſteris maieſtate cōcelebraretur. Dies adeſt & cætera parata omnia procedit D. Imperator Auguſtus cū ſummis Romani imperij principibus cæterisq́; Dynaſtis. Ergo Legatum Apoſtolicum & Imperatorē Fredericum ſequebatur *Adolphus* Archiepiſc. & elector *Moguntinus*, *Ioannes* Archiepiſc. & Elector *Treue-*
B *renſis Guilielmus* Epiſcopus *Aureacenſis*. *Henricus* Epiſcopus *Monaſterienſis*. Epiſcopus *Spirenſis*, *Vangionum*; Cæterique plures. *Albertus Dux & Elector Saxoniæ*. *Albertus Dux & Elector Brandenburgicus*. *Sigiſmundus Dux Auſtriæ*. *Ludouicus Dux Bauariæ à Sp nheim*. *Erneſtus Dux Saxoniæ*. *Henricus Landgrauius Haßiæ* frater *Hermanni* Archiepiſcopi Colonienſis inuicti conſeruatoris & Herois Noueſiani. *Chriſtophorus Marckgrauius Badenſis* & cæteri Comites plures quinquaginta. Hæc M. S. Conuentus Colonienſis, qui præterea ſummorum, medioximorum, infimorum nomina recitat pene innumera Illuſtrium, Reuerendiſſimorum, Generoſorum, Venerabilium, Nobilium Religioſorum, Militum, Doctorum, Conſulum, Ciuium omnisq́; ſexus ætatis ac
C cōditionis mortalium. Poſtquam igitur ventum in Prædicatorum eſſet Eccleſiam; Primum Reuerendiſſimus Nuncius Apoſtolicus collocatā Deiparæ Virginis Mariæ ſtatuam ſolemni ritu benedictionis conſecrat, deinde arā ipsā Score Glorioſiſſimæ V. M. vt inclytæ ſingularique Patronæ Fraternitatis Roſarij dicat, dedicatque. Quo peracto inſcriptionis in Fraternitatem actum auſpicatur à ſe ipſo, nomenque ſuum dat eidem inſcribendum. Imperator quoq; ſe ipſum inſcripſit, nec ſolum ſed & Auguſtam ſuam Coniugem *Leonoram*, ac ſereniſſimum filium, poſtea in imperio Patris ſucceſſorem *Maximilianum*. Trium horum nomina ab eadem inſcripta ſunt manu Imperatoria. Sequuntur Electorum ac Principum nomina ſingula manu exarata alia atque alia, inſcriptionem excepit Sacrificij Miſſæ, in Pontificalibus à Legato ri-
D te peracta celebratio, patratis ordine ſacris Imperator ad Nuncium Apoſtolicum conuerſus petiuit, nomine totius confraternitatis præſentium & abſentium, authoritate eam Apoſtolica datis deſuper litteris ſolemniter approbari, quod & fecit Legatus; vti teſtatur *Leo Decimus* in bulla *Paſtoris æterni &c.* ad preces claræ memoriæ Friderici Tertij Romani Imperatoris Authoritate Apoſtolica approbauit, Alexander Legatus &c. picturam quoque rei geſtæ teſtem haud prætꝛibo: Cernas in aræ Virginis extima parte collectæ, id Temporis effigiem fraternitatis talem: picta viſitur alma Virgo coronata caput; & Eccleſiaſticorum hinc, inde Laicorum quaſi innumeris vtriuſque ſexus ſtipata capitibus. Hos omnes cum Roſarijs in manibus geniculantes, ſuo Regina ſub expanſo clauſos Pallio vultu ad ipſos benigniſſime verſo quaſi in oculis fert ac protegit; ſimul hac & hac precarias eis porrigit coronas.

Matricula Roſarij & Fraternitatis.

Pictura Reginæ Roſarij

Quæ inſigniores almam cingere matrem viſuntur perſonæ, ſunt à dextera *S. Dominicus*, à læua *S. Petrus* Martyr Mediolanenſis adſtantes, patronæque communis extentum pallium ſuſtinentes. Sub dextera pallij tenſa, genibus aduolutus adeſt precabunde Pontifex *Sixtus* IIII. ponè Legatus ſuus *Alexander*, *Elector* Epiſcopus ſequitur: adſtat Clericus, tum Dominicanus, demum Clericorum, Monachorum, Monialiumq; promiſcua turba. Siniſtrum Diuæ latus claudit, primo Imperator *Fridericus III.* cum *Leonera* Imperatrice Auguſtoq; filio *Maximiliano I.* Inde quaſi Princeps Elector, poſt clari obſcuriq; viri fœmineq; ſine numero, ſine nomine vulgus. Quos omnes cum aduocata clientes vna ambiens quinarũ decadum Roſarij corona claudit. videas deniq; altum per inane volantes Angelicos vultus: in ſummo SS. Trinitatem glorioſe radiatam: ac Patri filioq; medium S. Spiritum radios ſuperne fundentem in ſubiectam Fraternitatem: Hæc effigiata pictura certiſſima inſtitutæ Fraternitatis teſtis cernitur. Atque ipſa Sodalitas vſq; in hodiernum diem tanto fidelium accurſu floreſcit vt Anno 1642. cum Haſſorum ac Gallorum rabies per Colonienſem agrũ longe lateq; graſſaretur, iamq; Nouesium occupaſſet, Sereniſſimus Princeps *Elector Ferdinandus*, &c. vna cum Sereniſſimo *Principe coadiutore*, nec non *Principe Oſnabrugenſi* ad conſuetum miſericordiæ Aſylum confugiens ſe non ſolum propria manu inſcripſerit; verum etiam publicas ſupplicationes inſtituerit; & deuotionis promouendæ ergo, ipſo Annuntiatæ Virginis feſto; inſignem Annuntiationis Virginis iconem illam Miraculoſæ Florẽtinæ imaginis exemplar, venerabundo populo in Prędicatorum æde expoſuerit, Nec ſane antiquum defuit miraculum: Nam, (quod aliqui obſeruarunt) ſicut mare perrupto ſemel aggere integros obruit campos, atque regiones, ita exercitus, Victoria & furore elatior ſolet per miliaria & paraſangas proruere & occupare Prouincias: ſed poſteaquã hæc Imago populi deuotionem reſuſcitauit, veluti obiecto muro, qui ſiſteret inimici tumentes fluctus, non modo nihil vlterius occupauit verum etiam ante *Lechniacenſe oppidum* non ſine clade retuſus & repulſus eſt Atque hunc in modum floret ad præſens tempus alma SS Roſarij Archifraternitas; ex cuius ſinu Anno 1642. hic Coloniæ inſignis illa per Italiam, Franciam, & Hiſpaniam, propagata *Deuotio Roſarij perpetui in Agonizantium Conſolationem* inſtituta prodijt, & Prædicatorum induſtria propagatur & procul diffunditur. Deuotionis huius hic finis eſt: vt totius Anni horis omnibus per fideles diſtributis nunquam à laude diuina ceſſetur, ac ſemper animam agentium cauſa apud Deum agatur, hinc per ſingulas horas Pſalterium Marianum perſoluitur, inde Roſarij perpetui nomen habet. Nolo ego hic huius deuotionis præſtantiam imo & neceſſitatem multis proſequi; cum quilibet qui hoſtis antiqui verſutias, ac quam hoc vltimum vitæ momentum ſit arduum nouit, facile æſtimare poterit.

Pictura B.M.V. Annunciatæ.

Roſarium perpetuum.

A B C D

II. Sodalitas huius Eccleſiæ eſt SS. Fabiani & Sebaſtiani.

III. Fraternitas Nominis Ieſu.

IV. Fraternitas S. Petri de Mediolano Martyris.

§. VI.

A
§. VI. Feſta Eccleſiæ S. Crucis apud FF. Prædicatores.

In Ianuario. 1. Circumciſio Domini. cum indulgentijs plenarijs, ad inſtar Iubilæi ratione Fraternitatis Dulciſſimi Nominis IESV.

7. S.Raijmundi de Pennaforti Confeſſoris, Ord.Præd. cum plenarijs indulg.

20. SS. Fabiani & Sebaſtiani Mart. ratione Fraternitatis S.Sebaſtiani.

In Febr. 2. Purificatio S.Mariæ Virginis, cum plenarijs indulgentijs conceſſis Archifraternitati SSmi. Roſarij.

B 3. S.Blaſij Epiſc.& Mart. in ſacello eiuſdem.

In Martio. 7. S.Thomæ de Aquino, Confeſſoris, & Angelici Eccleſiæ Doctoris Ordin. Prædicatorum. cum plenarijs indulgentijs.

22. B.Ambroſij Senenſis Confeſſoris, Ord.Præd.

25. Annunciatio B.Mariæ Virginis, cum plenarijs indulgentijs ex parte Archifraternitatis SSmi. Roſarij.

In Aprili. 5. S.Vincentij Confeſſoris, Ord.Prædicatorum.

20. B.Agnetis de monte Politiano. Virg.Ord.Præd.

29. S.Petri Martyris Ord.Præd. cum plenarijs indulgentijs.

In Maio. 1. Dominica prima poſt Feſtum inuentionis S. Crucis S. Catharinæ Senenſis Virg Ord.Præd cum plenarijs indulgentijs.

C 2. S.Antonini Confeſſoris, & Archiepiſcopi Florentini.

3. Inuentio S.Crucis. Titulus Eccleſiæ.

24. Translatio S.P.Dominici inſtitutoris Ord. Præd.

31. B.Iacobi de Meuania Confeſſoris, Ord.Præd.

In Iunio nullum.

In Iulio. 2. Viſitatio B.Mariæ Virginis, cum indulgentijs plenarijs, ratione Archifraternitatis SSmi.Roſarij.

Dominica 1. poſt octauam SS. Apoſt. Petri & Pauli Dedicatio Eccleſiæ.

22. S.Mariæ Magdalenæ Patrocinium Eccleſiæ.

D 26. S.Annæ Matris D.Virginis Deiparæ. Solemnius ibidem ob Reliquias.

In Auguſto. 4. S.Dominici Confeſſoris: inſtitutoris Ord. Præd. cum plenarijs indulgentijs.

15. Aſſumptio B.Mariæ Virginis, cum plenarijs indulg. ratione Archifraternitatis SSmi.Roſarij.

S.Hyacinthi Confeſſoris Ord.Præd. Dominica 1. poſt Aſſumptionem.

28. S.Auguſtini Epiſcopi, Confeſſoris & Eccleſiæ Doctoris : cuius Regulam dictus Ordo profitetur.

In Septemb. 8. Natiuitas B.Mariæ Virginis, cum plenarijs indulgentijs ex parte Archifraternitatis SSmi.Roſarij.

14. Exaltatio S.Crucis. Titulus Eccleſiæ.

In Octob. Dominicâ 1. Octob. Feſtum B. Mariæ Virginis de Victoria ſub nomine SSmi. Roſarij. Cum plenariis indulgentiis. A

19. B. Ludouici Bertrandi Confeſſoris. Ord. Præd.

21. XI. Millium Virginum. Ratione plurium Reliquiarum.

In Nouemb. Dominica 1 huius menſis ibidem ſolemnior ob generalem communionem eorum qui inſerti albo Deuotorum Roſario perpetuo pro agonizantium conſolatione inſtituto.

15. B. Alberti Magni Epiſcopi Ratisbon. & Confeſſoris, Ord. Præd.

19. S. Eliſabeth Viduæ. Cuius Reliquiæ ibidem reſeruantur.

21. Præſentatio B. Mariæ Virginis. Ratione Archifr eiuſdem Sanctiſs. Deiparę.

In Decemb. 8. Conceptio B. Mariæ Virginis: ratione Archifraternitatis. B

Item omnie primæ Dominicæ menſium ſolemniores ob Archifraternitatem SSmi. Roſarij & plenarias indulgentias.

Denique & ſecundæ Dominicæ omnium menſium ſolemniores ob Fraternitatem SSmi Nominis Iesv.

§. VII. Monumenta ſpectabiliora Eccleſiæ S.Crucis PP. Prædicatorum.

C

I. Ante maiorem Aram mauſolæum in quo reconditur *S. Albertus Magnus* quondam Ratisbonenſis Epiſcopus, cuius vitam ex Archiuis excerptam, in Syntagmate de Suffraganeis Colonienſibus compilauit & edidit, me quondam ægrotante nepos meus I. Hen: Heiſter, ideoque ad eum libellum Lectores ablegans, nihil hîc repeto.

II. B. Vndulinæ mauſolæum in naui Eccleſiæ, demolitum nunc eſt, & Reliquię Lipſanothecæ portatili impoſitæ: eam commemoraui in §. IV. de Reliquiis num. 2.

III. A latere meridionali iuxta chorum maiorem eſt ſepulchrum Friderici IV. eius nominis Archiepiſcopi Colonienſis cum hac in æreis laminis inſcriptione.

Anno 1568. die 23. Decemb. obijt Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus Princeps & Dominus D. Fridericus Comes in Weda Dominus in Ronckel & Iſenberg &c. cum ante annum Archiepiſcopali & Electorali dignitatibus ſponte ſeſe abdicaſſet. D

IV. Vi-

IV. Vitreæ chori feneſtræ cum B. Alberti Magni effigie iuſſu Siffridi Archie-
A piſcopi, hos verſus habent:

Condidit iſte chorum Præſul qui Philoſophorum
Flos, & Doctorum fuit Albertus ſcholaque morum
Lucidus errorum deſtructor, obexque malorum
Hunc rogo Sanctorum numero Deus adde tuorum.

SYNTAGMA XLII.

B *Eccleſia & Conuentus Fratrum Minorum S. Franciſci Conuentualium.*

§. I. initia & incrementa Cœnobij.

ANno Domini Milleſimo ducenteſimo decimonono, ſub finem anni, viuente 1219.
adhuc Seraphico Patre *S. Franciſco*, Fratres *Minores* venerunt Coloniam, & in 1220.
eo loco qui nunc *Sion* dicitur ſunt hoſpitati. Anno ſubſequenti 1220. locum in corde Ciuitatis commodiſſimum tum habitationi, tum fructificationi Spirituali acceperunt, atque lucidiſſimæ & peramplæ Eccleſię fundamenta ibidem iecerunt, quam nonniſi quadrageſimo poſt initia iacta Anno, magnis ſumptibus conſummarunt:
C teſtes huius narrationis habeo verſus qui in trabe illius Eccleſiæ tranſuerſim ſub fornice latera templi continente inſcripti ſunt.

Bis ſexcentenus poſt Chriſtum fulſerat Annus
Bis denusque Sion quando incoluère Minores
Fratres, hoc anno melio i ſede potiti,
Iecerunt huius primum fundamina templi,
Quadraginta ingens templi labor hauſerat annos
Et ſacrat Henricus Curienſis Epiſcopus *Ædem.*

Adeò autem pauperculis Chriſti feliciter hæc initia maximè adnitente *S. Engelberto* Archiepiſcopo & Martyre Colonienſi ceſſerunt, vt indies ſeipſis robuſtiores 1221.
D exiſtentes, anno ſequenti videlicet 1221. Capitulum Prouinciale Coloniæ celebrauerint, vt docent manuſcripta quædam huius Conuentus; ſub idem tempus tota inferior hæc Germania auidiſſimè hos Dei ſeruos eſt amplexa, vt paullatim illius inſtituti Religioſi & habitationes in tantum numerum excreuerint, vt paulo poſt ſeptem Cuſtodias, & in qualibet Cuſtodia perplures Conuentus numerarit: nec mirum cum id inſtitutum mirifice congruat cum genio populorum horum, cui ſe perſæpe diuina gratia conformat.

§. II.

A

§. II. Viri Clari.

Floruerunt in hoc Conuentu viri permulti quos tum vitæ ſumma integritas, tum ſcientiarum magna profunditas multum poſteritati commendat: ex multis paucos adduco. Imprimis floruit in eo Philoſophorũ & Theologorum ſublime volans Aquila, *Ioannes Duns cognomento Scotus* merito ſuo *Doctor ſubtilis* appellatus, cuius ingenij & doctrinæ excellentia tanta enituit, vt cum D. Thoma Aquinate mundum ingeniorum diuiſiſſe videatur, adeo vt qui in Realium parte eſt in alterutra ſe profiteri neceſſe habeat. Sed quod humanitus dolendũ eſt, tantus vir præmatura morte, Vitam multimodis integritate & Doctrina admirabilem, concludendo, quæ dei eſt prouidentia, ſudorem diſcipulis in penetrandis eius ſubtilitatibus reliquit. B Floruerunt poſt hunc alij plurimi ex antiquioribus Scotiſtis, vt certa traditione accepi, in quorum numero habetur, *Trombeta, Ioannes de Colonia*, & alij neque id inſolens videatur cum compertum ſit vno tempore in eo plures quam trecentos Fratres ſimul habitaſſe, inter quos quinquaginta S. Theologiæ Doctores fuerunt Huius famæ veritas ex eo ſtabilitur, quod vetuſta huius conuentus ſcripta memorant iſtic Refectorium & Menſam Hibernorum, nec non Refectorium Haſſorum, Danorum, & Suecorum præter vulgare refectorium extitiſſe. Exactiora de his documenta Anno 1619. die 15. Decembris, dum per infortunium pars quædam Conuentus cum Miniſteria in qua plurimæ antiquitates ſeruabantur inflammata eſſet, in cineres magno omnium dolore abierunt. C In tabula defunctorum Patrum illius Conuentus ſtylo ſimpliciſſimo multi viri præclari adnotati viſuntur, quorum partem

1290. priſca fide cum verbis adſcribam. *Inter eos qui primo ſeculo Franciſcano pientiſſimè obierunt in hoc Conuentu*, *fuere Frater* Wilhelmus quondam Decanus ad S. Andream, *Frater* Gerhardus de S. Seuerino quondam Scholaſticus *ibidem*. *Frater* Wernerus quondam Abbas Tuitienſis, *Frater* Conradus Miniſter Colonienſis *qui rexit Prouinciam iſtam laudabiliter 26. annis vir valde deuotus & Collector Reliquiarum ſacrarum Eccleſiæ Colonienſis ex varijs mundi partibus*, *item Frater* Wernerus quondam Præpoſitus Eccleſiæ S. Gereonis. *Frater* Chriſtianus de Pomerio *quondam Miles ſtrenuus*, *Frater* Ioannes Scotus *S. Theologiæ Profeſſor Doctor ſubtilis nominatus quondam Lector Colonienſis qui Obijt Anno Domini Milleſimo trecenteſimo octauo, ſexto Idus Nouembris.* D

Auiditas Reliquiarum in Vbijs

1300. *Inter eos qui ſecundo ſeculo in Domino obierunt fuere Frater* Conradus de Glein *quondam Guardianus Colonienſis & Prouinciæ Angliæ Viſitator Frater* Gerhardus de Pomerio *Sacræ Theologiæ Profeſſor Miniſter Colonienſis vir valde deuotus & Collector* (NB.) *Reliquiarũ in ſummo Altari. Frater* Ioannes de S. Laurentio *prædicator & Confeſſor, eximius Vir, qui multos libros compoſuit Frater* Roricus de Witten *quondam Cuſtos Colonienſis & Lector Vir doctus & zeloſus ſcripſit in Euangelia.*

1400. *Inter eos qui tertio ſeculo ex illo Conuentu in Domino obierunt fuere Frater* Wyardus de Gronningen *Doctor Pariſienſis quondam Miniſter Colonienſis Item Reuerendus Pater Frater*

A *Frater* Ioannes Schlechter Epiſcopus Venecomponenſis, *ac Suffraganeus Gratioſi Domini noſtri Theodorici de Morſa Archiepiſcopi Colonienſis, quondam S. Theologia Profeſſor obijt Anno* 1452. *Item Reuerendus Pater Frater* Henricus de Vnckel Epiſcopus Cyrenenſis *Suffraganeus Gratioſi Domini noſtri Hermanni Landgrauij de Haßia Archiepiſcopi Colonienſis quondam Sacra Theologia Profeſſor, qui ſubmerſus eſt in Rheno cum Fratre* Ludouico de Melem *& alijs quatuor Anno* 1482. *ipſo die S. Vincentij Martyris. Item anno* 1486. *in die S. Pudentiana obijt Reuerendus Pater Frater* Alexander de Conuentu Raguſenſi *Prouincia Dalmatia qui fuit Abbas in Hungaria.*

Inter eos qui quarto ſeculo ex illo Conuentu in Domino obierunt fuère Frater Cornelius de Dauentria *Sacra Theologia Profeſſor Eximius, Verbi Dei ad populum declamator facundiſſimus, multis annis Rector Conuentus & Regens ſtudij doctiſſimus, obijt anno* 1538. *Item prope Moguntiam in domo PP. Carthuſianorum Reuerendiſſimus Pater Frater* Ioannes Pennarius Noueſienſis, Suffraganeus Colonienſis *ac Prouincia quondam Miniſter Prouincialis Obijt anno* 1564. *Item à noſtra memoria anno* 1603. *obijt Reuerendus P.* Petrus Cratepolius *Theologus Vir multa lectionis & laboris, ſcripſit varia opuſcula. Item floruit hîc Reuerendiſſimus Pater* Nicolaus Arresdorffius Epiſcopus Axonenſis *Suffraganeus Monaſterienſis qui ex perſecutione in Orthodoxos excitata, captâ Bonnâ vbi tum Guardianum agebat vix euaſit viuus, ac tandem Monaſterij plurimarum virtutûm relicto poſt ſe glorioſo nomine anno* 1621. *quieuit, ibidem inter ſuos in Eccleſia Minorum ſepultus. Item Reuerendiſſimus Pater* Ioannes Pelkingius Epiſcopus Cardicenſis *Suffraganeus Padbornenſis qui Conuentum hunc & Prouinciam multis annis laudabiliter rexit. Vir magni zeli & laboris Sereniſſimi Principis Archiepiſcopi Electoris Colonienſis Ferdinandi in varijs & arduis negotiis Commiſſarius, qui plurimis laboribus exhauſtus tandem Padborna in feſto SS. Innocentum anno* 1642. *quieuit. Cateros pari memoria dignos prateribo. Contentus memoriarum MS. libro, qui vti parciſſimus eſt in laudando ita maxime fidem meretur.*

1500. B 1600. C

§. III. THESAVRVS SACER.

D I. In huius Conuentus pretioſo Reliquiario plurimæ & nominatæ Reliquiæ reperiuntur, imprimis in grandi hierotheca ſunt duo magnæ quantitatis fruſta de *Sanctiſſima Cruce* in qua Salus noſtra pependit.

II. In alia ſunt duæ ſpinæ oblongæ ex *corona Spinea Saluatoris* noſtri quibus caput eius ſanctiſſimum in paſſione pro nobis fuit vulneratum.

In alia *de ſudario* quo Chriſtus in paſſione ſua terſus eſt, & de *induſio* B. MARIÆ Virginis, &c.

III. In alia *Lapis ingens* reſperſus ſanguine *Beati Stephani Protomartyris* pro Chriſto lapidati. 26. Decemb.

IV. Integer *puellus ex Innocentibus* ab Herode miſerrimè trucidatis quem à Venetis dono acceperunt Anno 1384. quas Reliquias Archiepiſcopus Colonienſis 28. Decemb.

Fridericus de Sarvverde veras & legitimas eſſe confirmauit, ac priuilegijs Indulgentijsque qui eas viſitauerint ac venerati fuerint proſecutus eſt: ſeruantur in Altari ſpecialiter ſub titulo Innocentum erecto. A

26. Iulij. V. Item notabilis *pars Capitis S. Annæ* Auiæ Chriſti Domini argenteæ ſtatuæ incluſa.

4. Decemb. VI Item maxima pars *Capitis S. Barbaræ Virginis & Martyris* incluſa ſtatuæ argenteę, hæc pars Capitis primùm Conſtantinopolim translata, dein à quodam Imperatore Venetis donata, deinde in Pruſſiam, demum Coloniam deportata, & vt antiqua eſt traditio huic Eccleſiæ à RR. PP. Carthuſianis Colonienſibus ad inſtantiam deuotæ plebis Colonienſis donata fuit: apparet in eo ingens vulnus à parente Dioſcoro ipſi propter fidei Chriſtianæ confeſſionem inflictum: quod maximo populi concurſu quotannis viſitatur. B

31. Martij. VII. Item pars magna *S. Hippolyti Martyris* argenteæ ſtatuæ incluſa.

23. Decemb. VIII. Item pars magna *Capitis S. Balbinæ* filiæ S. Quirini incluſa argenteæ ſtatuæ.

IX. Item pars magna *Capitis S. Luciæ* Virginis & Martyris incluſa ſtatuæ argenteæ.

X. Item in ſpeciali Hierotheca aliquot guttæ *Sanguinis S. P. N. FRANCISCI* Reliquiario illi datæ in *Portiuncula* à Fratre Angelo.

Sunt & plurimæ aliæ Reliquiæ nominatiſſimæ tum in hoc Reliquiario, tum in ſummo Altari ibidem, quas omnes hîc exprimere nimis longum foret, & forſan beneuoli Lectoris patientiæ inimicum, quem proinde ad nobile Reliquiarium illius Monaſterij remittimus, vbi theſaurum ſacrum ingentem cum admiratione ex tabula ſicut in Vbijs conſuetum legere & ſpectare poterit. C

§. IV. Confraternitates ſunt in illa Eccleſia.

I. Imprimis notiſſima illa *Cordigerorum* S. Franciſci, de qua extant libelli typis vulgati.

II. Confraternitas *S. Annæ* quam Paulus Papa V. Anno 1608. ſpeciali Bulla quæ incipit *De Salute gregis Dominici* multis fauoribus ſpiritualibus & Indulgentijs dotauit. D

III. Confraternitas *S. Barbaræ* quam nouiſſimè anno 1608. Paulus Papa V. ſpeciali Bulla quæ incipit *A ſummo Patrefamilias* multis fauoribus & Indulgentijs eſt proſecutus.

IV. Confraternitates B. M. V. *Piſtorum* SS. Coſmæ & Damiani *Barbitonſorum*, & aliorum diuerſæ diuerſorum opificum *S. Rochi, S. Iodoci*. &c.

§. V.

A

§. V. Feſta.

Præter ordinis feſta quæ in Franciſcano Breuiario habentur, præcipuarum Reliquiarum ac Fraternitatum patrocinia ſolemniter peragunt, & anniuerſarium Dedicationis templi Dominica Iubilate.

§. VI. Monumenta.

Præcipuè ſpectatu dignum in hac Eccleſia eſt ſepulchrum æternæ memoriæ
B Fratris *Ioannis Duns Scoti*, qui ob ingenij & ſcriptorum excellens acumen Doctoris ſubtilis nomen meruit & adeptus eſt. Cuius præter alia ſcripta vel maximè admiranda, eſt in Diuam Virginem Matrem deuotio, & Immaculatæ Conceptionis Deiparæ, quam nunc totus penè orbis Catholicus amplexus eſt validiſſima propugnatio. Fuit ſepulchrum illud ante hæc tempora rectâ ſub turri Eccleſiæ ſitum; in chori fere medio, ſed cum anno 1642 ſummè neceſſarium videretur Chorum mutari 1642.
& ſummo Altari nonnihil à naue Eccleſiæ promoto chorum poſt altare collocandum eſſe appareret, vt Fratres à tumultu & conſpectu ſæculariũ, qui ſe vltro choro & cancellis ingerebant, nec commode ab ea pietate prohiberi poterant, ſubtracti; pſalmodiam & Laudes Diuinas opportunius decantarent, Ex eo tempore glorioſi
C viri ſepulchrum ſitum veterem vtcunq; mutauit, ne ante pedem ſummi altaris, eſſet impedimento. Itaque ſepulchrum Scoti quod ruinam minabatur & iam collabi cœperat apertum eſt, Oſſa Doctoris ſubtilis ab Illuſtriſſimo Domino FABIO CHYSIO Epiſcopo Neritonenſi Sanctiſſimi Domini Noſtri Vrbani Papæ Octaui ad Tractum Rheni aliaſque inferioris Germaniæ partes cum poteſtate Legati de Latere Nuncio, Fratrum Minorum Conuentualium magno Patrono, ad id vocato, ſigillis adhuc integris in capſa reperta & extracta, multis præſentibus in Sacrario tantiſper repoſita fuerunt & recluſa, ac tandem anno 1643. die decimoſexto Iulij in Choro renouato ad id nouo ſepulchro conſtructo & eleuato ſunt repoſita & prioris ſepulchri cuprea lamina eidem ſuperpoſita eſt, ab eodem Illuſtriſſimo Nuncio in præſentia Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Tharſenſis nunc Eminentiſſimi Sacræ
D Romanæ Eccleſiæ *Cardinalis Caroli Roſetti*, qui tunc à Sacra Sede Apoſtolica pro pacis vniuerſalis tractatione Nuncij Extraordinarij munus gerebat, adfuit is huic ſolemnitati tanto iucundius, quanto ipſe quondam ſub inſtructione Fratrum Minorum Conuentualium ſententiæ Scoticæ in Philoſophicis & Theologia ſubtilior fuerat Sectator, itaque in præſentia multorum iſtius Conuentus Patrum nouo ſepulchro oſſa viri venerandi illata, ianuâ ferreâ occluſa fuere cuius ianuæ clauium vna ab Illuſtriſſimo Nuncio Apoſtolico alia à Conuentu ſeruari cœpit.

Porro in lamina cuprea ſepulchri eiuſdem hi leguntur inciſi verſus:

Ante oculos ſaxum Doctorem deprimit ingens A
Cuius ad interitum ſacra Minerua gemit.
Siſte gradum Lector fuluo dabis oſcula ſaxo
Corpus Ioannis *hac tenet vrna* Scoti
Anno Milleno bis ter cumque adderet octo
Poſtremum clauſit letho agitante diem.

Cui poſt renouationem infernè hoc Chronometron adiectum eſt.

VIDerat oCto sIbI bIs CIngere IVLIVS ortVs.
QVanDo ſepVltVra hæC eſt fabrICata SCoto.

Traditio eſt quondam ſolos prænobiles ſtemmate & Equeſtris Ordinis in hac Eccleſia ſepeliri ſolitos, & in periſtylio Conuentûs alios nobiles qui non paucioribus inſignibus clari fuiſſent, vt ſic olim Eccleſia Equitum vulgo der Ritter Kirch fuerit nominata, quod comprobare videbantur antiquiſſima & plurima Nobilium inſignia, quæ nō ita pridē per parietes Eccleſiæ ſuffixa pēdebant & aliqua in periſtylio ſub antiquis picturis quibus an. 1408. illud fuit exornatū etiā nunc conſpiciūtur. B

Extant & alia plurima monumenta vt Ioannis Baptiſtæ Taſſis Catholiciſſimi Hiſpaniarum Regis quondam per Belgium Generalis qui in obſidione *Bonnenſi* ex inſidijs globulo plumbeo traiectus occubuit, & alia multa, quæ ne in ſcribendo longior ſim ibidem commodiùs videri poterunt.

C

SYNTAGMA XLIII.

Monaſterium B. M. Virginis de Monte Carmelo Regularis Obſeruantiæ.

§. I. De Ordinis Carmelitarum initio.

DE Carmelitani Ordinis, ſeu Fratrum B. Dei Gen. MARIÆ de Monte Carmelo Origine ſcribens Sixtus Papa IV. in Bulla quæ incipit: *Dum attenta meditatione penſamus.* ſub Dato Romæ 28. Nou. ann. 1476. aſſerit iſtius Religionis Profeſſores D *Sanctorum Prophetarum ELIÆ & ELISÆI & aliorum Patrum, qui montem ſanctum CARMELI iuxta HELIÆ Fontem inhabitarunt, SVCCESSIONEM HÆREDITARIAM tenere.* Quam aſſertionem ijſdem plane verbis in ſuis litteris Apoſtolis confirmarunt Innocentius VIII. 30. Ian. ann. 1485. Iulius II. 14. Iulij. 1506. Gregorius XIII. 18. Sept. 1577. & manifeſtius Clemens VIII. 5. Octob. 1604. ſcribens ad Abax Perſarum Regem, his verbis: *Habuerunt olim Religionis huius Profeſſores ſicut à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris memoriæ proditū eſt ſui Inſtituti auctores Sanctos Prophetas* ELIAM *&* ELISEVM, *omnibus nationibus & gentibus notos* ſic ipſe. Et idcirco eorundē amborū Prophe-

A Prophetarum feſti dies 20. Iulij. & 14. Iunij. annue in eodem Ordine ſub Duplici maiori Officio proprio cum Solemni Octaua ex ordinatione diuerſorum Romanorum Pontificum coluntur. Hic igitur Ordo Propheticus, ſub Rechabitarum, Aſſidæorum, & Eſſenorum continentium nomine (quos inter non pauci ex Sanctis Prophetis & Propheticis viris claruerunt) perdurans vſq; ad tempora Chriſti & Apoſtolorum, à S. Ioanne Baptiſta ad Chriſti fidem comparatus (vt legitur in moderno huius Ordinis Breuiario) atque ab Apoſtolis baptizatus, vna cum ipſis, ac cæteris Chriſti Diſcipulis per varias Orientis & Occidentis regiones ipſo naſcentis Eccleſiæ tempore transplantatus fuit. Quod inter alios veteres hiſtoriographos teſtatur Luitprandus, Cremonenſis Epiſcopus, annis ab hinc amplius Septingentis

B clarus ac notus in Eccleſia ſcriptor; dum in ſuis Aduerſarijs ſeu Collectaneis num. 194. ait: *Magna pars eorum, qui diſperſi in perſecutione S. Stephani ad varias partes traiecerunt, & ad Hiſpaniam plurimi venerunt, erant ex Monachis Montis CARMELI, prædicationibus Chriſti & Apoſtolorum ad fidem conuerſi in quibus Elpidius & Socij Pontifices à S. Iacobo creati, & poſt Martyres facti.* Et rurſus infra, num. 286. de iiſdem *Religioſis Carmelitis* nominatim ait, *Qui in Hiſpania, ET PER ALIAS REGIONES MONACHATVM INTRODVXERANT. Iſtos vocat lib. 2. cap. 3. Euſebius: PROPHETICI ORDINIS.* Sic Luitprandus.

Et licet idem Ordo temporibus perſecutionum Imperatorum Ethnicorum variè exagitatus, at nequaquam ſuppreſſus ſit (vnde Eyſengrenius in ſuo Centenario primo, contra Centuriatores Magdeburgenſis hunc quoq; titulum ponit poſt

C alios: *De Monachis Carmelitis tempore Martyrum*) per magnum tamen Antonium in Ægypto Anno 307. eiuſque diſcipulum Hilarionem in Palæſtina Anno 329. ac Baſilium Magnum ab Anno 362. in alijs Aſiæ regionibus, rurſumque per S. Hilarionis ſucceſſores Heſychium, Ioannem, Euthymium, Sabam, Theodoſium, & huiuſmodi cæteros viros ſanctiſſimos (quos nominatim ac numeroſo ordine recenſet R. P. Thomas à Ieſu Carmelita Diſcalceatus vir ſuis ſcriptis in Eccleſia clarus, in libro particulari de origine ac progreſſu huius Ordinis, ann. 1599. Salmanticæ typis vulgato) mirificè auctus, atque per orbem tranſplantatus fuit, vſque ad tempora Coſroe Perſarum ac Humar Arabiæ Regum: quorum poſterior ann. Chriſti 636.

D (alijs 639.) capta Ieroſolyma, totam Syriam atque Ægyptum ſubiugauit. Vnde tametſi ex tunc pauci in Palæſtina, ac præſertim in monte Carmeli huius Ordinis profeſſores ſub iugo Saracenico remanſerint, teſte S. Cyrillo Conſtantinopolytano presbytero, apud Philip. Ribotum lib. 8. cap. 1. de peculiaribus geſtis Carmelitarum, plurimi tamen eorum ex Ægypto & Syria tam præteritis ſæculis, quam & nunc quã maximè, hac vrgente perſecutione, in vtramque Armeniam ac cæteras Aſiæ regiones, per multas Ægæi maris inſulas, in Græciam vſque, tranſmigrarunt, ibidemque nobiliter floruerunt (dicente Poleonydoro lib. 1. cap. 2. ſui Chronici tripartiti: *Antiquis nempe temporibus, dum Carmelitæ tam Græci quam Iudæi in Orientali, & in ASIANA maximè ECCLESIA floridiſſime clarerent, &c.*) donec & ibi per Imperatores hæreti-

cos Iconoclaſtas, ab anno præſertim 726. vſque ad 842. varie afflicti, ac plurimi eo- A
rum, deſtructis ipſorum Cœnobijs martyrio affecti ſunt. Ideoque & ex tunc non-
nulli eorum in Europam tranſmigrantes, potiſſimum in Italiam, noua illic loca in-
quiſierunt. Ex quibus vnus fuiſſe exiſtimatur vir ſanctitate ac doctrina clarus Za-
charias nomine, qui tandem anno Chriſti 741. exeunte, Romanus Pontifex creatus
fuit: hunc quippe vnum ex Græcis Monachis fuiſſe, de quibus Poleonydorus vbi
ſupra, patet ex Onuphrio Panuino in Chronico ad eum annum. Et de Carmelita-
rum Cœnobio Senenſi eodem ſæculo, anno Chriſti 797. Fundato, ſic ſcribit Petrus
Lucius in ſuo Apologetico pro libro Trithemij de Laudibus Carmelitarum: *Anna-* B
les inclytæ ciuitatis Senarum Etruriæ apertè docent Carmelitas anno Septingenteſimo nona-
geſimo ſeptimo Sacellum S. Nicolai, quod adhuc hodie incolunt, piorum ciuium liberalitate
poſſidendum accepiſſe. Sic ipſe. Præfata tamen perſecutione Iconomachorum in Aſia
ac Græcia ceſſante, mox Romani Pontifices à tempore S. Leonis Papæ IV. (qui ſe-
dere cœpit anno 847.) ſuorumque ſucceſſorum, per ſingula ſubſequentia ſæcula
amplis Indulgentijs ac gratijs cunctos Chriſti fideles inuitarunt ad eorum cœno-
bia reædificanda ſeu reſtauranda, ſiue ad eleemoſynas ijs erogandas.

Ac demum ex innumeris ſanctis huius Ordinis nonnulli magis illuſtres quot-
annis ſub Duplici officio, atque ſub titulo iſtius Ordinis auctoritate ſedis Apoſto-
licæ ab ijſdem Carmelitis celebrari ſolent, quorum non pauci plus mille ab hinc an-
nis claruerunt; quos hic nominatim recenſere nimis operoſum & extra noſtrum
inſtitutum fuerit, qui in iſtius Ordinis Breuiarijs ac Officijs proprijs videri pote- C
runt. Sufficiat ad laudem dicti Ordinis, quod is inter alios Diuos ſex præclaros ac
ſanctos agnoſcat Romanos Pontifices Clementem, Teleſphorum, Dionyſium, Syl-
uerium, Zachariam, ac Benedictum, iſtius nominis quintum. De quo S. Syluerio
vide Tritemium lib. 4. cap. 20. de viris Illuſt. ſui Ordinis, vbi eum expreſſe à Bene-
dictina ſua familia reijcit; ſicuti nec S. Zachariam agnoſcit. Et hæc quantum ad
præfatum Ordinem priuſquam is ad hanc Vbiorum Coloniam introduceretur:
nec enim breuiori compendio, de tam antiqua ac copioſa Religione loquentes, vti
potuimus.

D

§. II. De origine Carmelitani Ordinis in Agrippinenſi Colonia.

Cum ſub annum Chriſti 1197. filius *Saladini* tyranni ingentem excercitum ducta-
ret in Chriſtianos qui patri ſuo nobiliorem Aſiæ partem Hieroſolymorum regnū
extorſerant, cum etiam *Henricus VI. Imperator* obijſſet & plerique cruce ſignati mi-
lites timore perculſi patriam repeterent quidam ex Vbijs nobilis miles *Bruno de Bon-*
nerhoff Anno Chriſti 1198. Religioſos Carmelitani Montis incolas B. M. Virginis

cul-

A cultores, ſecum in Agrippinenſem Coloniam deduxit. docent hæc Verſus in camerâ, quam Hoſpitum dicunt.

Victores Aſiæ patriam pleriq; petentes
E Sacro ſecum Monte tulere viros
Miles AGRIPPINAM, deductis, Bruno reuerſus
Atria fundauit, auſpice noſtra Deo, &c.

Deductis in Coloniam eo modo Religioſis Anno Chriſti MCCXIX. temporibus *S. Engelberti* Archiepiſcopi, B. M. Virgini exſtructa eſt eis eccleſia, non ea tamen amplitudine, quam modo videmus, ſed longe minore: gerebantque fratres veſtem alternis nigro & albo coloribus virgatam, quem habitum aſſumere coacti fuerant, 1219.
B ne incurrerent inuidiam Tyrannorum qui quondam Paleſtinæ dominantes, Candore trabearum prænitebant. Anno 1290. die Annunciationis B. M. V. *Nicolaus Papa* amplas indulgentias indulſit Viſitantibus eccleſiam Fratrum Ordinis B. M. Virginis de Monte Carmelo, & excreuit paulatim monaſterium, vt circa annum Chriſti 1363. ſub *Godſcalco* Magiſtro Prouinciali Carmelitarum Alemanniæ inferioris ad modernam amplitudinem excreſceret. Potiſſimum ſplendorem addidit circa annum 1550. *Euerardus Billicus* eruditione & authoritate præſtantiſſimus, de cuius laudibus mox alius erit dicendi locus. Anno 1606. Septima Februarij magna eccleſiæ pars præ vetuſtate fatiſcens humi procubuit, & piorum larga munificentia mox 1290. 1363. 1550. 1606.
C integrior reſurrexit. Anno 1642 Liberalitate Eminentiſſimi *D. Franciſci Mariæ Cardinalis Machiauelli* Conſtantinopoleos Patriarchæ Ferrarienſiſque Epiſcopi aliorumque benefactorum ſplendidiſſimè inſtaurari cæpit, & facies eccleſiæ ad commodiorem populo æq; ac Religioſis vſum eſt cōmutata. Siquidem olim chorus in occidētali parte templi conſtitutus ſumma ara chorum reſpiciente, ſecernebatur à populo, & populus ab ara & choro auerſus adorabat vtpote in orientem: At modo, altaris ſummi facies ad populum conuerſa eſt, & populus ad eam toto templo conuerſus, ad ipſum quoque chorum laudesque diuinas ſe conuertit, præterquam quod templum illuſtri ſcamnorum ſerie recens ad populi vſum aliiſque præclaris ornamentis eſt auctum, & tribus portis elegantis operis populum è via publica in- 1642.
D gredientem excipit. Eodem etiam tempore aliud ornamentum cœnobio acceſſit, ſiquidem ſtudia humaniora, non ſolum tractari priuatim, ſed etiam ludo aperto publicè tradi cæperunt, ſummo ampliſſimi Senatus conſenſu, quæ functio non ſolum iſti parti ciuitatis vtilis & neceſſaria, ſed etiam ordini perquam honorifica & apta eſt ad maius deo obſequium præſtandum in ſalute animarum procuranda.

§. III. Viri Clari ex Carmelo Colonienſi.

Mons Carmeli B. M. Virginis Fratrum Colonienſium fœcundus fuit duodecim ex eo enatorum Epiſcoporum germine: quorum.

I. Hen-

I. *Henricus* Sedis, in Tracia *Redoſlonenſis* ſub Metropolitano Heracleinſi præſul, A
cuius mentio eſt in Staurologia mea, & in libello de Suffraganeis Colonienſibus, nam ſub *VVichboldo Archiepiſcopo* Suffraganeam operam Diœceſi Colonienſi impendit,& videtur is eſſe,qui anno 1287.22.Iulij.Prouincialis ordinis per inferiorem Alemanniam interfuit generalibus Carmelitarum comitijs in monte Peſſulano. vbi recepta fuit alba veſtis Fratrum.

II. Daniel vir nobilis de gente dicta à *VVichterich* ſiue Victoriaco, quondam Epiſcopus Verdenſis, cuius prolixa fit mentio in Syntagmate Suffraganeorum Colonienſium ex meis lucubrationibus,me ægroto & permittente edito per Nepotem meum Ioannem Henricum Heiſter.

III. *Mathias de Colonia* Pariſienſis Doctor, & ignotæ ſedis Epiſcopus,ſcriptis eruditè libris clarus Obijt Bruxellis 1359. B

IV. *Eberhardus* ex patricia apud Vbios familia de *Muſgen*,id eſt *de Muſculorum* gente Epiſcopus Caronenſis ſub Metropolitano & Patriarcha Antiocheno, Suffraganeus vero Colonienſis,Obijt XI.Kal.Febr.Anno 1397.Sepultus Coloniæ in choro Carmelitarum. Vide de ipſo in Syntagmate de Suffraganeis Colonienſibus, &c.

V. *Simon de Spira* cum *Ioanne de Brammart* SS.Theologiæ Magiſtro ex ordine Carmelitano inter tredecim primos vniuerſitatis Colonienſis Doctores & reſtauratores cenſetur poſtea Epiſcopus Suffraganeus Colonienſis perhibetur fuiſſe. Obijt 1403.die 7.Ianuarij Sepultus in choro Carmelitarum Colonienſium.

VI. *Conradus* illuſtris ex domo *Arnsbergica* Epiſcopus *Venecomponenſis*. Obijt in die S.Germani Epiſcopi Anno 1433. Vide de ipſo in Syntagmate Suffraganeorum Colonienſium. C

VII. *Henricus Bock* Epiſcopus Myrrenſis Suffraganeus Spirenſis. Obijt Anno Chriſti MCCCCXXXXIII.die S.Calixti Papæ.

VIII. *Hilgerus à Burgis* Epiſcopus Buduanenſis prius Coloniæ, deinde Leodij Suffraganeus;ibidem Obijt Anno Domini 1452.Sepultus in conuentu Carmelitarum Leodienſium,ante principem aram.

IX. *Conradus ab Heiden* Epiſcopus Nicopolitanus Suffraganeus Metenſis. Obijt.1532. D

X. *Ioannes de Arena* alias Bomelius Epiſcopus Baſilitanus, proepiſcopus Metenſis & Virdunenſis Obijt Anno 1549.

XI. *Euerhardus Billicus* patria, & ordinis profeſſione Agrippinas Conſiliarius eccleſiaſticus & deſignatus Suffraganeus Colonienſis, Viceſimo ante conſecrationem die Obijt Anno 1557.die xi.Ianuarij ėius laus integrum potius commentarium requirit quam vt poſſit hoc loco breuiter perſtringi. Vide Syntagma de Suffraganeis Colonienſibus,& vitam eius editam à Caſparo Gennepæo.

XII. GASPAR MVNSTERVS EPISCOPVS AVRELEOPOLITANVS, Anno 1630.1. Aprilis conſecratus Oſnabruggi Suffraganeus, quem laudibus viuū honorari, tam verecundia eius prohibet, quam meritum iubet de eo quædam vide in Syntagmate de Suffraganeis Colonienſibus.

§.IV.

A

§. IV. Alij Colonienſis Carmeli viri Illuſtres.

I. Venerabilis *Alanus Brito* de quo *Philippus Metius* in Illuſtribus viris ordinis FF. Carmelitarum *cap 5. de Prioribus Generalibus num. 5.* hæc refert *B. Alanus Brito natione, vir religioſiſſimus & Deo deuotiſſimus fuit Hic multis pro ſuo ordine exantlatis laboribus, cum à Saracenis fuiſſet pulſus ex terra ſancta, magno Fratrum ſuorum agmine ſtipatus Europam petens, tandem in Angliam venit: vbi multos ad ordinem ſuſcepit Tranſiens inde in Germaniam, COLONIAM AGRIPPINENSEM ſuis Miraculis fecit Clariorem. Teſtimonia ibi extant penes eius ſepulchrum in Conuentu Carmelitarum ante altare maius. Præfuit ordini*
B *annis. quinque*] *Ex archiuo Carmelitarum.*

II. *Petrus de Æmiliano* natione Gallus. patria Rutinenſis, nonus Prior Generalis totius ordinis, quem ſcribitur cum magna ſanctitate rexiſſe nec minori opinione ſanctitatis deceſſiſſe, ſepultus Coloniæ ante principem aram Carmeli.

III. *B. Theodoricus* natione Alemannus Venetijs miraculis coruſcans, à Patribus Carmelitanis Colonienſi Conuentui adſcribitur Obijt iuxta Philippum Metium Anno 1310. & iuxta Molani Martyrologium die 15. Octobris.

IV. *Sibertus de Becka* Gelder Conuentui Colonienſi adſcribitur & à Gulielmo Eyſengrinio in indice teſtium veritatis, *Sancti* titulo honeſtatur. Obijt Coloniæ Anno 1333. 29. Decemb. Sepultus ante maiorem aram Carmelitarum. De alijs Illuſtribus
C viris ad hæc vſque tempora ſub Religioſi Patris calamo ſpecialis eſt lucubratio.

§. V. THESAVRVS SACER Eccleſiæ Carmelitarum.

I. Inſigniores Eccleſiæ huius ſacras Reliquias in tres claſſes partior I recenſentur in ſacrario Agrippinenſi Erhardi Winheimij Carthuſiani ſubſequentes.

1. Duæ partes iuſtæ magnitudinis ligni ſanctæ ac viuificæ *Crucis* D. N. Saluato-
D ris Iesv Chriſti, Cruci argenteæ inauratæ per tranſuerſum incluſæ. Quę Crux trium circiter cubitorum longa, cum anno 1627. cuidam obſeſſę virgini, in ſacello Deiparæ huius Eccleſiæ, exorciſmo ſubiectæ proponeretur, nulla vi adduci dæmoniaca potuit, vt partes ſuperiores, quibus præfatæ Reliquiæ ſanctæ Crucis incluſæ erant, in manus ſumeret, licet partem inferiorem ſeu pedem vltro arriperet; ipſamque puellam dœmon turbulente vltra cubitum è terra Religioſis ſpectantibus & ſtola Sacerdotali collo eius iniecta ad terram retrahentribus eleuaret.

2. Mandibula *S. Laurentij* Archileuitæ & Martyris inclyti: cum aliquot dentibus eidem adhuc infixis, & alijs minoribus eiuſdem Sancti Reliquijs, in Herma vel ſtatua pectorali argentea antiqua.

3. Mandibula *S. Dorotheæ* Virg. & Martyris, Hermæ argenteæ incluſa. Hanc Carmelo Colonienſi dono tranſmiſit R. Ordinis Generalis Magiſter *Bartholomæus Raccolius* ſeu Roquallus, Toloſanus, filius Comitis de Roquallis, qui poſtmodum circa annum Chriſti 1430. factus eſt Epiſcopus Maſſilienſis: porro de S. Dorothea vide Surium & Martyrologia ſexto Febr. A

4. Partes notabiles de Sancta *Apollonia* Virgine & Martyre, in ſtatua pectorali deaurata.

5. Quatuor Capita ex Societate *decem millium Martyrum*, quæ in totidem ſtatuis pectoralibus deauratis quondam aſſeruata fuere.

6. Quatuor itidem Capita nominata *ex Societate SS. Vrſulæ & vndecim millium* VV. ac MM. vt teſtatur *Georgius Garnefeldt* Carthuſianus Colonienſis in ſuis Collectaneis Manuſcriptis) totidem ſimiliter hermis deauratis olim incluſa. Quæ octo B hermæ tametſi adhuc præ manibus ſint, ſacra tamen capita ijs non amplius ſunt impoſita, ſed alijs quamplurimis ſacris capitibus ex eadem Vrſulana Societate decenter adornatis, certas ob cauſas intermixta.

7. Duo brachia ex præfata *decem millium Martyrum* Societate, duobus brachijs deauratis ſeorſim incluſa. Et antedictæ Reliquiæ omnes recenſentur in Winhemij Sacrario Colonienſi fol. 176.

II. 8. *Præter* has, in Sacrario prædicto memoratas Reliquias, in eadem Eccleſia aſſeruantur alia quamplurima capita innominata, ac ſacra oſſa ex præmemorata Societate ſanctarum vndecim millium Virginum: quæ ſiue integra, ſiue per partes in ſericis coopertutis diſtributa ſunt potiſſimum in ſummo Altari, per tres ordines C ſummum, medium, & infimum: in altaribus S. Alberti: Deiparæ Virginis: S. Annæ, & alijs, inq; ſuppedaneis eorum, prout receptacula ipſa in præſens demomonſtrant. Cætera porro ſacra oſſa eiuſdem Societatis hactenus per exteriorem partem odæi ante chorum antiquum diſtributa, nunc, ex quo Eccleſia alio modo diſponi cœpit, ſubmota, & vnam in capſam impoſita, in Sacriſtia ipſius Eccleſiæ aſſeruantur, donec poſt eiuſdem Eccleſiæ renouationem conſummatam, opportunus locus eiſdem deſignetur.

9 Notabiles inſuper Reliquiæ de *S. Sebaſtiano* Martyre, hermæ auratæ olim incluſæ: cum adiunctis alijs nominatis Reliquijs, quarum inſcriptiones ſub vitro pectorali, ob ornatum vitro ſuperinductum, legere nequiui. D

10. *De funibus ſacris quibus Chriſtus Saluator noſter ad columnam ligatus*, dum flagellis cæſus eſt: qui aſſeruantur in maiori monſtrantia argentea aurata, cum adiunctis Reliquijs de Sanctis *Huberto, Seruatio, & Syluestro.*

11. Digitus vnus *S. Alberti Drepanenſis* Confeſſoris, Carmelitæ, ſimili maiori monſtrantiæ argenteæ in auratæ incluſus: cum Reliquijs de SS. Vrbano, Nicolao, & alijs.

12. De *S. Maria Magdalena* Reliquiæ, cum dente pendulo; nec non de *S. Gregorio* Papa Reliquiæ in monſtrantia cubito maiore argento-aurea triangulari.

13. De

13. De *S. Victore*, & *S. Mauritio*, &c. in monſtrantia argento-aurea, paulo minori.

A 14 De *S. Matthæo* Apoſtolo & Euangeliſta, &c. cum laguncula olei: in monſtrantia argento-aurea rotunda.

15. De *S. Philippo* Apoſtolo, *S. Materno*, & *S. Barbara*: in monſtrantia argentea auro illita & inſtar turris faſtigiata.

16. De *S. Laurentio* Reliquiæ (præter eas de quibus ſupra) in inuolucro quodam, ac ſpeciali monſtrantia incluſæ: dono *Iacobi Detenhouen*, qui & procurauit monſtrantiam præcedentem.

17. Linteum decollationi *S. Catharinæ* ſubſtrâtum: in monſtrantia cum quatuor ſuppedaneis, & ternis faſtigijs.

18. De *S. Andrea* Apôſtolo, in pixide criſtallina quaternum pedum argentea.

B 19. De *S. Simeone*, & *S. Coſma* Mart. in monſtrantia minori argento-aurea.

20. De *S. Thadæo*, in pixide vitrea, argento reuinćta.

21. De *S. Bonifacio* Papa, & *S. Pancratio*: in monſtrantia argento-aurea ſimili opere.

22. De *S. Hippolyto* Martyre in monſtrantia paruula.

23. De *S. Materno* Epiſcopo, cum ipſius imagine argentea vitro incluſa: in monſtrantia minore argentea, ſecundum oras inaurata.

24. De *S. Vdalrico*, ſeu Hulderico Epiſcopo, in pixide eburnea cum operculo argenteo.

25. Diuerſæ aliæ Reliquiæ. in monſtrantia argentea.

C 26. Adhuc Reliquiæ, in pixide continenter argentea deaurata ſexangulari.

27. Octo ciſtulæ plenæ Reliquijs tam nominatis, quam innominatis.

28. Tabula lignea, vtrimq; incruſtata Sanctorum cineribus ſeu exuuijs.

29. Vas ligneum, vitris orbicularibus in circuitu diſtinctum, continens varias Reliquias notabiles & nominatas. Præſertim duo lintea, quæ notabilia ſimbola infantiæ Chriſti, & puerperij B. Virginis, ac vitæ aliorum Sanctorum & Sanctarum exhibent. Præmemoratæ omnes Reliquiæ ex ordinatione Conuentus, regiſtratæ ſunt ante annos circiter viginti per Fratrem Ioannem Seinerum Carmelitam Colonienſem, poſtmodum eiuſdem Vniuerſitatis Doctorem ac Profeſſorem: ex cuius mânuſcripto regiſtro, hæc deſcripta accepi omiſſis ornamentis diuerſorum Altarium, quæ & ibidem enumerantur. His addi poſſent: De Virga Aaronis, & Roſa

D (vt vocant) Ierichuntina, quæ ibidem extant.

III. Claſſis ſint *Reliquiæ recentiores SS Martyrum Treuerenſium: hoc eſt, ex Societate S. Palmatij & Sociorum, quorum memoria eſt in Romano Martyrol. die* 5. *&* 6. *Octob. ſub titulo. Innumerabilium pene martyrum*, &c.

Ex his Sanctis Martyribus Treuirenſibus obtinet hæc eadem Eccleſia ab anno Chriſti 1622. infra ſcriptas Reliquias.

Mandibulam vnam, cum ſex dentibus eidem inhærentibus.

Duo oſſa oblonga æqualis magnitudinis.

Duo oſſa oblonga inæqualis magnitudinis.

Cranium vnum. Et tres Coſtas. De his omnibus extant teſtes litteræ quas ſub- A
iungo.

NOS GVILIELMVS BREXIVS Berncaſtellanus, Decanus Collegiatæ Eccleſiæ S. Paulini extra muros Treuirenſes notum facimus omnibus & ſingulis has litteras viſuris, lecturis. aut legi audituris, quod anno Incarnationis 1622. Pontificatus S. D. N. Gregorij XV. anno ſecundo; Indictione quinta, die vero menſis 16. Martij. in quem incidit feria quarta poſt Dominicam Iudica, Reu. in Chriſto Pater P. Henricus Mulhemius, *SS. Theologiæ Baccalaureus formatus, & Prior Carmelitarum Treuirenſium, humiliter petens, & obnixe rogans ſupplicauerit, vt pro Ordine Carmelitarum ad maiorem Dei gloriam, & Sanctorum Martyrum honorem, ex theſauro noſtrarum Reliquiarum aliquot particulas communicare dignaremur Nos igitur R. Pa-* B *tris ſupra nominati deſiderio ſatisfacere cupientes, de communi conſenſu Reliquias ei aliquas communicauimus, nominatim autem Mandibulam vnam, inhærentibus ei ſex dentibus. Quatuor oſſa oblonga; ex quibus duo eiuſdem longitudinis & æqualitatis, duo vero non: vnum Cranium: Tres Coſtas: quas pro reliquijs Sanctorum Martyrum Treuirenſium ab immemorabili tempore ab omnibus Chriſti fidelibus ſemper habitas & veneratas fuiſſe a maioribus noſtris accepimus. Et ſicuti nos pro huiuſmodi tenuimus & venerati ſumus, ita pro iiſdem omnes templa viſitantes ſemper coluerunt, & venerati ſunt. Rogantes Deum Opt. Maximum vt ſicuti prædictorum Sanctorum animas pretioſas habet in cælis, iſtas hæc eorum Reliquias, vbicunque poſt hac veneratæ fuerint. omnes Chriſti fideles venerentur in terris. In quorum omnium fidem & teſtimonium haſce nomine noſtro ſubſcripſimus, & Sigillo Decanatus muniuimus. Actum anno, menſe, loco, die, quo ſupra.*

C

---

§. VI. Quatuor Miraculoſæ imagines Eccleſiæ Montis Carmeli.

I. Picta Chriſti in cruce pendentis vetus imago tranſlata huc ex arce *Saſſenbergica*, hæc olim ter pugione puncta ſanguinem ſtillauit, cuius clara indicia in valuis tabulæ extant: quidam enim Helluo, cum infœliciter aleæ luſū exercuiſſet, impatiens detrimenti, educto pugione imaginem inuadens, deſperata & blaſphema voce: *ſi* Deus ipſe eſſes tibi genas diſcinderem, inquit, & vultum imaginis punctim ferit, vn- D
de prodigioſus cruor proſilijt. Imaginis facies annorum plurimorum ætatem ſapit.

II. Chriſti Saluatoris noſtri, quæ dicitur, Imago MISERICORDIÆ DOMINI. extat in ambitu cænobij, & quondam concurſu ac peregrinationibus populi frequentebatur, ideoq; plurimas indulgentias eam colentibus conceſſerunt duodecim
An. C. 1333. Epiſcopi diplomate dato *Auinione VI. die menſis Iunij anno Domini MCCCXXX.III. Pontificatus Domini Ioannis Papæ XXII. anno XVII.*

III. Statua B. M. Virginis quā Veſpertinam & doloroſam compellant, quod Chriſtū è crucis patibulo in matris ſinu depoſitū repræſentet, adpoſitæ ſunt eidem aliæ Sanctarum mulierum ſtatuæ, & quia olim fama miraculorum celebris fuit, quinq;

Epiſ-

A Epiſcopi eandem indulgentiarum largitione accumularunt literis datis *Romæ anno Dom. Milleſimo ducenteſimo nonageſimo octauo, Pontificatus Domini Bonifacij Patris noſtri ſanctiſſimi Papæ octaui, anno quarto.* *Ann. 1298.*

Commemorare ſolebant ſeniculi Patres Carmelitani, quædam miracula quæ hîc contigerunt, temporibus *Eucrardi Billici* celeberrimi quondam præſidis huius Conuentus.

IV. Imago B. M. Virg. gaudioſæ in throno ſedentis & ſinu geſtantis Chriſtum puerulum Saluatorem noſtrum quondam clara miraculis, teſtantibus literis Magiſtri Generalis *Ioannis Groſſij* ſcriptis *Anno Domini milleſimo quadringenteſimo vndecimo* xv. *menſis Octobris.* Eiuſdem imaginis cultus reſtauratus eſt noſtro ſæculo teſte R. P. *Antonio de Balinghem* Soc. Ieſv in Kalendario Deiparæ Virginis hæc ſcribente *Anno* *Ann. 1411.*

B 160*[illegible]*. *cœpit hodie* (id eſt 6. Februarij) *magna hominum frequentia celebrari B. Virgo Coloniæ in templo Fratrum Carmelitarum huiuſmodi ex cauſa. Cum media huius templi pars in ſe ipſam collabeſcens columnas euertiſſet & contriuiſſet; columna tamen illa cui appenſa erat ſtatua B. V. Mariæ, licet cum aliis euerſis eſſet eiuſdem rationis, ac non minus quàm cæteræ ruinæ expoſita; integra nihilominus illæſaque remanſit, videlicet ab integrâ atque illibata Virgine (vt pie ab omnibus creditur) ſuſtentata.* *Ann. 1606.*

---

§. VII. Fraternitates Colonienſis Montis Carmeli.

C

I. Sodalitas *B. M. Virginis Aſſumptæ* cui adſcriptus flos Cleri & nobilitatis Vrbis & Regionis Colonienſis. & Dominica infra octauam Aſſumptionis B. M. V. interſunt ſolemni ſupplicationi, erecta eſt Anno Chriſti 1433. agente Senatu Colonienſi, & Promotore *Conrado de Arnsberg.* ex ordine, & Conuentu hoc Epiſcopo Venecomponenſi, Colonienſi Proepiſcopo, confirmata eſt Fraternitas Anno Chriſti 1480. ab *Hermanno de Haſſia* Archiepiſcopo Colonienſi, Anno Chriſti 1502. à *Cardinale Raimondo* Apoſtolicæ Sedis Legato de latere, Anno Chriſti 1611. à *Paulo V.* Chriſti ſupremo Vicario. *Ann. 1433.* *Ann. 1480.* *Ann. 1502.*

D II. *Venerabilis Sacramenti* dicta puellarum, confirmata Anno 1502. à Cardinale Legato Raimundo.

III. *S. Crucis* videtur inſtituta cum duo ſegmenta Dominici ligni in hanc Eccleſiam illata ſunt. Confirmata eſt autem Anno Chriſti 1502. à Raimundo Cardinale Legato.

IV. *S. Georgij* Fraternitas ab eodem Cardinale Raimundo approbata, Vietorum Tribui attributa, in titularis Sancti ſolemnitate, tres cereos toto anno lucentes offert Venerabili Sacramento, & illud in publicâ ſupplicatione venerabundè deducit.

V. *S. Annæ* confirmata anno 1502. à Raimundo Legato Apoſtolico Anno 1517. A
die 7. Mai. teſtante archiuo, ſuſcepta eſt à Tribu Coriariorum, qui pridie Patronalium tres cereos toto anno lucentes offerunt; quot hebdomadibus feria tertia, votiuum ſacrum de S. Anna celebratur.

VI. *S. Dorotheæ* Virginis & Martyris Sodalitas, initia ſua debet *Bartholomeo Roquallo* ſeu Raccolio Tholoſano illuſtri Viro ex Magiſtro generali Ordinis Epiſcopo Maſſilienſi, qui dictæ Sanctæ Mandibulam Colonienſi Carmelo ſubmiſit circa ann. 1425. Confirmata eſt Sodalitas anno 1464. à Reuer. ordinis Generali *Ioanne Soreto* doctrina & ſanctitate præcellenti Viro, & in album Sodalitij huius eminentes perſonæ atque plus quam decem hominum millia inſcripta ſunt.

VII. Non minus populoſa Sodalitas eſt *Beatæ Apolloniæ*, quam etiam ſæpedictus B
Card. Raimundus confirmauit.

VIII. Sodalitas *SS. Ioſephi* Sponſi & *Ioachimi* Patris Deiparæ inſtituta quondam in
Ann. 1485. ſacello S. Annæ per ordinis Generalem Magiſtrum *Pontium Raynandum* Anno 1485. 25. Aprilis. Deinde circa Ann. 1500. promouente *Ioanne Vlyrico* Magiſtro Prouinciali extructo nouo S. Ioſephi ſacello illata eſt, addito ſocio tutelari *S. Ioachimo*, ſub quorum titulo confirmata eſt à Cardinale Raimundo Legato Apoſtolico.

IX. *S. Matthiæ* Apoſtoli Fraternitas, cum præſente quo viuimus ſæculo cœpit, à Viris Treuericæ peregrinationis voti reis. Hi conſueuerunt quotannis feria tertiâ ante Pentecoſten in Carmelitarum templo congregari, & audita diluculo miſſa, præcedente Cruce populoſa cum ſupplicatione Treuiros adire, ad honorandas C
Chriſti & S. Matthiæ Reliquias: atque in itinere magna multitudine auctos excipiunt honorificè obuij Carmelitani Treuerenſes. Eadem Sodalitas pridie S. Matthiæ ſolet cum ſolemnibus cęremonijs, tres ingentes cereos offerre, & ipſo die feſto cum Patroni ſui ſtatuâ Venerabilis Sacramenti deportationem in hac Eccleſia comitari.

X. Celeberrima *B. M. V.* Fraternitas *Scapularis*, dicta à veſtimenti genere, quo ſicut ab Elia pallij munere Eliſæus donatus eſt, ita iſtius veſtis argumento, in Deiparæ familiam & certarum conſuetudinem legum orationumque viri & fœminæ adſciſcuntur. Et quidem pijs orationibus Scapularis illa veſtis benedicitur quam Carmelitæ aſſerunt cum ipſis ſui inſtituti initijs cæpiſſe quæ repetunt à veteris Teſtamenti Religioſis Carmeli montis incolis Eliâ & Eliſæo & Cinæis, Rechabitis, Eſſenis, Nazaræis, &c. D
Docentque ijdem Carmelitæ vſum benedicti geſtaminis fuiſſe temporibus Theodoſij Magni anno 385. cui imperanti B. Senuphius ſui ordinis ſectator, ſuperhumerale precibus dedicatum, deuotum, monitumque tranſmiſit, *vt ipſe* (Cæſar) *ſit illo terribilis & ſine ſanguine glorioſam referat victoriam.* Vide apud Surium 31. Ianuar. Simeonem Metaphraſten in vita SS. Cyri & Ioannis, *cap. 16. & 17.* & Benedictum Gononum in Vitis PP. Occident. & Orient. *par. 2. fol. 84.* Quomodo etiā Diua Maria Virgo ſingularis ordinis iſtius Protectrix apparuerit *S. Simoni Stockio*, & quā Filio ſuo ſibique grata ſit illius veſtis & Fraternitatis profeſſio, maximis promiſſio-

A promiſſionibus explicauerit, cum alijs Sodalitij & ordinis antiquitatibus, breui euulgaturum ſpero Reuerendum & eruditum P.F. *Segerum Pauli* ſtudij Carmelitani Coloniæ Regentem.

§. VIII. Feſta.

I. Omnia feſta B.M.V.

II. Dominica prima cuiuslibet menſis commemoratio Scapularis Carmelitani cum plenarijs indulgentijs.

III. S. Andreæ Corſini Epiſcopi Feſulani 29. Ianuar.

B IV. S. Dorotheæ Virg. & Mart. 6. Febr.

V. S. Apolloniæ Virg. & Mart. 9. Febr.

VI. S Matthiæ Apoſtoli. 24. Febr.

VII. S Ioſeph Sponſi B.M.V. 19. Martij.

VIII. S. Angeli Hieroſolymitani Presb & Mart. cum indulg. plenarijs. 5. Maij.

IX. S. Simonis Anglici cognomento Stock Receptoris priuilegiati Scapularis Carmelitarum. 16. Maij.

X. S. Eliſæi Prophetæ ordinis Carmelitani. 14 Iun.

XI. 16. Iulij. Vel proximâ Dominica; Commemoratio ſolemnis Glorioſæ V. Mariæ de Monte Carmelo cum indulgentijs plenarijs.

C XII. S Eliæ Prophetæ Fundatoris Ordinis Carmeli. 20. Iulij.

XIII. S Annæ Auiæ Chriſti. 26. Iulij.

XIV. S. Alberti Drepanenſis Confeſſoris, cum indulgentijs plenarijs. 7. Aug.

XV S. Tereſiæ Virginis & Viraginis cum indulg. plenar. 15. Octobr.

XVI. Dedicatio Eccleſiæ Dominicâ proximâ feſto S. Georgij.

SYNTAGMA XLIV.

Cœnobium Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini.

D

§. I. Exordium Monaſterij.

Apud hos grata eſt memoria *Reinaldi* Colonienſium Antiſtitis, cui primordia ſua volentes, lubentesque tribuunt. Is namque cum apud *Fridericum I.* qui rerum per id tempus in Romano Imperio potiebatur, gratia atque authoritate plurimum valeret, nullo negotio obtinuit: vti edomito armis ſuis Mediolano ad Sedem ſuam Colonienſem Sacra Trium Magorum, qui recens nati Seruatoris noſtri cunabula munerum ſuorum myſterijs honorarunt, lipſana ſecū deferre, ſibi liceret. *Cum SSS. Regibus veniunt Coloniam Auguſtiniani.*

His

His vti Religioſos cuſtodes, ita & ſibi itineris fidos adhibuit ſocios dictos Eremitas, quorum tunc Ordo in Æmiliæ ac Liguriæ partibus vigere cœperat, ſicque nouam eorum ac Spiritualem Coloniam deduxit, in eam quam iam olim Agrippina deduxerat. Struenti verò nouas quas pij hoſpites incolerent ædes, auxilio fuit, munifica Patritiorum manus, quorum priuato ære initia modica in celeberrimum Cœnobium paulatim excreuêre. Hanc eius originē diſco ex Illeſca Hiſpano *lib. 5. Hiſtoria Pontificalis cap. 26.* Martino Polono *in Friderico Anno* 1162. Hieron Romano *Centuria 8. in Chronico Ordinis ad Ann.* 1165. Nicolao Cruſenio *in Monaſtico Auguſtiniano parte* 2. *cap.* 20. Ioanne Azorio è Societate IESV *lib.* 12. *Inſtitut. Moral. cap.* 23. *Tomo* 1. A

Patricij Colonienſes Auguſtinianos iuuant.

Flaersheim Monaſteriū

Egregiè autem Auguſtinianorum inſtitutis fauiſſe eundem Reinaldum oportet, cum eodem etiamnum ſuperſtite, alia quoque Sacrarum Virginum eiuſdem Regulæ in Diœceſi eadem fœliciter creſcere cœperit videlicet in prædio *Flaersheim*, cedente id illis Generoſo Comite Ottone *de Rauensberch* coram Philippo Heinsbergenſi Metropolitanæ ædis Decano, prædicti Reinaldi Archiepiſcopi Coadiutore. B

Siffridus Archiepiſc. fauet Eremitis 1276.

Mortuo autem Reinaldo non exiguæ ipſis Eremitis natæ ſunt difficultates, quibuſcum ſæculum & amplius luctati, ægrè tandem ſuperiores euadunt, Anno 1276. ſub *Siffrido* Archiepiſcopo, qui edito diplomate liberam eis prædicandi Verbi Dei & Sacramentorum adminiſtrandorum poteſtatem eſſe voluit.

Lipſtadienſe Monaſteriū 1280.

Hoc eodem Pontifice *Fridericus ab Horde*, Vir non minus pietate ac Auguſtiniani nominis amore, quam opibus ac veteris Familiæ clarus inſignibus, Colonia euocatis Eremitis Monaſterium erexit *Lippiæ* Anno 1280. ipſe verò Siffridus indulſit vt Eremitæ Colonienſes prope Burg-Grauij domum in paræcia S. Albani, publicæ Ciuium pietati fouendæ Oratorium aperirent. Neque tamen omnis ægritudo abſterſa fuit primis illis annis, quippe octauo poſt anno Nicolaus PP. neceſſe habuit Moſæ Traiectenſis Eccleſiæ Cantori mandare vt Colonienſium Eremitarū illicitè erepta ac alienata bona, etiam intentatis Cenſurarum Eccleſiaſticarum minis recuperaret. Nicolai poſtea Iuſſionem iterauit Bonifacius VIII. Pontifex Max. Anno 1290. datis ad Abbatem S. Pantaleonis Colon. literis. C

Varia Monaſterij incrementa Ann. 1315.

Sub hæc verò difficilia fundationis ſuæ initia, ſatis anguſtè atque incommodè eos habitaſſe opinari licet cum conſtet Anno demum 1315. dono *Hermanni de Moguntia*: acceſſiſſe eis illum locum, qui nunc Eccleſiæ chorum habet Anno autem 1362. obuenit eis domus Prænobilis Viri *Conſtantini à Lyskirchen* ex aduerſo pomerij Capitolinarum Virginum. Cum autem Cœnobium ipſum platea ignobili, nullaque habitantium, ac per raro etiam tranſeuntium vſu frequentata diuelleretur, à Senatu indultum eſt Anno 1510. vt præter excelſum Xyſtum ſeu tranſitum plateæ illi impoſitum, etiam ſubterraneo fornice ad Eccleſiam intraretur. D

§. II.

A

§. II. De Viris claris & ſtatu loci.

Feruebant hic tunc ſtudia Theologica in quibus quinquaginta fratres ſeſe quotidie exercebant, ipſum verò Conuentum vltra centum & triginta conſtituebant. Vixit quandoque inter illos *Dionyſius de Mutina* XII. poſt Ordinis vnionem Generalis, inſigni in Deum pietate ac eruditione, vt conſtat ex ſcriptis Franciſci Petrarchæ & vita B. Sybillinæ Dominicanæ Virginis, cui poſt obitum multa coruſcus luce apparuit. Diem clauſit extremum Anno Chriſti M.CCC. XLIII. tumulatus autem eſt ad læuam Colonienſis chori partem ante altare maius vbi hoc humile abs ſe ſcriptum legebatur Epitaphium: *Viri Illuſtres qui quandoque hic floruerunt.* *Ann. 1343.*

B

Sepulchrum Fratris Dionyſij de Mutina.

Anno 1374. Menſe Maio celebratis totius Ordinis Comitijs in Priorem Generalem adſumptus eſt *Guido Belreguardus* ſecundum quod probè ſcirent Patres, quanto ſuo bono primum in Florentino Capitulo eum ad clauum Ordinis conſedere iuſſiſſent. *Ann. 1374.*

Agebat hic eodem tempore Venerabilis P. *Ioannes van der Geeſt* Archiepiſcopo Electori à ſacris confeſſionibus, cuius opera incomparabilem illum Sacramenti miraculoſi theſaurum Conuentibus Colonienſi ac Louanienſi obtinuit, cum indictis trium dierum prece ac Ieiunio, grandi ſacra caro miraculo, in duas diuiſa partes prius fuiſſet.

C

Anno 1462. celeberrimum etiam apud exteras gentes fuit nomen P. *Laurentij à Colonia*, ob excelſi magnitudinem animi, quem breuiori incluſum corpore gerebat, adeò vt Francia eum Prouincialem ac Conuentus Pariſinus Priorem acciuerit. *Ann. 1462.*

Anno 1387. *Nicolaus Nuſſienſis* copia ſibi facta in Capitulo generali Herbipoli celebrato, cui Prouincialis ſuæ Prouinciæ intererat à *Ptolomeo Veneto* Generali, Romam profectus Almæ Colonienſium Vniuerſitati Priuilegiorum dotem ac robur à ſancta Sede impetrauit. *Ann. 1387.*

D

Anno 1390. Prior huic Conuentui præfuit P. M. *Giraldus à Colonia*, qui ob præſtans doctrinæ ac virtutis meritum Anno ſequenti XIII. Kal. Sept. diplomate Apoſtolico totius Saxoniæ Pœnitentiarius renunciatus eſt. *Ann. 1390.*

Anno 1393. P *Gniſo de Colonia*, vti Prior Conuentum, ac Prouinciam Prouincialis, ita Decanus facultatem Theologicam Quintus laudabiliter geſſit. Huic in Prioratus ſucceſſit officio P. M. *Paulus à Geldria* Septimus dictæ Facultatis poſtea Decanus. *Ann. 1393.*

Anno 1409. P. M. *Ioannes de Alen* Lippiâ Weſtphaliæ oriundus tanta laude Conuentui ſuo ac Facultati præfuit profuitque vt doctoralibus inſignibus Epiſcopalem *Ann. 1409.*

lem inſulam ſociarit. Epiſcopus Cyrenenſis pronunciatus. Pone hunc ſecutus eſt peracuti laude ingenij nominatiſſimus P. M. *Gerardus de Bocholdia* Facultatis Decanus XIII. A

Ann. 1419. Anno 1419. magno vtriuſque augmento primum Conuentum ac poſt Prouinciam gubernauit inſigni vir probitate P. M. *Ioannes de Moneta.*

Ann. 1440. Anno 1440. Prioratus officium geſſit P. M *VVinandus Spoir* Facultatis Decanus XLV. quem cum præclara virtus iuncta eruditioni etiam apud exteros celeberrimũ reddidiſſet, iuſſus eſt Prouinciæ ac toti Germaniæ titulo Vicarij Generalis à Reuerendiſſimo *Guillelmo Becchio* præeſſe. Cui ſequenti anno in Decanatu ſucceſſit numero XLVI. P. *Antonius Falconis de Erpel,* cum ante Prouinciam non infœliciter rexiſſet. B

Ann. 1488. Anno 1488. vtriuſque officij dignitate præfulſit P. M. *Ludolphus à VValpurg,* cuius demortui locum occupauit R. P. *Theodoricus à Caſteren* Doctor Theologus, qui ob præclaras animi dotes ad Cyrenenſem Cathedram euectus, Vicariam in Ponti-
1522. ficalibus operam Archiepiſcopo Colonienſi exhibuit. Idem Anno 1522. præſtitit Reuerendiſſimus P. *Ioannes Meler Tricalenſis* Eccleſiæ titulo conſecratus. Huic in eodem Conuentu conuixerant P. M *Michaël Svvab* & P. M. *Ioannes ab Heuſden,* quorum ille 123. hic 125. Facultatis Decani numerantur. Eminebat quoque illis ipſis temporibus P. M. *Auguſtinus Marius* Theologus non vulgaris, quem vt Suffraganeum haberet Illuſtriſſimus Princeps Herbipolenſis Salomenſenſem Epiſcopum creari fecit. C

Ann. 1541. Anno 1541. Viuere hic deſijt V. P. M *Iodocus ab Oſtervvick* probatiſſimis Vir moribus, Germanus Beatæ illius Virginis *Mariæ ab Oſtervvick* quæ meritis ac ſanctitate illuſtris in *Carthuſiam* poſt mortem illata eſt, fuit autem ipſe Iodocus excellentis admodum doctrinæ, Theologiæ Profeſſor, ac Prouinciæ Præſes Prouincialis. Illuſtribus hiſce viris adnumerandi ſunt P. M. *VVilhelmus à Latzen* in Concilio Prouinciali, ſub Adolpho Archiepiſcopo ob prudens conſilium imprimis celebris, P. M. *Henricus à VVerda* eiuſdem Archiepiſcopi Theologus, P M. *Ioannes à Iuliaco,* qui diuerſorum Conuentuum Prior ac Prouinciæ Vicarius quandoq; extitit. Inſignem verò Senatui Catholicè ſentiendi contra Nouatores quoſdam, qui Lutheranam Hæreſin alioſque damnatos ab Eccleſia errores, pro puro, puto Euangelio obſtruſos volebant, nauauit operam P. *Antonius Hinſelmannus* S Th. Lic. ac Conuentus Prior diſertiſſimis ſuis Concionibus, quibus Auditores ſuos in quam vellet partem flectens, adeò validè reſtitit, vt conſeruatam Coloniæ Orthodoxam Fidem, non pauci eius temporis acceptam tulerint Hinſelmanno. Non abſimilis fuit P. M. *Petrus Erneſtus Zonsbeck* S. Th. D. vir tanta docendi promptitudine vt ad placitum Hæreticorum Concionum ſuarum argumenta per oblatam ſchedulam in conſcenſu ſuggeſtus prouocatus, nulla interpoſita mora mutauerit. Agmen claudat Reuerendiſſimus P. *VVolterus Henricus Streuesdorff* S. Th. D. qui poſt exantlatos in Conuentus regimine ac profeſſione Theologica non vul- D

gares

A gares labores poſtque viſitatoris munus egregiè geſtum volente Reuerendiſſimo P. Generali Thuringiæ ac Saxoniæ Prouincijs Vicarius Generalis præfuit, ac tandem Epiſcopali Aſcalonenſis Eccleſiæ auctus honore pro Eminentiſſimo Electore Moguntino Anſelmo Caſimiro Vicarij in Pontificalibus munus obijt, cui hoc vouemus, quod in inauguratione ſolet, nempe *multos annos*.

Anno 1641. die 6. Nouembris Ampliſs. S. P. Q. Colon. indulſit Auguſtinianis vt humaniorum literarum PÆDAGOGIVM aperirent, qui mox 13. Nouembris bono publico quinque Scholarum claſſes auſpicati ſunt. *Ann. 1641*

B

§. III. THESAVRVS SACER Eccleſiæ PP. Auguſtinianorum.

I. Potiſſimus Auguſtinianæ Eccleſiæ theſaurus Coloniam excellentiæ & miraculorum famâ dudum implens eſt *miraculoſa Hoſtia Venerabilis Eucharistiæ*, incluſa elaboratiſſimæ argenteæ inauratæ Cruci, ponderis ſeptuaginta librarum. Hiſtoria ſic habet: ſub annum ſeptuageſimum quartum ſupra Chriſti Milleſimum treceteſimum Middelburgi Zelandiæ oppido Adoleſcens cui *Ioannis Colonienſis* nomen, C non pietatis, ſed ſeruilis obſeruantiæ ergo, cum reliquo diuitis Matronæ famulitio Euchariſtiam acceſſerat, neglecta peccatorum exomologeſi, hinc terrifico miraculo ſacra Hoſtiola in carnis ſpeciem immutata, os præſumptuoſi Iuuenis cruore repleuit; quo Vindice prodigio conſternatus, & ad meliorem frugem conuerſus, Coloniam repetens ſemper reatum ſuum deteſtans, & Euchariſtiam vnicè venerans, in pœnitudine beatum adeptus eſt vitæ finem. Ipſa verò quam indignè receperat Sacra Hoſtiola ex ore excerpta, & Coloniam translata, dum in Patrum Auguſtinianorum templum inferretur, à Sacris huius Eccleſiæ pignoribus & Reliquijs aſſurrectione, & ceſſione loci, honorata eſt; quam prodigioſam venerationem ſæpius deinceps à Sacris Auguſtinianorum Reliquijs repetitam Maiores traD dunt. *Louanium* celebris Academijs Ciuitas huius Hoſtiolæ habet & colit partem dimidiam, *Friderico de Sarrverden* Archiepiſcopo Colonienſi precibus Confeſſarij ſui & Theologi Auguſtiniani Patris *Ioannis de Geeſt* permittente translationem, ſed nullo inſtrumento, aut vi, vel niſu diuiſa eſt, præterquam Oratione & Ieiunio triduano. *Miraculoſa hoſtia. Ann. 1374.*

Eadem Crucis hierotheca inſerta habet quatuor notabilis quantitatis ſegmenta ex arbore *Crucis* in quo Salus noſtra ſuſpenſa fuit.

II. Theca ſpectatur cui plures Reliquiæ, præſertim *S. Conſtantij ex Thebæa Legione* Martyris, cuius meminerunt Caniſius in Martyrologio & Philippus Ferrarius alijque ad diem 22. Martij. *S. Conſtantius Martyr 22. Martij.*

III. Spectatur in Eccleſia Auguſtiniana argenteæ hermæ incluſum Caput *S. Lucilli* Martyris, quem S. Laurentius Archileuita Baptiſmi vnda abluens, vtroque animi & corporis lumine illuſtrauit. A

Caput S. Lucelli.

IV. Ingens hierotheca argentea, cui incluſa Mandibula magni Martyris *Sebaſtiani*. allata Coloniam anno 1269. per Generoſum Virum *Theodoricum Hirtz de Landskron.*

Mandibula S. Sebaſtiani 20. Januar.

V. Argenteum Brachium concludens Reliquias brachij *S. Agnetis* virgunculæ Martyris.

S. Agnetis 21. Januarij

VI. Statua argentea S. P. Auguſtini quæ manibus tenet theculam argenteam in qua aſſeruatur 1. particula veſtimentorum Sanctiſſimi P. *Auguſtini*. 2. *de Sepulchro Domini*. 3. de loco in quo Chriſtus ter orauit. 4. de Monte Sinai. de Monte Olíueti. de monte Caluariæ &c. B

VII. Ciſtula argentea in quo continentur de ligno *S. Crucis*. de lacte *V. Mariæ*. de *S. Margaretha*. de *Sancta Agatha*. de *S. Leonardo*. de *S. Laurentio*. de *S. Catharina* V. & Mart. de *S. Vincentio*. de *S. Achatio*. de *S. Agnete*. de *S. Chriſtophoro*. de *S. Martino* dens vnus ex *Thebæis*. de *S. Emerentiana*. os vnum de *S. Elyade* Epiſcopo. de *S. Conſtantina*.

VIII. Hierotheca ſeu Monſtrantia argentea deaurata in qua aſſeruatur *clauus crucis S. Andreæ*, item Coſta 11000. *Virginum*.

IX. Alia in qua aſſeruatur particula *S. Andreæ* Apoſtoli cum veſtimentorum *S. P. Auguſtini* particula.

X. Alia cum Reliquijs *S. Caſſij* Martyris. C

XI. In qua Maxilla *S. Bartholomæi* Apoſtoli, item particula vnius digiti eiuſdem. Item aliæ particulæ de S. Andrea. Item particula de Capite *S. Cornely* Papæ. de Capillis *S. Ioannis Baptiſtæ*. os vnum de *S. Barbara*. Coſta de *S. Paulo Eremita*

XII. Alia in qua os vnum de *S. Nicolao Tolentino* Ord. Eremit. S. Auguſtini, & de ſanguine eiuſdem.

XIII. Alia in qua os vnum de *S. Praxede* Virg. & Mart. Os vnum de *S. Barbara*. de Lacte *D. Virg.* item de *S. Greg. PP.*

XIV. Alia de SS. MM. *Nereo & Achilleo*. item de *S. Damaſo PP.*

XV. In vltima denique parte de *S. Ioanne Baptiſta*. de quinque *panibus*. de *Columna Domini*. de *Spongia* &c. D

XVI. Capita diuerſarum Virginum. & aliæ Reliquiæ plures 11000.

---

§. IV. Feſta.

Feſtum Dedicationis Eccleſiæ celebrant Dominica poſt S. Georgij. S. Auguſtini. S. Monicæ. Miraculoſæ Hoſtiæ &c.

§. V.

A

§. V. Fraternitates.

Confraternitates VI. habentur. I. Sanctiſſimi Sacramenti Euchariſtiæ inſtituta ob miraculoſam hoſtiolam de qua ſuperius dictum. II. B. M. Virginis cœpta propter miraculoſam ſtatuam in ſacello S. Vincentij. III. S. Auguſtini quæ cœpit cum cœnobio & Cordigerorum dicitur. IV. S. Monicæ de tertia regula S. Auguſtini. V. S. Sebaſtiani inchoata cum illatione eiuſdem Reliquiarum Ann. 1269. VI S. Apollinaris.

B

§. VI. Monumenta notabiliora apud RR. PP. Auguſtinianos.

I. Præter cœnaculum maximum in cœnobio. II. Eſt bibliotheca. III. Commodus ambitus IV. Eidem adnexa recens quinque Claſſium Schola. V. In ipſa autem eccleſia iuxta portam occidentalem, auguſtum Sacellum S. Vincentij habet miraculoſa B. M. Virginis ſtatua, ibidem erecto ciuium Sodalitio culta. VI. In eodem
C Sacello Sarcophagus eſt Corporis *S. Conſtantij* ex Thebæa Legione Martyris cuius ſupra memini. VII. Pone Deiparæ Sacellum ara picturam exhibet ſanctorum Regum Chriſtum puerulum adorantium, quod opus ob elegantiam artis maximi æſtimatur, eiusque ſpectandi cauſa, peritiſſimi pictores Eccleſiam ſolent adire.

VIII. EPITAPHIVM Tilmanni Domini de Lemburg qui Obijt. 1386.

Lemburg Tilmannus iacet hic, cuius fuit annus. 1386.
Mortis, octies X, C ter, M ſemel numero ſex
......Domino gratus homo rarus reputatus
Mercator morum dotes mercatur honorum
D *Hic vixit fato quod vix ſic Seneca Cato*
Diues abundauit opibus quibus hos pie pauit
Quos miſeros pietas vel ſexus habebat & ætas
Hinc caritas caſto, hinc virtus erat protoplaſto
Euge ſerue bone valeas benedicere cœnæ
Hoc tibi do munus regat vt te trinus & vnus. Amen.
In Marthæ feſto rogo Tilmanni memor eſto
Balſus hic quippe fuit hic dum vixit Agrippæ
Qui ſpeculum morum ros, dos, flos, Philoſophorum.

IX. E regione Eccleſiæ in ædibus Metternichianis ſubterraneus gentilis meatus cum antiquis fuſili opere muris longe ſub terra ducens.

A

SYNTAGMA XLV.

Conuentus Ordinis S. Crucis ſiue Crucigerorum Coloniæ.

§. I. Initia & Progreſſus Ordinis.



INitium huic ſacro Ordini dederunt pijſſimæ in terram ſanctam expeditiones Germannorum ac Francorũ, apud quos etiam eadem de cauſa potiſſimum floret idem ordo. Mos erat eo tempore, vti quam plurimis docemur exemplis *Cruce ſignari*, eamque tamdiu ad memoriam & deuotionem in v. ſte geſtare, quoad voto peregrinationis ſanctiſſimæ factum eſſet ſatis; quin etiam plurimis poſt vota expleta eandem crucem ſemel ſuſceptam geſtare tota vita collibuit, cuius ſuauiſſimum onus & iugum præter redemptionis humanæ fructum, in expeditione ſacra fuerant experti. B

1248. Eo rerum ſtatu Anno Domini 1248. *S. Ludouico Francorũ Regi* in terram Sanctam nauiganti Sacerdotes Sodalitio inter ſe conflato, Ord. S. Crucis iaciẽtes fundamẽta, adhæſerunt, cui cum ſtrenuam in populis tanquam eorum curiones, nauaſſent operam, ille Pariſios reuerſus commutato loco cum Domino *Friderico Comite de Sorbona*, à quo vniuerſitas Pariſienſis nomen traxit, Lutetianum Cruciferorum fundat monaſterium anno Domini 1258. quod breui ſpatio Religioſorum virorum numero & merito vehementer excreuit. Hos inter viuebat Frater *Ioannes Nouelan* profeſſione Conuerſus vir quidem ſimplex; at rectus, & cui dederat Deus ſcientiam Sanctorum, Cum enim ſuo in Deum affectui congruam habitationis cellam aſſecutus, vnde in ipſam Eccleſiam pateret proſpectus, nocte ac die non ceſſaret à colloquijs diuinis & oratione, omnibus innocentis vitæ & perfectæ obedientiæ exemplar, diuina eum diſpenſatio per tanta viarum interualla, quibus Lutetia Pariſiorum Colonia Vbiorum noſcitur diſſidere, ad ſanctarum ſuarum de Vrſulana Societate obſequium & gloriam in effodiendis earum ex obſcuro terræ ſinu lipſanis deſignauit euocauitque. C D

1258.

1286. *Ex diplomate Officialis Colonienſis ſuper exhumatione dato.*

Primum itaque anno Domini 1286. in Lutetiano *ſuo exiſtens cœnobio trina viſione receperat ſe iturum, vt fecit, Coloniam & tria corpora, quorum vni nomen* Chriſtina, *alteri* Baſilia, *tertiæ* Ymma *Reliquiarum de collegio dictarum Virginum inuenturum, quod facti, vt ſcimus, experientia veraciter demonſtrabat, quas Reliquias deferens in diuerſis Eccleſijs collegiatis honorificè, & ſolemniter collocauit.* Hinc redux Pariſios *iterato in ſuo exiſtens cœnobio ſimiles de* Yda *&* Odilia *Virginibus dicti collegij receperat viſiones, propter que* [illegible] *prius*, Socio Venerabili Patre Fratre Ludouico Campenſi *veniens Coloniam earum*

Reli-

A *Reliquias infra foſſatum, quod proprijs effodit manibus, gratia diuina ob merita dictarum Vir-
ginum dignus fuit inuenire in loco, vbi dictum ſanctum collegium in antiquis codicibus ſcribi-
tur felici martyrio ad cæleſtia tranſmigraſſe, &c. Dies autem exaltationis & exhumationis
Reliquiarum dictarum Ydæ & Odiliæ eſt anno Domini 1287. Kal. Septemb. &c.* Inſertum eſt 1287.
diploma ad longum Breuiario Ordinis S. Crucis ſub annum Domini 1624. edito
ad diem 18. Iulij, quo feſtum translationis ſolenniter per totum Ordinem celebra-
tur, pro lectionibus quarta & quinta matutinalis officij. *Huyum* ergo ad matrem to-
tius Ordinis Domum translatis ſanctarum *Ydæ & Odiliæ* ipſarummet iuſſu Reliquijs,
vir Dei F. Ioannes accepta licentia & benedictione ab eiuſdem Domus Priore eo-
demque ſemper totius Ordinis Magiſtro Generali, qui tum erat *R.P. Ioannes Rickius*
B Coloniam reuertit, ſubſtititque ac deinceps cultui & obſequio ſacri Vrſulani Col-
legij ſe mancipauit. Hic verò pretioſam in oculis omnium vitam duxiſſe, & Sancta-
rum reuelationibus vlterius porro dignatum pulcherrima earũ corpora detexiſſe,
proprijsque manibus effodiſſe teſtantur literæ Capituli metropolitani maiore eiuſ-
dem ſigillo munitæ, quibus ſeptennium ab exhumatione ſanctarum *Ydæ & Odiliæ*,
tanquam fidelis ſeruus & prudens ad ſuſcipiendas pro fabrica maioris Eccleſiæ
Chriſti fidelium oblationes fuit aſſumptus, quarum apographi ex prototypo ex-
emplari integra fide deſcripti poſteriora hæc ſunt verba *De quibus capillis B. Virginis* *Ex literis Illuſtris Capituli Metrop. Colon.*
*habere ſcimus & cognoſcimus virum religioſum Fratrem Ioannem dictum Nouelas Ordinis
S. Crucis B. Auguſtini villæ Pariſienſis annexos Cruci argenteæ deauratæ infra monſtrantiam
cryſtallinam, qui diutius Coloniæ conuerſatus laudabiliter & deuotè, & oſſa plurimorum cor-*
C *porum ſanctarum vndecim millium Virginum ibidem decollatarum martyrio proprijs effodit
manibus, ad receptionem & collectionem oblationum fidelium ad ipſum Altare in ſubſidium
fabricæ Colonienſis offerentium eſt aſſumptus. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum præ-
ſentibus literis eſt appenſum. Datum Coloniæ Idus Maij. Anno Domini milleſimo ducenteſimo* 1294.
nonageſimo quarto.

Ab hoc itaque viro Dei dum in S. Vbiorum Colonia animi omnium occupantur
& veluti terra ſubigitur, quæ plantationem Ordinis S. Crucis reciperet, expandit
interim dictus Ordo ramos ſuos, propiusque Coloniam ab *Adolpho Comite Montium*
anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo octauo ad Toparchiam patriæ 1298.
D Montenſis, quæ à Satrapiæ deinceps prope monaſterium exſtructo caſtro *Bienbur-
genſis* dicta eſt, fuit traductus fundato dicto monaſterio omnium aliorum Ordinis
S. Crucis in Germaniâ primo, quod *Domus lapidea* appellatur. Ex hoc denique mo-
naſterio anno Domini milleſimo treceenteſimo ſeptimo, duo delecti inſitionique
Colonienſi deputati ſunt, vti dicam, ſurculi.

§. II. Initium Conuentus, Ordinis S. Crucis.

Anno itaque iam dicto R. Pater *Iacobus Anglus ſextus Ordinis S. Crucis Magiſter Ge-
neralis* Venerabilem Patrem *Reinardum Sacerdotem* & Fratrem *Ioannem de Brugis* dictę
domus

Domus Lapideæ Conuentuales impertita benedictione, baculo ſanctæ obedientiæ A
inſtructos, ad auſpicandum Coloniæ ſui Ordinis Conuentum deputauit. Hi pia in Deum confidentia pleni, dum fiducialiter aguntin eo, in benedictionibus viciſſim ab eo præueniuntur: nam quod Eliæ acciderat, idem aut ſimile prorſus ſibi accidiſſe animaduerterunt, dum à muliere vidua, patritia domicella *Gudelinde* de Hardefauſt/ deuote recipiuntur, atque ad propoſiti ſui ſcopum, illa pro viribus adnitente, pertingunt. Fuit vidua hæc relicta patritiæ nobilitatis viri *Hildegeri* de Hardefauſt/ eratque illi propria domus in parœcia S. Columbę vulgò appellata Curia Dominæ Gudelindis, germanice Fraw Godelinds Hoff anterius egreſſum habens ad plateam die Streitgaß dictam, alia vero parte in plateam clypeorum. Hæc curia facile à perſona pia ordini conceſſa eſt, ſed poteſtas monaſterij in ea condendi ardua viſa fuit. B
Illa tamen inito pio conſilio, eam dum hæc poteſtas obtineretur, ordini titulo cenſus annui cedit. Quibus ita confectis *Rmi. D. Henrico de Viernenborch* Archiepiſcopo Colonienſi pro oratorio & conuentu in dicta curia ædificandis fuit humiliter ſupplicatum & obtentum dummodo conſenſus Dominæ Gudelindis & liberorum eius accederet. Extat deſuper Rmi. D. Archiepiſcopi diploma datum Coloniæ feria ſexta poſt Dominicam Iubilate Anno 1307. Biennio igitur poſt ſcilicet Anno 1309.
1307. 1309. quinto die Aprilis cum dicta Domina *Gudelinde de* Hardefauſt/ eiusque hæredibus pro curiæ illius incorporatione pro perpetuo annuo canone tranſactum eſt, ita tamen vt ipſa tres manſiones obuerſas plateæ dictæ Streitgaſſe ſibi ac liberis ſuis & C
hæredibus reſeruarit. Ceſſio facta fuit coram Curiæ Archiepiſcopalis Officiali, de qua extat inſtrumentum ſigillis D. Officialis & R. Patris *Nicolai à Rupeforti* octaui Ordinis S. Crucis Magiſtri Generalis munitum, quod etiamnum ſupereſt cancellatum tamen, poſtquam canon iſte deinceps redemptus eſt, vt vero præmiſſis omnibus perpetuum firmitatis robur adeſſet à ſummo in terris Chriſti Vicario, qui tum erat *Clemens eius nominis quintus*, fratres S. Crucis, bullam impetrarunt, qua ipſis dicta curia cum omnibus bonis tum poſſeſſis & deinceps poſſidendis confirmantur, & vna cum ijs Prior & fratres præſentes & futuri ſub Apoſtolicæ ſedis protectione
1311. ſuſcipiuntur. Datum Auinione Idibus Maij Anno 1311. His denique firmiſſimis poſitis fundamentis in loco illo, qui ferè in corde ciuitatis ſitus eſt, labarum S. Crucis D
in Dei nomine erexerunt, & Conuentum illum ſui Ordinis deinceps ad apicem abſolutionis perductum ſunt auſpicati.

§. III. Progreſſus Conuentus Ordinis S. Crucis.

Erat in dicta curia, quondam Dominæ Gudelindis, tunc autem Ordini attributum ſpatium non niſi 82 circiter pedes latum, & à platea die Streitgaß/ vſque ad plateam clypeorum 402. fere pedes longum, quod cum neque ad iuſtam Oratorij neque clauſtri metationem ſufficeret, nihil ædificationis nouæ cœptum legitur ante

nte annum 1390. Sed eam habitationi tantum ſuæ accommodarunt vtentes Sacel-
o S. Barbaræ, de quo an in ea præextiterit, an verò ſibi illud aptarint non ſatis con-
tat. Anno verò 1358. quædam virgo *Druda de Horn* domum ſuam curiæ ſæpe dictæ 1358.
m à Fratribus S. Crucis habitatæ, ab occidentali latere cohorentem cum omnibus
uis attinentijs 400. fere pedes longam & 24. latam ijſdem Fratribus teſtamento le-
auit, cuius domus adiectione vnà cum curia Gudelindis aream conſecuti ſunt lon-
itudinis 400. latitudinis verò 106. pedum. In hac area Anno 1390. Sacello S. Bar- 1390.
aræ cum cæteris Curiæ Gudelindis ædificijs iam ruinoſo cœpta fuit ædificatio Ec-
leſiæ, prout nunc infra chorum viſitur, excepto tamen Sacello B. M. Virginis, de
uo poſtea dicetur. Vt verò ædificatio hæc apta proportione fieret, neceſſariò ad
upradictam aream verſus Orientem à vicino nobili viro *Eduardo de Gulich & Chri-
ina de Beell* emptum fuit & intra metam Eccleſiæ concluſum ſpatium 48. pedes
ongum & 16. latum, fuitque hæc Eccleſiæ fabrica abſoluta Anno Domini 1399. 1399.

Verſus occidentem adiacebat domui iam dictæ Virginis *Drude de Horn* Conuen-
us fœminarum dictus zum Horn, cuius legitimi hæredes erant nobilis patritius vir
oannes von den Jöden & domicella *Bela* de Horn Vidua nobilis Patririj *Franconis*
e Horn, Item domicella *Goda* de Hierts Vidua Patritij viri *Ioannis* die Hierts, con-
inebatque Conuentus ille ſpatium longitudinis fere 400. Latitudinis verò 40.
irciter pedum. Arbitrati itaque dicti hæredes in fundis quondam Gudelindis &
Drudæ prædictarum ſufficiens ſpatium non dari ad Conuentum Religioſi Ordi-
is in congrua forma & modo extruendum, dictum Conuentum fœminarum zum
Horn Fratribus S. Crucis liberè contulerunt, & in ſcrinio S. Columbæ adſcribi
urarunt Anno Domini 1417. Ad hoc vſque tempus nec vicus ille, qui S. Crucis 1417.
unc dicitur, exſtabat; nec alius tranſitus circa Conuentum publici iuris erat, ſed
um Cruciferi ab vtraq; platea clypeorum ſcilicet & Streitgaß ad Oratorium ſuum
 Eccleſiam pro vicinorum deuotione & commoditate aditum ex gratia conceſ-
ſſent, progreſſu temporis ex gratia illa vulgus trãſitum hinc inde publici iuris eſſe
oluit. Quod cum religioſæ conuerſationi plurimum incommodaret, acceſſione
Conuentus zum Horn iam dicti facta, ampliſſimo Senatui ſupplicatum fuit & ob-
entum, vt Conuentum illum habitationi ſuæ ducto muro coniungere liceret ea
onditione vt religioſi occidentem verſus, vndecim pedes latitudinis pro reciproco
edeſtri tantum & equeſtri ad vtramque plateam tranſitu relinquerent. Atque hæc
ſt origo vici, qui S. Crucis dicitur verſus occidentem trans Conuentum ducens,
rimum quidem contra tranſitus currules ad vtrumque introitum poſtibus ligneis
d latera obiectis; anno verò 1545 ſubſtitutis magnis ſaxis obſeptus.

Anno denique 1630. dum Patritiæ nobilitatis vir Conſul. *Melchrior à Geil* in quę-
turatu ſuo ſtrata platearum curans Iuris forte, quod in iſtum vicum Cruciferi ha-
ebant, ignarus ſupradicta ſaxa tolli iuſſiſſet, & de hoc queſti apud ampliſs. Senatum
Cruciferi ius ſuum probaſſent, loco ſaxorum vectis ferreus, medium vicum contra
urrus interſepens obiectus eſt, deque illius ſera iam dicto clariſſimo Domino ad

Rrr vſum

1429. vſum ſuum clauis gratioſe eſt conceſſa. Anno 1423. nobilis domicellus *Eduardus de* A
Iuliaco & Chriſtina de Beel coniuges domus zum Knelardt nunc ad aureum annulum
dictæ, poſſeſſores, ad ornandam fabricam clauſtri iam cœptam ab Anno 1417. &
cum omnibus neceſſarijs officinis conſummatam anno 1438. octo pedes latitudi-
nis, longitudinis verò 136. pedes de ſuo fundo donarunt. Defuncto prædicto Edu-
ardo ſingulari Conuentus fautore, relicta eius vidua Domicella Chriſtina Crucife-
ris teſtamento legauit hortum ſuum & pomerium choro antiquo Conuentus ac
clauſtro contiguum, & coextenſum longitudine 184. plus minus pedum vna cum
tribus domibus egredientibus in plateam die Streitgaſſe latitudine 46 pedū, ad cu-
1486. ius legati poſſeſſionem venerunt Cruciferi per obitum dictæ teſtatricis anno 1486.
ſed cum inſcriniationi ad S Columbam ampliſs. Senatus ſe opponeret, amicorum
tandem ſtudio ea conditione confecta res eſt, vt Cruciferi in vicem quatuor domos B
quas in ciuitate poſſidebant ad ſæculares manus transferrent, vt factum.

1487. Anno Domini 1487. die 22. Maij cœpta eſt elegantiſſima illa & inſignis fabrica
1499. noui chori, abſoluta circa Feſtum vndecim millium Virginum Anni 1499.

1512. Anno denique 1512. cum hortus Cruciferorum verſus plateam die Streitgaß/
proſpectui ſæcularium pateret, duæ ruinoſæ domus longitudine 89. latitudine ve-
rò 28. pedum, quæ proximè dictas tres domos Orientem verſus contingebant,
emptæ ſunt, & apud ampliſs. Senatum tum quoq; incorporationi illarum reſiſten-
tem authoritate Maximiliani primi Imperaroris, qui eo tempore Coloniam vene-
rat, ea conditione obtentæ, vt Cruciferi viciſſim certas hæreditates, vincas, ac cenſus
in Ciuitate poſſeſſos, ad ſæculares manus perinde atque anno 1486. tranſcriberent. C
Atque hæc vltima ad fundum Conuentus fuit acceſſio. Eodem itaque anno præ-
miſſæ quinque humiles & iam ruinoſæ domus deſtructæ, earumque loco domus
granaria trans plateam d. die Streitgaſſe erecta, atque adeo Conuentui in forma fere
tetragona concludendo vltima manus fuit appoſita.

§. IV. De præcipuis illius Conuentus fautoribus, & benefactoribus.

D

Etſi Conuentus Cruciferorum præcipuas vires ex Fratrum in eo profeſſorum patrimonijs acceperit, ab ipſo tamen ſuo exordio ac deinceps fautorūquoq; ſtudijs & benefactorum liberali manu aſſurrexit, quorum omnium beneficia accuratiſſimi Conuentus illius annales perſtringunt & anniuerſarijs memorijs gratanter recenſentur. Ex præcipuis ſunt *Petrus Halsbein de inferno*, diues mercator & fundator
1399. hoſpitalis S. Ioannis circa annum Domini. 1399.

1429. *Petrus Ketzgyn* aurifaber deditiſſimus fautor & benefactor ab anno 1429. Vſque
1443. ad annum ſui obitus 1443. multa ibidem ſuo ſumptu ædificauit, ac varijs Eccleſiæ

orna-

ornamentis liberalibuſque donationibus & legatis gratiſſimam ſibi memoriam apud poſteros comparauit. Duo altaria: in templo alterum; alterum in clauſtro, ad cuius ſiniſtrum cornu ſepultus eſt, erexit. Ad oppoſitum murum clauſtri effigies illius in tabella viſitur expreſſa ſubſcripto hoc Epitaphio.

Petrus eram qui petra tegor Ketzgyn quoq; dicor.
Vermibus hic donor & ſic oſtendere conor,
Quod ſicut ponor ponitur omnis honor.
Si quis eris qui tranſieris ſta, reſpice, plora.
Sum quod eris, quod es ipſe fui, pro me precor ora.

Annalibus quoque circa ann. Dom. 1451. inſeruntur Reu. & nobiliſ. Dominus & gratioſus benefactor *Petrus de Meroda* Eccleſiarum cathedralis S. Lamberti Leodij, & Collegiatæ S. Seuerini Coloniæ Canonicus, totaq; illuſtris *Merodiana* familia in iſtum Conuentum ſicut & totum Ordinem S. Crucis mirè ſemper ab anno 1340. benefica, quo *D. VVarnerus Illuſtris Baro de Meroda* trina viſione, à S. Matthia Apoſtolo aliquot Ordinis S. Crucis Fratribus (vt habitus indicabat) ſtipato commonitus Oratorium eidem S. Matthiæ Apoſtolo & Monaſterium Ordinis S. Crucis vulgò dictum *Schvvartzenbroch* erexit & fundauit. 1451.

Reu. Dominus *Ioannes de Stommel* Decanus SS. Apoſtolorum protonotarius Senatus Colonienſis, & Magiſter Fabricæ, circa annum 1417. Cruciferos magnis fauoribus & beneficijs iuuit ac promouit Obijt Anno 1455. 1417. 1455.

C *Godefridus de Deinsbur* vir nobilis & benefactor Obijt Anno 1463. iuxta Altare SS. Angelorum à ſe erectum ſepultus. 1463.

Nobilis domicella *Chriſtina filia de Beel* vidua nobilis viri *Henrici de Bouxmebr* præcipua benefactrix Obijt Anno 1500. 1500.

Generoſus *D. Goſuinus Brenth de Vernich* benefactor Obijt Anno 1501. ad ſiniſtram Altaris Coronæ Domini ſepultus; Anno verò ſequente eiuſdem vidua *Metza de VVermerskirchen* magna benefractrix Obijt ſepulta ad pedem Altaris S. Iacobi. 1501. 1502.

Strenuus vir *Hermannus Rinck* & *Margaretha Strauß* coniuges anno Domini 1513. vicinas monaſterio domus tũ dictas der groſſe vnd kleine Kneiart Conuentibus Prædicatorum & Cruciferorum ab ante dicta *D. Chriſtina de Beel* teſtamento legatas, ab
D ipſis legatarijs emerunt, & nouam illam magnificam domum antiquis deſtructis erexerunt ad Annulum aureum à ſe nuncupatam, quæ deinceps ad nobiles & Conſulares Patritios *de* Lyßkirchen peruenit ac etiamnum ſpectat. Dicti itaque coniuges præter continua alia beneficia, quibus perpetuam ſui memoriam meruerunt, Sacellum B.M.V. in capite auſtralis Eccleſiæ nauis, ſuo magna ex parte ſumptu, ædificarunt & ornarunt: poſt obitum in eiuſdem ſacelli impenſis Monaſterij teſtudinato ſepulchro depoſiti.

Noſtra deniq; memoria anno ſcil. 1614. perpetuam ſui ac totius familiæ ſuæ memoriam benefica fundatione erga Conuentum illum ac certos pauperes meruerunt patritiæ nobilitatis vir ac Senator *Hermannus à VVedich* & *Adelheidis Therlain* Conjuges in medio chori ibidem ſepulti. 1614.

§. V. De viris memorabilibus Cõuentus S. Crucis. A

Plures in hoc Conuentu inueniuntur proprijs ingenij ſui monumentis ſeu ma-
nu ſua ſcriptis, ſeu dictatis famam meruiſſe, nec pauciores à religioſæ vitæ exemplis
ac præclarè geſtis, quorum multos breuitatis cauſa prætereo tres duntaxat cõme-
moraturus, qui ad generale totius Ordinis Magiſterium ex eo aſſumpti fuerunt.
Primus fuit *R. P. Theodoricus ab Hall* religione & generis nobilitate clarus, XXII Ordi-
nis Magiſter Generalis, de quo Chronicon memorabilium Ordinis: *Frater*, inquit,
Theodoricus de Hall filius magni militis, cum Coloniæ Agrippinæ egregiam literis nauaſſet ope-
1459. *ram, factus ibid. religioſus ac poſtmodum Prior, Anno Chriſtianæ pietatis 1459 nona Ianuarij* B
tam à fratribus Huyenſibus quam Deſinitoribus Capituli Generalis canonicè abſens electus,
quaſi coactus officium acceptauit. Qui tamen quinto poſt anno, ob grauem corporis in-
firmitatem obeundis per Ordinem Viſitationibus impar, abdicato officio, ad na-
1467. tiuum Conuentum Colonienſem reuerſus Obijt anno 1467. 28. Ianuarij ibidem
ſepultus. De hoc referunt Monaſterij annales quod ipſum inter & fratrem eius
D. Adolphum de Hall equitem Anno Domini 1430. die 20. Aprilis diuiſione paterno-
rum bonorum facta, rei temporalis notabilem acceſſionem viderit Conuentus Co-
lonienſis. Alter fuit Reu. P. *Nicolaus Harlemius* XXIV. totius Ordinis Magiſter Ge-
1473. neralis, de quo Chronicon Ordinis *Frater Nicolaus Harlemius Profeſſor S. The. Conuen-*
tualis Colonienſis primus Prior Hornenſis Anno Domini 1473. die 21. Septem. ipſo S. Matthei
Apoſtoli & Euang electus eſt à deſinitoribus & fratribus Conuentus Huyenſis via compromiſſi, C
vir in multis ſpectabilis: fuit enim legis diuinæ reclinatorium, vas electionis, virtutum ſpeculũ,
& norma totius religionis. Ac poſt multa: *Obijt cum magna opinione ſanctitat Coloniæ in*
1482. *actu viſitationis natiui ſui Conuentus. An Dom 1482. in feſto Omniũ Sanctorũ. ibid ſepultus.*

Tertius fuit Reu. P. *Laurentius Gladbachius* XXIX. totius Ordinis Magiſter Gene-
ralis de quo Chronicon Ordinis. Anno 1521. Vndecimo die Septemb. *Frater Lauren-*
tius Gladbachius Conuentualis & Prior Colonienſis, nec non deſinitor Capituli Generalis re-
nitens lacrymiſq́ fluentibus contra obteſtans. in Priorem Huyenſem ac totius S. Ordinis Gene-
ralem Magiſtrum electus eſt. vir admodum clemens ac pacificus totius ſanè pietatis ac veluti D
1529. *innata ſibi bonitatis diſciplinæq́; cultor. Cum Anno Domini 1529. die 3. Octobris legiſſet adhuc*
horas ſuas, dormiuit cum Patribus ſuis in Conuentu Huyenſi, ibidem ſepultus ante ſummum
Altare.

His merito accenſendus eſt Reuerendus *P. Ioannes à Bongart* vir nobili genere ſe-
cundum ſæculum; ſed ingenij perſpicacitate, laborum tolerantia, ac zelo religionis,
dum vixit, nobilior. Prioratum Conuentus Colonienſis colligitur inijſſe
1551. Anno 1551. Scripſit librum annalium Conuentus illius, qui ab ipſo nomen ho-
dieque ſeruat. in quo conuentus huius initia, progreſſum, ædificationem media &
tempora tũ cœptæ cuiuſuis rei tũ abſolutæ, additis vbiq; benefactorũ nominibus &
beneficiorũ ſpecifica quãtitate minutim & planè admirabili accuratione exequitur.
Indi-

Indiculum quoque bonorum omnium & memoriarum librum ad ſua vſque tempora aliaque plura magno cum fructu Conuentus nec minore ſucceſſorum commoditate perſpicuè ſimul & compendioſè confecit, adeo vt plus omnibus in ijs, quæ ad temporalem œconomiam pertinent inueniatur laboraſſe. Nec verò ſolius ordinis & Conuentus rationem adeo exactam habuit: ſed etiam publicæ rei, nam cum inualeſcens per Germaniam Lutherana hæreſis, Wickrodenſem quoque Baronatum infeciſſet, & Conuentum Cruciferorum ibidem cum Eccleſia ipſorum, quæ ſimul parœcialis eſt, prohibito iam per triennij ſpatium exercitio & ritu Catholico, hæretica cupiditas ſpe certa deuoraſſet, à Reuerendo Patre *Theodorico ab Vbach* 31. Ordinis Magiſtro Generali & definitoribus ad Conuentus & Eccleſiæ illius defenſionem data in membranis Commiſſione Anno 1560. 14. Maij Reu. Pr. Ioannes à Bongart Prior ibidem deputatur, vbi murum ſe opponens pro Domo Dei Conuentum illum & parœciam in Ordinis & Romano-Catholicę fidei communione conſeruauit, reliquis duab. Baronatus illius Eccleſijs ab inde in hunc vſq; diē in hæretica contagione ſordentibus. Coloniam denique ad natiuum ſuum Conuentum redux obijt Anno 1571. die 27. Octobris ſepultus in clauſtro. Ex huius P. Ioannis à Bongart notationibus, hæc quæ R. P. *Clamor Auercamp* Prior Colonienſis & Vicarius Prouincialis, exſcripſit & beneuolè communicauit, potiſſimum ſunt deſumpta.

Margin: 1560. / 1571.

§. VI. THESAVRVS SACER Eccleſiæ PP. Crucigerorum.

I. Tres particulæ de ſacratiſſima *Cruce* Domini noſtri Ieſu Chriſti in magna [in]aurata Cruce.

II. Brachium *S. Andreæ* Apoſtoli in brachio argenteo. 30. Nouemb.

III. Brachium *S. Annæ Reginæ* Hiſpaniæ ſororis S. Valerij in brachio argenteo.

IV. Digitus & parua coſta *S. Odiliæ* Virginis & Martyris de qua ſupra §. 1. in [m]onſtrantia argentea.

V. De *S. Dionyſio* martyre in monſtrantia argentea. 9. Octob.

VI. De *S. Agatha* Virgine & martyre in monſtrantia argentea inaurata. 5. Febr.

VII. In monſtrantia quoque argentea deauratæ continentur particulæ de SS. *Iacobo* & *Matthia* Apoſtolis de S. *Materno*, de brachio *S. Ignatij* Epiſcopi & martyris, de *S. Georgio* martyre, de *S. Adriano &c.*

VIII. De *S. Cyriaco* Papa & martyre, & de *S. Sebaſtiano* martyre in parua argentea [&] deaurata monſtrantia.

IX. De *S. Catharina* Virgine & Martyre. De *S. Barbara* Virg. & mart. &c. in parua [a]rgentea & inaurata monſtrantia.

X. De *S. Theodoro* martyre in argentea monſtrantia.

XI. De *S. Maria Ægyptiaca* & de *S. Conrado* Epiſcopo in parua theca cryſtallina. A

XII. De *S. Clemente* Papa in exigua monſtrantia.

Aliquot etiam capita ſicut & plures Reliquiæ de *Societate vndecim millium* Virginum & *Thebæorum.*

§. VII. De Feſtis.

I. & II. Præter alia feſta Ordinis quæ in proprio illius breuiario habentur, præcipuâ ſolennitate in hac Eccleſiâ agitur vtrumque feſtum *S. Crucis* ſcilicet Inuentionis, & Exaltationis. B

III. *S. Odiliæ* Virginis & martyris de Collegio vndecim millium Virginum ſingularis Ordinis illius Patronæ die 18 Iulij de qua vide §. 1 ſupra.

IV. *S. Dionyſij* Epiſcopi & martyris cum ſocijs 9. Octob. cuius ſacellum in ſiniſtra Eccleſiæ naui ſupplicationibus fidelium frequentatur.

V. Annua quoque deuotione populus frequens admodum feriâ ſecundâ Paſchæ ſanctam Crucem ibidem viſitare ſolet.

§. VIII. De ſpectabilioribus Monumentis. C

1. Spectabiliora monumenta in primis in choro ſunt Prænobilis Domini *Conſtantini à Liskirchen* huius Reipub. Colonienſis ſeptimum Conſulis, vti & totius illius familiæ, opere teſtudineo.

2. Patritia nobilitate clariſſimi viri ac Domini Hermanni *à VVedich* & *Adelheidis Therlain* coniugum liberali perpetua fundatione de Conuentu & pauperibus optime meritorum, opus teſtudineum, in quod etiam reliqua familia ius habet.

3. Prænobilis & ſtrenui Domini *Reineri ab Orsbeck in Efferen &c.* & familiæ eiuſdem.

4. Nobilis viri *Bartholomæi Luchini* & Catharinæ *Del Vale* coniugum & familiæ, benefactorum Conuentus. D

5. R. Domini *Huberti Schleger* Zelandi Sacerdotis de Remersvvalis magni pauperum Oeconimi & Fundatoris &c.

6. In inferioris Eccleſiæ naui media Prænobilis Domicellæ *Iburgis de Flatten* Dominæ in Bornhem & familiæ de Flatten.

7. Nobilis Viri Wilhelmi *de Huickelhouen* Colonienſis Ciuitatis Conſulis.

8. Prænobilis *Goſuini Brenth de Vernich* ac familiæ.

9. Prænobilis Adolphi Domini in *Gymmenich* & familiæ.

10. Prænobilis Bertrami & Adami *Spieß* Dominorum *in Bulleshem* & familiæ.

11. Vnum

A 11. Vnum commune Clariſſimarum familiarum *Krieps, Reck, Kran, Schvvan* & *Durhoffen* opus teſtudineum.

12. In ſacello B. Mariæ Virginis in dextra Eccleſiæ naui Nobilis Familiæ *Rinckianæ* teſtudineum.

13. Nobilis Familiæ *de Bongardt.*

14. Nobilis viri Godefridi *de Deinsbur* iuxta Altare SS. Angelorum erectum ſibi & familiæ.

15. In ſacello Sancti Dionyſij in ſiniſtra Eccleſiæ naui clariſſimæ Familiæ *Kinckhauſianæ* teſtudinatum &c.

B

SYNTAGMA XLVI.

Collegium, Templum & Gymnaſium Societatis IESV Coloniæ.

§. I. Societatis IESV Coloniæ initia & progreſſus.



EST ea religio Clericorum, vti Summi Pontifices & Concilium Tridentinum definiuerunt,
C toto orbe notior & celebrior, quam vt ſperem meo calamo aliquid eidem poſſe lucis adiungi, itaque, omiſſis communibus, Collegij Colonienſis propria breuiſſima epitome perſtringam. Anno 1542. Coloniam ingreſſa eſt hæc Societas cum antebiennium *à Paulo III.* Pont. eſſet confirmata; 1542.
primus in eam ingreſſus eſt *P. Petrus Faber*, primus Sociorum S. Ignatij, ſed animo tranſeundi duntaxat, quem mox ſecuti ſunt *Ioannes Aragonius & Alfonſus Aluarus,* ille ad Feſtum Tranſlationis triũ
D Regum menſe Iulio ſupplex aduenicns, hic deuotione animi in S. Vrſulam ductus menſe Octobri, vterque ex aula *Cæſaris Caroli V.* Sacellanus poſt exercitia ſpiritualia S. Ignatij obita, contempto ſæculo, in Societatem à *P. Petro Fabro* admiſſus. Cum autem Coloniæ Theologiæ operam darent, atque ſtudijs functiones Societatis ſuæ proprias admiſcerent, exemplo & colloquijs plures ad perfectius Chriſtianæ vitæ genus adduxerunt, interque eos M. *Petrum Caniſium Neomagenſem* qui paulo ante Anno videlicet 1540. in Gymnaſio Montis Magiſter Artium creatus, vna Theologiæ operam ſedulam dabat. Itaque breui cum 1540.
eodem apud *Andream Herll à Bardevvyck* virum eximie ſuo æuo laudatum, ad S. Gereonis

1544. reonis Canonicum, communi hoſpitio vti cæperunt, donec Anno 1544. *in muro veteris Burgi* domum, à Suffraganeo proxime inhabitatam, Caniſij pecunijs conductā A
inhabitare cæperunt. Sed breuis omnino ea habitatio fuit, ſiquidem *Hermanni de VVeda* Archiepiſcopi Colonienſis à Catholica Eccleſia deficientis ſuggeſtione per Senatus Conſultum diſperſi ſunt, alijs ad religioſiſſimos Carthuſianos, alijs alio diuertentibus, quoad tempeſtas illa, monente S. Ignatio, deſæuiret, quæ vbi deferbuit
1546. dolo hæreticorum in vrbe patefacto, Socij Anno 1546. in alias ædes Cœnobio Prædicatorum vicinas, *è regione repoſituræ Andreanæ*, è latebris conuenerunt, ſpiritu interea ad certamina cum hæreticis confirmato, cuius vim ita exeruerunt, vt P. Caniſio legatio pro Catholicæ fidei integritate conſeruanda breui ſit decreta, quam ille magno animo ad Cæſarem in caſtra profectus ſuſcepit, & præclare obijt, victoria B
per deſtitutionem Hermanni Archiepiſcopi relata. Poſt quartum deinde annum inhabitatæ domûs, ante memoratæ, *ad aream S. Vrſulæ commigratum eſt*, Anno videlicet
1550. 1550. in eam quæ angularis & prima domus eſt immunitatem S. Vrſulæ ingredientibus inter Mommerslacenſem & Iſenbergicam domos ſita. In ea priuatim ac publice in templis atque monaſterijs diuerſis, ita operam ſuam nauarunt ſocij, vt
1556. 16. Nouemb. Anno 1556. ſummo ampliſſimi Senatus & Academiæ conſenſu, adnitentibus etiam *Ioanne Greppero, Euerardo Bilichio, & Gerardo Hamontio*, ſummis eo tempore eccleſiaſtici, Carmelitani, & Carthuſienſis inſtituti viris, Societati Ieſu traderetur Gymnaſium nouum Trium coronarum, cuius claues demum, à *Iacobo Leichio* ob hæreſim exauthorato Regente ablatas, 28. Ianuarij die Societati tradidit Nobilis & ſtrenuus Vir *D. Conſtantinus à Lyskirchen* Conſularis, & Quæſtor Reip. Colo- C
nienſis, quas *P. Ioannes Reitius* etiam ipſe Conſularis in Societatem pridèm aſcriptus, & Regens deſignatus cum literis ampliſſimi Senatus debita obſeruantia recepit. Hac occaſione Patres mox Feſto B. Mariæ V. purificatæ à S. Vrſulâ commigrarunt *in S. Maximini vicum* eo loco vbi poſtea circa Annū Domini 1600. Orphanorum publica domus à Senatu extructa. Interea fauentibus ad Gradus Mariæ Canonicis memoranda ad poſteros humanitate Patres impetrarunt pro ſacris vſibus eam tēpli ad Gradus partem quæ B. Mariæ Magdalenæ eſt ſacra, vbi pluribus annis non minore opera & fructu, quam ad D. Vrſulæ, religionem orthodoxam & pietatem promouerunt.

1580. Accidit deinde poſt plurium annorum laborem & patientiam, vt circa an. 1580. D
bonæ memoriæ *D. Ioannes Svvolgen Decanus S. Andreæ*, fundationem alicuius Collegij Theologici pie molitus re ſpem, & fortunā intentionem non æquante, vt ſæpe etiā optimis in rebus fieri ſolet, Collegium illud ſuum diſſoluere cogeretur, cum ille nihilominus tenax pij propoſiti conſilio aliorum vſus, domicilium Collegij ſui Patribus Societatis Iesv ſponte ſua Theologiæ ſtudia tractaturis, ſolemni ritu tradidit, alumnos autem eiuſdem domicilij ad Gymnaſium montis vnà cum reditibus iam conſtitutis traduxit. Ex eo tempore Collegium Svvolgianum in Societatis Iesv rē ac nomen mutatum eſt. iſtic loci, vbi in præſens tempus manet ingreſſus ad Collegium quod dicitur Antiquum.

Itaque

Itaque eo loco paulatim comparatis pluribus ædibus Gymnaſium Trium Co- 1598.
ronarum ac Collegium eſſloreſcere cœpit, maxime anno 1598. quo anno in hunc
locum iuuentus Gymnaſij Trium Coronarum traducta fuit. Inter ædes compara-
tas etiam fuit monaſteriolum *S. Achatij* inhabitatum à ſeptenis Virginibus, adeo diſ-
ſidentibus vt diſceſſionem earum ſaluti neceſſariam iudicauerit ſacer Magiſtratus.
Itaque accepto, cum Pontificis Romani atque Archiepiſcopi Colonienſis conſen-
ſu, pretio ædium ſuarum lubentes volentes, quæque cum ſua dote, in alia monaſte-
ria commigrarũt. cui tranſactioni etiam Ampliſſimus Senatus conſensũ præbuit,
poſtquam cuncta rite acta didicit. Erat eo tempore Sacellum S. Achatij valde an-
guſtum. vtpote paucorum paſſuum ſiue xxx. pedum quadrata forma, poſitũ *iuxta
viam Marcellinam*, è regione Ianuæ, qua Nouum Collegium ingredimur, id confe-
ſtim in formam, longam 100. pedes & 50. fere latam eſt redactum, & vt in tenuibus
initijs fas erat exornatum. In hoc demum loco cultura pietatis ſeſe tanto liberius
prodidit, quanto liberius ad ſe exerendam nacta erat theatrum, nimirum, poſt one-
ra ciuilia 40. annis ſupportata, liberam domum, proprium templum, & commodo
loco ſitum Gymnaſium: ſuperſunt plurimi qui teſtes eſſe poſſint quis in eo templo
cultus religionis, & quantus populi concurſus, & fructus ex vtriſq; collectus fuerit
XL. annis, poſt quos intempeſtâ nocte 4. Apr. diem ſecutâ ann. 1621. infelix incen- 1621.
dium, Templum cum nobiliſſima bibliotheca, & Collegij partem abſumpſit. In
eo caſu viciſſim eximie ſe prodidit caritas tum cleri, tum populi, erga Societatem,
cum tota ciuitas dolore & ope concertaret: Canonici ad D. Andream ſua æde
ſupellectilem ſacram incẽdio ereptam cum Societatis perſonis & Gymnaſij ſtudio-
ſis ad multos annos gratioſe receperunt, alij alia re adiuuerunt, quoad Collegium
nouum cum Templo iam tum inchoatum perficeretur, quibus demum vtcunque
perfectis anno 1629. pridie S. Matthiæ Apoſtoli ſolemni pompa Canonici D. An- 1629.
dreæ (inter quos me ipſum fuiſſe amicè recordor) Societatem cum ſupellectile ſacra
in nouum templum deduxerunt; & ann. 1631. pridie Aſſumptæ in cælos Virginis in 1631.
Collegium nouum è vetere plerique immigrarunt.

Hæc breuiſſima eſt narratio fortunæ, quam Societas IESV in Auguſta Vbiorum
Colonia experta eſt centum ab ingreſſu ſuo annis, intra quod tempus mirifice varia
illi cum proſperis æque ac aduerſis colluctatio, & multus labor obuenit, nec minor
numero ac varietate fructus ex vtraq; fortuna diuino auſpitio fuit collectus. Vnde
promptum erit prima poſtremis conferenti concludere, veriſſimum eſſe effatum S.
Ignatij, dictitare ſoliti quæ Collegia grauiſſimis tempeſtatibus initio concuterẽtur,
ea deinceps ad omne ſanctitatis bonorumque operum incrementũ fæcundari. Sane
ex templo ſcholiſque tantus fructus hactenus extitit, vt eum anguſtis hiſce paginis
minime liceat complecti, quis enim recenſeat pœnitentium numerum qui PP ope-
ra vel ab erroribus ad veritatem, vel à vitijs ad virtutem, vel à vita communi ad per-
fectiorem ſunt adducti? & ab æternæ mortis periculo erepti iam tum ad immorta-
lem vitam ſe perueniſſe gloriantur? æque difficile erit reperire numerum & nomina

excellentium virorum qui ex Gymnaſio eorum inſtructi tota Europa claruerunt, & Remp. Chriſtianam dictis & factis non ſolum exornarunt, ſed etiam calamo, o- A pibus, & vita ipſa promouerunt. neque ſanè ipſe, quo hæc ſcribo, annus eſt inops virorum ſcriptis & eruditione ac zelo in Collegio & Gymnaſio clariſſimorum, quorum modeſtia quoniam non patitur laudes ſuas prædicare, longiore commendatione ſuperſedeo.

§. II. Noui Templi deſcriptio.

Templum nouum Societatis IESV addictum Familiæ B. M. Virginis titulo æque ac ſpecie Virgineum, 200. pedes introrſus lõgum, latum vero 100. id exteris ob celebritatem quam meretur deſcribam ex *Cælij Seruilij Itali* Moguntino itinere B *pag.* 41. &, ſicubi defecerit, meis. *Foris*, inquit, *propylæum excelſum, ſignisque etiam auctum explicatur magnificè, ac promittit eam, quam intus oculis offert ſtructuræ regiæ maieſtatem, quæ aſpectum, fatigat ſimul & delectat. Sublimis & elegans intus eſt concameratio, quam ita arcus & columnæ ſuſtentant, vt in medio ſpatio cõnexæ etiam choros penſiles in gyrum fulciant, His vero quaſi podijs circumductis diceres laxitatem ædis totius pulchre coronari, plurima in fornice auro lita*, cuius crura iuxta columnarum capitella in vuas aureas terminantur eleganti templi totius ornamento. Medium columnarum aſcenſum ornant Apoſtolorum ſtatuæ viriles, elegantis operis, præter has vna Chriſti & altera Deiparæ in chori initio poſitæ: Tam chori penſilis, quam ſuperiores ad capitella columnarum arcus exornati ſunt varijs de B. V. M. emble- C matis veluti Horti concluſi, Fontis ſignati, &c. *Locus principis aræ introrſum recedit mira operis & artis dignitate: nihil choro illo ſerenius, tantum vndique haurit lucis, nihil illâ ſpecioſius tantum pulchritudinis aureæ atque amœnæ præ ſe fert. In ipſo altari contextus eſt trium ingentium picturarum. ijs margines è ligno inaurato flores, columnæ, loculamenta cum ſtatuis prægrandibus artificio ſummo circumfuſa, tantum ornamenti conferunt, quantum exprimeret ſola ſi loqui poſſet admiratio.* Porro picturæ prædictæ ſtatis temporibus eximuntur, alijs ſubſtitutis, quæ aptas feſtis & religioni hiſtorias ac myſteria populi oculis ac memoriæ ingerant, atque ad deuotionem amoremque inuiſibilium excitent ſpectatores. Quod chori à ſumma ara & feneſtris vacuum manſit, de muro, id vtrimque conditorijs ſacrarum Reliquiarum elegantibus & magnificis eſt occu- D patum, diſtinguentibus ex vna parte SS. Militum, ex altera præcipuarum Virginum ſtatuis & ante eas fuſis ex ære flauo candelabris. Altare ſummum munus eſſe *Sereniſſimi Electoris Ferdinandi &c.* Clementiſſimi Domini N. oſtendunt præfixa inſignia, & vtrimque adiuncta Inſcriptio, angelicis manibus ſuſtentata. Præter illud in eadem Eccleſia ſunt aliæ octo aræ, quatuor in corona ſeu choris penſilibus, & totidem iuxta terram in ſuis ſingulæ Sacellis, S. Cruci, B. Virgini, S. Ignatio, atque S. Franciſco Xauerio dicatis, omnes vna cum ſacellis ad cultum diuinum perquam aptè diſpoſitæ & ornatæ, tum conditorijs Reliquiarum inauratis, tum elegantibus ſacrarum rerum iconibus, vt ſingulæ ſingula templa exornare poſſent.

Aram

Aram quæ in B.V Sacello eſt, Illuſtriſſimi *Principis Franciſci VVilhelmi Oſnab. Epiſcopi* &c. donum eſſe, docet itidem inſcriptio & inſignia eius. Inter ſacella Chori penſilis eminet quod S.Huberto eſt deſtinatū, vtpote Principis vſibus, cum is in aula Colonienſi verſatur, cætera iniuria tēporum imperfecta manſerunt. Suggeſtum in tēplo eodem eſt miro artificio cælatum & tanta myſteriorum varietate circumdatum quanta etiam populi frequentia ambitur. Tribunalia ſacra conſcientiarum, ſunt in hac æde ferè XXII. quæ pridie & ipſis feſtis dominicisque diebus vniuerſa, in dies vero vnum alterumve ex vniuerſis, occupatur iudicio conſcientiarum, vt ſacerdotibus celebraturis, & aduenis Deo reconciliari volentibus occaſio ſeſe expiādi & communione ſeſe reficiendi non deſit, quæ ita hoc loco frequentatur, vt dies nulla tranſeat quo non aliquibus ea præbeantur. Accedit inſignis altarium cultus non ſolum ab ornatu feſtis ſingulis congruente, ſed etiam continuato per tempus matutinum ordine ſacrorum, quo fit vt pietati Colonienſium, etiam mercenariorum & operariorum ante operas quotidianas, fiat ſatis. Ærea Inſignia Sereniſſimæ *Domûs Bauaricæ*, ante ingreſſum templi ſupra portam mediam, inter ſtatuas *SS Ignatij* & *Fr.Xauerij* poſita, indicant ſingularem illius domus fuiſſe munificentiam in hoc templo condendo, vti aliorum in eodem ornando ſtudium enituit, veluti Illuſtriſſimæ *Comitiſſa de Arondel*, quæ anno 1642 Coloniam cum *Sereniſſima Francia Regina Maria* appellens B.Mariæ ſacellum mirifice picto & pretioſo tapete veſtiuit, vti Sereniſſimus *Ferdinandus Colon. Archiep.* Chorum maximum aureo circumdederat. Illam vero ſecuta eſt pari liberalitate Illuſtriſſima *Anna Maria Comitiſſa de Furſtenberg*, quæ S.Ignatij ſacellum acu picto tapete ornauit. 1642.

Sepulturæ in templo nullæ apparent, inſunt tamē terna conditoria ſubterranea, vnum ipſius Societatis circum chorū maximū ſub ſacriſtia, in quod etiam Cl. quondā *D.Meinertzhagen* & pauci alij ſunt recepti, alia duo cōditoria ſunt ſub ſacellis duobus S.Ignatij & Fr.Xauerij illud Virginis Patritiæ *Cæciliæ à VVedigh* hoc lectiſſimarū Virginum *Eliſabethæ & Cæciliæ Litth*, quæ beneficijs in Societatem & ipſa ſacella collatis honorem illum meruerunt; Memini tamen etiam ante B.V. Sacellum conditū eſſe corpus Nob. & patritiæ Virginis *Agnetis à Monemit de Bollandt*, quæ ex earū Virginum numero, quæ cælibem in ſæculo vitam profeſſa pluribus exemplo fuit ad idem vitæ genus ſectandum. Inſignis etiam eſt memoria celeberrimæ Virginis *Annæ Nagelia* quæ beneficijs in pauperes & Religioſos, maiorem quam alij genere, gloriam adepta eſt cum alijs, quibus celebrandis tempus locum dabunt.

Acciderunt huic templo ante conſecrationē non pauca memoria digna nimirū Illuſtriſs. *Petrus Aloyſius Caraffa Epiſc. Tricaricenſis & Legatus Apoſtolicus* improuidis hominibus Coloniam appellens pridie D.Virginis in cælos aſſumptæ, frequentiſſima populorū panegyri primus in ea eccleſia Feſtum Virginis aſſumptæ celebrauit. Ibidē regales exequias fecerūt Principes Germaniæ Sereniſs. *Eugeniæ Iſabellæ Infanti Hiſpaniarum*: & Illuſtriſs. Corbeienſium Abbas Imperij Princeps, Arnoldus religioſiſſimi moris vir, Iudæum ſolemniſſimo ritu baptizauit ſuſcipiente militem ſuum.

 Illuſtriſ-

Illuſtriſs. *Comite de Grunsfeld* Generali Cæſariæ militiæ Duce. Ibidem Illuſtriſs *Fran-* A
ciſcus Maria Machiauelli in Epiſcopum Ferrarienſem & Illuſtriſs. *Herbipolenſium Epiſc.*
Francouiæ Dux in Sacerdotem eſt conſecratus, & Illuſtriſs. *Carolus Roſetti Cardinaliũ*
decus ab Vrbano VIII. miſſum *Sereniſs. Electorũ Colonienſis* manu porrectum recepit.
Verbo abſoluam: & ordo ſacrorum continuus è Societate ſeruatus, & templi eius
modus ita pluribus placuit, vt eum proxime imitari plurimis libuerit pari laude au-
thorum & imitatorum.

§. III. THESAVRVS SACER.

I. De *S. Sabina* digitalis & alia minor magnitudo 10. Febr. alia ab ea quæ 29. Aug.
II. De *S. Quirino* digitalis magnitudo 1. Maij.
III. De *S. VValpurge Virg.* 1. Maij. Cranium ſtatuæ pectorali argenteæ & eiuſdẽ B
1591. ſcipiò, argenteo ſcipioni incluſus. Cranium ann. 1591. in *Monte S. VValpurgis* repertũ,
cum Societas Ieſu in poſſeſſionẽ eius prioratus agente *Sereniſs. Erneſto* & nepotibus
eius *Philippo & Ferdinando* Summi Pont. auctoritate veniſſet, translatumq; Coloniã
argenteę vt dixi ſtatuæ incluſum. inſtantiſſimè pro eo impetrando tũ apud Roma-
num Pont. tum Generalem Soc. laborarunt Illuſtriſs. Comites *Truchſeſij à VValpurg*
(q̃ ſtudium ipſorũ immortali gloriæ emolumẽto ſit maximo) demũ tamen accepta
1645. particula gratioſè Societatẽ illi' poſſeſſione gaudere maluerũt. Scipio ſacer an 1645
à moderno Rectore in eodẽ mõte ſerico incluſus cũ veteri inſcriptione eſt repertus,
& tralucentibus feneſtellis argento ante Kal. Maij incluſus, ſolemniter in monte C
honoratus. Porro has ipſas S. Walburgis Reliquias in Colonienſem Diœceſin intu-
liſſe creditur *S. Anno*, cum ex Bauaria eiuſdem S. Fratrem huic Diœceſi intulit.
IV. De *S. Achatio* caput integrũ argenteæ hermæ incluſum 22. Iunij. de cuius trãſ-
1602. latione an. 1602. facta eſt atteſtatio cũ ipſius atteſtantis pariter & donãtis perpetua
memoria & laude. *Nos Theodorus Dei gratia Abbas Corbeienſis S.R.I. Princeps omnib. gra-
tiam & ſalutem in Domino ſempiternam. Religioſum diuorum cultum venerationemq́; San-
ctarum Reliquiarum, quas nobis Sancti Dei, quaſi pignora ſanctimoniæ atque ſtimulos ad vir-
tutem reliquerunt, more maiorum magni facientes, & vbicumque poſſumus promouere cu-
pientes, ea propter quod tanto plura cælites in nos beneficia conferunt quanto ſtudioſius & ar-
dentius eorum exuuias honoramus, minimè potuimus* Reuerendorum Patrum *Societatis Ieſu de* D
*Collegio Colonienſi precibus & literis pijſsimis non ſuffragari. Rogant enim illi nos maiorẽ in
modum, vt venerandum caput Sanctiſsimi Martyris Achatij in monaſterio quodã noſtræ ditionis
hactenus religioſe cuſtoditum noſtra authoritate & beneficẽtia obtinere queant, arbitrati niſi
hoc caput, obtineant ipſorũ tẽplo quod D. ACHATII memoriæ & nomini excitatũ eſt præcipuũ
quoddã & ſingulare ornamentum deeſſe &c. Porro ad hanc donationem nos etiam Reuer. Do-
minus* Coriolanus Epiſc. Auſerenſis *Sedis Apoſtolicæ Nuntius Coloniæ agens peculiaribus
literis patentibus non mediocriter incitauit, cum is authoritate Apoſtolica hoc munus noſtrum
ratum ac firmum pronunciârit, manuque ſua & ſigillo confirmarit. Quocirca vt dicti Patres
Societatis IESV. in Collegio Colonienſi Religioſi huius voti compotes efficiantur, ipſorum
templum*

templum ſacro patroni ſui capite illuſtretur, cæterique Chriſti fideles in tam frequenti vrbe maiori hunc Martyrem honore proſequantur denique vt in nos etiam aliqua inde meritorum & auxiliorum ſpiritualium participatio redundet Venerabili Patrum Societ. Ieſu Collegio eo-rum quo templo in vrbe Colonienſi auguſtiſſimum S. ACHATII caput, quo poſſumus pietatis & propenſæ volũtatis ſenſu, ad maiorem Dei gloriam perpetuo damus, donamus & dedicamus &c. Cæterum ad maiorem his Reliquijs fidem & cultum conciliandum hæc addere viſum eſt Fuiſſe nimirum hactenus incluſas ſtatua inaurata in effigiem virilis vultus ac pectoris efformata, in cuius baſi hæc extrit inſcriptio CAPVT S. ACHATII. PRIMICERII. DECEM. MILLIVM. MILITVM. *qui idem titulus totidem verbis legebatur in pectore eiuſdem ſtatuæ Cum autem n Sacrarum Virginum cœnobio cui olim Vallis Dei, nunc Brenckhuſen nomen eſt, noſtri terri-orij effigies prædicta, vna cum memoratis lipſanis conſeruata fuerit, vti docuit* [illegible]*s. de conſen-ſu Præpoſiti illarum Virginum* Gerardi Eichelij & Annæ ab Eſleben Abbatiſſæ, *item-que reliquarum Monialium hoc ſacrum pignus in nouam ſedem transferre, ita debuimus et-iam religioſam memoriam veteris hoſpitis in antiquo iſto domicilio retinere Itaque oſſa quæ-dam de capite dicto, in eadem theca inaurarata reſeruari iuſſimus ſiquidem caput ipſum in magnas quaſdam partes comminutum reperimus cum mandibula duntaxat inferiori, &c. Datum Corbeiæ 6 Febr. Anno Chriſti 1602. Locus Sigilli.* *Theodorus Abbas.* 1602.

Fuerat idem caput olim ad prædictum monalium monaſterium translatum ex *uxaria*, vt in ijſdem literis declaratur.

V. Ex eadem *Societate X millium MM.* aliæ binæ Reliquiæ vna digitali magnitu-ne, altera minor.

VI. De *S. Alexio* Confeſſore digitalis & aliæ duæ minores particulæ. 17. Iulij.

VII. De *S. Margareta*, totidem & ſimiles ferè particulæ. 20. Iulij in Rom. Colo-æ 13 Iulij.

VIII. De *S. Maria Magdalena* quinque particulæ, & inter has vna digitali magni-dine. 22. Iulij.

IX. De *S. Apollinari M. & Epiſcopo* pars tibiæ magnitudine digiti in hierotheca ar-ntea maiore.

X. De *S. Anna* digitalis magnitudo. 26. Iulij.

XI. De *S. Ignatio Confeſſ. Fundatore Soc. Ieſu.* 31. Iulij. aliquot Reliquiæ 1. eaque no-iſſima eſt *Toga ſancti viri* integra, ſi vnam demas manicam, quæ cum primum al-a eſt pietatis & venerationis gratia inter ſocios diuiſa eſt, ſi item demas limbum eriorem qui collum proxime ambiuit, quem Sereniſſimus *VVilhelmus Bauariæ* x duorum Imperij Rom Electorum parens impetrauit cum in antiquo Colle-o Ann. . . . . . diuerſaretur Coloniæ tantus exinde Collegij benefactor, vt in nu-merum fundatorũ venire poſſit: porro de Toga prædicta Coloniam allata ſuper-teſtimonium manu b. m. *P. Leonardi Keſſelij* primi Rectoris coll. Colon. exaratũ e verbis: *Ann 155. in Nouemb. R. in Chriſto* P. Bernard. Oliuerius *attulit nobis Roma icam P. Ignatij de Loyola, ſanctæ memoriæ primi Præpoſiti Generalis Societatis Ieſu & eiuſ-Societatis fundatoris. vna abſciſſa eſt manica ex quorundam Patrum deuotione & diuiſa*

1566. *in multas partes, die SS. Martyrum Fabiani & Sebaſtiani Ann.* 1566. *Leonardus Keſſelius.* A
Eadem Toga nuper Argenteæ exquiſitæ artis ciſtæ ſericoque rubenti incluſa eſt, quæ religiosè in ara *S.Ignatij* ſeruatur. reliqua de ſancto eodem lipſana ſunt *pars interulæ cum cineribus* capſulæ gemmis exornatæ incluſa. *Obex Cubiculi, & particula ex plumbea ciſta* in qua S.Corpus quieuit. Hæc *R.P.Ioannes Zieglerus* Roma rediens Coloniam attulit. Sed rurſum nobiliſſimæ Reliquiæ S.ſunt *quaterna Chirographa* S.Ignatij, quorum bina incluſa thecis inauratis continuo per vrbem circumferuntur ad parturientes fœminas quarum in ea neceſſitate, tam frequens eſt patronus, vt dies 31.Iulij penè in Feſtum Ignatio Sacrum abierit tacito vſu eorum qui beneficij in ſe collati memoriam non depoſuerunt. Harum Reliquiarum videlicet S.Ignatij, B quædam, [illegible]uæ argenteæ includuntur.

XII. De *S.Laurentio* Martyre 10.Aug.quatuor particulæ, minores & vna digitalis, quæ in ſtatua pectorali ex argento cuſa ſeruatur.

XIII. De *S.Bartholomæo* Apoſtolo 24. Aug. Maxilla & 5. particulæ, quarum vna eſt digitalis magnitudo, alia magnitudine Conchæ marinæ communis, reliquæ minutæ. Cæterum maxilla hæc olim *Nouefij* in honore fuit maximo; cuius etiamnum
1585. veſtigia, in Nundinis Die Bartholomæi quotannis, exhibentur, ſed cum Ann. 1585. ciuitas illa à *Comite Nuenario* proditione capta eſſet & templum S. Quirini diriperetur ab acatholicis, nobilis quidam, (num hoſtis an amicus, incertum eſt) ex æde S.Quirini maxillam ablatam ſeruauit, eamque poſt multum temporis nobili & ſtrenuo viro *VVilhelmo à Quaedt* Cognato ſuo Catholico Montenſis Ducatus incolæ, C donat. Is nolens tam nobilem theſaurum apud ſe ſine honore morari, dictam maxillam cum dono, ad ornandam eam neceſſario *P Iacobo Erueldero* redonat, qui Angelos binos ex argento religioſo habitu cuſtodes Reliquiarum curauit.

XIV. De *S.Adriano M.* maxilla & dimidium brachium 8. Septemb. Hæ inſigni ex
1633. argento ſtatuæ hodie incluſæ, cum alijs Reliquijs nouem Ann. 1633 ex *VVeſtervvaldia* monaſterio S.Catharinæ ob ſæuitiam & barbariem Suecorum relicto, *Linzium ad Rhenum* cum alijs impedimentis translatæ ſunt à Virginibus fuga elapſis, indeque Coloniam ad Societatis templum dono tranſmiſſæ, ne vnquam eis debitus honor intermoreretur hominum aut temporum iniuria, præſertim cum Templum ac monaſterium earum incendio eſſet vaſtatum. D

XV. De *S.Franciſco Borgia* III. Societatis Ieſu Generali, particula Cranij, quam *P.Ioannes Ziglerus* Roma rediens attulit Coloniam.

XVI. De *S.Dionyſio Areopagita.* 9. Octob. notabiles Reliquiæ cum documento Translationis.

XVII. De *S.Gereonis Socijs* 10. Octob. impetrauit *P.Goſvv.Nickel* caput vnum id-
1622. que Ann. 1622. poſt incendium Achatiani templi. Porrexit id ex ſumma ara acceptum *R.D. Tilmannus Voſmerus* Canonicus cum adiunctis ab Illuſtri capitulo. Ex eiuſdem S.Socijs etiam habentur quatuor brachia & tres tibiæ, dono eiuſdem Illuſtris capituli.

XVIII.

XVIII. Dens *S. Lucæ* 18. Octob. in Reliquiarum theca argentea ad modum altaris efformata.

XIX. De *Martyribus Treuirenſibus* plures & inſignes extant in hac Eccleſia Reliquiæ, quarum feſtum agitur 5. Octob. vtpote Sociorum *S. Palmathij* Conſulis Treuirenſium, qui in perſecutione Diocletiani paſſi ſunt, & corpora Ann. 1071. reperta fuerunt, vt docent Sigebertus in Chronico & P. Chriſtoph. Brovverus in Treuirenſ. Annalibus. 1071.

XX. De *S. Vrſula* 21. Octobris particulæ minutæ quatuor & de eiuſdem brachio os ſuperans magnitudinem digiti id Ann. 1567. menſe Ianuario donatum fuit Collegio Colonienſi ex aurea XI. millium vv. camera, cum altera pars brachij eiuſdem 1567.
B Virginis eo tempore mitteretur ad Reuerendiſſimum Cardinalem Auguſtanum vti *Leon Keſſelius* I. Rector Chirographo ſuo notauit. De eiuſdem Societate caput *S. Lucretiæ* v. & m. integrum incluſum ſtatuæ pectorali argenteæ, id cum templo Achatiano fuit acquiſitũ. Item pars brachij de *S. Petronilla* ex eadem Sodalitate. item capita complura ex eadem Sodalitate partim ante incendium acquiſita, partim poſt ipſum, ex Templo omnium SS. ab Ampliſſimo Senatu Colonienſi ad noui templi inſtaurationem conceſſa.

XXI. De *S. Huberto Epiſcopo Leodienſi* 3. Nouemb. ſeptem particulæ inſtar articuli, translatæ vna cum domo, ſacello, & horto eiuſdem ſancti ad Societatem, poſtquam
C *Archiepiſcopus Colon. Adolphus Schavvenburgicus* in Conciſio Tridentino perfecit vt ſacerdotes qui iam qui dictas Reliquias per patriam ad ſanandos homines & pecora rubida circumferre ſolebant, abdicarentur.

XXII. De *S. Leonardo* Confeſs. 6. Nouemb. magna pars brachij.

XXIII. De *S. Franciſco Xauerio* Indiarum Apoſtolo 2. Decemb. particula carnis quam Roma attulit *P. Ioannes Ziglerus* Item Roſarium eiuſdem ſancti, à Sereniſſima *Maria de Medices Regina Franciæ* legatum Collegio Soc. Ieſu Coloniæ, cum in ea vrbe moreretur Ann. 1642. 3. Iulij. de qua donatione, vti & Roſarij ad Reginam translatione, extat duplex inſtrumentum Gallicum ac Latinum, vtrumque duplici ſigillo Regni Francici munitum, cuius Tenor ſequitur, partim aureis partim atris literis 1642.
D vncialibus conceptus. Vera relatio de Roſario S. Franciſci Xauerij quod ſecundum deſtinationem Reginæ Matris Mariæ Mediceę Rex Chriſtianiſſimus Ludouicus XIII. donauit Collegio Patrum Societ. Ieſu Coloniæ.

Anno MDCXXVI. XX. die menſis Aprilis cum Hollandi *intercepiſſent* Baiam omnium Sanctorum *dictam* in Braſilia, *irruentes in Collegium Patrum Societatis Ieſu qui ibi degebant,*

bant, mobilia eorum diripuerunt, & quoſdam ex eiſdem captiuos duxerunt Amſtelreda- A
mum inter quos fuit P. Dominique Coelho qui ter fuit in Braſilia Prouincialis Homo
virtutis ſingularis & extraordinariæ ſanctitatis Is dum captiuus fuit detentus Amſtelredami
ſæpius viſitatus fuit & magna charitate adiutus à primario quodam ciuium dictæ vrbis vocato
Alberto Corneradi. Pater, cum eo differens de iactura rerum, quam in Braſilia paſſus eſſet,
eidem dixit quod in amißione omnium nihil ægrius perſentiret quam iacturam Roſarij cuiuſ-
dam ex ligno Calambucano, quod ex China venerat delatum per P. Vincentium Rodri-
quez Goenſem Prouincialem donatum à S. Franciſco Xauerio ab eodemque ſancto Vſur-
patum, per quod etiam aliqua facta fuiſſent miracula in ipſa Braſilia cuius cauſa veneratione
erat ſingulari. Ad hæc adiecit quod propter beneficia quæ dictus Albertus Corneradi præſti-
tiſſet ſibi ſuisq; Socijs tempore Captiuitatis Amſtelredami daret ei dictum Roſarium ſi illud è B
manibus Hollandorum recipere poſſet, quo dexterrimè facto Roſarium ab eo Amſtelreda-
mi magno in precio ac honore habitum & aſſeruatum fuit in dicta vrbe, donec Regina Chri-
ſtianiſſimi Regis mater eam inuiſit. Tunc Auraica Princeps valde cupiens gratificari
Reginæ matri vehementer inſtitit apud D. Corneradi, vt Roſarium ſupra nominatum Re-
ginæ matri offerret, cui inſtantiæ ob æſtimationem in qua dictum Roſarium habebat, noluit
omnino aſſentirit. Id videns dicta princeps vſa eſt authoritate Magiſtratus d. Vrbis qui Roſarij
poſſeſſorem ad factæ petitioni conſentiendum induxit. Conſenſit ergo licet ægrè & non ſine la-
1638. crymis in donationem Ann. Salutis 1638. quinto die Septembris. Regina cum magno deuotio-
nis ſenſu oblatum munus accepit honorauitque tanquam veras Reliquias ob peculiarem quam
ſemper erga S. Franciſcum Xauerium deuotionem coluit, &c. C

DEPOSITIO TESTIVM.

Aureis & uncialibus literis.

Nos infraſcriptæ Aulicæ, aulicique Reginæ matris defunctæ Domicella de Brazeur ho-
noraria lateris ſtipatrix D. de S. Martino gynecæi gubernatrix, de Saluagia cubiculariā-
rum prima, Codoni, merge & Nicolaa cubiculariæ eiuſdem defunctæ Reginæ matris Regis
Chriſtianißimi. D. Riolan medicorum primus D. Marce præſidiariorum vexillifer, D. Co-
doni præfectus Veſtiarij D. Garnier rationum pecuniariarum præfectus. R. D. D. d. Aquin
Communitatis medicus, Officiarij omnes defunctæ Reginæ matris fatemur & atteſtamur,
quod Roſarium ex ligno Calambucano de quo facta eſt mentio in Relatione ſuperius facta à D
tempore quo peruenit in manus Regiæ ſuæ maieſtatis defunctæ firmiter creditum fuerit Roſa-
rium fuiſſe S. FRANCISCI XAVERII & pro tali ſemper habitum, ſingulariterque cultum, &
ſanctè religioſeque æſtimatum patratum per hoc in mari Miraculum, tunc cum ſua maieſtas
ex Holandia in Angliam nauigaret, in periculum enim maris tempeſtate Reu. P. Suffren,
Socit. Ieſu, Confeſſarius Reginæ Matris defunctæ, ad obtinendam per Dei miſericordiam & in-
terceßionem S. Franciſci Xauerij ſerenitatem, Roſarium dictum ſingulare inſtrumentum de-
uotionis erga SS. Dei matrem mari procelloſo immiſit. itaque tempeſtatis ceſſationem procu-
rauit, cum nauis defunctæ matris valde periclitaretur. nam mox ea tota ſedata & contra ap-
parentiam expectationemque omnium & contra diſpoſitiones naturales. Atteſtamur etiam
ijdem qui ſupra quod dictum Roſarium deſtinatum fuerit ab eadem ſua maieſtate defunctà
ante

A *ante mortem ſuam Reuerendis Patribus Soc. Ieſu in ea vrbe in qua moreretur, quodque traditum ſit in manus* D. de Pœnij, *vt u nomine ſua Regia maieſtatis Chriſtianiſſima conſentientis ac volentis offerret, vt dicti Patres Roſarium iſtud haberent. Id totum eſſe veriſſimum atteſtamur. In cuius rei fidem præſentes has ſubſcripſimus Coloniæ Ianuario, 1643.*

Mariæ Magdalenæ gouffier de Braſerex
.... Seluaggia. Catharinæ
Louiſe de mergen Doruille
Riolan Marce co dony
Ganicer d. Aguin.

B

TRADITIO ROSARII.

Aureis & vncialibus literis.

Nos Gaultier de Penij miſſi à Rege Chriſtianiſſimo D. Noſtro in hanc vrbem Colonienſem ad transferendum ac deducendum in Franciam Regium corpus defunctæ Reginæ matris Dominæ ac parentis ſuæ honoratiſſimæ, cui Deus ſit propitius. Notum facimus omnibus quorum intereſt, quod nomine ſuæ maieſtatis Chriſtianiſſimæ & ex mandatis eiuſdem, tradiderimus Roſarium S. Franciſci Xauerij, nominatim in adiuncta his meis relatione & atteſtatione Reuerendiſſimis Patribus Societatis Ieſu in hac vrbe degentibus, quibus mater deſtinauit Filiusq́ donauit, dedimus enim hoc in manus Admodum Reuerendo Patri Hermanno Baunigh *Collegij Rectori, qui cum gratiarum actione facta primum Deo deinde Regi Domino meo, idipſum*

C *acceptauit. In cuius rei fidem præſentes has ſubſignauimus inſigniaque ſua Maieſtatis appreſſimus Ianuario Anno M.DC.XLIII.*

Locus Sigilli impreſſi.

Penij.

Traditio huius Roſarij facta eſt ab ipſo Illuſtri Legato *Gualtero de Penij* in Collegio Societ. Ieſu præſentibus clariſſimis hoc æuo viris, &c.

XXV. De *S. Lucia* V. & M. 19. Decemb. maxilla cum dente & binæ particulæ.

XXVI. De *SS. Innocentibus* 28. Decemb. duæ partes cranij & os quoddam craſſitudine digitali, longitudine 4. articulorum quæ cum templo S. Achatij ad Societa-

D tem Ieſu ſunt tranſlata & ex incendio ſeruata.

XXVII. De *S. Roſalia* Virgine Reliquiæ, ſtatuæ pectorali ex argento eleganti incluſæ ſunt, eas R. P. *Goſvvinus Nickel* Roma ante 14. ferme annos attulit, acceptas à P. *Petrucio* Soc. Ieſu ſacerdote, qui eas à *Senatu Panormitano* impetrauerat, quando elegantiſſimam Orationem in eiuſdem Virginis honorem dixerat. Porro ipſa *S. Roſalia Panormi in Sicilia nata Sinibaldi Quiſquinæ & Roſarum Domini* filia fuit, à teneris ſe deo dedit, ac veluti roſa calyculum ad radios ſolis diuini explicuit, vix aulam aſpexit, cum eandem deſpexit. nam mundi pompas & regales nuptias aſpernata paternam & regiam domum deſerens, ſola in maxime deſertam ditionis ſuæ partem receſſit, vix comites angelos nacta, quæ homines neglexit. Confecto itinere in monte ſibi

A VIII. SS. Achatij & Sociorum eius X. millium Martyrum quorum hiſtoria extat edita in 2.editione Surij & MS.Collegij huius. 22.Iunij.

IX. Inuentionis S.Roſaliæ Virginis Panormitanæ.15.Iulij.

X. S.Ignatij Fundatoris Societ. Ieſu Solenne, cuius vita multiplex à diuerſis eſt edita.& Totus 1. Tomus Hiſtoriæ Soc. Ieſu ab eo geſta pertractat. 31.Iulij.

XI. Feſtum Aſſumptionis B. M. V. Patronæ templi Solenne,item cætera Feſta B.M.V.toto anno occurrentia,in hoc templo ſolenniter peraguntur. 15. Auguſti.

XII. S.Rochi pro auertenda peſte à Collegio,Scholis,& vrbe votiuum.16.Aug.

XIII. Natalis S.Roſaliæ Virginis Panormitanæ.4.Septemb.

B XIV. Memoria confirmatæ eo die Societ. Ieſu per Paulum III. extat bulla eo die & A.data.27.Septemb.

XV. S.Franciſci Borgiæ.III. Generalis Soc.Ieſu eius vita extat edita per P.And. Schottum. Kal.Octob.

XVI. SS. Palmachij & Sociorum Treuirenſium Martyrum ob notabiles eorum Reliquias,de quibus Brovverus in Annal.Treuir. 5.Octob.

XVII.S.Gereonis & Sociorum ob Reliquias notabiles,quæ eo die proponuntur, de quibus Caniſius & alij. 10.Octob.

XVIII. S. Vrſulæ & Sociarum eius, ob Reliquias notabiles,quæ eodem die aperiuntur. 21.Octob.

XIX. S.Franciſci Xauerij Indiarum ex Soc. Ieſu Apoſtoli cuius vita & Epiſtola C editæ ſunt à Turſellino. 2.Decemb.

XX. Omni Dominica & feſtis diebus,quin etiã perſæpe profeſtis maximè. B.M. Virginis diebus in eodem templo Symphonia muſica ſolennniſſimè , iam inde à primo templi ingreſſu conſuerunt decantari,Laudes Marianæ , ab hora quinta pomeridiana ad ſextam,præter ſacrum eadem ſymphonia mane ab octaua hora concini ſolitum ad quæ multus populus confluere conſueuit.

§. V. Sodalitates.

D I. *Eccleſiaſtica B.M.V.* in quam ſoli de clero maiore & minore inſcribuntur, ea celebratur feria V.hora 4. pomeridiana in Aula Gymnaſi exhortatione pia , ad memoriam Chriſti Domini qui eo die pontifex & Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech Sacerdotium nouæ legis inſtituit,& cum eminentiſſimo ſermone eminẽtiſſimum donum corporis & ſanguinis ſui Eccleſiæ tradidit.Eam Sereniſſimi & Illuſtriſſimi ſua pietate & præſentia multis annis ornarunt,inter quos eminet hodie Sereniſſimus *Franciſcus Lotharingiæ Dux Virdunenſis Epiſcopus,Metropolitanæ Eccleſiæ Colon. Decanus,* qui communem principum virtutem Clementiam pene propriam ſibi fecit,adeo in omnes Ordines, & conditiones hominum æterna memoria dignam beneuolentiam declarat.

II. *Maior Annunciata B.M.V.* hæc anno 1576.4.Martij Dominica Quinquageſima

inchoata ſtudio *P. Franc. Coſteri*, ita ſuccreuit illuſtribus gener e, & doctrinæ gradu præſtantibus, vt primam aſſequi proximè videatur. Aggregata eſt Primariæ Romanæ, cuius Aggregationis & ex ea profectarum Indulgenti arum & gratiarum à ſummis pontificibus conceſſarum authenticum habet à Generali Soc. Documentum. A

III. *Annunciata Minor B.M.V.* in quā Logices & Eloquentiæ ſtudioſi præcipui recipiuntur, ſi exercitia pietatis & gratias ſpectes vna eſt & eadem cum maiore antedicta, ſed loci anguſtia & perſonarum gradus v tilem diſcretionem eam induxit.

IV. *Angelica* in hanc Humanitatis & ſelectiores & Grammaticę ſtudioſi recipiuntur: habet etiam hæc literas Romanas quibus & ſtabilitur & gratiarum à Sede Apoſtolica fit particeps.

V. *Sodalitas Ciuica, B.M.V. & SS. Trium Regum* titulo inſignita in quam referuntur ciues familiam habentes, ſiue vidui ſiue matrimonio iuncti. Cœpit hæc Coloniæ Anno 1608. authore b.m. *P. Ioanne Coppero*, ſummæ ædis ijs temporibus concionatore, in die Epiphaniæ Domini, tribus viris [Ioan. *VVerner*, Matthia *Odendall*, & Henrico *von VVerden*] conſpirantibus, ad quos ante finem ann. 136. acceſſere. Itaq; ſequenti anno Roma literæ aggregationis eiuſdem cum primaria Romana impetratæ ſunt per Generalem Soc. Ieſu. *P. Claudium Aquauiua*, datæ 15. Octob. Regulæ huius Sodalitatis vulgari idio mate typis ſunt excuſæ. Habet annales vſque ad præſentem annum accuratè perſcriptos. B 1608.

VI. *Iuniorum*, vulgo *der Iungen geſellen*, eſt hæc eiuſdem conditionis cum prædicta ciuica, ſolo ætatis & innuptæ vitæ diſcrimine intercedente, quod diſcrimen vnius aulæ anguſtia cunctos vna recipere renuentis non ſine inſigni vtilitate vtrorumq; inducendum perſuaſit. C

VII. *Tironum* quæ prioris quoddam eſt ſeminarium, vt cum ætate & moribus formati fuerint, & Tirocinij annos iuxta ſuæ negotiationis inſtituta expleuerint, in Iuniorum claſſem admittantur.

VIII. *Militum Sodalitas*, ea inſtituta eſt, cum Sueciæ Rex per Germaniam arma circumferrens, hanc vrbem ad copioſum militem alendum compelleret, quo tempore multi barbarè educati nomina militiæ dedere, qui approbante ſacro & ciuili magiſtratu ad mores Chriſtiano homine dignos ex eo tempore formati fuerunt. D

IX. *Aurifabros in S. Achatij templo* etiam quoddam Sodalitium celebrare ſolitos memini, cuius gratia ijdem adhuc ex nouo templo ſtatuam S. Achatij egregie inauratam cum S. Achatij Reliquijs in proceſſionibus Parochiali alijsque circumferre ſolent.

X. Sodalitijs adiungo *Catecheſes XII.* quas Patres in diuerſis Eccleſijs ciuitatis hebdomadibus ſingulis inſtituunt, horis pomeridianis, magno tam patientiæ & caritatis ſuæ fœnore, quam fructu pietatis in tam numeroſa puerorum puellarumque & infantium multitudine, quanta à ſæculo Coloniæ non eſt viſa; cuius quidem multitudinis cauſa eſt cum primis quod peſtis quotannis ſolita demetere partem hominum, iam à pluribus retro annis falcem in hanc vrbem

immit-

A immittere auſa non fuit; ſiue id Sanctorum corporum (NB.) circumlationi, & virtuti, ſiue alteri alicui cauſæ aſcribendum ſit. Porro catecheſes illæ celebrantur in quinque inſignibus Collegiatis Eccleſijs S. Seuerini, S. Cuniberti, S. Georgij S. Veſulæ, ac Capitolio, & in parochialibus S. Columbæ, S. Laurentij, S. Petri, S. Brigidæ, S. Lupi ac S. Chriſtophori, denique Gallorum in S. Noitburgis prope Capitolium.

---

§. VI. Monumenta & memorabilia.

I. In ſumma ara monumentum legitur inſcriptum ſcutis duobus:

B Regi ſæculorum immortali & inuiſibili, qua in carne viſibili nato, qua circumciſo, qua Gentibus Duce ſtella reuelato Ferdinandus Dei gratia Comes Palat. Rheni.

Vtriuſque Bauariæ Dux, Archiepiſcopus & Elector Colonienſis. Sac. R. I. P. hanc Aram debitæ deuotæq; ſeruitutis atque dilectionis obſequio M. DC. XXVIII. 1628.

II. In ſacelli B. Mariæ V. Ara.

Deo Opt. Max. Franciſcus Guilielmus Comes à Wartenbergh Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratia Oſnabrugenſis Eccleſiæ Epiſcopus S.R.Imp. C Princeps Glorioſiſſimæ Virg. Mariæ Matri Dominæ ac Patronæ in cœlos aſſumptæ amoris honoris ac deuotionis affectum hocce Monumento deuotiſſime declarabat Anno M. DC. XXVIII.

III. In veteris Achatiani templi porta:

Sanctiſſimæ & indiuiduæ Trinitati in Honorem SS. Decem millium Martyrum Achatij & Sociorum eorundem Dedicatum, Renouatum vero & auctum Anno Domini M. D. LXXXIII. 1583.

IV. S. Achatii & Sociorum eius imago ſuper muro exuſti templi è regione portæ Collegij noui conſiſtens. De hac imagine illud memorabile extat quod impe- D tita ſannis & ſclopi ictu inſolentis hominis, qui imaginem ad pugnam prouocauerat, pollicem repercuſſo globo diffregerit.

V. Statua B.M.V. miraculoſa ex alabaſtrite in Sacello B.M.Virginis tholum habens, Hanc olim circa annum 1583. Collegio Societatis Iesv Coloniæ donauit bon. mem. *D. Ioannes à Detten* veteris ædis apud Monaſterienſes in Weſtphalia Canonicus Senior & Theſaurarius, dum vixit; vnde autem ipſe ea potitus ſit incertum fecit flamma documentorum vorax: extant tamen eiuſdem & aliorum ad eam anathemata quædam & literæ teſtes, veluti illæ ad Nob. Virginem *Agnetem Boulandam* Anno 1613. datæ: quibus bis voti reum ſe fuiſſe declarat ob itineris periculoſi ſoſpi-

tatem à B. V. ſibi conceſſam: & proinde votum pro ſe abſente à Virgine exſolui petit. Datis literis Monaſterij Weſtphaliæ anno 1613. 16. Auguſti quid porro memorabile cum eadem ſtatua, tum in incendio, tum alijs annis acciderit, in MS. Collegij conſeruari intelligo tempore opportuno proferendum. A

VI. S. Ignatij Chirographa aliquot in Collegio æreis laminis incluſa habentur, quæ quot diebus per vrbem requiruntur & mittuntur ad parturientes, vt dixi num. XI. in Theſauro ſacro. Item aqua inuocatione eiuſdem Sancti, & Reliquiarum eius immerſione benedicta, quam diuerſorum morborum curatione quidam ſibi ſalutarem fuiſſe experti ſunt.

B

§. VII. Viri Clari.

Viros ſeu vitæ ſeu ſcriptorum claritate præſtantes ex hoc Collegio ac Gymnaſio complures noui, & plures me ignorare non diffitebor quorum omnium nomina neque ipſi Collegio nota eſſe arbitror, ne igitur quenquam ex turba alijs prætuliſſe videar & gratiam demerear, verecundo ſilentio eos vnâ prætereibo, contentus Primum Rectorem ac primum Gymnaſij è Soc. IESV Regentem obiter deſcripſiſſe.

I. Igitur Rector Collegij fuit LEONARDVS KESSELIVS Louanienſis Anno 1543. cum alijs decem Louanij in Societatem aſcriptus à b. m. *Petro Fabro* Conimbricam cum ijſdem miſſus ſed valetudinis cauſa anno ſequenti remiſſus, Coloniæ ſuo æuo notiſſimus euaſit, ſane Adm. Reu. & eximius b. m. *D. Iacobus Hutterus* Kempenſis quē multi nouerunt eo Confeſſario & inſtructore ad optima vſus, de eo dicere ſolebat: *Ego vero Leonardum Keſſelium Confeſſarium olim meum, vti meruit, ſanctum Virum exiſtimo.* Colonienſi Collegio anno 1544. præpoſitus eſt, ſocijs omnino octo in quibus erat *Æmilianus Loiola* nepos S. Ignatij ex fratre & *Petrus Caniſius*, præfuit eidem Collegio ad annum vſque 1574. inter aduerſa ſane multa diuino potius quam humano conſilio: quo tempore ex eius diſciplina ſubmiſſis virorum præſtantium Colonijs Germaniæ ſuperioris & inferioris obtritis ruinis ſubuenit, nec Remp. in qua degebat neglexit. Et ideo etiam *S. Ignatius* Fundator Societatis, cum Leonardus Romam eius videndi gratia excurrere aueret, atque vt id liceret ſollicitaret, reſcripſit: Deum ſi ita ad gloriam eius opus foret effecturum vt ſe viderent. At paulo poſt ſeipſum Coloniæ viuens, vigilanti ac probe ſentienti Ignatius ſtitit, & quæ ad rem erant collocutus videndi ſui deſiderium expleuit & gaudijs magnis delibutum reliquit. Occiſus eſt autem anno 1574. 26. Octob ſanctitatis fama, prædictionis veridicæ & miraculorum gloria eo tempore clarus, ſepultus ad S. Maximinum. C D

I. E Societate Regens Gymnaſij Trium coronarum fuit *Ioannes Reitius* (verba ſunt è MS. Officialis Treuirenſis poſtea nominandi) *Patritius Colonienſis, à prima ſtatim adoleſcentia virtutis & probitatis cultor indefeſſus, à P. Leonardo Keſſelio ad religioſam Societatem IESV mature conuerſus, inuitis parentibus & amicis Romam amandatus fuit,*

vnde

** vnde poſt aliquot annos domũ reuerſus docendo orandoque tam priuatim quã publice multos* * (1554.)
A *Chriſto lucrifecit, & Apoſtolica potiſsimũ integritate vitæ, pioque zelo, quo plurimorũ eorumq́;*
grauiſsimorũ hominũ gratiam ſibi conciliauerat, Collegiũ pene ſolus ſuſtinuit. Hæc & plura in
eius commendationem adnotauit *Bartholomæus Bodingenius* Iur. Vtr. Lic. Treuirenſis
Officialis in ſuo MS. Ann. 1577. 28. Martij Coloniæ in ædibus *D. Lic. Graminei*, dictãte
Ioanne Cæſario Duſſeldorpienſis ſcholæ conrectore. Extant eiuſdem Retij manu plu-
rimæ literæ datæ, & in his Tomus integer Epiſtolarum & Conſiliorum ad præci-
puos Europæ viros quos ad ſcribendum aduerſus hæreticos, vel mores in ſubditis
reformandos accendebat aſſidue. Occiſus eſt demum 26. Octob. Ann. 1574. cum
P. Leonardo Keſſelio, *poſt cuius miſerabilem*, (vti idem Officialis pergit narrare) *cæ-*
dem quæ publico ſcripto Senatus Colonienſis in lucem eſt edita, cæperunt Patres illi quorum res
B *extremè deploratæ videbantur magis magiſque florere, quaſi trium Martyrum apud Deum*
firmiſsimo præſidio muniti, quam ad rem P. Franciſcus Coſterus, Retio deinde ſurrogatus, ma-
gnum momentum attulit. Hæc Officialis. Sepultus eſt Retius in ſepulchro maiorum
ſuorum ad S. Paulum Coloniæ, parochiali in eccleſia, feſto SS. Apoſtolorum Simo-
nis & Iudæ Vniuerſitate, Clero, & Reipublicæ proceribus; & incredibili frequentia
populi lugente.

His iure accederet Primus è Germanis in Societatem aſcriptus Beatæ memoriæ
& miraculis clarus *P. Petrus Caniſius* Neomagenſis, ſed eius vita Typis à diuerſis edi-
ta maiorem honorem, videlicet canonizationem, expectat à Sede Apoſtolica,
C quam Coloniæ ac vniuerſæ Germaniæ indulgeat gratiæ author.

SYNTAGMA XLVII.

Eccleſia S. Agnetis cum Monaſterio Ordinis S. Franciſci ſtrictioris Obſeruantiæ vulgo dicta ad Oliuas.

---

§. I. Titulus.

D TItuli triplicis triplex poteſt cauſa dari; ſi quidem prior S. Agnetis ex deſtina- *Titulus*
tione locum conſecrantis obuenit, alter ex qualitate & conditione eorum qui *S. Agnetis.*
locum incolunt, poſterior ab Oliuarum ſigno (qui olim titulus ante conſecratio-
nem eo in loco extitit) loco manſit forte à Religioſis Viris Terræ ſanctæ aſſuetis, *Franciſca-*
aſſumptus nimirũ à DD. Templarijs vt paulo poſt Lectori apparebit. Quod autem *norum Ob-*
Oliuarum titulus hoc loco, cum adhuc profanus eſſet extiterit, ex eo veriſimile vi- *ſeruantium*
deri poteſt, quod eiuſdem loci pars vel domus quædam olim Titulum Elephantis *Ad Oliuas.*
habuiſſe colligitur ex diplomate dedicati anno 1310. Sacelli in honorem S. Agnetis
per Ioannem Epiſcopum Scopulenſem Henrici Archiepiſcopi Suffraganeum.

§. II.

A

§. II. Poſſeſſores loci.

Poſſeſſores Templarij. Fratres S Margaritæ. Tertiarij Franciſcani Obſeruãtes.

Ceſſerat autem hic fundus quondam ex Templariorum poſſeſſionibus Fraternitati B. Margarithæ, & tandem Fratribus tertiam S. Franciſci regulam ſequentibus; à quibus ad modernos Religioſos poſſeſſores peruenit. Habebant enim Patres Obſeruantes S. Mariæ de Angelis oppidi Brulenſis ſub ortum Lutheranæ hæreſis illam in Metropolitanâ Colonienſi concionem, quam modo Patres Soc. Iesv adminiſtrãt, & inter præſtantiores eius cathedræ Franciſcanos Eccleſiaſtas fuerũt *P. Ioannes à Dauentria, P. Ioannes Hellerus, P. Anthonius Konigſtein, & P. Nicolaus Herborn* B
ſcriptis aduerſus hæreſes libris clari, aliorum nomina vitæ æternæ libro nota ſunt: Nullum vero pijs trituratoribus hoſpitium erat, niſi precario in Monaſterio Tertiariarũ S. Franciſci in der Reimersgaß, & ædibus Patritiæ familiæ *Rinckiæ* zum Kö-
1570. nigſtein; cum deinde anno 1570. plura Colonienſis (vti Religioſi illi diſtinguunt & appellant) Prouinciæ monaſteria Hæreticorum furor inuaſiſſet (ſiquidem cænobium Nouiomagenſe anno dicto. anno 1572. Zutphanienſe, & ſequenti Montem Caluariæ prope Embricam & Corbacenſe cœnobium Waldeccenſis Comitatus alibique abſtulerunt) Religioſi partim Coloniam partim alio velut
1580. in Aſyla confugientes, Anno 1580. adnitente P. Ioanne *Hayo*, Coloniæ Conuentum inceperunt in [illegible]is Vrbis foſſa ſub titulo S. Vrſulæ, & cum S. Agnetis ad C
Oliuas dictum cœnobiolum tum diſciplinæ defectu tum rerum inopia penè collapſum eſſet, quippe quod ab vno presbytero ægrè ſuſtineretur; Sixtus V. exulum ſtrenuè pro Religione laborantium, miſertus, re per Reuerendiſſimum *Octauium Epiſcopum Calatinum* & Sedis Apoſtolicæ Nuncium examinata, ſatius duxit Fratribus Minoribus Conuentus S. Vrſulæ locum, & Patribus Societatis Iesv cenſus quales quales adſignandos eſſe, prout factum teſte diplomate dicti Illuſtr. Nuncij
1589. Apoſtolici Anno 1589. 29. Iunij, & confirmatoria Bulla Sixti V. Papæ Anno 1589. XI. Nouemb.

§. III. Loci cultus ſub modernis incolis Religioſis S. Franc. de Obſeru. D

1599. Anno deinde 1599. fabrica huius Conuentus humili fuit ſchemate inchoata, &
1602. anno 1602. Eccleſiæ nauis abſoluta: poſtea chori ad veterem Eccleſiam adiecti fundamenta iacta ſunt. His initijs cæpit eo loco multæ & variæ pietatis & virtutis cultus, ac veluti ſeminarium quoddam efflorеſcere; nam hoc ipſo anno in quo iſta perſcribo apud eoſdem Religioſos florent Sodalitia duo §. ſexto dicenda. Neque ſuæ Eccleſiæ culturâ, zelus eorum contentus fuit; ſed ſe laudabiliter ad SS. Apoſtolorum

Eccle-

A Eccleſiam extendit, in qua Dominorum eius parochiæ voluntate, catechetica inſtitutione quot diebus Dominicis iuuentutem amplam excolunt, & in vinea Domini gnauiter laborare non ceſſant.

§. IV. THESAVRVS SACER Eccleſiæ S. Agnetis vulgo ad Oliuas.

I. Caput S. Godefridi vel *Gotthardi* Epiſcopi Hildeſienſis niſi fallor, quod Ciuitate Magdeburgenſi incineratâ. Metropolitanæ Eccleſiæ muro erutum Reuerendiſſimus Generoſus D. à *Sintzich*. Decanus Magdeburgicus donauit Legionis Catholicæ Præfecto Bertramo à *Quadt*. cuius Mater Vidua Quadia Maria à *Metternich* Domina Alsbacenſis, affectus ſui in hunc S. Franciſci ordinem perpetuum mnemoſynon reliquit. *5. Maij.*

B

II. Duo capita Franciſcanorum de Societate vndeviginti *Martyrum Gorcomenſium*, Anno redempti orbis Milleſimo quinquagenteſimo ſupra ſeptuageſimum ſecundum 9. Iulij à Caluinianis dirè ob fidem Catholicam interemptorum, quorum paſſionem & miracula Belgium latè deprædicat. Vide Hiſtoriam apud Arnoldum Raiſſe, Gulielmum Eſtium, Petrum Opmerum, & Annales ordinis. *9. Iulij.*

III. Duo capita ex *Societate S. Gereonis* & duodecim capita ex *Societate S. Vrſulæ*. *10 Octobr. 21. Octobr.*

C IV. Duæ argenteæ Angelicæ ſtatuæ. Earum vna oſtentat os de *S. Andrea*, altera de *S. Cyriaco*. *30 Nouēb. 8. Auguſt.*

V. Quatuor oſſa ex Societate Vrſulanâ donata cum Superiorum conſenſu à Reuerenda D. Anna Maria à *Sinzigh* Sanctæ Ceciliæ Abbatiſſa. *21. Octob.*

VI. Brachia duo inaurata concludunt ſingulas partes Brachiorum de prædictis *Gorcomenſibus Martyribus*. *9. Iulij.*

VII. Pars Tibiæ *S. Annæ* Auiæ Chriſti, quam permiſſu Ottonis Epiſcopi Azotenſis ProEpiſcopi Treuirenſis, donauit huic Monaſterio Reuerenda & Prænobilis Domina Maria Margarita *Reiffenbergica* Abbatiſſa Inſulæ apud Confluentes. *26. Iulij.*

VIII. In diuerſis ciſtulis, arculis, & Hierothecis diuerſæ Sanctorum Reliquiæ, quarum catalogum hic contexere longum foret, curioſus ſacrarum rerum apud

D ipſos humanitate præſtantes Religioſos requiret.

§. V. De Feſtis.

I. Dedicati oratorij anniuerſarium diem celebrarunt Dominica tertia poſt Paſcha, moderni templi dedicatio annua recolitur Dominicâ proximâ poſt feſtum S. Franciſci.

II. Præter Diuæ Agnetis ſolemnitatem, omnia illa ordinis feſta, quæ in proprio eorũ Breuiario habentur, quãta licet deuotione & celebritate hoc tẽpore peragũtur. *21. Ianuarij.*

§. VI. Fraternitates. A

I. Venerabilis Euchariſtiæ Archifraternitas hîc numero & zelo excellens, ſtatis diebus conuenit in ampla adhoc conſtructa aulâ iuxta Cœnobij atrium. Initiũ illi collectis primum adoleſcentibus ſtudioſis Anno 1611. dedit Reuerendus & vitæ innocentia Venerabilis Senex P. Nicolaus Vigerius ordinis Miniſter Prouincialis, inde paulatim plurimis incrementis & acceſſione vtriuſque ſexus ad ſpectabilẽ hodie magnitudinem excreuit, promotore Reu. & Illuſtriſſimo Præſule Antonio Albergato Epiſcopo Vigiliarum & Sedis Apoſtolicæ Nuncio, qui à Sanctiſſimo Domino Noſtro Paulo V. tunc Chriſti in terris ſupremo Vicario non vnas gratioſas & confirmatorias literas impetrauit. Deinde anno 1636. menſe Octobri Eminentiſſimus D. Franciſcus Tit. Sancti Laurentij in Damaſo S.R.E. Vicecancellarius Diaconus Cardinalis Barbarinus, indulgente Patruo ſuo Vrbano VIII. hanc vniuit & aggregauit meritis atque gratijs quibus fruitur Romæ Archifraternitas Sanctiſſimi Sacramenti in Baſilica Principis Apoſtolorum. B

II. S. Annæ florens & populoſa Sodalitas auſpicijs Reu. & Sereniſs. Ferdinandi Bauari Archiepiſcopi & Electoris Colonienſis &c. Anno 1634 cœpta, & à Summo Pontifice Vrbano VIII. varijs priuilegijs ornata, Deo incrementum dante fœlicibus progreſſibus in ſupremi Numinis honorem adhuc excreſcit & dilatatur.

C

§. VII. Monumenta.

Non intermoritura memoria dignum eſt in choro Eccleſiæ monumentũ marmoreũ Reu. & Illuſtr. Viri Apoſtolici *D. Sasboldi Voſmeri Delphij, Archiepiſcopi Philippenſis & Vltraiectini*, Belgij fœderati Vicarij Papalis, ex virtutum præcellentia laudatiſſimi, qui cum fratre ſuo Tilmanno Voſmero Viro integerrimo & erudito S. Gereonis Canonico, quod mortale fuit hîc depoſuit. Alterum obſeruatu dignũ huic collaterale monumentum eſt, R.P.F. *Nicolai Vigerij* Harlemenſis Voſmerorum *in laboribus* & tribulationibus collegæ, anno 1628. 26. Martij vita functi. *Hic in Svvecia,* D
Hollandia, Friſia, Zelandia hæreſi correptis, pro Chriſto Sacerdotis munere functus, & ob fidem perſecutiones, vincula, proſcriptiones annis 24 perpeſſus, exinde quinquaginta millibus florenorum Brabanticorum è patrimonio erogatis in pios vſus, ſub vexillo S. Patris Seraphici Franciſci, Deo arctius coniunctus & Prouinciæ Colonienſis tam Fratrum quam Clariſſarum Sororum Reformator ac pius propagator, anno ætatis 73. Religionis, 24. piè cum opinione ſanctitatis migrauit ad Deum.

Tertio loco ſpectabilioribus monumentis adnumero duas aras quarum vnam anno 1610. erexit Nobilis Domina *Maria de Gymnich* Vidua *Leien*, ad recordationem

A tionem familiæ *VValpotiorum de Baſſenheim*. Alteram Anno 1612. curarunt Adamus *de Gymnich* Dominus in Rettenheim & Heimershen Satrapa in Millen & Born & Maria *Binsfeldia* coniuges.

IV. Demum anno 1638. liberalitate Generoſæ Proſapiæ *ab Hatzfeldt*, poſt maiorem aram ædificatum eſt ſacellum cōdictum Portiunculæ, à Reu.& Illuſtr. Franciſco Gulielmo Epiſcopo Oſnaburgenſi, Mindenſi,& Verdenſi S.R.I. Principe conſecratum 11 Octob. in honorem S.Mariæ de Angelis & S.Franciſci Confeſſoris quo tempore eidem inditæ ſunt Reliquiæ de SS.Martyribus Treuirenſibus, de veſtibus S.Franciſci, de linteo cui inuolutum corpus S.Didaci, de oſſibus S.Agnetis Virginis & Martyris,& ex Societate S.Vrſulæ.

B

SYNTAGMA XLVIII.

Templum & Cœnobium Ord.S.Franciſci PP.Capuccinorum Coloniæ.

§. I. Origo Ordinis in Germania & potiſſimum Coloniæ.

Patres Capuccini Moguntiam deſtinantur



C ETſi pleraque huius Ordinis humilitatis tegumento latent vulgo, nota Sanctis & Deo, quorum quotidianum ſunt ſpectaculum, per ipſas tamen humilitatis rimulas quædam claritatis lumina eluceſcunt, quæ vt par eſt lectori in ſpeculo collecta propono. Igitur ann. 16.0. Moguntinus Archiep. Imperij Elector datis ad Paulū V. Pontificem Maximum literis, Capucinos ab eo poſtulaſſet, qui Religionis ſemen Moguntiæ diffunderēt, eamq; Domini vineam, quam ferus hæreſeos aper dogmatum impuriſſimorū dente deuaſtauerat, iuncto cum alijs ſtudio, D virtute ac Prædicatione repararent; Pontifex, vt pijs Archiepiſcopi ac Principis votis ſatisfaciat, *Hieronymum à Caſtro Feretorum* Generalem ordinis Moderatorem mandato compellit, vt ſtatim idoneos Moguntiam fratres deſtinet, qui & fideliter in ea Domini vinea expurganda laborent, & Seraphico ſemine latius deinde per Rhenanos propagando, in ea vrbe iacto, nouam ibi Prouinciam inſtituant. Hoc mandato accepto Hieronymus vix vlla interiecta mora anno proximè ſequenti *Franciſcum Hybernum* virum in Religione pietate & doctrina conſpicuum ac celebrem Generalem Commiſſarium inſtituit, adiunctiſq; illi è Prouincia Belgica PP.FF. *Conſtantino Barbanſonio, Sigiſmundo Dionantenſi, Bonauentura Herbipolenſi* Sacerdotibus *Georgio Hyberno* Clerico, *Baſilio Accienſi*,

Colonia primum Sedem vt figant praueniuntur.

Accienſi, Alardo Attrebatenſi, & *Hugolino Spirenſi* laicis Moguntiam deſtinat. Hos cum Franciſcus Commiſſarius quaſi locum paraturus Bonauenturâ Herbipolenſi ſecum aſſumpto præceſſiſſet, vbi Colóniam Agrippinam appulit, ad ANTONIVM ALBERGATVM VIGILIARVM EPISCOPVM Apoſtolici tunc ibi Nuncij munus gerentem ſe confert: cui inſperatus hic Capucinorum aduentus tam gratus fuit vt mox omni ſtudio in id incumbere cœperit, vt in Colonienſi hac Vrbe primam hi Sedem ponerent; Cum enim etiam in his partibus hominum mores non modicum corrupti eſſent ac fidei Catholicæ res in ſummo pridem periculo poſita plurium manus & operam deſideraret, ſperabat pius Antiſtes Capucinorum vita exemplari ac prorſus Euangelica, Prædicatione Apoſtolica, ſtrictiſſimaque obſeruantiâ Regulari, ſæcularium hominum moribus corruptis, labenti fidei Catholicæ, ordinumque complurium obſeruantiæ Regulari defluenti medendum fore: Quapropter omnem protinus cum Sereniſſimo Archiepiſcopo ac Vrbis Conſulibus Proceribusque operam nauat, illos verbo & conſilio prouocat, nihil non tentat, vt Capucini publico Senatus decreto in Vrbem recipiantur Hac in rerum deliberatione dum pius Nuncius impigrè laborat, Deus optimus Maximus, qui pia hominum vota fouere ſolet, duorum tunc Conſulum ſpiritum excitat, qui cum plurima apud omnes authoritate pollerent, Capucinorum cauſam apud omnes in pleno Senatu agentes, facilè omnium Senatorum animos, vt in eorum receptionem conſpirarent, contraxêre. Quamobrem re, maxima cum Apoſtolici Nuncij exultatione, deliberata, in die Sancto Andreæ Apoſtolo Sacro eodem anno Crux lignea ſolemni ritu benedicta ante S. Seruatij Sacellum, in quo Capuccini de conſenſu Venerabilis Capituli Sancti Cuniberti ſibi hoſpitium delegerant, magno Vrbis concurſu ab ijs erigitur. Conuentu deinde altero in loco deſignato anno 1615. 26. Martij prætactus *Apoſtolicus Nuncius* poſt Miſſæ Sacrificium ſolemniter celebratum Eccleſiæ (vti & Archifraternitatis S. Crucis primarium lapidem poſuit, Secundum *Franciſcus Princeps Lotharingiæ* Metropolitanæ Eccleſiæ Colonienſis nunc Decanus ac Epiſcopus Verdunenſis, Tertium Princeps *Eitelius Fridericus Zolleranus* Eccleſiæ eiuſdẽ Metropolitanæ Præpoſitus ac poſtmodum S.E.R. Cardinalis & Epiſcopus Oſnaburgenſis, tanquã Fundator primi Cõuentus Prouinciæ Rhenanæ appoſuit. Quamuis ergo Moguntiæ primum figere pedem R.P. Franciſco Hyberno Commiſſario Generali animus fuerit, Deo tamen ſic diſponente, Religioſarum congregationum pijſſima Altrix, feruentiſſima Fautrix, & deuotiſſima Auctrix Colonia Agrippinenſis Fratres Capucinos primũ ſuſcepit. Circa hanc vero primi Conuentus Prouinciæ Colonienſis PP. Capucinorum fundationem accidere memorabilia quædam, vtpotè Ciuis cuiuſdam Colonienſis honeſti filio ad ordinem Seraphicum Capucinorum vocato ac recepto, necdum tamen religioſo habitu induto cum is ab Altari violenter abreptus eſt & Pater excommunicationis anathemate à Nuncio Apoſtolico punitus fuit apoplexia tactus vbi Filium reddidit abſolutus, & priſtinæ ſanitati reſtitutus eſſe narratur.

Ad id Senatus conſenſus.

In porta cæli ſiue ſacello S. Seruatij incipiũt.

Ann. 1615. acquirunt nouum locũ in quo plantantur.

Cano-

A Canonici cuiuſdam intra Coloniam ſoror germana ita obſtinatè Caluiniſmo inhærebat vt Frater ægre tandem impetraret ab ea voluntatem vel ſemel Capucini orationem ad populum audiret. Accidit autem vt illa demum veniente, ſacroſanctæ Miſſæ Myſteria *R. P. Franciſcus Hybernus* Commiſſarius Generalis celebraret; Mulier hæreſi ebria fixit in terram vultũ, ne quid videret, Sed (ô miſerantis Dei manũ!) vt eleuationis ſacratiſſimæ Hoſtiæ ſignũ datur, neſcia quid ageretur, attollit oculos, & ecce in manibus celebrantis videt faciem hominis rigidè eam intuentis & ſeuerè minitantis Perterrita illa tactaque & tracta intrinſecus cœpit vbertim flere toto reliquo Miſſæ & ſubſequentis Concionis tempore: nec requiem animi habuit, quo vſque abiurato Caluiniſmo Catholicæ fidei ſe adſtrinxit. Ipſa Mulier rem ita ſe habere R. P. Franciſco Hyberno & germano fratri ſuo Canonico confeſſa eſt, ac poſtmodum coram Notario repetijt circa annum. 1613.
B

Interea dum ad S. Seruatium in S. Ioannis platea, in loco anguſtiſſimo, ad tempus ipſis conceſſo, morantur Fratres, fatagitur de aptiore & capaciore, ac tandem opera bonorum Amicorum inuenitur is, (qui nunc ab ijs incolitur) locus à Deo præordinatus & electus.

C
§. II. Viri Clariores qui inter PP. Capucinos in Colonienſi Conuentu vixerunt, ac nunc viuere inter mortales deſierunt.

I. *A. R. P. Franciſcus Hybernus* (de quo ſupra) vir linguarum ſeptem peritiſſimus, ac tam Diuinis quam Humanis literis apprimè eruditus fuit, quas & publicè ſumma cum laude in celeberrima Louanienſium Academia profeſſus eſt. Romam tandem euocatus adeo præclare illic profunda Illuminatiſſimi Doctoris Ioannis Tauleri Dominicani ſcripta contra quoſdam maiores Eccleſiæ Proceres coram ipſo Sanctiſſimo Papa in pleno Cardinalium conſeſſu defendit, vt inſigne ex eiuſdem Pontificis ore Elogium reportare meruerit; aiebat namque Pontifex: Dignum iudico Patrem hunc Capucinum vt in Eccleſia Dei publica Eccleſiaſticæ alicuius præcellentis dignitatis luce fulgens doctrinæ ſuæ radios per orbem diffundat, damnumque cenſeo maximum ſi intra vitæ priuatæ latebras in abſtracto inſtituti ſui receſſu abſconditus lateat, &c. Obijt diem ſuum vltimum Ann. 1635.
D

II. *A. R. P. Cornelius Recanatenſis* ſecundus Colonienſis Prouinciæ Commiſſarius Generalis, poſt Franciſcum Hybernum, ſeuerioris Obſeruantiæ Regularis zelo, Abſtinentiæ, vitæ auſteritate incredibili, aliarumque virtutum raro exemplo teneram Nouellæ Prouinciæ prolem plurimùm corroborans, ſenioque iam penè confectus, ac laboribus multis pro Religione exantlatis totus exhauſtus, ſolis herbis victi-

tare non deſinit, reiectis reliquis omnibus edulijs, quibus ſalua Paupertatis rigoroſa lege, veſci potuiſſet, mirantibus cunctis fratribus exceſſum talem rigoris, ſenem Septuagenario maiorem ac vix oſſibus hærentem acutaque podagra laborantem penitus non interimere. Officio generalis Commiſſariatus in pluribus Prouincijs iam defunctus, ſe totum rerum diuinarum contemplationi tradens, extremum in ea diem clauſit, cum magna ſanctitatis opinione. A

A. R. P. Cyprianus Antuerpienſis doctrinam cum virtute coniungens, omni ſcientiarum genere inſignis fuit. Sæpe ad Prouinciarum, Gallobelgicæ, Flandricæ vt Prouincialis Miniſter, & ad Rhenanæ vt Commiſſarius Generalis, gubernacula vocatus, ſumma animi prudentia, Euangelicæ paupertatis zelo, Regularis Obſeruantiæ diſciplina, religioſum gregem rexit; Scripſit præter alia doctas in Regulam S. Franciſci Lectiones Paræneticas, primusque ex Germanis ob præclara ipſius merita ac virtutes ad Generalem in ordine Diffinitoriatum aſſumptus eſt. Moritur tandem dierum ac meritorum plenus, dum Româ ex generalibus Comitijs redit ad ſuam Prouinciam. Anno 1637 dum vir hic præclarus Colonienſem ſiue Rhenanam Prouinciam velut Commiſſarius Generalis adminiſtrat, illuſtrat vrbem Colonienſem præſentia ſua corporali ac Miraculorum diuerſorum operatione. B

IV. *R. P. Hyacinthus Caſalenſis* Capucinus rebus pro fide auita ac publico Eccleſiæ bono peractis celeberrimus, Pontificum ac Imperatorum ad Principes Germaniæ Legatus, qui tandem obijt in legatione ad Sereniſſimum Principem Electorem Colonienſem miſſus ab Vrbano octauo Pontifice Maximo Ann. 1627. Viuus ac mortuus clarus miraculis. C

V. Venerabilis Pater *Cunibertus Colonienſis* (in Tyrolenſi Prouincia Profeſſus) vnus ex primis fundatoribus Prouinciæ Rhenanæ PP Capucinorum, vera Religioſi hominis idea, omniumq; virtutum exemplar fuit, elucebat in eo cumprimis mira quædam animi ſimplicitas ac vitæ innocentia, vnde poſt puriſſimi ipſius ac incorrupti ſpiritus ex carne incorrupta egreſſum, corpus, quod aliquamdiu ſub terra ſepultum delituerat, cum exhumaretur, incorruptum planè ac ſuaui odore fragrans reperitur. Obijt vir Dei. Anno 1622. D

VI. Venerabilis Pater *Alphonſus Spirenſis* Nouitiorum fratrum Magiſter deuotiſſimus B. Virginis Matris Dei Mariæ cultor fuit, vnde & ipſius B. V. præſentia ſub communi Fratrum Oratione mentali non ſemel potitus fuit. Humilitate, vitæ Auſteritate, iugi oratione, ac ardenti Charitate tum in Deum tum in proximum mirè enituit, Hac charitate incenſus, dum vrbem Colonienſem ſæua peſtis lues deuaſtat, ciuium ægrogantium miniſterio incumbit, ac paulo poſt voluntario charitatis Martyrio conſumptus occumbit. Ann. 1622.

VII. Venerabilis Pater *Conſtantinus Barbanſonius*, quem Altiſſimus abſcondit, dum viueret, in abſcondito vultus ſui, duxitque ad Theoriæ contemplationisque diuinæ ſublimitatem; ita vt in ſanctæ Deitatis ac æternæ veritatis abyſſum immerſus,

A ſus, mira de arcanis cœleſtibus intellexerit, vnde & occultas Diuini Amoris ſemitas Animabus pijs ad perfectionem diuini amoris tendentibus oſtendit duplici idiomate, gallico primùm, deinde latino; quibus cum adiunxiſſet aliud opus ſublimius, Animæ videlicet Anatomiam, eamque iam perfectam Colonienſis Vniuerſitatis examini ſubieciſſet, eodem die, ſano corpore veſperarum laudibus Diuinis cum fratribus in choro decantatis ad ſupernos Angelorum concentus (vti piè ſperamus) translatus fuit; ac poſtquam multorum annorum decurſu Deum per ſpeculum in ænigmate imperfectè vidiſſet in via; reuelata tandem facie eundem perfectius videre meruit in patria &c. Obijt Ann. 1631.

VIII. Deuotiſſimus Frater *Ignatius Bruxellenſis* Laicus, ad ſtuporem humilitatis B & charitatis ſtudioſus orationem tam aſſiduo ſtudio proſequebatur, vt nullam temporis particulam, quæ ab obedientiæ ac charitatis miniſterijs illi ſupereſſet, ab oratione vacuam eſſe pateretur, hinc contigit, vt cum dies ac noctes orationi daret, non alio corporis ſitu, quam genibus ſemper flexis, ex aſſidua corporis in oratione incuratione, corpus, quod prius rectum & ad cœlum erectum habebat, tandem adinſtar rotæ inflecteretur, adeoque caput ipſius ad terram deprimeretur, vt pius frater cœlum non abſque difficultate intueretur, cumque nulli præ corporis imbecillitate exercitio corporali vacare poſſet, ſolus omnibus ſacris inſeruire ſingulis diebus allaborabat. Obijt verus Chriſti athleta in ipſo actuali virtutū exercitio, arduis C variarum mortificationum operibus eneruatus, cumque naturam deficere ſentiret, rediens ex Eccleſia (quo non ire ſed reptare præ debilitate videbatur) concidit in medio Dormitorij, compellans Dominum ſuum his verbis: ô Deus meus non poſſum amplius. Quare mercedem (vti confidimus) à largiſſimo omnium retributore fidelis Dei ſeruus obtinuit Deceſſit autem vitæ ſanctimonia apud omnes celebris.

Hos paucos inter multos alios præclaros nouæ huius Rhenanæ PP. Capucinorum Prouinciæ in vrbe Colonienſi ſatores obiter recenſere volui fuſiorem vitarum tum horum tum aliorum Patrum de Colonienſibus optimè meritorum deſcriptionem relinquens alijs, ijs inquam, quos actu deſudare video in hiſtorica Re-D latione illuſtrium virorum Religionis Seraphicæ PP. Capucinorum. Inter quos *A. R. P Carolus Bruxellenſis è Duce Arſchotano* ac Principe Arenbergenſi humilis factus Capucinus & eiuſdem ordinis Diffinitor Generalis hic Coloniæ anno Superiori egregiam nauauit operam, de quo Patre multa præclara dicerem, ni quia adhuc viuit, eius innatam humilitatem offenderem, &c.

§. III. THESAVRVS SACER Eccleſiæ PP. Capucinorum.

Eccleſia PP. Capucinorum cuſtodit multa ſacra oſſa, ac quædam ſacra Capita, tum

tum ex SS. Vndecim Millium Virginum Martyrum, tum ex Legione Thebæorum ſiue innumerabilium SS. Martyrum Treuirenſium; Taceo quod Eccleſia ipſa ſituata ſit in fundo reſperſo ſanguine ſacro præfatarum SS. Vndecim Millium Virginum & Martium, &c. A

§. IV. Feſta eiuſdem Eccleſiæ.

I. Dominicâ proximâ poſt octauam S. P Franciſci agitur quotannis Feſtum Dedicationis Eccleſiæ PP. Capucinorum quæ licet die 16. Octobris Ann. 1616. conſecrata per Illuſtriſſimum ac Reuerendiſſimum Dominum *D. Antonium Albergatum Nuncium Apoſtolicum* cum poteſtate legatum à latere per tractum Rheni, Anniuerſarium tamen eiuſdem Dedicationis agitur ſemper præfatâ Dominicâ. B

II. Patronus huius Eccleſiæ eſt S. FRANCISCVS Aſſiſienſis, Minorum inſtitutor, cuius feſtum ſingulis annis celebratur 4. Octobris cum Indulgentijs plenarijs.

III. Altaris Sacelli Patrona eſt B. Virgo, Dei Mater MARIA.

IV. Altare Capellæ Archifraternitatis Paſſionis Dominicæ conſecratum eſt ſub titulo S. Crucis per Reuerendiſſimum D. Suffraganeum Leodienſem qui vna cum Reuerendiſſimo D. Suffraganeo Colonienſi & Abbatibus S. Pantaleonis & S. Martini aſſiſtebat eidem Nuncio condedicando hanc eandem Capellam die præmemorato quo dedicabatur Eccleſia PP. Capucinorum. C

V. Feſtum ergo tum Inuentionis tum Exaltationis S. Crucis celebratur in hac capella Solemniter cum Indulgentijs plenarijs.

VI. Feſtum B. Felicis Confeſſoris celebratur itidem in Eccleſia Capucinorum quotannis 18. Maij cum Indulgentijs plenarijs.

VII. Feſta reliqua apud alios Minoritas tum Conuentuales tum Obſeruantes celebrari ſolita cum Indulgentijs plenarijs celebrantur ſimiliter apud PP. Capucinos.

§. V. Monumenta huius Eccleſiæ. D

Capucini vix habent Monumēta.

Cum PP. Capucini vigore regulæ ac ſtrictiſſimi inſtituti ſui eligant humiles ac pauperes Eccleſias, nullatenus ad illas admittunt magnifica Monumenta, alijs Religioſis licita; Et licet in Eccleſia PP. Capucinorum Viennæ Auſtriæ laudatiſſimæ memoriæ Imperator Matthias vna cum ſua coniuge Imperatrice ſepulchrum ex deuotione ſibi delegerint vtpote ex fundamentis extructa ſuis ſumptibus cum adiacenti Conuentu, nunquam tamen PP. Capucini aliquod Monumentum tali Cæſare dignum in ea admittere voluerunt, præter Altare inſignitum SS. Reliquijs quas

Impe-

A Imperator ac Imperatrix in vita maximè coluerunt, quaſque poſt fata PP. Capucinis liberaliter donarunt, &c. Poſſum tamen loco Monumenti inſignis referre Altare B. Virginis quod habent omni die priuilegiatum pro Animabus Defunctorum, pro vt & alterum Altare Capellæ S. Crucis quod Indulgentijs Priuilegiatum eſt diebus Lunæ Mercurij & veneris. Quod ſi ijdem PP. in ſuis templis admitterent inſcriptiones & anathemata. Sane votiuis & gratiatorijs tabellis omnes parietes abundarent, ob frequentia beneficia quæ contingunt in his prouincijs ope conſecratæ ab ipſis ceræ & characteribus nominis Ieſu inſignitæ. *Indulgentiæ ſingulares.* *Cera benedicta.*

B

SYNTAGMA XLIX.

Birgittani in Syon:

§. I. De origine.

Eccleſia ſpeculum B. Mariæ Virginis & in Seien appellata dicitur fundata Anno Chriſti 1221. *à Mechtilde de Lansbergh Comitiſſa in Seine* pro Virginibus Ordinis Ciſtercienſis, quibus deficientibus, Ferdinandus Archiepiſcopus ſubſtituit inſtituti S. Birgittæ ſiue S. Saluatoris, à quo leges S. Birgita accepit, viros & fœminas, muro tamen ſeparatos ab inuicem, animis coniunctis Deo vacantes in Clauſura & ſolitudine, remotos à ſæcularibus negotijs. Et fœminæ quidem viris per crates alimenta ſubminiſtrant, hi autem velut Sacellani in diuinis officijs ſexui illi ſubſeruiunt & perſonam B. M. Virginis in Virginibus honorant. In Belgio plerisque locis viri longius à fæminis ſeparati, ſpecialia cœnobia habent. In diœceſi Colonienſi præter hoc Monaſterium in Seien ſeu Syon, etiam in *Foreſto B. M. Virginis* ſupra Bonnam, *& ad Arborem B. M. Virginis* in Cliuia idem ordo Birgittanus vtriuſque ſexus floret. *Ann. 1221.*

C

D §. II. THESAVRVS SACER.

Reliquias habent plures honeſtiſſimis thecis incluſas, ſed earum nomina ignorant.

§. III. Feſta.

I. Omnes B. M. Virginis Solennitates.

II. Dedicationis Eccleſiæ feria 2. pentecoſtes celebratur.

III. S.Birgittæ viduæ 23.Iulij Anno 1373.migrantis.

IV. S.Catharinæ Virginis filiæ S.Birgittæ 22. Martij quo Anno 1381. migrauit ad Dominum. A

Monumenta.

I. Ante maiorem aram Sepulchrum Mechtildis *de Seiene* Comitiſſæ fundatricis loci.

II. Apud eccleſiæ oſtium petris inciſæ ſunt inundationes Rheni prout ann.1432. flumen intumuit & aſcendit ſupra aras templi. B

SYNTAGMA L.

Eccleſia & Monaſterium SS. Ioſeph & Tireſiæ Patrum Carmelitarum Diſcalceatorum.

§. I. De initijs Sacri loci. C



ORdo Carmelitanorũ per Diuam Tereſiam ad magnam vitę auſteritatem reformatus, & Diſcalceatorum dictus, Colonienſem bonorum ſeminum capacem fertilemq; agrum incolere cæpit Anno
1613. Chriſti 1613. quo Venerabilis Pater *Ioannes à Ieſu Maria* tertius congregationis Italicæ Carmelitarum Diſcalceatorũ Generalis Præpoſitus, vir ſcriptis, & à morte incorrupti corporis teſtimonio clarus, prouinciam eam dedit *P. Thomæ à Ieſu* vt qui reuirentis Carmeli floſculis totum reſperſerat Belgium, eoſdẽ in Sanctiſſimo Agrippinenſis agri horto plantaret; igitur dicto ann.1613.24. Nou. Coloniam intrans, primũ ædes cõduxit in arenarię foſſæ vico, vulgo auff der Sandkoulen, quas longo tẽpore incolentes Patres, tot repererũt aduerſitates & contradictiones quot nuſquam D

A nuſquam alibi, vt frequenter de propoſiti ſui Conſilio diſſoluendo cogitauerint, niſi Sereniſſimis Principibus Archiepiſcopo & *Principe Electore Ferdinando* Bauaro, *Alberto ac Iſabella Auſtriacis* Belgij Principibus, & *Carolo Comite Bucquoio* interuenientibus, Ampliſſimique Senatus Colonienſis benignâ inclinatione tandem ſuperatis obſtaculis locum impetraſſent, empto prædio in platea San-Seueriniana, quod anno 1615. 15 Martij inhabitare cæperunt, & à populo, qui eos antea ægre ciuitate donarat, Dei munere aliorſum permoto, maximis adiuti charitatis officijs, in ſpirituales Patres vt plurimum adlecti ſunt, eleemoſyniſque adiuti, ingens monaſterium moliri potuerunt. Anno igitur 1620. 19. Martij, Sancto Ioſepho Chriſti nutritio 1620.
B tio ſacro die, primas ſtructuræ petras ſolemniter collocarunt, quarum vna ſub templo complexa plumbeam laminam inſcribebatur. Deo Optimo Maximo B. M. Virgini Sancto Ioſeph Chriſti nutritio Beatæq́; Virgini Thereſiæ *Et titulis Antonij Albergati Vigiliarum Epiſcopi Nuncij Apoſtolici, Ferdinandi Bauari Archiepiſcopi & Electoris Vbiorum eiusq́; Vicarij in Spiritualibus Doctoris Adolphi Schulckenij ad hanc Solemnitatem deputati Cōmiſſarij.* Altera petra & lamina ſub Monaſterio inſcribebatur. Deo Opt. Max.
C B M. Virgini Sancto Ioſepho Chriſti nutritio B. Virgini Thereſiæ Monaſterij tutelaribus *& nominibus Nobilium ampliſſimorumq; Virorum Ioannis Therlaenij à Lennep, Conſtantini à Lyskirchen Conſulum, Ioannis ab Hardenraedt & VVilhelmi Haeckſteinij Queſtorum, Ioannis à Bolandt proconſulis, Ioannis Michaelis à Cronburg I.V. Doctoris, VVinoldi Kiueri I.V. Licentiati Syndicorum, Caſpari à Geil, Caſpari ab Achte Cenſorum nomine Senatus Agrippinenſis, &c.*

Dum Monaſterium ſurgeret & conclaue pro templo, tuguriola pro cellis Reli-
D gioſi Patres incolerent, inuidia diaboli, ignis ſtramineum tectum corripuit Anno Chriſti 1622. 15. Maij. vt Religioſorum vicinorumq; ciuium habitacula, ſupellectilem, bibliothecam, omnemque apparatum quem in Monaſterium effuderat liberalium manuum pietas, paucarum horarum ſpacio deuorarit, vbi miraculosè euenit: vt inter ardentes cineres & prunas, cæteris rebus omnibus in fauillas redactis, argentea vaſcula Venerabilis Sacramenti, & ſacri olei illæſa, neque viuifico pane & ſacris hoſtijs quicquam detrimenti paſſis, eruerentur, locum deſignantibus ſub fauilla, ſuauiſſimi fumi Virgulis exhalatis & aſcendentibus ex deuſti ſacelli buſto. Huius incendij occaſione vicini magna damna paſſi inſurrexerunt quidem in pios Aſcetas vicinitate & vrbe proſcribendos clamitantes: ſed patientia & pietate ſua, non ſolum mitigarunt furorem ciuium, verum etiam ad largiores eleemoſynas 1622.

 & com-

& commiſerationem permouerunt, vt paucorum annorum decurſu templum nouum abſoluerint; quod Anno 1628. Dominica media quadrageſimalis ieiunij quam eccleſia Lætare appellat, Reuerendiſſimus Otto Gereon Cyrenenſis antiſtes dedicauit Solemniter coram Sereniſſimo Eminentiſſimoque *Principe Ferdinando Bauaro Archiepiſcopo Electore Colonienſi*, & ampliſſimo vrbis magiſtratu denſaque nobilitate. Ad eum igitur modum euenit id quod referunt Venerabili Sociæ S. Thereſiæ Matri *Annæ de Ieſu* Illuſtris virtutis, fœminæ diuina reuelatione quondam prædictum fuiſſe; nimirum *conuentum Patrum Diſcalceatorum Colonienſium non obſtantibus innumeris contradictionibus fœliciter quandoque erigendum eſſe.* A

§. II. Clari Religioſi ex Carmelo Diſcalceatorum Colonienſium. B

I. Venerabilis Pater *F. Thomas à Ieſu* natione Hiſpanus Patria Biacenſis Generalis definitor Ordinis & Colonienſis Monaſterij Diſcalceatorum inchoator, plurimis libris inprimis Spiritualibus clarus & inſtituti inſignis propagator Obijt 1627. 25. Maij.

II. Venerabilis P. Frater *Elias à S. Franciſco* quondam nomine *Iacobi le Douerain* dictus, diœceſios Venetenſis in Armorica ſeu Britannia minore Nobilis natus 1588. Sed religione Carmeli Pariſijs Ann. 1613 aſſumpta nobilior, & eadem Sanctiſſimè culta in Colonienſi Conuentu Nobiliſſimus in vita omnibus virtutibus refulſit, commendatur præſertim à ſimpliciſſimo animi candore, heroico ſui ipſius deſpectu, & accuratione cæcæ obedientiæ. Colonienſis Carmeli Sacriſtam agens in orationibus noctes diei coniungebat, ieiunijs ac phtyſi exeſum quod corpuſculi 1619. 6. Nouemb. reliquit, adhuc incorruptum inuentum eſt Ann. 1642. menſe Ianuario, poſtquam 24. annis terra obrutum iacuerat, & à pia plebe in honore habetur. C

III. Venerabilis *P. Fr. Dominicus à Ieſu Maria* dictus antea *Dominicus Ruzola* nobilis Bilbilitanus in Hiſpania inter Claros ſtrictioris Ordinis Carmelitani viros Sanctitate Clariſſimus non eſt tacendus, hic ob virtutis exiſtimationem à Sede Apoſtolica miſſus ad conſolationem Ferdinandi II. Cæſaris contra hæreticos belligerantis, cum magnum precibus momentum Pragenſi Victoriæ attuliſſet menſe Nouembri anno 1620. inde Coloniam deſcendens Anno 1621. 29. Iunij tanto populorum concurſu viſitabatur, vt ianuam cellæ à Cardinibus euellerent, & diu noctuque denſitas hominum Monaſterij ſepta compleret, videbatur mihi repræſentari frequentia multitudinis quę olim in hac ipſa Colonienſi vrbe excepit S. Bernardum Clareuallenſem Abbatem miracula operantem, nam & hic Venerabilis Pater Dominicus Diſcalceatus plura patrauit Coloniæ miracula, inter quæ mihi D

per-

A Perſpectiora eſt illud quod repente ſanata fuit ſigno Crucis arida Muſici manus; & impertitâ benedictione liberatio à morbo comitiali adoleſcentis Eccleſiæ S. Andreę cantoris, qui ſæpius ab ordine ſacro ſuſcipiendo repulſus, ſublato miraculosè Canonico Sacerdotij impedimento, Presbyter factus propter beneficium ſanationis ſuæ, vſque in finem vitæ laudauit Deum qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis. Sancto fine quieuit Venerab. P. Dominicus à Iesv Maria Viennæ Auſtriæ 1630. 16. Febr.

§. III. THESAVRVS SACER.

B I. Statua ab vmbilico repræſentans S. Ioſephum Chriſti nutritium includit partem cinguli S. Ioſephi.

II. Statua ab vmbilico repræſentans S. Thereſiam includit Reliquias carnis eiuſdem Seraphicæ Virginis.

III. Multæ Reliquiæ ex Societate Vrſulana.

§. IV. De Fraternitate.

Fraternitas vnica apud Patres Diſcalceatos eſt Scapularis Mariani, de ea plura dixi in Eccleſia B. M. Virginis Carmelitanorum regularis Obſeruantiæ. *vide ſupra Syn-*
C *tagmate* 43.

§. V. Feſta Ordinis Carmelit. Diſcalceat.

14. *Ianuarij.* Nominis Iesv.
19. *Ianuarij.* S. Dionyſij Papæ & Confeſſ. Ordinis Carmelitarum.
22. *Ian* S. Anaſtaſij Mart. ord. Carmel.
28. *Ian.* S. Cyrilli Epiſc. & Confeſſ. ord.
D Carmel.
29. *Ian.* S. Petri Thomæ Epiſc. ord. Carm.
30. *Ian.* S. Andreæ Feſulani Epiſc. & Conf. Ord. Carmel.
11. *Febr.* S. Euphroſynæ Virg. ord. Carm.
25. *Febr.* S. Auertani Confeſſ. ord. Carm.
6. *Martij* S. Cyrilli Confeſſ. ord. Carm.
13. *Mart.* S. Euphraſiæ Virg. ord. Carmel.
19. *Mart.* S. Ioſephi Nutritij Chriſti.
29. *Mart.* S. Bertholdi Confeſſ. ord. Carm.
8. *Aprilis.* S. Alberti Epiſc. & Conf. Legiſlatoris ord. Carm.
5. *Maij.* S. Angeli Martyris ord. Carm.
16. *Maij* S. Simonis Confeſſ. ord. Carmel.
25. *Maij.* B. Mariæ Magdalenę de Paz Virg. ord. Carmel.
14. *Iunij.* S. Eliſæl Prophetæ Patris ord. Carmel.
16. *Iulij.* Commemoratio B. M. V. de Monte Carmelo.
20. *Iulij.* S. Eliæ Prophetæ Patris & Inſtitutoris ord. Carmelit.
7. *Auguſti.* S. Alberti Confeſſ. ord. Carm.
31. *Auguſti.* Dedicatio Eccleſiæ.
2. *Septemb.* S. Brocardi Confeſſ. ord. Carm.

24.Septemb. S. Gerardi Epiſc. & Mart. ord.Carm.
15 Octobris. S. Thereſiæ Seraphicæ Virg.
*21.Octob.*S. Hilarionis Abbatis ord.Carm.
30.Octob S.Serapionis Epiſc. & Confeſſ. ord.Carmel.
*14.Decembr.*S.Spiridionis Epiſc. & Confeſſ.ord Carm.

Prima ſexta feriâ poſt octauam Paſchæ nō impedita feſto nouem lectionum, ſolemnitas coronæ Domini.

Dominica Quinquageſima & duabus ſequentibus ferijs Oratio 40. horarum.&c.

A

SYNTAGMA LI.

Fratrum Cellitarum vel Alexianorum.

B

§. I. De Ordinis & loci origine.

An. 1300. ORdinis Cellitarum initium per Germaniam, Brabantiam, Flandriam, & Galliam trecentis ab hinc annis propagatum eſſe, ex varijs Summorum Pontificum Bullis colligitur, intra Coloniam vero ſenſim adoleuit & in præſentem excreuit ſtatum hac ratione.

Ordo cœpit à paucis fœminis. Ante tria ſæcula paſſim deuotæ Virgines, iuxta pium caſtitatis & voluntariæ paupertatis propoſitum, quæ *Beginæ*, vel *pauperes Swestrinæ* aut etiam *Swestriones* in inſtrumentis fundationum appellatæ leguntur, in vna aliqua domo binæ aut plures, abſque vlla alicuius Regulæ vel Ordinis profeſſione, ſub ſpirituali ſuorum Parochorum curâ, vitæ Societatem inſtituebant, mancipantes ſe Chriſtianę charitatis obſequijs, & præſertim curæ infirmorum & miſerabilium perſonarum. C

& paucis Viris. Secundum idem voluntarię paupertatis & caſtitatis propoſitum, deuoti aliquot Viri, in vnam ſeorſim coeuntes familiam, præter eam, prędictarum Virginum functionem quarumuis quoque; & quauis contagione defunctorum pauperum perinde ac diuitum corpora ex inſtituto ad ſepulturam deferebant, & vocabantur

Nomen Ordinis. *Fratres voluntariæ Paupertatis, ſiue Cellitæ, vel de Cellis* quo deinceps nomine etiam prędictæ Sorores in Pontificijs Bullis compellantur. D

Regula S. Auguſtini. Vtrique vero tam Fratres quam Sorores annonam, & vitę neceſſaria, labore manuum ſuarum, & Chriſti-fidelium eleemoſynis comparabant, vt autem pietatis ſuſceptum opus ſuauius perfectiuſque exequerentur, nonnullæ harum Sodalitatū, Regulam S.Auguſtini, & Conſtitutiones quaſdam inſtituto ſuo congruentes, à pijs, doctis, & Religioſis Viris compilatas vltrò & liberę obſeruandas ſuſceperunt, quod paulatim pię æmulationis ſtudio alię poſt alias, omnes ſunt ſecutæ.

Habitus. Habitum vero eiuſdem quidem cum eo quem etiamnum deferunt, formæ; ſed coloris ex parte differentis aſſumpſerunt, tunicam ſcilicet aliquantulum luridi ſeu

cinerij

A cinerij vel griſij coloris & ſcapulare capucium vel cucullum nigrum, cum cappa vel pallio ſi in publicum prodeundum eſſet griſei denuo coloris. Vt vero nihil vnquam ſalutare ſine aduerſitatis limâ, & veluti aurum igne examinatum ad perfectionem perducitur: ſic non defuerunt qui Fratres & Sorores tam ſancti inſtituti, de ſuſcepta vitæ ratione, & habitus forma, impugnarent, plurimumq; perturbarẽt. Vnde vt in ſpiritu quieto perfectiorem Domino famulatum exhiberent, viſum fuit Apoſtolicum aduerſus æmulos præſidium implorare, quod quidem facile impetrarunt per commendatitias literas Vrbium & communitatum, in quibus verſabantur, & magno ipſarum commodo, & infirmorum ac miſerabilium perſonarum ſolatio, inſtituti ſui functiones nauiſſime obibant.

Impugnantur.

Commendantur à Ciuitatibus

B Meruerunt ſane Fratres Cellitæ Coloniæ (zu den Longen) ab ampliſſimo Senatu Colonienſi egregium ſuæ exemplaris vitæ, & ſaluberrimę in inſtituti ſui functionibus collocatę operę teſtimonium *datum ſub ſigillo Ciuitatis ad cauſas anno Domini Milleſimo quadringenteſimo viceſimo tertio in craſtino Natiuitatis B. M. Virginis.*

à Colonienſi Vrbe Colonienſes Cellitæ commẽdantur.

Itaque Gregorius XI. Bonifacius IX. Martinus III. Eugenius IV. Nicolaus V. Pius II. Summi Pontifices, inſtitutum Cellitarum vtriuſque ſexus, per ſuas Bullas approbarunt, & à iuriſdictione Inquiſitorum exemerunt: Ordinarijsque locorum, & in ſpecie Reuerendiſſimis Dominis Colonienſi, Moguntino, ac Treuerenſi Archiepiſcopis contra æmulorum moleſtias, defendendos fouendosque commiſerunt. Pontificiæ commiſſioni inherens Reuerendiſſimus Archiepiſcopus Colonienſis Theodoricus de Moerſa, vitæ rationem ſecundum regulam S. Auguſtini &
C conſtitutiones à Religioſis Viris compilatas iam pridem obſeruatas, habitumque dudum ſuſceptum approbauit, atque vt ſecundum eas coram Notario & teſtibus abdicationem proprietatis & continentiam, quam diu in congregatione manerẽt, & non vltra promitterent, conſenſit & ordinauit. Viſitationem vero & correctionem eorundem, Patri Priori Fratrum Crucigerorum commiſit, *dato deſuper inſtrumento authentico Anno 1462. die 20. Iunij.*

1423. Pontifices mandant defenſionem

Theodoricus II. Colonienſ. Archiep. ſuſcipit defenſionem & probat inſtitutum. Subijcit cellitas P. Priori Crucigerorum.

Vbi velim vt accuratus obſeruator veterum documentorum notet, iuxta antiquam æram Colonienſis Eccleſiæ Iunium menſem Februario priorem in eodem anno fuiſſe, quia annus à Paſchali tempore incipiebat, & ita temporum rationi cõgruit, quod libro primo in Catalogo Archiepiſcoporum dixerim Theodoricum
D Anno Chriſti 1462. 13. Febr. obijſſe & nihilominus hic afferam literas ſignatas, Anno 1462. 20 Iunij.

1462. NB. Vetus Vbiorũ æra.

Nunc à diuertigio ad lineam. Cum igitur Cellitæ, nec hac ratione vnitati, paciq́ue ſuæ ſufficienter proſpectum animaduerterent, dum ſub diuerſis locorum Ordinarijs, diſſimili adminiſtratione diuiderentur potius quam ſtabilerentur; pro impetranda omnimoda ſui ordinis firmitate, iterato ad Sanctam Sedem recurrũt, apud quam præ cæteris, Caroli Burgundiæ Ducis ope & patrocinio, effectum eſt vt Sixtus IV. Cellitarum vtriuſque ſexus inſtitutum non modo in Religioſum Ordinem confirmarit, ſed etiam ab Ordinariorum iuriſdictione, inſtar aliorum exem-

A Sede Apoſtolica impetrant confirmationem & exemptionem.

ptorum

Forma exẽptionis. ptorum ordinum exemerit, atque conceſſerit, vt Generalem ſui ordinis Viſitatorem eligerent, & coram vniuſcuiuſque domus Rectore, in manibus alicuius ex approbato à Sede Apoſtolica Religioſo ordine, aſſumpti Regularis Presbyteri, tria ſubſtantialia Religionis vota, ſolemniter profiteri poſſent, aliaque quam plurima A
1472. in ampliſſima forma, priuilegia indulſerit *Datum Anno Domini* 1472. *VII. Kal. Maij.*

Recipiunt Colonienſes Cellitæ nouam Ordinis formam. Mox Anno Domini 1473. S. Antonij feſto die Cellitæ Colonienſes (vulgo dicti zu den Longen) qui præſcriptam dudum ab ordinario profeſſionem emiſerant, denuo iuxta commemoratam Sixtinam bullam ſolemne Religionis Sacramentum dixere.

Vlteriora priuilegia ordini dantur. Poſtremam perfectionis manum Cellitarum Ordini appoſuit Iulius II. Pont. Max. renouando confirmationis & exemptionis Sixti IV. Bullam, & antiqua Priuilegia nouis pluribus cumulando *Datum anno Domini* 1506. *die* 12. *Iulij.* B

Antiquiſſima initia Colonienſiũ Cellitarum Sed quæ Colonienſem Conuentum Cellitarum propius attingunt, repetituri, obſeruauimus eos quondam in Cæmiterio S Mauritij habitaſſe, vnde ob ſtrictiſſimas loci Anguſtias immigraſſe in vicum lanionum (vulgo in der Fleiſchmenger Gaß) in binas ædiculas vicinas & inſertas muro Abbatiæ S. Cæciliæ ſed ab Anno
1300. Domini 1300. ædes modernas de quarum Fundatore cum non conſtet non abſimile vero videtur, eas emptionis titulo acquiſitas, ſunt ædes hæ ampla habitatio, à Septentrione in nouum forum patent, à meridie in platea quam vulgari vocabulo Longen, id eſt pulmonẽ dicimus. Atque hinc promanauit opinio S. Longinum Patronum ab eis coli, nimirum vulgus cauſas ſolidas rerum ignorans etymis ſalrem C
apparentes veſtigat, ſed quam ſolide norunt vulgo peritiores.

§. II. THESAVRVS SACER.

Inter cæteras Eccleſiæ Cellitarum Reliquias cuſtoditur pars capitis S. Alexij Confeſſoris Filij Romani ditiſſimi *Euphemiani Senatoris*, qui prima nocte nuptiarũ, ſponſa intacta, è domo ſua abſcedens, ac poſt longam peregrinationem ad Vrbem rediens, decem & ſeptem annos, tanquam egenus in domo paterna receptus hoſpitio, noua mundum arte deludens, incognitus manſit: ſed poſt obitum & voce per Vrbis eccleſias audita, & ſcripto ſuo agnitus, Innocentio primo Pontifice Maximo, D
ad eccleſiam ſummo *honore delatus multis miraculis claruit.*] Ita fere Martyrologium Romanum, vbi in notis obſeruat Eminentiſſimus Baronius: vixiſſe eiſdem tempo-
Aletius gener S. Paulæ poribus genere & ſapientia ſpectatiſſimum Romanum Aletium generum S. Paulæ
404. (Anno Chriſti 404. vita functæ) cuius filiâ Ruffinâ defunctâ, Aletio Sponſo ſcripſit S. Paulinus Nolanus: *Eſt enim coniux fidei, ſoror virginitatis, filia perfectionis, cui Paula mater, ſoror Euſtochium, tu maritus.*

His addo: floruiſſe eodem tempore illum principis filium qui relictâ ſponsâ, Eremita factus vidit ſibi in gloria parem fore, S. Seuerinum qui an. 408. vita functus eſt: & memini S. Eremitæ lib. 4. dum alium diem natalis ignoramus. 29. Oct.

§. III.

A

§. III. Feſta.

I. B. Longini militis qui latus Domini lancea perforaſſe perhibetur, & vulgi per ſuaſu loci Patronus eſt 15. *Martij.*
II. S. Alexij Patroni loci 17. *Iulij.*
III. Anniuerſarius Dedicationis in octauâ Paſchatis.

B

MONASTERIA MONIALIVM.

SYNTAGMA LII.

SS. Machabæorum Templum olim ager ſanguinis ſiue Vrſulæus, nunc Monaſterium Virginum Benedictinarum.

§. I. De nomine & initio loci.

C ANtequam à *Reginaldo Archiepiſcopo* Colonienſi vnâ cum SS. tribus Regibus & Fælice, ac Nabore corpora quoque SS. Machabæorũ ex Italia Coloniã ſunt tranſlata, ſacer hic locus potiſſimum *ager Vrſulanus ſiue Sanguinis*, vocitabatur: cum autem ob hoc nomen inter Reuerendam & Illuſtrem Abbatiſſam Collegij S. Vrſulæ (quæ Soror Reginaldi Archiepiſcopi erat) & ſanctimoniales huius loci orta eſſet contentio, exiſtimauit Reuerendiſſimus Archiepiſcopus Reginaldus hanc litem melius non poſſe dirimi, quam ſi SS. Machabæos tanquam octo nobiliſſimos flores in ſanguinis agrum plantaret, ſicque mutato nomine ager ſanguinis ſiue Vrſulæus, *à SS. Machabæis* nomen acciperet, quod quanquam tandem poſt mortem Reginaldi, vt poſt narrabitur, factum ſit, attamen SS Machabæos ſacro huic loco nihil ſplendoris detraxiſſe, multum autem addidiſſe, omnino exiſtimandum eſt; nam D ſi templum & ſacrum Virginum Collegium de quibus loquimur toto orbe fuerunt celebria ob Virgines Vrſulæas ibi martyrio affectas, quis non celebriora reddita exiſtimabit acceſſione SS. Machabæorum, de quorum martyrio & inuicta in atrociſſimis pœnis patientia ipſæ ſacræ literæ luculentum dant teſtimonium: retinere autem Vrſulæi ſeu ſanguinis agri nomen contendebant piæ inquilinæ, quia ſi nomina à potiore accipiantur, ille locus ager Vrſulæus ſeu ſanguinis vocari debebat, vbi præcipua totius Societatis Vrſulçæ capita ante cladem morabantur, & tempore cladis generoſum & regium fuderunt ſanguinem, hunc autem locum eſſe Machabæorum templum, & Virginum ibidem ſacrum Monaſterium; dubitari non debere, nam eo in loco vbi nunc templum SS. Machabçorum

eſt, habet Colonienſium traditio fuiſſe quondam in horto præpotentis Vbij A
Chriſtiani oratorium, quod deinde ante peregrinationem S. Vrſulæ, *B. Sigilindis* Virgo nobiliſſima ex Regia Britannorum ſtirpe procreata, cum *Quirillo* Sacerdote ſuæ habitationi elegerat, vt vna cum deuotis quibuſdam ſanctimonialibus in monticulo glareæ, ſiue Grisbergenſi (qui tunc Magadalon ſiue cliuus Magdalenæus dicebatur, ob ſacellum B. Magdalenæ ibidem erectum) Sponſo ſuo Chriſto IESV ſeruiret; ad hanc autem *Sigilindem*, & ſacellum S. Magdalenæ diuertiſſe tanquam ad portum, Vrſulęæ Sodalitatis Principes Romam tendentes, quibuſcum *Quirillus* & *Sigilindis* iuncti dicuntur: ipſa igitur facies portus, & agonis Vrſulani, pro poſſeſſione nominis certabat. Acceditq; quod ſacer Virginũ ſanguis è lacunis reuerenter hauſtus à Ciuibus Colonienſibus, poſtquam Scythica B
gens immanis & barbara diſceſſerat, in ſacellum S. Magdalenæ quod modo Machabęorum templum eſt, infuſus ſit, vti hodie ſunt monumenta collecti illic ſanguinis puteus & ſtatua Angeli in primo templi ingreſſu cum hac epigraphe HIC VRSVLÆA STRAGES. Ad hanc autem compellationis Vrſulanæ prærogatiuam mutandam, etſi Archiepiſcopus Reginaldus SS. Machabæorum corpora per illuſtres maioris Eccleſiæ Canonicos in agrum ſanguinis inferri curauerit, mutatio tamen nominis ante exorta non fuit, quam ager ſanguinis in honorem SS. Machabęorum ſolenniter conſecratus ac dedicatus eſt. *Sanctus* quidem *Engelbertus* agrum ſanguinis in honorem SS. Machabæorum ipſe conſecrare ac dedicare meditabatur; C
verum antequã perficeret à Comite *Friderico de Iſenberg* crudeliter nimiſque impiè interfectus eſt. Itaque S. Engelberti Succeſſor *Henricus à Moelenarck* negotium cùm ob periculoſum eius temporis ſtatum procul abeſſe cogeretur, *Apoſtolico Legato Ioanni Mithylinæo Cyprienſi*, tunc Coloniæ commoranti permiſit, qui illud & ritè perfecit, oſſaque SS. Machabæorum partim in altare principale, partim in arcam aliquam eo loci deuotiſſimè locauit, appoſuitque litteras, quibus poſteri de re tota certiores fierent.

---

§. II. THESAVRVS SACER. D

1504. Cum anno milleſimo quingenteſimo & quarto R. D. *Elias Marcæus* Confeſſarius Virginum ad SS. Machabæos, ædem ſacram SS. Machabęorum iniuria temporis ruinoſam & incultam cerneret, ſtatuit in animo ſuo nouum illĩ ſplendorem comparare, quod impetrata licentia à Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Colonienſi tunc temporis *Hermanno ab Haſſia*, ita præſtitit, vt ab illo præſentem totius ædis ſacrę ſtructuram, & ordinatam ſacrarum Reliquiarum tam Vrſulæarum quam SS. Machabęorum poſitionem habeamus: ille glutine tenaci oſſa ſacra Vrſulæa conglutinauit, & per totum templum miro ac laudabili ordine diſpoſuit: ille nobiliores Reliquias

certis

A certis monumentis impoſuit, vt ſicut præ cæteris magis fulſerunt dum viuerent, ita quoque poſt mortem glorioſiores appareant.

I. Inter has merito paulo infra ſummum altare eleuatiorem eius ordinatione obtinuêre locum ſacræ Reliquiæ *S. Paſtolaſij* Archiepiſcopi Agrienſis Vngarici, in cuius capite eſt adhuc ſagitta adeo fortiter à barbaris infixa, vt eam extrahere non valeas, niſi cranium frangas, & in fruſtra diminuas. *S. Paſtolaſius Mart.*

II. Idem R. D. Elias Marcæus ſumptibus haud exiguis tumbam curauit *SS. Machabæis* deauratam, & ſuper ſummum altare collocauit, qua elegantiorem vix inuenies, ſi figuras inſculptas, ſi figurarum ſignificationem, ipſumque artificium ſpectes: vno verbo Elias Marcæus fecit, quod Plinius in epiſtola quadam ad Veſpaſia- *SS. Machabæi.*

B num *rem arduam*, dicit, *vetuſtis dedit nouitatem, nouis auctoritatem & elegantiam, obſoletis nitorem, obſcuris lucem, faſtidioſis gratiam, dubiis fidem*. vnde eius nomen dum hic locus Dei beneficio conſeruabitur, erit in benedictione.

III. Inſignis pars capitis *S. Ioachimi* Aui Chriſti Iesv Saluatoris noſtri, quam ob ſanctiſſimam filiam S. Ioachimi B. V. Mariam Chriſtumque Iesvm Nepotem eius multi magnâ cum deuotione venerantur, & Religioſè exoſculantur. *S. Ioachimus.*

IV. Peplum B. V. Mariæ quo velabatur, dum ſub cruce, Filij miſerias & mortem deplorabat.

V. *Spinæ* ex corona Chriſti.

VI. Pars *columnæ* ad quam Chriſtus cæſus.

VII. Pars *Crucis* in qua pro nobis pependit.

C VIII. Dens *S. Ioannis Baptiſtæ*.

IX. Item dens *S. Chriſtophori*.

X. Coſta *S. Nicolai*.

XI. Coſta *S. Albini*.

XII. Linteum in quo corpus *S. Laurentij* dum de crate depoſitus eſt inuolutum fuit.

---

§. III. Feſta.

D

I. SS. Machabæorum. 1. *Auguſti*.

II. S. Vrſulæ. 21. *Octob*.

III. Dedicationis Eccleſiæ Dominica ante exaltationem S. Crucis.

IV. S. Mariæ Magdalenæ. 22. *Iulij*.

V. S. Ioachimi. 18. *Martij*.

A

SYNTAGMA LIII.

Monaſterium S.Claræ Virginum Conuentualium Ordinis S.Franciſci.

§. I. De origine Monaſterij.

MOnaſterium *S.Claræ* Virginum Conuentualium Ordinis S. Franciſci, olim Romanorum militare Prætorium, deinde *Conſtantini M.* Cæſaris tempori- B bus, fuiſſe Regia *S.Helenæ* matris creditur,& tandem poſt alios Dominos medios aula fuit *Iuliacenſium Principum*, è quorum domo *Richarda Iuliæ Princeps* magnæ virtutis Heroina, obtinuit à *Benedicto Pontifice* licentiam hoc loco cōſtruendi parthenonem ordinis S.Franciſci; quare plures domos verſus plateam latam in vico (vulgo auff̃m Berlich nach der Breidenſtraſſen) dicto adiunxit palatio ſuo, & in vſum fabricæ monaſticæ donauit. Deinde anno Chriſti 1304.7.Septemb. *Richardæ* liberi *Gerardus Princeps*, & *Eliſabetha* coniunx, atque *VValramus* (qui poſtea ad Colonienſem cathe-
1306. dram euectus eſt) donationem matris vltimamque defunctæ voluntatem approbarunt, Apoſtolicæque Sedis literis laudantibus in monialium perpetuam poſſeſſionem, ea bona effeſtucarunt. Exſtructum igitur monaſteriū anno Domini 1306. C die S.Claræ, regnante *Alberto Caſare*, Præſidente Vbiorum cathedræ *Henrico de Virnenburgh*, & miniſtro Fratrum Minorum Prouinciæ Colonienſis *P.Henrico de Pomerio* ſolemniter clauſura introducta eſt, & eccleſia in honorem S.Claræ dedicata, eodemque die ex monte S Claræ in *Horde*, impoſita eſt loco Abbatiſſa domicella *Petronella de Scherue*, Virgo ſanctitatis famâ celebris; cui additæ tres pientiſſimæ ſorores ex Monaſterio S.Claræ *Noueſienſis* oppidi. Eadem die paupertatis veſtem ibidem indutæ ſunt Matrona Nobilis de *Rundorff* & tres eius filiæ, quarum reſpectiuè Maritus & Pater illuſtris Eques miſere fuerat trucidatus, ipſæ autem venia datâ homicidæ, mundo valefacto dedicarunt ſe Chriſto. Alia *Leueradis Gunthardi de Auſſem* ſtrenui Equitis filia, eundem habitum eodem die ſuſcepit. Non diu exinde duæ *Gel-* D *driæ* Comitiſſæ, *Reinaldi I.* cognomento bellicoſi ex *Margarita de Flandria* ſorore, *Henrici Laudanenſis* Comitis filiæ, *Iſabella* & *Philippa*, Deo caſtitatem nuncupantes monaſterium hoc in tenella ætate ingreſſæ ſunt: traditur quidem ab aliquibus Iſabella *Adolphi Montenſis* Comitis Anno 1296. vita functi fuiſſe vidua, mox *Friderici Auſtriaci Tertij* eius nominis poſtea Imperatoris ſponſa; nuptijsque poſthabitis Deum ſponſum elegiſſe. Philippam Reuſnerus & Scriuerius dicunt à Walramo *Falckenburgico* ductam, ita authores; ſed erroneè, ex Cœnobij monumentis enim liquet, vtramque impuberem in monaſterium hoc ingreſſam, deinde eidem ſucceſſiuè præfuiſſe,& religioſam exemplarem duxiſſe vitam, ædificijsque exterioris ante crates & portam

A portam atrij, & horto verſus portam Agrippinæ, aſceterium ſuum ornaſſe & auxiſſe. Exemplum Domicellarum Geldricarum imitatæ ſunt nouem aliæ illuſtres, hîc ſe diuino cultui in auſterâ vitâ mancipantes, videlicet 1. Eliſabetha de *Achermunt.* 2. Helvvichis de *Beichouen.* 3. Adelheidis de *Trongelen* quæ tres etiam Abbatiſſæ fuerunt. 4. Eliſabeth Comes *Montenſis* vidua *Blanckenbergica.* 5. Chriſtina vidua de *Roſtorff.* 6. Eius filia. 7. Gudula de *Aluetre.* 8. & 9. Eliſabeth & Gertrudis *VValdeckenſes* Comites, aliæque nobiliſſimæ Virgines & Dominæ hîc in ſecunda Regula Sanctæ Claræ dies ſuæ vitę ſanctiſſimè finierunt.

Plantatum etiam eſt ex Monaſterio S. Claræ Cœnobiolum in platea quam Strickgaß appellant, nam cum *Reinaldus* Domicellarum Geldricarum Sacellanus B inſtituiſſet pro ſeruitio domicellarum ſuarum congregationem duodecim puellarum cognomento Abends Schweſteren Sororum cœnalium, quia ad numerum & & honorem Dominicæ Cœnæ erant fundatæ: eæ deinde tranſlatæ ſunt in exhauſtum mortalitate conuentum in platea Strickgaß, vbi earundem locum modo occupant ſorores reformatæ Clariſſæ dictæ *in Templo.* *Aliud Monaſterium Clientelare huius.*

§. II. THESAVRVS SACER in Aſceterio S. Claræ.

C I. Duodecim corpora & aliquot centena capita Societatis Vrſulanæ, quæ acceperunt dono Reuerendi validi Equitis ordinis Rhodienſis SS. Ioannis & Cordulæ Commendatoris. Venerabilis enim *Petronella de Scherue* ſuprema veſtalium S. Claræ diuinitus monita, iuſſit in pomario dicti Commendatoris. *S. Conſtantiæ* & pluſquam mille corpora alia ex Societate Vrſulana ex humo eleuari, & maiori cultu honorari: Anno igitur 1327. die Sanctorum *Marci & Marcelliani*, Pręſidente Sedi Apoſtolicæ Domino *Innocentio Papa*, & Eccleſię Vbiorum *Henrico de Virnenbergh, Luduico IV.* Romanorum Imperatore, veluti Venerabilis Petronella prædixerat, Sanctam *Conſtantiam* & integram quaſi legionem Sanctorum inuenerunt, ex quibus antedicta ſacra pignora huc ſunt tranſlata. *18. Iunij.* 1327.

II. Quatuor capita ex Legione *SS. Maurorum* (15. Octobris.)

D III. Digitus *S. Nicolai* Myrienſis Epiſcopi (6. Decemb.)

IV. Digitus *S. Blaſij* (3. Februarij.)

V. Notabiles Reliquię ex quibus oleum miraculoſe promanauit de *S. Catharina* Virgine & Martyre (25 Nouemb.)

VI. Notabiles Reliquiæ de Apoſtolis Chriſti, & decem millibus Sanctorum Martyrum.

§. III. Feſta.

I. Inuentionis SS. Reliquiarum 18. *Iunij.*

II. S.Claræ Virginis.12.Auguſti. A
III. Dedicationis Eccleſiæ Dominica poſt natiuitatem B.M.V.
IV. Feſta Ordinis S.Franciſci.
V. S.Catharinæ.25.Nouemb.
VI. S.Barbaræ.4.Decemb.
VII. S.Nicolai.6.Decemb.

§. IV. Monumenta.

I. In Cœnobio S. Claræ *Petronella de Scherue* Venerabilis & vitæ Sanctimoniâ, ac reuelationibus clara Virgo & Abbatiſſa quieſcit. B

II. Mauſolæum à terra eleuatum cōplectens Comitiſſas Geldriæ ſic inſcribitur.

Soror Philippa filia Illuſtris Principis Reinaldi Comitis de Geldria Obijt Anno Domini M.CCC.LII. X. KLAS SEPTEMB.

Soror Iſabella de Geldria.Obijt M.CCC.LIV.......

III. Mauſolæum Eliſabethæ de Monte à terra eleuatum.

Anno Domini M.CCC.LVIII.XVI.KL.Aprilis Obijt Soror Eliſa quondam Domina de Blanckenbergh germana Illuſtris ac potentis domini Adolphi Comitis de Monte.

C

SYNTAGMA LIV.

Hortus B.M.V.Monaſterium Virginum Ordinis Ciſtercienſis.

§. I. De origine & progreſſu.

MOnaſterij *B. M. Virginis in horto* Ordinis Ciſtercienſis, perſcrutato licet diligenter archiuo, origo non liquet. Videri poteſt *B. Engelberto* Archiepiſcopo & Martyri adſcribendum eſſe eius exordium, quia Ciſtercienſis Ordinis ſingularis fautor & propagator erat, deinde quod necdum elapſis à Martyrio S.Engelberti Viginti annis, ſub Conrado de Hochſteden Archiepiſcopo in literis anni 1244. *Abbatiſſa & Monaſterium Hortus B.M.Virginis* memoretur, & hæc in tabularijs prima cœnobij mentio. In diplomatibus vero Præſulum diuerſorum Anno 1252. frequens commendatio eccleſiæ reſtaurandæ inculcatur, & in aliquibus dicitur. *Monaſterium Hortus S. Mariæ modernis temporibus hoſtilis inuaſione ſupra modū grauatum.* Vnde miror aliquos *VVichboldo* Archiepiſcopo anno 1296. alios cuidam nobili fœminę de *Geyr* ſub anno 1300. tribuere initia Monaſterij, in cuius archiuo neutrius iſtorū recordatio, quin ante hos in S.Seuerini archiuo ſub annum 1281. Sedente Archiepiſcopo *Siffrido*, nominatur *Sophia* Abbatiſſa in horto B.M.V.& hac vetuſtior *Helvvigis Abbatiſſa & Hortus B.M. V. in Colonia Ordinis Ciſtercienſis* in archiuo Hoſpitalis S.Hereberti anno 1246. D

§.II.THE-

A

§. II. THESAVRVS SACER.

I. Magna Pars *S. Crucis.*

II. Duo Dentes *S. Petri* Apoſtoli cum alijs quibuſdam paruis particulis eiuſdē.

III. Paruum os de *S. Andrea* Apoſtolo Reliquiæ quædam de *S. Philippo* Apoſt.

IV. Articulus digiti & Coſta S. P. N. *Bernardi.*

V. De cingulo & Camiſia *B. M. V.*

B VI. Scapula integra *S. Vincentij* Mart.

VII. Scapula, Coſta & Dens *S. Apolloniæ* V. & Mart.

VIII. Dens *S. Vrſulæ* Virg. & Mart.

IX. Reliquiæ de *S. Etherio* Sponſo S. Vrſulæ.

X. 26. Capita de Societate S. Vrſulæ inter quæ nominata ſunt Caput *S. Chriſtinæ* Virg. & Mar. Caput *S. Benignæ.* Caput *S. Praxidis.* Pars capitis *S. Apolloniæ*

C Pars capitis *S. Reginæ.*

XI. Plurimæ aliæ Reliquiæ de eadem, Societate, quibus totus chorus Virginum & templum circum circa ornatur.

XII. Caput *S. Ægidij Regis*, Franciæ conſobrini Patris S. Vrſulæ.

XIII. Pars capitis *S. Vilhelmi.*

XIV. Duæ partes capitis *de Sanctis Mauris.* Pars capitis *de Societate S. Gereonis.* vnum caput ex Legione *SS. Thebæorum.* Os magnum *S. Maurity* Mar. Os de *decem millibus* Mart. Os de *ſeptem dormientibus.* Os S. Nicomedis Mar. Duo oſſa *S. Lamberti* Epiſcopi & Mart.

XV. Os *S. Verenæ* Virginis.

XVI. Os *S. Frederici* Epiſ. & Mart.

XVII. Dens *S. Annæ* Matris B. M. V.

XVIII. De *SS. Innocentibus.* De *S. Chriſtophoro* Mart. De *S. Clemente.* De *S. Huberto* Epiſcopo. De *S. Kiliano* Epiſcopo & Mart. De *S. Pancratio.* Mart. De *S. Victore* Mart.

XIX. De *S. Leonardo* Conf. De *S. Landelino* Conf. De *S. Alexio.*

XX. Os *S. Mariæ Magdalenæ.* De *S. Ceciliæ* Virg. & Mart. De *S. Dorothea.* V. & M.

XXI. De *S. Odilia* Virgine. De *S. Gertrude* Virgine.

XXII. De *S. Eliſabetha* Lantgrauia.

XXIII. In naui eccleſiæ ingens ſarcophagus in quo conſpiciuntur plurimæ Reliquiæ ex Societ. 11000. Virginum M.

§. III. Dies Feſti.

D I. B. M. V. Solemnitates.

II. S. Apolloniæ. 9. Febr.

III. S. Bernardi 20. Auguſti.

IV. Dedicationis Eccleſiæ Dominica poſt feſtum S. Matthæi.

§. IV. Fraternitates.

Fuit hic antiqua Ciuium Colonienſium Fraternitas in honorem *S. Crucis*, *B. M. Virginis & S. Bernardi &c.* quæ cum refrigeſcente charitate elanguerat, Anno 1447. Ioannes Ciſtercienſis Abbas ſua totiusq; Capituli Generalis authoritate, pro-

ſeſtam-

reſtauranda pietate, omnibus præſentibus & futuris fratribus participationem omnium Ordinis bonorum operum & meritorum communem fecit. &c. A

Eandem Fraternitatem anno 1503. literis Coloniæ datis confirmauit & indulgentiarum conceſſione locupletauit *Reimondus Cardinalis* Legatus Apoſtolicæ Sedis.

§. V. Monumenta.

I. Inter templi huius notabiliora monumenta eſt Sarcophagus magnificus *Gumperti Comitis à Nuvvenair* & *Margaritæ de Limborg* coniugum cũ hoc Epitaphio:

Gumpertus iacet hic coniunx Margaretaque ſecum B
1484. Hæc quinque luſtris ante ſepulta fuit
Mille quadringentis quater octuaginta ſub annis
Marci nona dies dum ſubit occubuit
De Nuwenair Comes is, de Limborg hæc Comitiſſa
Quos proles clauſit inclyta Sarcophago
Præfectus patriæ ſimul & Comes Agrippinenſis,
Magnificus prudens ſingula ritè gerens
Cunctis beneuolus, frugalis, largus egenis
Conſtans & intrepidus pacis amator erat
Status vterque grauem clamitant atque benignum C
In rebus dubijs conſuluiſſe ſuis
Contra ſchiſmatos commiſſa transque marinos
Vexit banderia ſtrenuus regalia
Fœlix ſubiectos placida ditione regebat
Spemque ſuam populis abſtulit hora breuis
Iam ſenio tardante graui quæque optima mors eſt
Defunctum genuit triſtis vtrimque Rhenus
Detinet oſſa piæ Mariæ Virginis hortus
Fœlicem animam ſidera celſa tenent.

II. Eſt alter ibidem Sarcophagus cum hoc Epitaphio. D

D. O. M.

Dulciſſimo pientiſſimoque parenti Gulielmo Comiti Nuenario authori gentilitiæ nobilitatis, & patriæ illuſtratori bene merito qui vixit annos circiter quinquaginta obijt ad annum redemptionis humanæ
1497. M. CCCC. XCVII. IV. Idus Maias Hermannus Filius poſuit.

III. Epi-

A  

III. Epitaphium Generoſi & Illuſtris viri Hermanni Comitis è præclara & antiqua Comitum Nuuenariorum familia, eiuſdemq; Præpoſiti inſignis & Maioris eccleſiæ Colonienſis, qui annum agens nonum & trigeſimum, fato functus eſt, mortemq; obijt Auguſtæ (quæ vrbs eſt Vindelicorum famigeratiſſima) in ipſis comitijs & conuentu Principum, & ſtatuum Imperij, auſpicio, 1530.
B Caroli quinti Romanorum Imperatoris Anno à virgineo partu milleſimo quingenteſimo trigeſimo. Cuius corpus hic ſepultum iacet, inter corpora vtriuſque Parentis ſui, Patris quidem à quo illi familiæ eius nomenclatura, arma & inſignia; matris vero è Comitibus de Manderſcheidt quorum animas ad ſuperos, in Chriſto viuere, & cum eo regnare pie credimus.]

N.B. Beneuole Lector Elegias apud hæc epitaphia, ob prolixitatem omitto.

IV. In altaribus pictoriæ artis commendatione viſendis, depicti ſunt in veſtibus heraldicis, id eſt exprimentibus arma gentilitia, diuerſi illuſtres Heroes & Heroinæ, ex Gentibus Comitum de Noua Ara, de Salm, de Limborg, &c.

V. Inſcriptio Altaris: Iohan herr zu. Rifferſcheid Graue zu. Salm. requieſcat in pace. Philippa von Nuuenair fravve zu Rifferſcheidt Wittvve 1487. 1487.

C VI. Ante maiorem aram inciſa lapidi ſepulchrali arma.

1. Hochſteden.	2. Lutzenrade.
3. Hatzfeldt.	4. Gymnich.

SYNTAGMA LV.

Birgittana in Syon.

D

§. Vnicus.

Birgittanæ Virgines Ordinis Sancti Saluatoris, pro honore matris Deiparæ à Deo filio inſtituti, merito Coloniæ domicilium acceperunt, nequid Virginis coæuæ Ciuitati, ad honorē Beatiſſimæ collactaneę videretur deeſſe: quando vero & qua occaſione introductæ ſint, commemoraui in deſcriptione huius eccleſiæ, cū de S. Saluatoris Religioſis Fratribus loquerer. Qui vero Diœceſi Colonienſi primū inuexit ordinē Birgittanū fuit Theodoricus de Morſa Archiepiſ. fundator Foreſti vel

Syluæ B.M.V. ſupra Bonnam, teſte Chronico fol. 290. & teſte tabulario Mariæ vorſtano fuit Iacobus *Ropperſtorff* profeſſus ex Mariæ Corona, primus prior Mariæ vorſtanus; Secundus F. Henricus *à Griffenclae* quondam Decanus Metropolitanæ Moguntinæ, deinde in Foreſto B.M.V. Vita & prioratu defunctus A. 1462. 6. Mai. A

SYNTAGMA LVI.

S. Maximini Virginum Regularium ſub Regula S. Auguſtini. B

§. I. De initio Monaſterij.

ECcleſia *S. Maximini*, quæ cum platea vicina nomen ſuum communicauit, vetus & antiquiſſima fuit, & meridiem verſus, aram Sacellum habet vbi *S. Maximinum* tempore Concilij Agrippinenſis celebraſſe & Vicum eiuſdem nomen deinde induiſſe, eſt Vbiorum traditio. tranſijt deinde in ius & rem Baſilicæ Vndecim mille Virginum, è cuius Collegio in hunc locum *cum licentia Clementia per Dei miſericordiam Abbatiſſa, & totius conuentus eiuſdem loci, ad eccleſiam S. Maximini & omnem locum ad eandem ſpectantem, ob honorem Domini Saluatoris & Sanctiſſimæ Matris eius, liberè dimiſſa ſunt, pauperes aliquot ſorores, & pia conſideratione, accepta libertate eccleſia adiuta.*] Atque hoc eſt initium tranſplantati ex S. Vrſula Aſceterij S. Maximini Virginum Regularium Ord. S. Auguſtini Canonicarum ſub Archiepiſcopo Colonienſi *Philippo de Heinsberg. Teſtes horum ſunt* (in[illegible]it diploma) *Clementia Abbatiſſa*, Irmintrudis *Decana, Clementia, Friderunis, Mabilia, Melendis, Gertrudis, Sophia. Euphemia, Beatrix. Eliſabeth, Chriſtina, Iutta, Beatrix, Conſtantia. Benedicta, Ida. Heleuuigis Agnes, Heleuuigis. Friderunis*: (ſi his capitularibus accenſeas Præpoſitam erunt numero 22. id eſt in vtroq; chori latere vndecim Virgines) *Vlricus. Heribertus Capellani Archiepiſcopi. Albertus, Herimannus, Rodulphus Canonici Maioris Eccleſiæ*, (poſtea Scholaſticus, vide Cæſareum Heiſterb. lib 6. cap. 5. *Immo Canonicus S. Mariæ ad Gradus, Euerhardus Paſtor Eccleſia S. Iacobi* (vide de ipſo in deſcriptione illius Parochialis) *Henricus Paſtor Eccleſiæ S. Mariæ* D
ſuper vallum (nunc dicitur B. M.V. Indulgentiarum) *Tirricus, Albertus, VVilhelmus, Hildebrandus presbyteri. VValdauerus incluſus Eccleſiæ B Maximini* (extat horridus carcer
1188. incluſorij, vide de ipſo Cæſar: Heiſterbacen. lib. XI. cap. 27.) *Acta ſunt hæc anno dominicæ Incarnationis MCLXXXVIII.*

Sigillum ex filo ſerico appenſum figuræ oualis, repræſentat Virginem tenentem dextra ſagittam ſiniſtra librum.

Noſtra ætate noua turris extructa eſt & templum magnificè reſtauratum & auctum.

§. II. THE-

A

§. II. THESAVRVS SACER Eccleſiæ S. Maximini.

I. Nouendecim hic ſunt corpora nominatorum ſanctorum Societatis S. Vrſulæ, plerorumq; alæ Hiſpanicæ; nam quæ ex omni natione fidei martyrijque zelo ardentes turbæ confluxerant in hanc peregrinationem, caſtra per iter ordinatiſſimè metabantur, per Tribus & Familias, ad crucis figuram, cuius Orientale cornu vbi eccleſia SS. Ioannis & Cordulæ Itali tenebant, occidentale ad S. Vrſulam Britanni, meridionale hic, Hiſpani, Septentrionale verſus Machabæos gentes ad Iſtrum. vti ferme ipſæ Nationes ſitę erant: in centro & media commiſſura Crucis iſtius Omnium

B Sanctorum eccleſia iacet de qua poſtea. Nomina autem Sanctorum huius Eccleſiæ ſunt: *S. Theodorus* Rex *S. Firmendina* vxor, *S. Geraſina* mater. *S. Theodiſcus* filius *S. Reſpondiaſticus* Epiſcopus *S. Hermolaus* presbiter. *S. Clementinus* Rex *S. Euphroſina* vxor. *S. Gorgonius* Epiſcopus. *S. VValbina* Regina *S. Theophania* Comitiſſa, cum duabus ſagittis quibus traiecta eſt, ex in potum febricitantium immiſſæ plurimis conferunt beneficia ſanitatis. *S. Martialis* dux, qui periclitantibus in mari apparens, eos quondam periculo eripuit & votorum huc reos, liberauit, in eius ſacro vertice ſanguis & carnes ſpectantur. *S. Cecilia, S. Anaſtaſia. S. Petronilla* Comitiſſa. *S. Amerus* Rex, *S. Euergisla* vxor eius. *S. Amanda* duciſſa. *S. Chriſtianus* Martyr, & nonnullæ veſtes

C repertæ integræ: Corpora horum tumbis, hierothecis, & hermis faberrimè factis includuntur.

II. In capſula aureis laminis tecta Reliquiæ *S. Andreæ Apoſtoli, S. Anthonij, S. Maximini, S. Stephani* Protomartyris, *S. Sebaſtiani, S. Agnetis* Virginis, *S. Apolloniæ*, & eiuſdem tres dentes, de *Spinea* corona domini, de *Columna* dominica, &c.

III. In magna aurea cruce de ligno dominicæ *Crucis*, de *Sudario* impoſito capiti Ieſu Chriſti, de *Sindone* qua inuolutus in ſepulchro, de *veſte alba* qua coram Herode indutus, de *veſte purpurea*, de *flagellis*, de *Spongia*, de *locis ſacris* Paleſtinæ.

IV. In hierotheca maiore Mandibula *S. Achatij* (22. Iunij.) caro & ſanguis de *S. Albino* Martyre, de *S. Vdalrico* de *S. Mauris*.

D V. In hierotheca mediocre, de *S. Maximino* (29. Maij.) de *S. Simeone* Apoſtolo, de *S. Iuda Thadæo* Apoſtolo, de *S. Mattheo* Euangeliſta.

VI. In hierotheca & ouo ſtruthionis de *S. Stephano* Protomartyre, de *S. Sebaſtiano*, de *S. Quirino*, de *S. VVilibrordo* Epiſcopo, de *S. Iuſto* Epiſcopo, de *S. Barbara* V. & Mar. de *S. Agatha*, de *S. Cecilia* V. & Mart. de *S. Afra* Martyre.

VII. Argenteis fulcris innixa Mandibula *S. Martialis* Ducis.

VIII. Tria capita ex Societate *SS. Maurorum* (15. Octob.

§. III. Festa.

I. Dedicationis eccleſiæ in Feſto SS. Simonis & Iudæ.

II. S. Maximini. 29. Maij. &c.

§. IV. Monumenta. A

I. Sanctorum ex Societate Vrſulana plures Sarcophagi.

II. Specus in qua pœnitens Venerabilis *VValdauerus* Monaſterij initiator lapſum ſuum defleuit anno 1188. Vide Cæſarium Heiſterbacenſem lib. Vndecimo cap. 27.

SYNTAGMA LVII.

Monaſterium SS. Bartholomæi & Apri, Virginum Ordinis Ciſtercienſis. B

§. I. De loci nomine & vetuſtate.

Antiquitas loci.

CApella *S. Apri* ex oppoſito *porta appellata Agrippina* meminit *Philippus I. Archiepiſcopus* Colonienſis in literis anni 1169. Exorto poſtea S. Franciſci Ordine, illius ſoboles eam inhabitarunt, donec demolito *S. Bartholomæi ad Martyres Monaſterio* extra muros Colonienſes, Franciſcanæ ex diui Apri ad S. Bonifacij authoritate Apoſtolica translatæ, Ciſtercienſibus ex S. Bartholomæo locum reliquerũt. Fuit C

Monaſterium ad Martyres.

autem S. Bartholomæi ad Martyres extra muros ciuitatis quondam cœnobium Virorum, quorum congregationem *Arnoldus* S. Gereonis Præpoſitus, *nouellam plantationem* appellat in literis anno primo *Engelberti electi Archiepiſcopi* dominicæ incarnationis 1216. *Philippus Archiepiſcopus* autem in literis datis Ann. 1180. commemorat: eo loco ſe collocaſſe *Clericos Regulares ſecundum regulam S. Auguſtini, eisq; præfeciſſe Conradum boni teſtimonij virum, tam in regula quam in conſuetudinibus* Marbaiſij, *Monaſterij vnde miſſus erat, excercitatũ.* Sed hi Clerici ruri viuentes, nõ diu ab exordio diſciplinam coluerunt; vnde anno 1277. authoritate *Siffridi Archiepiſcopi* loco cædere coacti ſunt, & ex *Prato Monaſterio Ciſtercienſes* Virgines introductæ. *Licet quondam* (inquit D

Reformatores ad Martyres Monaſterij.

Siffridus Archiepiſcopus) *Reuerendi Patres Dominus Conradus Colonienſis Archiepiſcopus ſuis diebus, Dominus P. ad velum aureum diaconus, & poſt eum Dominus Hugo TT. Sanctæ Sabinæ presbyter Cardinales, illis temporibus fungentes per Alemanniam legationis officio, & poſtmodum Dominus Engelbertus Colonienſis Archiepiſcopus prædeceſſores noſtri circa reformationem ſtatus Fratrum, & Eccleſiæ Sanctorum Martyrum extra muros Colon &c. .... Imo quidam filij perditionis ipſos Fratres nequiter perſequentes, qui licet, non ipſis, Deo tamen & libertati eccleſiaſticæ detuliſſe debuiſſent: ipſam eccleſiam cum ædificijs ſuis totaliter combuſſerunt ſic quod ipſis Fratribus tectum ſub quo requieſcerent non remanſit, prædia etiam & poſſeſſiones, & alia bona, quæ habebant adeo diſtraxerant, & dilapidauerant, quod parum vel nihil ipſis ſupererat, per quæ poſſent ſuſtentari, quia vel*

alienata

A *alienata erant & fuerunt omnino, vel ſub adeo grauibus damnis creditoribus obligata, quod*
de facili recuperare non valebant. quibus omnibus conſideratis difficile ſatis viſum eſt dictam *Sanctitas loci ad Martyres.*
Eccleſiam bono modo poſſe reformari, Nos tamen, quia nonnulli zelum charitatis habentes cir-
ca Eccleſiam prædictam propter beatorum Thebæorum
Martyrum corpora qui atrium ipſius Eccleſiæ
nutu diuino martyrij ſui ſanguine dedicarunt,
apud nos ſalubribus monitis inſtiterunt, vt reformationi dictæ eccleſiæ curaremus intendere. & *Bruno de Hardeuuſt.*
præcipue quia dilectus fidelis noſter Bruno *dictus* Hardeuuſt, *miles & Scabinus Colonienſis,*
B *circa ipſam eccleſiam & locum habens zelum & deſiderium ſpeciale. ſe obtulit ad releuandam*
dictam Eccleſiam, cum ſuis ædificiis. & ad recolligenda prædia & poſſeſſiones, obligatas & di-
ſtractas, bonis ſuis, pro remedio animæ ſuæ & ſuorum dummodo perſonas Religioſas ad honorē
Dei & diuinum cultum habendum perpetuo inſtitueremus &c. Iuxta votum & deſiderium di-
cti Brunonis tredecim ſorores Ciſtercienſis Ordinis Monaſterij de Prato tranſtulimus ad eccle-
ſiam prædictam &c. & quia indecens eſſe videretur quod caput differret à membris, dictam *Bemden, id eſt Pratum Monaſteriū Ciſtercienſe prope à Bonnâ.*
Abbatiſſam & ſorores in gubernatione ſpiritualium, diſciplina, & correctione. ordinis profeſ-
ſione facienda, Abbati veteris Montis Ciſtercienſis ordinis, qui pro tempore fuerit, ſubijcimus
& volumus eſſe ſubiectas. &c. Actum & datum anno Domini 1277. feria ſexta poſt octa-
uas Paſchæ.

Locus
C Sigilli.

Hoc celebre Virginum Ciſtercienſium Cœnobium S. Bartholomæi ad Marty-
res, poſtea vrgente bellona anno 1474. deputatis ad eam rem Apoſtolicæ Sedis Cō-
miſſarijs. translatum eſt intra muros Colonienſis Vrbis, in dictum S. Apri Mona-
ſterium, & quæ illic erant Franciſcanæ Virgines, ad diui Bonifacij locum eductæ
ſunt, & noui amplioris monaſterij lapis fundamentalis iactus eſt à Ciſtercienſibus
anno 1477. die 21. Aprilis. & ab allatis S. Bartholomæi Reliquijs, pioque Virginum
affectu, titularis & tutelaris Patronus acceſſit, vt eccleſia nunc *Sanctorum Bartholo-*
mæi & Apri dicatur. Fuit *Sanctus Aper* ſeptimus Eccleſiæ *Tullenſis Epiſcopus,* & natalis
eius celebratur 15. Septembris. *S. Bartholomæus* Apoſtolus pro Ieſu Chriſto excoria-
D tus natalem feſtiuè cultum Coloniæ habet 24. Romæ 25. Auguſti.

---

§. II. THESAVRVS SACER.

I. Pars viuifici ligni *S. Crucis*, argentea deaurata theca in ritum crucis efformata honorificè exhibetur.

II. *Brachium S. Bartholomæi* Apoſtoli formæ argentei brachij incluſum, & eiuſdem Apoſtoli digitus incluſus argento. (24. Auguſti.)

III. *Brachium S. Barbaræ* Virg. & Mart. (4. Decemb.)

IV. Pars brachij *S. Adriani M.* (8.Septemb.) A

V. Pars brachij *S. Vincentij M.* (22.Ianuarij.)

VI. Caput *S. Alboini*, affabrè elaborato argenteo thorace vultuque concluſum.

VII. Caput *S. Odiliæ* Virg. & Mart.

VIII. Octoginta circiter capita ex Societatibus vndecim millium Virginum, & SS. Gereonis, Thebæorum, ac Maurorum Martyrum, quorum plurimi in primo fundationis loco, vti dictum eſt glorioſè pro Chriſto occubuerunt.

IX. Diuerſæ aliæ particulæ Reliquiarum ſine certo nomine, non ſine pio ornatu, & certa apud Deum interceſſione.

B

§. III. Feſta.

I. S. Apri 15. *Decemb.*
II. S. Bernardi 20. *Auguſti.*
III. S. Bartholomæi. 24. *Auguſti.*
IV. Dedicationis Eccleſiæ.....

§. IV. Monumenta Eccleſiæ SS. Bartholomæi & Apri.

I. Species *Dominici ſepulchri* in hâc eccleſia erecta eſt ad formam Hieroſolymitani Anno 1464. frequentaturque pio cultu à fideli populo. C

II. Solet fidelis populus pietatis causâ redimire caput *Coronâ ſpineâ* miraculis & diuinis beneficijs clarâ, quam Hardeuuſtius Eques ex Paleſtinâ attulit: non eſt humanâ arte laborata, ſed prodigioſè excreuiſſe traditur.

III. Sunt hîc nobilium veterum familiarum ſepulturæ & Epitaphia: videlicet Brunonis & Henrici de *Hardeuuſt* fratrum Scabinorum & Militum Colonienſium, De *Edelkindt*. De *Troien*. De *Anſtell*. De *Ceruo*. De *Ehren*. De *Steffen*. Sepultus ibidem eſt *D. Rutgerus ab Anſtel* Regalis Monaſterij S. Cornelij Indenſis Abbas.

IV. Muro huius Monaſterij inſertæ ſunt duæ imagines Chriſti ad Mõtem Caluariæ deducti, & prolabentis ſub crucis trabe; nam ab Eccleſia SS. Apoſtolorum, per S. Chriſtophori parochiam, ducit *via* quam *doloroſam* appellant, & pars eſt Romanæ ſeu antiquę precatorię Epiſcopalis vię, ſolent vero Vbij doloroſam hanc viã fermè indies obire pro amicis agonizantibus per ſeptem numero perſonas, maximè per orphanos pueros & puellas. Qui originem eius deuotionis perquirit, legat Principis Nicolai Chriſtophori Radziuilij peregrinationem Hieroſolymitanam *epiſtola 2. paulum ante initium menſis Iulij* & Chriſtianum Adrichomium, aliosque ſcriptores terræ ſanctæ. D

V. In atrio Meridionali eccleſiæ eſt columna repræſentans Chriſti Domini & B.M.V. ſtaturas aliaque terræ Sanctæ & redemptionis noſtrę myſteria.

SYN-

A

SYNTAGMA LVIII.

Monaſterium S. Agathæ Virginum Ordinis S. Benedicti.

§. I. De initio & progreſſu loci.

PArthenon ad *S. Agatham* ex Bonnenſi oppido & parochia Ditkirchenſi, colonia Virginum ordinis S. Auguſtini fuit; ita enim loquitur Archiepiſcopus in
B diplomate inſtitutionis.

Henricus Dei gratia S. Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellarius, vniuerſis hoc ſcriptum viſuris, & audituris, ſalutem in Domino. Cum ſanctimoniales Ordinis S. Auguſtini, infra muros oppidi noſtri Bonnenſis, infra limites parochiæ Dietkirchen conſiſtentes, de ipſo loco Bonnenſi, ad ciuitatem noſtram Colonienſem transferri deſiderent. &c. earum in hac parte precibus inclinati, vt de eadem domo ſua Bonnenſi, Coloniam ſe transferre, ibidem oratorium conſtruere, campanam erigere, altaria & cæmiterium conſecrare, manſionem eis conuenientem habere & horas ſuas aliaque diuina officia decantare & dicere, ſicut cæteræ Moniales ſecundum ſui ordinis inſtitutum valeant, eis præſentibus indulgemus &c. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus appenſum eſt.
C *Datum Coloniæ Anno Domini M.CCC.XIII. in die S. Gertrudis.* 1313.

Eodem itaque anno Prænobilis & validus vir Comes & Ciuis Colonienſis Franco *de Cornu* (de cuius gente vide lib. 2. Synt. 44.) & Richmodis coniuges, domum ſuam quæ nunc S. Agathę Monaſterium eſt, Virginibus Bonnâ venientibus obtulerunt. Anno autem milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo & quinto refor- 1455.
matio iuxta leges S. Auguſtini tentata eſt, ſed quod ea tepidè ſuſciperetur, & in flore primo marceſceret, poſt quadriennium iubente Pio Pontifice maximo, operâ
Adami Meyeri S. Martini in inſula Vbiorum Abbatis, translatum eſt Monaſterium 1459.
ad ordinem S. Benedicti, in quo etiamnum ſub directione Abbatis S. Martini in omnium virtutum virore & vigore floreſcit.
D

§. II. THESAVRVS SACER Eccleſiæ S. Agathæ.

I. & II. Corpora Sanctorum *Roperti* & *Mobiliæ* Martyrum, ex Ducali progenie, quæ cum olim ad Diuę Cęciliæ deuehenda eſſent, equis ante hanc eccleſiam prodigiosè ſubſiſtentibus & defixis, cum nullo ſtimulo propelli poſſent, huc illata magna veneratione coluntur, annuè Dominica Iubilate, quę tertia eſt à feſto Paſchali.

III. Cra-

III. Cranium *S. Agathæ*, & digitus ex manu eiuſdem, in hermâ argentea. (5. Febr.) A
IV. Brachium *S. Vincentij* Leuitæ & martyris. (22. Ianuarij.)
V. Caput *S. Spei* Virginis.
VI. Caput *S. Sabinæ* Virginis.
VII. Sedecim alia capita ex Societate 11000. Virginum martyrum.
VIII. Maxilla *S. Conſtantiæ* Imperatricis.
IX. Humerus *S. Tiburtij* Martyris & duo eiuſdem oſſicula. (11. Auguſti.)
X. Duæ Spinæ *de Corona* Dominica.
XI. Ingens numerus ſacrarum Reliquiarum ſuis nominibus deſignatus in tabella in eccleſia ſuſpenſa. B

§. III. Feſta.

I. S. Agathæ. *5. Februarij.*
II. Dedicationis Eccleſiæ Dominica *Exaudi* quæ eſt 6. poſt Paſcha infra octauam aſcenſionis Domini.
III. SS. Roperti & Mobiliæ martyrũ Dominica *Iubilate* quę eſt tertia poſt Paſcha.
IV. Omnia feſta ordinis S. Benedicti.

§. IV. Fraternitas. C

S. Agathæ Societas erecta eſt in hac eccleſia à Tribu cingulariorum.

§. V. Monumenta.

I. Ornatæ memorandis Epitaphijs ſepulturæ *Kannegieſſerorum*, *Schnelliorum*, *Valraſſiorum*, *VValſchatzjorum*, *Tonettorum*, *Catheniorum*, &c.

II. Pictura duarum Virginum ſororum Catharinæ & Agnetis *de Dunen*, quæ anno 1485. ad deferendum religionis habitum varijs ſpectris à diabolo impetitæ, & longo tempore oppugnatæ, tandem inuocatis ſæpius & viſibiliter apparentibus beatiſſima Deipara, & Sancto Bernardo meruerunt, à ſpirituali tribulatione liberari & in ſancto Religionis propoſito perſeuerare. D

III. Vicina monaſterio publica in meditullio Vrbis domus molinaria, in qua decem machinæ ad farinam frumentariam conficiendam equis circumaguntur, extructæ anno Chriſti 1494.

SYN-

A

SYNTAGMA LIX.

Cœnobium S.Mauritij Virginum Ordinis S.Benedicti.

MOnaſterium S.Mauritij à me deſcriptum eſt inter eccleſias parochiales, propter connexam eidem animarum curam, Virginum vero cætus ibidem introductus eſt anno Chriſti 1144. ex inſula Rolandinâ in Rheno, ex aduerſo iugi 1144.
Rheticonis (vulgo gegen den 7. Bergen) apud quod Monaſterium in Rheni inſula,
B ferunt fabularum mercatores, amore monialium duas exſtructas arces, alteram cis Rhenum *Rolandüeckiam*, alteram trans Rhenum *Drachenfeltiam*, à quodam Archiepiſcopo Colonienſi, quem aliqui Rudolphi, alij Rolandi nomine compellant; ſed figmenti inanitas detegitur: primo quia nemo eo nomine Archiepiſcopus extitit, nec probrum turpis amoris adſcribi poteſt Friderico Archiepiſcopo, cui ab hiſtoricis initia iſtarum munitionum tribuuntur: quis enim credat cœtum ſanctimonialium euocatum in Vrbem Colonienſem, ex inſulari parthenone, ſi hæc ante annos tredecim ſuſpecta & diffamata fuiſſet de incontinentia? Fridericus enim Sueuus Archiepiſcopus Colonienſis obijt anno Chriſti 1131. & poſt annos tredecim ex inſularibus Virginibus hæ nouæ Chriſti plantulæ inſertæ ſunt ad S. Mauritij tunc ante mœnia, nunc Vrbis Agrippinenſis muro incluſam eccleſiam in qua pietas perpetuo
C colitur. Notabile eſt quod Cęſarius Heiſterbacenſis ſcripſit anno Chriſti 1222. *Contigit Coloniæ* inquit, *in eccleſia S.Mauritij: cum quædam ſanctimonialis bona vita in extremis ibidem laboraret, & ſorores morientem circumſtarent, illa ſerenata facie ſubridendo, cunctis audientibus in hæc verba prorupit: benè veniat dulciſſima Domina mea, bene veniat: ſicque repreſſis labijs expirauit. Multum enim illam diligebat, vnde & in hora illa terribili dilectam videre meruit viſam ſalutare, atque per eam & cum ea cæleſtem thalamum intrare.*] Hæc Cęſarius lib.7.cap.54. cætera de eccleſia S.Mauritij, vide ſuperius inter parochiales.

SYNTAGMA LX.

D

B. M. Magdalenæ ad Albas Dominas Monaſterium Virginum Regularium Ordinis S.Auguſtini.

§. I. De exordio Monaſterij.

ECcleſia B.M.Magdalenæ prope riuum Vrbis, vulgo auff der Bach eſt Monaſterium ſub regimine Abbatiſſæ Virginum, Regularium ordinis S. Auguſtini,

quas ab animorum & veſtium candore Albas Dominas appellant, ſtructura tem- A
pli antiquiſſima, fulcris Religioſæ obſeruantiæ ſuſtentatur. Reformationes duas
habuit, vnam temporibus *Henrici de Molenarck* Archiepiſcopi Colonienſis ſub ann.
1230. Chriſti M.CC.XXX. alteram cum *Theodoricus de Morſa* Archiepiſcopus reſtauraret
1446. collapſam diſciplinã vicini monaſterij S. Panthaleonis Ann. M.CCCC.XXXXVI.

---

§. II. THESAVRVS SACER apud Albas Dominas.

B

I. Caput *S. Maurini* Antiſtitis Mediolanenſis cum pluribus capitibus & alijs Reliquijs Societatis Vrſulanæ.

II. *Miraculoſa togula pueruli Ieſu* cuius meminit P. Chriſtophorus Brovverus *in Annalibus Treuiren. lib.* IV. & alij: ſed ipſam hiſtoriam non attingunt, ea talis eſt.
1260. Agebat *Miſcegradenſi* in Vrbe Reginę Vngaricæ Sacellanum Sacerdos triginta tribus
Bela IV. annis ieiunans ac quotidie celebrans; à carne & vino abſtinẽs, vnicâ, eaq; parciſſimâ
refectione dictim contentus, hic quodam die vehementi accenſus deſiderio, videdi Chriſtum in humana quam noſtrî cauſa aſſumpſerat formâ; ab Angelo Dei apparente iuſſus eſt conficere togam eius magnitudinis, qua cuperet creatorem ſuum, ſed pauperem & nudum conſpicere, cum paruulum & amabilem mallet Sacerdos C videre eum qui eſt *magnus Dominus & laudabilis nimis*, conſuit paruulum ex ſerico cęrulei ad violaceum propinquãtis coloris veſtimentum, quod celebraturus inſtar veli ad contegendum calicem deponit in arã, vbi cum verba conſecrationis protuliſſet, immutata hoſtiolæ ſpecies in puerulum violaceã illâ togulâ indutum, iucundum ſpectaculum præbuit & obtutum Sacerdoti putanti exiguo tempore ſe detẽtum quem tribus horis ſuauitate cordis & aſpectus illius pauit, euaneſcente dein iucundiſſimo ſpectaculo, & reuerſa ſpecie hoſtiolæ, abſoluta Miſſa, cum Sacerdos multis Reginæ precibus coactus edixiſſet cauſam longioris liturgiæ, quotidiana Reginæ petitione victus, togulam Regijs theſauris intulit.

Poſt annos aliquot, Regi Hungariæ contra Paganos auxilium cum egregio militum manipulo tulerat quidam ordinis Teutonici magiſter, qui multo hoſte cæſo, D repudiatis muneribus alijs, ſacram tunicellam præmij loco petijt, aſſerens decentius illam inter eccleſiæ Reliquias habendam, quam inter cimelia theſauri Regij cuſtodiretur. Quare Regina, Regis mariti, & Commendatoris votis haud valens refragari; retentâ ſiniſtrâ manicâ, togulam donauit Commendatori qui incluſam honeſto ſcrinio; eam per fidelem miniſtrum: Sorori ſuæ moniali apud Albas Dominas Coloniam tranſmiſit, ſcribens Reliquias eſſe impoſitas, nihil eidem aperiens de myſterio apparitionis Chriſti, iuſſit religioſè & ſedulo cuſtodiri vſque in ſuum reditum ad Vbios, dum igitur in ciſtâ quinque ſeris munitâ cuſtodiretur, cæteris Virginibus

myſte-

A myſterium ignorantibus, moriuntur Commendator eiusque Soror, & res tota in
obſcuro eſt, donec poſt centum quinquaginta annos, ſcilicet anno æræ Chriſtianæ
1412. 20. Menſis Iunij, Vngari in conſueta ſeptenni peregrinatione ſua, Coloniæ 1412.
inquirerent de hac tunicellâ, de qua aſſerebant cum multa firmitate eſſe inter ſuates
traditionem, eam Coloniam vti commemorauimus translatam ad monaſteriũ
iſtud Albarum Dominarum; tandem multa ſagacitate reperta eſt in choro inter
Reliquias in ciſtula quinque ſeris oppeſſulatâ cum indicio ablatæ manicæ, quam aſſerebant
Peregrini honorificè aſſeruari in Monaſterio S. Margaritæ in inſula Danubij
propè à *Buda* Regio oppido. Virgines igitur dictique Peregrini indagatores,
eâ inuentione vtrimque exhilarati, deinceps magno honore præſertim ſingulis ſe-
B ptennijs, tunicellam illam proſequuntur.] Ita in tabularijs. Non exprimit hiſtoria
hæc Regem Pannoniæ, cuius Sacellanus viderat hoſtiam ſacram mutatam in puerulum
Ieſum: retrocedendo tamen centum quinquaginta annis ab anno inuentionis
togulę peruenimus ad annum Chriſti 1262. qui eſt Regis Belæ quarti, Andreæ
Filij, S. Eliſabethæ Landgrauiæ Fratris, annus Regni Pannonici Vicesimus & ſeptimus,
atque hic Rex Bela auxilio Teutonicorum contra Paganos plurima bella geſſerat,
& à Tartaris ex Ruſſia indomitâ libidine ac crudelitate in Hungariam irruentibus
grauiter attritus erat.

III. in ſacro Theſauro recenſenda eſt MIRACVLOSA CRVX. nam in hoc *Sacello B. Mariæ Magdalenæ, vulgo apud Albas Dominas sub cœnobij ſurgentis incunabula. Mo-* Ex ſtaurologia Colonienſi in Cruce 25.
nialis fuit, quæ Sodales ſuas pio erga Dominicam paßionem affectu, longe antecellebat.
C *Hæc cum dies noctesque hæreret coram quadam in ambitu crucifixi imagine, reliquas offendit
Sorores, quaſi communis vitæ limitem excedendo, ſingularitate aliquâ, præ reliquis
ſanctitatis prærogatiuam affectaret. Itaque ei dictam crucem, quam apprime venerabatur,
non tamen affectum ad eam, ſuſtulerunt; pia Virgo, cum imaginis dilecti ſui abſentiam grauius,
vt par erat, ferret, & multo lachrymarum imbre, furtum hoc incuſaret, ſuumque deſiderium
paſceret, ecce ſibi, ex arenti materia lacbrymis copioſis rigata, arboris & crucifixi figura
excreſcit, quam illa vt faliciter adoleſceret, eodem quo excitauerat imbre, indefeßè rigauit.
Eandem curioſè explorans, non lignum ſed eſſe radicem repræſentantem accuratè per
omnia crucem, Crucifixum Dominum, Clauos, Sanguinem, barbam & capillos, deprahendes.*
D *Hæc porro crucis eius eſt inſcriptio:*

Anno reparatæ ſalutis M. CC. XXX. cum B. Mariæ Magdalenæ, 1230.
vulgo Albarum Dominarum, Cœnobium, auctoritate Archipræſulis
Agrippinenſis reformaretur, miraculoſa hæc Chriſti imago arida
ex Maceria in Cœnobij ambitu Religioſæ pijſſimæque Virginis
deuotioni Deo permittente excreuit.

A

§. III. Feſta.

I. Annuæ dedicationis eccleſiæ Dominica *Exaudi* quæ eſt poſt feſtum aſcenſionis Chriſti.

II. Viceſimo Iunij feſtiuitas Reliquiarum.

III. Patronalia S.M.Magdalenæ 22.*Iulij.*

IV. S.Auguſtini 28.*Auguſti.*

§. IV. Monumenta.

B

I. Inter viſenda huius loci monumenta obſeruatur initium ſuburbij meridionalis,cuius portæ innectitur eccleſia; ſupra portam exſculptæ ſunt Leonis & Leænæ exuuiæ,quæ figuræ frequenter obuiæ ſunt in Vrbe Agrippinenſi de quibus alias memini monuiſſe male vulgus inferre & fingere aliquem conſulem beſtijs obiectum perinde ac peſſimè ratiocinaretur is qui ex nobilium plurium inſignijs, exempli gratia ex Einſidelorum diuinaret eorum maiores Eremitam interemiſſe, vel ex Eremita natos fuiſſe. Leones illi Agrippinenſes aliæque ferè figuræ Heraldici ſunt inſtituti,& magis reconditi quam vt vulgus eos adeo rudi ingenio interpretari aut intelligere poſſit.

II. Thomæ à Greſſenich ciuis domus dicta Icon B. M. Virginis, habet ibi gentilem meatum ſubterraneum longiſſimè protenſum, inſigne monumentum vetuſtatis. C

SYNTAGMA LXI.

S.Gertrudis eccleſia & Cœnobium Virginum Ordinis Prædicatorij in foro nouo.

§. I. De monaſterij origine & progreſſu.

D

PArthenon *S.Gertrudis* ordinis Prædicatorij, in nouo foro, aula oratoriumque Archiepiſcopi Colonienſis fuit;hinc veteri muro vicina domus nomen *aulæ Epiſcopalis* retinet, diciturque quondam inhabitata per *S.Heribertum.* Deinde ceſſit Virginibus ſub ſolâ regulâ Sancti Auguſtini, nullum certum ordinem profeſſis,
1286. quæ anno gratiæ 1286. flagitarunt ſub curâ Fratrum Prædicatorum ſecundum eorundem inſtitutum viuere, tria ſolemnia vota emittere, rigorem Patrum æmulari, abſtinere ab eſu carnium à feſto exaltationis Sanctæ Crucis vſque Paſcha continuum ſeruare ieiunium, reſpuere linea, lecti duritie carnem

adfli-

adfligere, alijſque pijs eiuſdem ordinis excercitijs, tanquam probatioribus ſemitis
A ad religioſæ perfectionis culmen eluctari. detrectarunt Patres Prædicatores multo tempore ſuſceptionem curæ, tandem vero accedente ſummorum Pontificum authoritate ſuſceperunt regimen, & videtur ex eiuſdem inſtituti parthenone *Argentoratenſi* euocata magiſtra, nam in cœnobij Necrologio reperitur nomen ſororis *Hadeuuigis de Argentina Fundatricis eccleſiæ S. Gertrudis.* Quamuis etiam antequam regula S. Dominici introduceretur non exigua incrementa eccleſiæ reperiam: extant enim literæ Indulgentiarum *Conradi Archiepiſcopi Colonienſis* ex gente Hochſtedana, conceſſæ Anno 1257. Ipſa Natiuitatis B.M.V.

Chriſtiani Letouiuæ Epiſcopi Anno 1258. Idibus Auguſti.

B *F.Henrici Epiſcopi Oſiliæ* ac maritimæ de partibus Liuoniæ Ord. Prædicatorum, Anno 1259. pridie Idus Nouemb.

Arnoldi quondam *Semigallenſis* Epiſcopi Anno 1259. in Vigilia S.Martini.

F.Henrici Ord.Min.*Epiſcopi Curonenſis* Anno 1260. 17. Kal. Decemb.

Henrici Leodienſis Epiſcopi Anno 1273. in die Aſſump. B V.

F.Henrici Sambienſis Epiſcopi Anno 1257. Sabbato poſt Aſſumptionis.

Eberardi Conſtantienſis Epiſcopi 1273. Kal. Iulij.

Simonis Padebornenſis Epiſcopi Anno 1273. menſe Iunio.

Siffridi Archiepiſcopi Colonienſis. Anno 1278. x. Cal. Aprilis.

C Poſt ordinem Prædicatorium ſuſceptum etiam horum. *Arnoldi Caminenſis Epiſ.* Anno 1327. in die S.Georgij.

F. Ioannis Scopienſis ex Ord. Prædicatorum *Epiſcopi* Anno 1336. in die S.Ioannis Euangeliſtæ.

Gerardi Epiſcopi Salonenſis, Iacobi Treuerenſis Archiepiſcopi in Pontificalibus Vicarij. Anno 1446. in die circumciſionis.

Ioannis Cardinalis S.Angeli ex ordine Prædicatorum, Sedis Apoſtolicæ in Germania Legati Anno 1449. 26. Martij.

F Henrici Epiſcopi Venecomponenſis ex ordine FF. Prædicatorum Anno 1464. die 26. Septemb.

D Poſteaquam vero monaſterium hoc legibus S. Dominici acceſſerat, ſingulariter eſt excultum, inprimis à beatæ memoriæ viro *P.Ioanne Taulero* ſub annum 1355. profundiſſimo Theologo, antiquæ pietatis apud Vbios fulcimento, qui ſeptem ante obitum ſuum annis futuras hæreſes prædixit, cuius gratia gloriaque reuelatæ ſunt beatæ memoriæ *Chriſtinæ Ebnerynnenſi* dilectiſſimæ ſponſæ Chriſti, & *B. Idiotæ* cuius opera ad ſummam vitæ Sanctimoniam erat perductus.

Eidem cœnobio S.Gertrudis in pietate & religione cultiuando operam impenderunt *P.Innocentius Ringelheimer* Vicarius generalis Teutoniæ.

P.Iacobus de Stubaco Prior Prouincialis. *P.Henricus Lot Phortzheimenſis* SS. Th.Profeſſor Prior domus Colonienſis, & Vicarius Prouincialis.

Beatæ memoriæ *Iacobus Sprengerus* SS.Th.Profeſſor, Prior Conuentus Colonien. & Prouincialis.

Summorum Pontificum fauorem in S. Gertrudis Monaſterium conteſtantur diplomata *Alexandri IV Vrbani IV. Clementis IV. Gregorij X. Benedicti XI. Bonifacij VIII. Vrbani V. Pauli II. Martini V.* & Aliorum. A

Cæſarum Romanorum Clementiam oſtendunt priuilegia *Caroli IV. Friderici III. Maximiliani I. Caroli V. Ferdinandi II. & III.*

Illuſtris benefactrix monaſterij cenſetur *Anna* ex Sereniſſima *Bauariæ* Ducum gente, matrimonij thoro quondam iuncta Comiti de *Morſa & Saruuerden*, huic monaſterio incorporata ſoror, quę ante nuperam templi reſtaurationem inſigne mauſolæum ſupra ſepulchrum habuit. Huic accenſentur familiæ benefactrices.

De	De	De
Eloim	*Hardeuuſt*	*Quade*
Eoland	*Harden rode*	*Rodekirchen*
Breidmar	*Huppe*	*Rinck*
Bruck	*Iudde*	*Rode*
Bruckman	*Kleppinck*	*Roix*
Bruggen	*Klotzer*	*Shiderich*
Broit	*Konings*	*Selbach*
Beiuuegh	*Lyskirchen*	*VValpott*
Droue à VVeuerden	*Mullenheim*	*VVolskeel*
Dailmans	*Orsbeck*	*VViddich*
Ehren	*Palandt*	*VVitte*
Federbenn	*Peir*	
Gurtzenich	*Peſſgin*	

B

C

§. II. THESAVRVS SACER.

I. Particulæ de ligno *S. Crucis*, de ſpinea *corona*, particulæ aliquæ *Claui* quo Dominus noſter cruci affixus eſt, item de *præſepi*, & *faſcijs* pueruli Ieſu.

II. Digitus & nonnullæ particulæ de *S. Gertrude* Patrona.

III. De *Societate S. Vrſulæ* diuerſæ lipſanothecæ circa ſummam aram, & chorum, ac parietes eccleſiæ.

IV. Innumerabiles Reliquiæ de plurimis ſanctis & ſacris locis Palæſtinæ. D

§. III. Feſta.

I. Præter Ordinis Prædicatorij cætera feſta, ſingularius concelebrant ſolemnitatem patronæ ſuæ 17. Martij.

II. Dedicationis Eccleſiæ Dominica ſecunda à Paſchate.

III. S. Do-

A III. S. Dominici IV. Auguſti.
IV. S. Auguſtini 28. Auguſti.
V. Memoriam Victoriæ ad Naupactum, Dominica 1. menſis Octobr.
VI. S. Thomæ Aquinatis 7. Martij.
VII. B. Agnetis de Monte Politiano 20. Aprilis.
VIII. S. Catharinæ Senenſis 1. dominicâ Maij.

SYNTAGMA LXII.

B *Eccleſia B. M. Virginis in maiore Nazareth, Virginum Regularium Ordinis S. Auguſtini.*

§. I. De initijs Monaſterij.

Virgines *Regulares* Ordinis S. Auguſtini in *platea S. Gereonis*, cognomento *in maiore Nazareth*, quondam habitarunt è regione hoſpitij S. Vrſulæ, in *platea*
C *ſtellata*, vbi nunc eſt domus Tribunitia Coriariorum, qui prædium ſuum & officinas pro macerandis pellibus hic ſitas, commutarunt cum Virginibus, cupientibus quietè & longè à turba diuinis vacare. Acceſſit ijſdem vetus *Conuentus Nolarum*, vulgo *Scellenconuent*, quo factum eſt, vt monaſterium illud vnum ex capacioribus ciuitatis Colonienſis conſtitueretur, quod & loci, ita perfectionis religioſæ amplitudine excellentiaque nulli cœnobio cedere neceſſe haberet.

D

§. II. THESAVRVS SACER in Maiori Nazareth.

I. In diuerſis hierothecis ex Reliquijs quæ CHRISTVM DOMINVM NOSTRVM ATTIGERVNT de ſanctiſſima *cruce*, de *corona* ſpinea, de *pannis* quibus inuolutus fuit in natiuitate, de *veſte* in qua coram Herode deluſus fuit, de *linteo* quo tectus fuit in cruce, de *linteo*, in quo fuit ſepultus.

II. Crux Indulgentijs priuilegiata, & benedicta per Gregorium XIII. Pont. Max. A. C. 1581.

III. DE

III. DE B. M. VIRGINE. De *peplo* capitis B. M. V. Magna pars *lintei* in quo eſt impoſita ſepulchro. De *linteo* quod B. M. Virgo ſuis manibus confecit. Pars ann. A
1585. 1585. deciſa ex *trabe cubiculi* Nazaretani B. M. V. in quo verbum caro factum eſt, quod ab angelis *Lauretum* fuit translatum.

IV. DE APOSTOLIS omnibus excepto S. Ioanne Euangeliſta.

V. DE MARTYRIBVS Tredecim capita ex Societate S. TYRSI *è legione The-*
1451. *bea* quorum vnum eſt *S. Liffridi.* Ea donata ſunt à S. Albani ante muros Auguſtæ Treuirorum Carthuſiano Conuentu Anno C. 1451.

VI. Anno C. 1523. Viſitatæ ſunt Reliquiæ huius eccleſiæ, & recenſa ſunt. 147. capita ex Societate *S. Vrſulæ,* inter quæ 13. nominata. 1. *S. Sirini Epiſcopi,* acceptum à Collegio S. Cuniberti 2. *S. Eucheriæ* Virginis Filiæ Regis Siculi. 3. *S. Florentianæ* Virginis. 4. *S. Panthaliæ* Virginis, 5. Sanctæ *Frondelinæ* Virginis. 6. *S. Fabianæ.* 7. *S. Clementinæ* Virginis. 8. *S. Pinnoſæ* Virginis 9. *S. Medigine* Virginis. 10. *S. Chriſtianæ.* Virginis. 11. *S. Clementianæ* Virginis. 12. *S. Helianæ* Virginis. 13. *S. VValburgis* Virginis. B

VII. Caput *S. Eraſmi* Martyris ex Societate Thebæa.

VIII. Plurimæ Reliquiæ DE SANCTIS ALIIS MARTYRIBVS, CONFESSORIBVS, VIRGINIBVS, &c. quorum Catalogum attexere longum foret, & exhibentur in tabella ſuſpenſa in templo.

1607. IX. Anno C. 1607. die 21. Auguſti *à Conuentu Machabæorum* Sororibus in Nazareth donatum eſt ex Societate S. Vrſulæ caput ſine mento, cum nonnullis officulis, repertum eodem menſe, dum apud anteriorem portam ad plateam publicam, nouas domos conſtruerent, & exhalabat ex his Reliquijs ſuauiſſimi odoris fragrantia. Cum vero Anno 1608. menſe Ianuario *Gertrudis à Reide* conuerſa & profeſſa ſoror in Nazareth multis menſibus ægra, nullo modo pedum compos, ad nouas has Reliquias deuotionem ſe habere oſtenderet, Venerabilis Domina Monaſterij caput illud ad infirmorum cubile defert, vbi potu affuſo hauſtoque ſubito ægra vires rediꝛe ſenſit, & prima quidem die S. Vincentio ſacra infirmorum domum cum ſcipione perambulauit, poſtridie eo abiecto inceſſit, demum pauciſſimis diebus omnibus membris confirmata, laboribus priſtinis, ſicut aliæ conuerſæ, apta fuit. C

D

§. III. Feſta.

I. Omnia Feſta B. M. V.

II. S. Auguſtini 28. Auguſti.

III. Dedicationis Eccleſiæ Dominica poſt Feſtum S. Vrſulæ.

SYN-

A

SYNTAGMA LXIII.

S. Annæ, in Agno, Virginum Capuciniſſarum.

§. I. De initio Monaſterij.

Anno 1320. initium monaſterij.



MOnaſterium *Agni ſuperioris*, in platea cognomine lata, circa annum Chriſti 1320. à duodecim deuotis
B puellis cæptum, anno 1326. exigua licet dote auctum eſt ab *Hermanno Kneyarts* Presbytero, qui deinde tranſijt in ordinem S. Ioannis hoſpitalarium Hieroſolymitarum; ipſæ Virgines tertiam S. Franciſci regulam pœnitentium à fundationis ſuæ incunabilis colunt. Etſi vero ſanctus Ordinis Patriarcha videatur, ſæculo noſtro loqui verbis Apoſtoli ad Galatas 6. c. *de cætero nemo mihi moleſtus ſit, ego enim ſtigmata Domini mei Ieſu Chriſti in corpore meo porto, & quicunque hanc regulam ſecuti fuerint, pax ſuper illos & ſuper Iſrael Dei*, emerſerunt tamen noſtra tempeſtate, qui zelo malo, moleſti fuerunt hanc regulam ſequentibus, & conati ſunt conturbare
C pacem meditantium diuina; ad quorum inſtructionem, de Ordine S. Franciſci & illius reformatione, præſertim in tertia regula, pluſculis meam volui explicare ſententiam, vtpote qui promotæ in Vbijs reformationis Capucciniſſarum pars magna fui. Igitur de inſtitutore I. & eius tribus regulis, ſic habe.

Apologia pro Capuciniſſis.

§. II. De initijs Regulæ Seraphicæ.

Tempore quo Apoſtolica ſedes, Schiſmate & incertitudine Pontificis oppugna-
D batur, imperium creandi Imperatoris diſſidio lacerebatur, Græcia ab Eccleſia deficiebat, Hyeroſolyma cum terra ſancta, à Sarazenis occupata erat, Hiſpaniam Mauri, & Iudæi inſidebant, vniuerſum vero orbem morum peſtis grauiſſima infecerat: eo tempore ſicut Elias turbatiſſimo ſæculo, & *quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, & luna plena in diebus ſuis luxit*, & *quaſi ſol refulgens ſic effulſit in templo Dei* Seruus eius Franciſcus Aſſiſias, cuius precibus & zelo diuinæ iræ, manus obijci poſſet & perituro orbi remedium preberi, quem in finem Beatiſſimus ille Pater Euangelicum primæ ſuæ, vt vocant, Regulæ Virorum ordinem inſtituit, & alium Dominarum, quem ſecundæ Regulæ vocant.

Quando S. Franciſcus docuerit.

Duas regulas inſtituerit.

A

§. III. De inſtituto tertiæ Regulæ S. Franciſci & rigore in illam introducto.

Quæ occaſione tertia regula data generaliter. Tertia regula fit clauſtralis.

Tandem etiam, cum primi ordinis numero multum excreſcente, verbo & Exemplo vniuerſus ferè orbis ad deſiderium pœnitentiæ & ordinis Euangelici amorem alliceretur, Beatiſſimus Pater Franciſcus, tertiam compoſuit Regulam pœnitentiū, quæ omnibus vtriuſque ſexus, etiam Matrimonij vinculo aſtrictis accommodata eſſet: Huius vero tertiæ Regulæ, viri fœminæque multis in locis ſe ad communem religioſam vitam ſociantes, diuerſa Monaſteria, quæ tertiæ Regulæ vocantur, inſtituerunt, & factum quidem eſt, vt multi de tertia hac Regula, rigorem & feruorem primæ regulæ obſeruantes, ad eam venerint Sanctitatem vt ſanctorum catalogo annumerentur. B

Sorores quæ in tertia Regula zeloſè vixerunt.

Videlicet, *Viridiana Florentina Virgo*, quæ videtur formam illarum Tertiariarum, quas Capucciniſſas vocant præ ſe tuliſſe, fuit enim Beatiſſimi Seraphici Patris ſub Ordinario filia, tunicâ & chorda præcincta, clauſuræ ſtrictiſſimæ, ſeueriſſimæque vitæ amans, prout in vita ipſius latius R. P. Wadingus ad annum 1242 deſcribit:

B. Dulcina (Wadingus anno 1238. & ſane ex eodem conſtat ad 1282. Maſſiliæ adhuc perſeuerare rationem vitæ à Dulcinâ de Dinâ inſtitutæ.
B. Beneuenta Anconitana.
B. Bona.
B. Iohanna.
B. Mea de Senis. Wadingus 1289.
B Margarita Corthonenſis.
B. Roſa Viterbienſis mortua in Aprili, feſtum celebratur in die translationis 4. Septembris.
B. Iohanna de Felicibus.
S. Eliſabetha Hungarica. C
B. Iutta pediſſequa S. Eliſabethæ.
B. Angelina.
B. Thobia.
B. Hortulana.
B. Michelina.
B. Angela de Fulginio, alias de terminis
S. Eliſabetha Portugallica.
B. Clara de Monte Falco.
B. Delphina Conſors Eltzearij Comitis Ariani. D

Has Capucciniſſæ imitantur.

Harum Catalogum hic breuiter recenſui, vt videatur quomodo in ſexu fragili ad auſteritatem ſupportandam diuinę gratię fortitudo exempla ſua oſtentet, quę ſi dicantur diuerſam inceſſiſſe viam, eadem tamen fruitæ ſunt gratiâ, & licet Tertiariæ Capucciniſſæ his Sanctis, quarum veſtigia æmulantur poſteriores ſint, merito tamen has ſuas anteſignanas ſibi vendicant, cum eadem regula, & rigor ipſas vere faciat eſſe Sorores; nec minor, hic ſit ratio, quam in alijs ordinibus ſibi vendicandi Eliam, vel Ioannem Baptiſtam ob ſimilem vitæ modum & auſteritatem.

§. IV. Al-

A

§. IV. Altior repetitio initij 3. Regulæ.

Sed reuertamur propius ad ipſam, quam dicunt tertiam regulam: igitur S. Franciſcus cum apud *Canarienſe oppidum*, pœnitentiam prædicaret, omnium incolarum corda commouit, vt ſuum inſtitutum ambirent: hoc Seraphicus Pater diſſuadens, promittit certos articulos ſe præſcripturum, iuxta quos vitam æternam poſſent aſſequi. Ex quo tempore meditatus eſt tertiam regulam cui initium fecit anno 1221. *Ann. 1221.*
B ſuæ conuerſionis 14. Hanc anno 1225. *Honorius tertius* Viuę vocis oraculo, confirmauit & approbauit, poſtea *Innocentius quartus*, *Nicolaus* vero quartus, anno 1259. autentice approbauit in Bulla cuius initium: *ſupra montem Catholicum.* *Confirmatur 3. Regula Anno 1225. & 1259.*

§. V. Tertiariorum diuerſitas priuilegia, oppugnationes, & confirmationes.

Diuiditur autem hic tertius ordo in duos ramos, videlicet ſæcularium, ex quo *Tertiarij ſæculares.*
C excreuerunt ſancti *Ludouicus* Franciæ Rex, *Clara de monte Falco*, *Elzearius* Ariani Comes, *Iuo* presbyter aduocatus pauperum, *Eliſabetha* Hungarica Thuringiæ Landtgrauia, *Angela de Foligno*, *Eliſabetha Regina Portugalliæ*, & alij plures. Hi autem tertiarij plurimis quidem priuilegijs, indultis, & gratijs Apoſtolicis diuites ſunt, quia tamen votum continentiæ, & paupertatis non præſtant è ſæcularium numero non planè eximuntur. *Tertiarij, conuentuales.*

Alter ramus Tertiariorum Conuentualium, ſeu Clauſtralium à liberis matrimonij perſonis cœptus eſt excoli & à pontifice *Martino*, qui anno 1419. vixit multis gratijs auctus & ab *Eugenio* quarto anno Domini 1442. penitus confirmatus eſt per
D Bullam cuius initium: *Iniunctum nobis deſuper.* *Nicolaus quintus* anno 1447. tria vota quæ Clauſtrales tertiæ regulæ emittunt, approbauit per bullam quæ incipit: *Apoſtolicæ ſedis benignitas* in qua multas egregias conſtitutiones inſuper præſcribit, *Paulus Secundus* ſimiliter anno 1467. per bullam quæ inchoatur: *excitat arcanum noſtræ mentis.* *Tertiariorū conuentualium varia priuilegia.*

Quibus omnibus non attentis perpeſſi ſunt clauſtrales Tertiarij multas impugnationes, ab ijs, qui ipſorum ab altero ramo diuerſitatem non diſtinguentes, vota ordinis non eſſe ſolemnia & authentica, aſſeruerunt, quorum ora poſteaquam obſtruxit *Sixtus Quartus* anno 1471. nouam confirmationis bullam edidit cuius initiū: *ad Chriſti Vicarij præſident.* Item alterius cuius initiū *Sacroſancta Romana Eccleſia*, & tertiæ conſtitutionis cuius initium *ſedes Apoſtolica à qua in omnibus*, in quibus multa *Difficultates.* *Difficultatum abolitio.*

Leo X Stabilit Tertiarios.

Reliqui pontifices approbant.

ſtatuta & priuilegia Tertiarijs conuentualibus dantur, exinde cæpit ordo feliciter progredi, & per *Lombardiam* primo, mox Vniuerſam *Italiam, Dalmatiam, Sclavoniam, Germaniam, Franciam, Hiſpaniam, Portugalliam*, &c. diffundi, dederuntque. *Alexander* ſextus, & *Iulius* ſecundus, præclara priuilegia, *Leo* autem decimus in concilio Lateranenſi, vltimam manum appoſuit, ſtatuta diligenter correxit, quæ ſæculari ſtatui conueniunt, præſcidit, & quæ à Clauſtralibus obſeruari decet, addidit, prout latius in Bulla cuius initium: *Inter cætera noſtro regimini credita.* Adiecta ſunt varia priuilegia à poſterioribus Pontificibus, videlicet *Clemente* 7. anno 1529. initium *Benignitas Sedis Apoſtolicæ Sixto* Quinto, 1586. initium: *Romani Pontificis Clementia Clemente* 8. anno 1602. initium *pro noſtri paſtoralis muneris debito.* A B

§. VI. Rigor Capuccinus à viris & fœminis ſuſceptus.

PP. Capuccinorum origo.

PP. Capuccinos Fœmina æmulantur in 1. regula.

Item in 3. Regula.

Tertiariæ habent bona communia.

Sed de ordine, vt vocant Capucciniſſarum redeat ſermo, quia enim homo nunquam in eodem ſtatu permanens ſicut Veſtimentum atteritur, refrigeſcente charitate, varias Viciſſitudines & declinationes ordo Tertiariorum S. Franciſci expertus fuit ſuperiore ætate: poſtquam igitur contra molites relaxationes, variæ & neceſſariæ primæ regulæ S. Franciſci Virorum reformationes emerſerunt, præſertim illa quæ faciem primi inſtituti ſe reſtituiſſe profitetur, quã Vulgus *Capuccinorum* vocat, ſurrexerunt etiam repletæ ſapiẽtia fœminæ quę ſui ſexus cogitationibus maſculinũ animum inſerentes, cœlũ violenter ad greſſuræ primæ regulæ S. Franciſci monaſteria ſui ſexus erexerunt, quarum fundatricem in arbore S. Franciſci legimus *Mariam Longam Neapolitanam*, atque hanc æmulata eſt *B. Mater Paſſathea Trogia*, Senenſis Virgo, quæ Capuccinarum ſeu ſororum primæ regulæ S. Franciſci monaſteria *Senis, Plombini*, & *Pariſijs erexit.* C

Hinc cum ſe bonus odor reformationis primæ regulæ, ſeu Capuccinorum Capuccinarumque latè diffunderet, eius amplectendi ſtudio incenſi ſunt alij multi conuentus, quos tamen ob mendicantium multitudinem, locorum ordinarij & magiſtratus, impediuerunt: qua ex cauſa in *Francia* & *Belgio* diuerſa Pœnitentium ſiue tertiæ Regulæ monaſteria, quæ primæ rigorem & Capucciniſſarum conſtitutiones ſtrictiſſimè ſeruarent, erecta ſunt; quæ ideo pœnitentium reformatarum, Vulgo tamen Capucciniſſarum appellata ſunt, licet reuera non ſine primæ regulæ, vel Capuccinarum, Capuccinis enim Concilium Tridentinum nullam bonorum proprietatẽ permittit: Harum vero Capucciniſſarum monaſteria pleraq; communem bonorum proprietatem habent, cõmunem dico, nã ſe omni ferè ſolicitudine ſpoliantes, per ſęcularem Cellerariũ, ſæcularia adminiſtrãt, & ſingulæ in ſuis cellis ac habitatiunculis, nihil præter librũ, crucẽ, & flagellũ poſſidẽt, D

ſi ta-

A ſi tamen poſſidere eſt, quod ad omnem nutum ſuperioris mutatur, idque ſecundū conſilium Apoſtolorum apud quos qui ſapientes fieri volunt, ſtultos fieri oportet: & iuxtam doctrinā B. Tho. 1. 2. q. 61. art. 3. vbi eos qui myſticā prudentiam conſequi deſiderant (nimirum illā quæ in Dei cognitionem & experimentum inducat, & deſpectis omnibus mundanis omnem animæ cogitatum in ſolo diuinorum affectu & contemplatione defigit) docet deſpectum mundi procari, paupertatem, ſiue intentionem vti B. Thomas loquitur myſticam; temperantiam, omnia ad corporis vſum requiſita, quatenus natura patitur, contemnentem, ne à ſtudio diuinorum & myſtica prudentia humanæ vitæ cura & negotia abſtrahant, quærere oportere. Siquidem Beatiſſimus Franciſcus ſtabilimentum religioſis in hoc potiſſimum locauit, vt qui perfectus eſſe velit, contemptis omnibus & venditis, nudus nudum ſequatur Chriſtum. His ergo myſticis virtutibus, prudentia, temperantiaque inſtigatæ quaſi duabus alis à terrenarum rerum amore, ad diuinum auolantes, omnem curam in Dei cultu & omnium abſtinentia collocant, vnde perfectior eſt perpetua Pſalmodiæ & Orationum continuatio, mundi honorum & delitiarum fuga, & corporalis rigor, apud illas quas vocant Capuccinas.

Singulæ Tertiariæ viuunt in ſumma paupertate.

B

Capuccinas igitur aſſero, cum primæ, tum tertiæ regulæ eſſe: quia apud vtraſque eſt vnus habitus, vna auſteritas, vnus diuinorum peragendorum modus, & cātus, eædem cæremoniæ, eadem ædificiorum ſtructura, & eadem planè vitæ ratio, rigorque paucis exceptis nempe quod primæ regulæ Capucciniſſæ oſtiatim collecta ſtipe viuant, & regularibus ſubiectæ ſint. Id autem à locorum Ordinarijs & magiſtratu Tertiarijs Capucciniſſis permiſſum non fuerit.

Capucciniſſæ 1. & tertia regula parum differunt.

C

§. VII. Monaſteria Capucciniſſarum.

Libet vero recenſere monaſteria Capucciſſinarum vtriuſque regulæ; ordine Alphabetico.

Primum Atriæ, Gallice Aire.

D 2. Attrebati.

3. S. Audomari in Flandria.

4. Bonnæ deducta colonia ex Colonienſibus.

5. Burburgi.

6. Coloniæ Agrippinæ.

7. Inſulis.

8. Lepdij.

9. Mechliniæ.

10. Namurci.

11. Nancij in Lotharingia.

12. Paterbornæ deducta colonia ex Colonienſibus.

13. Pariſijs in Francia.

14. S. Flori Plombini in Hetruria.

15. Senis in Hetruria.

16. S. Winocibergi.

In qua monaſteriorum enumeratione, idcirco promiſcue poſui vtrarumque Capuccinarum Conuentus, quod bonorum in communi poſſeſſionem, non exiſtimem tantam differentiam facere, vt idcirco diſtinctio fuerit facienda; ſi enim per

hoc quod Concilium Tridentinum *Seſsione 25 c.3 de reform.* Patribus Capuccinis & Minoribus de Obſeruantia bonorum immobilium poſſeſſionē inhibeat, ſub titulo *Obſeruantium*, iuxta declarationem Cardinal ũ non continentur Moniales S. Claræ, ac proinde minimã in Clariſſis diuerſitatē cauſet, vtrũ mendicato viuant, an bonis in cõmuni gaudeāt: à pari inter Capuccinas, idcirco vix diſtinctio faciēda videbatur. A

§. VIII. Capucciniſſæ Colonienſes.

NVnc dicam originem Colonienſis reformationis. Erat Coloniæ Agrippinæ in *plateâ lata* Cõuentus ex vetuſta fundatione, pro duodecim puellis ſæcularibus B erectus: vulgo *Grayloch* dictus, ſuſceperunt illæ ſub initia ſua regulam tertiam S. Frãciſci, & erecta in honorem S. Annæ Capellã, *Moniales in Agno* Appellatæ ſunt, vixerunt tamen abſque clauſurâ & rigore: cum autem in hanc ciuitatem RR. PP. Capuccini, & Diſcalceati venerunt, & per eorum aduentum vitamque rigoroſam, in his partibus ab hominum memoria nunquam viſam ordines multum priſtino nitori reſtituerentur, reliquorum exemplo excitatæ *Tertiariæ in Agno*, ab Illuſtriſs. *Antonio Albergato* Vigiliarum Epiſcopo Sanctæ Apoſtolicę Sedis Nuncio, & Sereniſſimo ac Reuerendiſſimo Archiepiſcopo & Electore Colonienſi *Ferdinando Bauaro* petierunt ad debitas ordinis ſui auſteritates, & obſeruantiam reduci, Illuſtriſſimus Nuncius & Sereniſſimi Colonienſis Vicarius in Spiritualibus, communicato cum C Patribus Capuccinis negotio, aſſignarunt ipſis Patrem *Marcum Yprenſem* Prædicatorem Capuccinum, qui ex occaſione Crucifixi Domini, miraculoſe caput inclinantis, ipſis diuinas propenſiones & vocationis ſuæ celſitudinem, inde regularum intellectum, & obſeruantiam explicuit, & exceptis *ex Flandria* Capuccinarum conſtitutionibus, in eis oſtendit nihil nouum contineri, ſed modum & methodum veterem regulam obſeruandi præſcribi: poſteaquam igitur iuxta explicationem regulę & conſtitutiones Capucciniſſarum, anno integro ſe probaſſent, in præſentia Licentiati *Ægidij Campÿ Amſtelodamenſis*, & præmentionati Patris Marci Yprenſis, tanquam ſubdelegatorum ab Illuſtriſſimo Nuncio & Sereniſs. Colonienſi, profeſſionem de nouo emiſerunt Anno 1620. ipſo S. Franciſci, ſeparatis à reliquo grege quatuor aniculis, quæ ſe clauſuræ & reformationi opponebant. Mirabile dictu, refor- D mationem ſpirante monaſterio, Mater ſuperior quæ negotium multum promouerat, cum fluctuare inciperet, & timere de progreſſu; ſibi precabatur, vt ſi Dei voluntas foret, ne hoc opus impediret, breui ſe ex hac vitâ euocaret: vnde filiæ territę inconſtantiâ Superioris ſuæ, ad orationes refugerunt, & ecce Superior infirmata, intra triduum moritur, & omnes ad propoſitum rigorem continuandum, in extremis exhortatur habitum nouum induta manu tenens & oſtentans. Eſt is more Capuccinorum vnicus, ſimplex, groſſus & è ſaccorum fruſtulis repetiatus, lineorum adhæc vſus vix aliquis, præterquam veli albi, & nigri, è telis groſſioribus, quo

Rigor Colonienſium Capucciniſſarum.

faciem

A faciem planè obnubunt, pedes pauperibus & ex rudiori corio ſandalijs induuntur, Nocturna quies capitur in Sacco ſtramineo, ſupellex omnis contempta eſt, fictilis, & lignea.

§. IX. De habitu Capuccinisſarum diſquiritur.

Vbi notãdum venit de habitu Tertiariarũ Capuccinisſarum, ipſas ſola tunicâ cũ cordâ & mantello, non tam veſtiri quam tegi, ad imitationẽ Saluatoris noſtri Iesv, qui ſine luxu veſtium, potius virtutibus quam habitu ſe præcinxit; quem nudi nudũ ſecuti ſunt Sancti Dei, qui circuierunt in pellibus caprinis, & melotis. Venit autem B in dubium an iſte pauper habitus ſine ſcapulari ſit primæuus S. Franciſci; licet vero notum ſit ab ordinibus cæteris, Franciſcanos nunc ſingulariter differre, quod ſcapulari careant, etiam ſatis conſtet Sancti Franciſci habitum ſine ſcapulari fuiſſe, repetiatum, & pauperrimum, qualem nunc Patres Capuccini gerunt. atque teſte P. Dreſano *pag.* 403 ipſum proprium S. Franciſci pallium B. Eliſabethæ pro habitu tertiario tranſmiſſum fuit, tamen vt pro harum Tertiariarum veſtitu idem vlterius probemus, ſequentia argumenta producimus, aſſerẽdo inprimis: fuiſſe verum habitum S. Claræ lacerum & iuxta priuilegium paupertatis, hæc enim de ipſa refert Wadingus tomo 2. fol. 4. *non illud magnum quod S. Clara ſimpla tunicola & vili mantello de rudi panno tegebat, potius quam fouebat corpuſculum, nec id mirum quod calcea-* C *menti vſum, penitus ignorauit.*

Antiquitas pauperis toga ſine ſcapulari.

Secundo idem de habitu Tertiariarum in vita S. Eliſabethæ ſic loquitur. *Anno* 1229. *S. Eliſabetha mox poſt mortem viri in vili tunicâ & repetiata, maxime in manicis, ſuccincta cordula ſatis rudi, Mantello multipliciter repetiato, & panno alterius coloris prolongato, cooperta, velut altera ſororum recluſarum S. Claræ communiter incedebat:* & tom. 1. fol. 402. & quoque 33. videtur innuere quod inceſſerat nudis pedibus.

Tertio Innocentius quartus, Anno 1254. Bullam edidit in qua declarat quem debeant habitum portare Clariſſæ ſiue moniales incluſæ S. Damiani, Monaſterij S. Mariæ Toloſani. Sequitur initium & tenor Bullæ.

Cum à nobis petitur &c. cum itaque ſicut veſtra nobis exhibita petitio continebat conſueueritis ſecundum obſeruantiam veſtri ordinis, Tunicam, Mantellum, & chordam & velum de- D *ferre, & S. memoriæ Clara Abbatiſſa Monaſterij S. Damiani de Aßiſio, Mater ipſius ordinis, eiuſque ſorores à tempore quo Beatus Franciſcus illum inſtituit, vſque nunc vſæ fuerint chorda pro cingulo, velo quoque tunica, & Mantello, quanquam in formulâ vitæ ipſarum quam fœl. Recor. Gregorius, Papa Prædeceſſor noſter, tunc in minori conſtitutus officio, eiſdem obſeruandã tradiderat, de chorda vel cingulo minime fecerit mentionem. Nos quieti veſtræ ſuper hoc prouidere volentes, deuotis precibus veſtris inclinati, vobis vt præmiſſis corda, velo, tunica, & mantello vti, ſicut conſueuiſtis hactenus liberè valeatis, authoritate præſentium indulgemus, diſtrictius inhibentes, ne ſuper horum quatuor vel alicuius eorum vſu, quiſquam vos impedire de cætero vel moleſtare præſumat. Nulli ergo &c Datum Anagniæ 6. Idus Iulij Anno 12.*

Hugo-

Hugolinus Protector Clariſſarum; poſtea Gregorius 9 in regula quam Damianitis præſcribit. omnium harum rerum mentionem non fecerat, addo argumentũ ex Bulla Innocentij. quam Wadingus Tomo 1. anno 1219 integram citat. in ea primo ſcapulare portandum Clariſſis præſcribit, & inter alia dicitur, *quod ſi præceptum hoc de ſcapularibus deferendis tam graue fortaſſe viſum fuerit aliquibus vel moleſtum quatenus ad illud ſuſcipiendum nec inclinari valeant, nec induci, patienter cum eis ſuper hoc diſpenſetur.* Ex his patet quam fuerit idem priſtinus Franciſcanarum habitus, cum illo quem modernæ Capuciniſſæ gerunt. A

B

§. X. De mortificationibus & paupertate Capucciniſſarum.

Pia exercitia Capucciniſſarum.

Hoc habitu armatæ Pauperes cuſtodiæ ſuper muros Hjeruſalem, non ceſſant die noctuque laudare Dominum in quo quantum ad orationem vocalem, cantu ſimplici & pœnitentiali quo PP. Capuccini vti ſolent, horas iuxta conſuetudinem Breuiarij Romani decantant, & ad matutinas quidem media nocte, ſurgunt. Mentali autem orationi plures de die horas impendunt. Conſcientiæ Exomologeſis & Euchariſtiæ ſuſceptio, ſi propter feſta occurrentia frequentior non ſit, bis in hebdomada habetur, ſic quod feruentiſſimè omnis dies & ſeptimana diuino cultui cõſecrentur. Et verè inter ipſas reſtituta ſit norma vitæ primorum Chriſtianorum, C qui erant perſeuerantes in oratione & communione fractionis panis: in reliquis exercitijs, videlicet accuſandis culpis proprijs ante refectionem in publico cœnaculo, ieiuniorum, & abſtinentiarum forma Capuccinos imitantur, & æmulantur: quorum quidem inſtructionibus precario erudiuntur, gubernationi autem non ſubſunt ſed Epiſcopi, nam cum exemptiones Religioſarum perſonarum à iuriſdictione Epiſcopali, conceſſæ ſint in odium Ordinariorum, quia aliqui nimis erant infeſti Religioſis, & nimis eos grauabant (Caſt. Conſ. 432.) neq; enim aut Epiſcopi aut etiam Religioſi viri ſemper moderationem tenuerunt, nihilominus Tertiariæ Capucciniſſæ propter ſuorum Epiſcoporum virtutes, cum non poſſent de ijs ad- D uerſi aliquid vel oneris præſumere, quam ſunt libertatis fugientes, tam ſubmiſſionis impensè cupidæ, maluerunt vſitatum in Hierarchia eccleſiaſticà ſubiectionis ordinem retinere, quam obedientiam & ſubiectionem aliquo obtento priuilegio declinare: præſertim cum inſtruerentur exemptiones detrahentes iuriſdictioni Ordinariorum, aduerſari forte Concilio Conſtantienſi, in quo Papa Martinus V. à Gregorio vndecimo conceſſas exemptiones reuocaſſet, promiſiſſetque & declaraſſet non concedendas deinceps niſi causâ cognitâ, & vocatis quorum intereſt (vt per Gemin. in caſu Conſ. 35.) his attentis Capucciniſſæ quæ cauſam petendæ exemptionis, nõ quærunt, omnibus Prælatis obaudire malunt, quam iſta libertate ditari,

Paupertas exemptionũ & libertatũ quia Ordinario paret.

& hoc

A & hoc priuilegij loco reputarunt, non indigere, neque inhiare exemptionibus: neque bullis & priuilegijs locupletes cenſeri, aliud iudicantes eſſe in Viris, quibus facilis eſt recurſus ad Sedem Apoſtolicam, aliud recluſis Monialibus, quia cum omnis exemptus cenſeatur extra Diœceſin conſtitutus, & Sedes Apoſtolica alioquin multa locorum intercapedine diſtet, facile vtrimque forent derelictæ: Vnde ne querimonijs apud has S. Franciſci filias occaſio præberetur ipſimet Patres Capuccini exemptionem à iuriſdictione Ordinariorum, diſſuaſerant. Sunt argumẽta & rationes quibus Religioſi Ordinum ſuperiores congruenter & erudite eneruent recenſita momenta, & reformationes ordinum enumeratos defectus per Dei gratiam correxerunt: nihilominus cum & Patres Capuccini, & Societas IESV, & alij florentes or-
B dines pro viribus excutiant à ſe obligationẽ curæ monialium, potius viſum eſt Ordinarij gubernationem agnoſcere & retinere.

§. XI. Subiectæ ordinario gaudent Priuilegijs exemptarum.

Sed iam alia hinc quæſtio exorta eſt, an tales Ordinario ſubiectæ Tertiariæ Capuccinissæ, ijſdem perfruantur priuilegijs ordinum, quibus illæ quæ ſuorum Religioſorum imperio ſubduntur. Cum enim quando in Francia anno 1593 refor-
C mationes Tertiæ Regulæ cæperunt, plurima Pontifices priuilegia in reformationis fauorem indulſerint, videlicet

An ſubiectæ Ordinario gaudeãt Priuilegijs Tertiariarum.

Clemens VIII. Bullam, quæ incipit *Ex iniuncto nobis paſtoralis muneris debito* &c. ſub dato 1603. quam ratificauit Paulus Quintus Bulla incipit: *Alias Fœl. recor. Clemens Octauus*, ſub dato 27. Octob. 1610. & alia eiuſdem Bulla quæ incipit. *Iuſtis & honeſtis fidelium* 21. Octob. 1608.

Tertia quæ incipit: *Iniuncti nobis Apoſtolici muneris ratio*. 1. Decembris 1609.

Quarta: *Vt ea quæ pro Religionum bono*. 1. Decemb. 1610.

Quinta: *Poſtulat ratio paſtoralis* 6. Decemb. 1610.

Sexta: *Ad augendam fidelium Religionem*. 7. Aprilis. 1610.

D Septima: *Ad ſacram B. Petri Sedem*. 14. Aprilis. 1610.

Octaua: *Ex paſtoralis officij noſtri debito*. 14. Martij. 1613.

Nona: *Quæ pro augenda Chriſti fidelium*, eodem die & anno: ſed præcipua incipit: *Grata Domino & Regno Franciæ* ſub dato 16. Maij 1613. Nihilominus vltra ea priuilegia & confirmationes, à nonnullis in dubium trahebatur, an eorum & indulgentiarum capaces eſſent tertiariæ Capuccinissæ, quæ Regularibus non ſubijciuntur, ſed locorum Ordinarijs: deſuper vero ad inſtantiam Epiſcopi Attrebatenſis Vrbanus VIII. anno 1629. 13. Auguſti ſequentem fecit declarationem.

 A

§. XII. Priuilegium.

VRBANI VIII. PAPÆ, in quo ad inſtantiam Epiſcopi Attrebatenſis pro Matribus Ancillis, & Sororibus Capucciniſſis ſeu Pœnitentibus tertię regulę S. Frãciſci declaratur monaſteria tam erecta quam erigenda, licet regularibus ſubiecta non ſint, omnibus tamen indulgentijs, indultis, gratijs, & priuilegijs dicto ordini conceſſis aut concedendis gaudere, atque Nuncij Apoſtolici deputantur Conſeruatores ac vice-Protectores perſonarum & rerum &c. Datum Romæ Anno 1629. die 13. Auguſti.

VRBANVS PP. VIII. AD PERPETVAM REI MEMORIAM: B *Ex debitô paſtoralis officij noſtri quo diuina diſponente clementia vniuerſalis Eccleſiæ regimini præſidemus, ad ea ſedulo intendimus per quæ ſanctimoniales, quæ relictis mundi illecebris diuini numinis obſequiis ſeſe manciparunt, proſpere dirigantur & gubernentur, ac felicioribus in dies proficiant incrementis, hinc eſt quod nos proſpero fe:icique Monaſteriorum monialium Capucinarum ſeu Pœnitentium nuncupatarum Tertij Ordinis Sancti Franciſci tam per bonæ memoriæ Iacobum Blazeum olim Epiſcopum Audomarenſem in ſua Diœceſi primum, ſeu ab alijs Epiſcopis poſtea per diuerſas Diœceſes erectorum, quam in poſterum ſeruatis ſeruandis erigendorum, ſtatui ac regimini & gubernio quantũ cum Domino poſſumus conſulere volentes, ſupplicationibus Venerabilis Fratris Pauli Epiſcopi Attrebatenſis nobis ſuper hoc ſimiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotijs regularium* C *præpoſitorum Conſilio, quod de cætero perpetuis futuris temporibus omnia & ſingula Monaſteria prædicta ſuperioritati, Iuriſdictioni viſitationi, correctioni, curæ & gubernio in ſpiritualibus & temporalibus Ordinariorum locorum duntaxat (non autem Regularium ordinum ſuperiorum abſque expreſſa Sedis Apoſtolicæ licentia) ſubſint & ſubeſſe debeant Apoſtolica auctoritate Tenore præſentium volumus & decernimus. Necnon eiſdem Monaſterijs illorumque pro tempore exiſtentibus ſuperioribus Matribus Ancillis, cunctis monialibus, ac perſonis, bonis & rebus quibuscunque, nec non Confeſſarijs & Capellanis omnia & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, gratias, Indulgentias & Indulta quæ aliis dicti Ordinis Monaſteriis Monialium illorumque Matribus, Superioribus, monialibus perſonis, rebus & bonis hactenus quomodolibet conceſſa ſunt, dummodo tamen ſint in vſu, nec reuocata, aut ſub aliquibus reuocationibus comprehenſa ſacriſve Canonicis & Concilij Tridentini decretis aut cõſtitutionibus Apoſtolicis contraria exiſtant, & concedentur in futurum auctoritate & tenore* D *præſentis communicamus. Præterea modernum & pro tempore exiſtentem noſtrum & Apoſtolicæ Sedis Nuncium in Prouinciis vbi Monaſteria prædicta ſita ſunt vel erunt commorantem in eorundem Monaſteriorum illorumque rerum & bonorum Conſeruatorem & Vice-protectorem cum auctoritate, Facultatibus, honoribus, & oneribus ſimilibus Conſeruatoribus & Vice-protectoribus de iure vſu conſuetudine priuilegio aut aliàs quomodolibet cõpetente, auctoritate & tenore ſimilibus conſtituimus & deputamus, decernentes præſentes literas & in eis contenta*

quæcun-

A *quæcunque ſemper valida, firma, & efficacia exiſtere & fore ſuosque plenarios & integros effe-ctus ſortiri & obtinere, ac eiſdem Monaſterijs in omnibus & per omnia pleniſſimè ſuffragari ſicque per quoſcunque Iudices ordinarios & delegatos & cæteros palatij Apoſtolici Auditores iudicari & definiri debere ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quocunque quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari: non obſtantibus Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis & quatenus opus ſit dicti Ordinis etiam iuramento confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, innouatis, confirmatis quibus omnibus & ſingulis eorum tenores præſentibus pro plene & ſufficienter expreſſis habẽtes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus,*
B *cæterisque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctam Ma iam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die* XIII. *Auguſti* M.DC.XXIX *Pontificatus Noſtri anno ſeptimo ſubſignatum.*

Hac Bulla denique omnes difficultates in poſterum ſunt amputatæ, quæ Sororibus Pœnitentiarijs Capucciniſſis poterant obijci, & Priuilegia conceſſa, quorum in titulo Bullæ carptim memini.

§. XII. THESAVRVS SACER apud Capuccinas Colonienſes.

I. Vmbilico tenus expreſſa imago vultus *S. Annæ Auiæ* Chriſti Saluatoris, conti-
C net notabilem partem capitis eiuſdem Diuæ Annæ.

II. Caput *S. Euphraſiæ.*

III. Caput *S. Seraphiæ.*

IV. Herma cum Reliquijs *S. Margaritæ* V. & Mart.

V. Herma cum Reliquijs *S. Chriſtinæ.*

VI. Quatuor Lipſanothecæ magnæ innumeris excellentibusque Reliquijs refertæ, inter quas meo iudicio præeminẽt 1. coſta *S. Irmgardis*, cuius feſtiuitas 4. Septembris agitur. 2. digitus *S. Svviberti* Confeſſoris, & Apoſtoli trans-Rhenani, cuius feſtũ agitur Kalendis Martij. 3. *S. Chriſtophori* Martyris cuius feſtus dies 25. Iulij. 4. *S. Agnetis* V. & Mart. cuius feſtus dies 21 Ianuar. 6. *S. Mariæ Ægyptiacæ*, cuius dies feſtus 2. A-
D prilis. Cæteras Reliquias licebit ipſimet pio Viatori obſeruare.

§. XIV. Feſta apud Capucciniſſas.

I. S. Annæ Auiæ Chriſti & titularis Eccleſiæ. 26 *Iulij.*

II. Anniuerſariæ Dedicationis Dominica die proxima feſto S. Annæ.

III. Omnia feſta Ordinis S. Franciſci.

§. XV. Monumentum apud Capucciniſs. Colon

Ex Staurologia Colonienſi tranſcriptum.

Capitolinæ gemina Crux eſt, quæ in Sacello S. Annæ Capucciniſſarum Colonienſium

Crux caput inclinans. ſium aſſeruatur. Minor quidem forma eſt, & in qua vulnera non extenduntur: Caput tamen Crucifixi Domini ſeſe ſenſim inclinat, nullo rupturæ, aut rimæ facto indicio, non ſecus atque ſi caput ita incuruatum, manus ſculptoris excidiſſet. Idque magno ſanè iuncti aſceterij bono, ſedecim namque abhinc annis occaſione huius diuturni miraculi, R. P. Marcus Iprenſis, Ord. S. Franciſci Capucinorum, diſertus Verbi diuini præco, perorare illic cœpit, de cœleſtis gratiæ inclinatione, tantumque Monialium commouit animos, vt ad arctius vitæ genus per quam omnes aſpirarent. Quapropter, mutuatâ à S. Audomaropolitanis in Flandria Virginibus lege, auctoritate verò FERDINANDI Archiepiſcopi & Principis Electoris Colonienſis &c. atque Anthonij Albergati Epiſcopi Vigiliarum, Nuncij Apoſtolici, reformationem admiſerunt, & in tertiam ſuam, quam profitebantur S. Franciſci regulâ, introduxerunt Clauſuram, habitum, cæremonias & conſtitutiones Capucinarum. Idem ſeuerum Inſtitutum Paulus V. Gregorius XV. & Vrbanus VIII. Pontifices Maximi, variè demum approbauerunt, amplexatæque ſunt nobiliſſimæ regionis noſtræ Virgines, quæ etiam auſpicijs altè memorati Archiepiſcopi Ferdinandi colonias rigoris ſui Paderbornam & Bonnam deduxerunt. Hæc, de qua loquimur, Cruci adſcripta ſunt:

Capuciniſſarum Colon. prima inſtitutio.

Capuciniſſ. Colon. propagatio in partibus Rhenanis. in Flandricis n. regionibus ſupra 10. habent Monaſteria.

Inſcriptio S. Crucis apud Capuciniſſas. *Heus, deuote Viator, in hac pretioſis Reliquiis circumdata Chriſti Crucifixi Imagine, admirare prodigioſam Capitis inclinationem, quæ ab annis aliquot, paulatim magis magisque profecit, atque eâ piè obſeruatâ, Redemptorem precare Noſtrum, vt Gratiæ ſuæ ad nos demittat chariſmata, qui propter nos in Cruce inclinato capite expirauit.*

SYNTAGMA LXIV.

De Monaſterio Sororum S. Claræ, *primæ vt vocant regulæ, ſub inuocatione SS. Angelorum Cuſtodum, apud* forum nouum, *vulgo* am Newmarck.

§. I. De harum Sororum ex Hollandia Coloniam exilio, tranſplantatione, & incremento.

ORiginem Monaſterij huius Virginum, ſub prima vt vocant regula, S. Claræ in arctiſſima paupertate Deo famulantium, paucis inſinuat Reuerendiſs. Pater *Franciſcus Gonzaga* operis ſui quod de origine ac progreſſibus Seraphicæ Religionis Franciſcanæ Romæ edidit an. 1587. parte tertia in Prouincia Coloniæ, Monaſterio ſecundo Clariſſarum ſic ſcribens: *Extat & aliud Clariſſarum de prima vt aiunt, Regula, B. Virginis Claræ Monaſterium, ſiue potius collegium Coloniæ Agrippinæ erectum, quod viginti Sorores pro maiori parte patriis laribus natiuoque ſolo, quod Catholicam fidem Romanamque Eccleſiam abiurare noluerint profugæ inhabitant.*] Sic ille. Dum

Dum enim aliquot ab hinc annis hæreſis in *Hollandia* & vicinis Prouincijs præ-
A ualeret, inter alios religioſos Ordines diuerſis ex locis exulare coactæ fuerunt ſoro-
res S. Claræ, & in ſpeciali ex conuentu *Brilenſi* feria quarta hebdomadæ pœnoſæ
anno Chriſti 1571. eiectæ, ſequenti die magna hæreticorum rabie veſtibus reli- 1571.
gioſis pro maiori parte ſpoliatæ, è ciuitate *Brila* deturbatæ fuerunt, vt neceſſitate
compulſæ ad diuerſa Belgij eiuſdem Ordinis monaſteria commigrarint; & ſic di- 1578.
ſperſæ manſerint donec anno 1578. die decima Auguſti, duæ ſorores de tertia
B.P. Franciſci Regula Clariſſis inſeruientes, quas *exitrices* appellant, ſacra mœnia hu-
ius vrbis intrarunt, primum exceptæ in domo Adm. Reu. & Eximij *D. Iacobi Midden-
dorpij*, ad S. Andræam Decani, perpetuò apud has ſorores memorandi, cuius conſi-
B lio, auxilio, & fauore, ſuam in Conuentu Brilenſi antea Matrem Sororem *Mariam
Heindrichs*, cum quibuſdam alijs euocarunt, & ab Ampliſſimo Senatu, vt ſibi de loco
prouidere poſſent, & hic ſedem figere impetrarunt; ac ſub initium aliquam do-
mum locationis titulo in *Friſiorum platea* acquiſiuerunt, ad quam prædicta Mater
omnes ſuas in Conuentu Brilenſi antea filias conuocauit: quibus accreuerunt non-
nullæ aliæ ex *Ambſterodamenſi, Harlemienſi*, & cæteris ab hæreticis occupatis Conuen-
tibus, quæ omnes in vnum corpus redactæ, in dicta domo ad quartum vſque an-
num religioſè permanſerunt. Exinde poſtea migrarunt ad aliam domum in *platea
Machabæorum*, quam ad viginti ferè annos inhabitarunt: ſubſidium & pecuniam
C quam pro elocatione domus ſoluebant, præſtante, ob Dei amorem Mercatore quo- 1582.
dam *Marcon* nuncupato, æternæ apud Sorores memoriæ. Ibidem anno 1582. die
24. Maij à R. P. *Hayo* Prouinciæ Colonienſis Fratrum Minorum de Obſeruantia
Miniſtro, & Commiſſario Apoſtolico, ad obedientiam dictæ Prouinciæ receptæ, in
manibus præmemorati Patris profeſſionem renouarunt, & perpetuam ei ac ſucceſ-
ſoribus obedientiam promiſerunt.

Poſtquam autem anno 1599. prænobilis virgo *Margareta Heldtin* è vita migrauit,
& ſub finem domum ſuam in platea *dem Filtzengraben* ſitam vulgo *im groſſen Spiegel*
nuncupatam, his virginibus legaſſet, ad eam ex platea Machabæorum Anno 1601. 1601.
die 10. Octobris migrarunt; vbi eodem anno die 27. Decembris in feſto S. Ioannis
D Euangeliſtę poſt decantatum muſicum ſacrum ſolemniter arctiori clauſurę (quam
tamen pro poſſibili ſemper ſeruauerant) incluſæ fuerunt: & anno 1613. Eccleſiam 1613.
exædificarunt quam & decima ſeptima Februarij in honorem *S. Luciæ* Virginis &
Martyris conſecrari procurarunt, per *R. D. Theodorum Riphan Suffraganeum.* Quia
verò & hic locus accreſcenti virginum numero anguſtior, Ampliſſimus etiam Se-
natus ædes contiguas negotiationibus oportunas in ædificia Religioſarum con-
uertendas, communi Reipub. vtilitati minus expediens iudicaret, vt arctiſſimam ad
quam ex regula obligantur clauſuram, melius obſeruarent; neque neceſſarijs hunc
in finem habitaculis carerent, coactæ fuerunt ſibi de alio loco magis oportuno pro- 1637.
uidere: quem inſpectis varijs, conſilio bonorum amicorum, acquiſiuerunt *iuxta
forum nouum*: in quo Anno 1637. die 28. Iulij fundamenta noui ædificij auſpicatæ

 ſunt,

ſunt,& primũ lapidem præuio Sereniſs.Principis Electoris loci Ordinarij & Senatus conſenſu,per Ampliſſimos Dominos *D.Ioannem Oeckhouen,*& *Ioannem Pfeil Conſules*, A
& Patronos ad id ſpecialiter requiſitos,collocarunt; & ſedulo ſtructuram non ſine
1640. ſpeciali Dei adiutorio eo vſque perfecerunt,vt Anno 1640. die prima Octobris ſolemni ritu ex priori loco ordine religioſo eductæ, audito prius in eccleſia Conuentus Fratrum Minorum ad Oliuas ſacro,& SS.communione percepta,ad nouum locum introductæ fuerint, in quo modo debita cum clauſura, ac vitæ auſteritate, ex ſolis eleemoſynis humiliter emendicatis, vel ſpontaneè oblatis degunt, & Eccleſiam temporis ſucceſſu,cum fidelium eleemoſynis auxilium præſtabitur, officio diuino oportunam,ædificare intendunt,conſecrandam in honorem SS. Angelorum B
Cuſtodum.

§. II. THESAVRVS SACER.

Reliquiæ in hoc monaſterio notabiles nullæ ſunt, ſed ſolum particulæ diuerſæ quæ ad ornatum Altaris ad modum capitum elaboratæ exponuntur.

§. III. Feſta Solemniora.

C

I. Feſtum S.Claræ die 12.Auguſti.
II. Feſtum SS.Angelorum Cuſtodum die 1.Octobris.
III. Dedicationis cum ea fuerit peracta.&c.

SYNTAGMA LXV.

De Monaſterio Sororum S.Claræ *primæ ſimiliter regulæ,in platea* der Klockergaß *ad præſentationem communiter Marientempel dicto.* D

§. I. De initio & incremento Monaſterij.

1610. MOnaſterium hoc originem & initium ſumpſit, circa annum Domini 1610. quando decem virgines deuotariæ,quæ ex Hollandia *R. Patrem Nicolaum Vigerium* Ordinis Fratrum Minorum ſtrictioris Obſeruantiæ (ante aſſumptum Seraphici Patris Franciſci habitum ſuum in vita ſpirituali ducem) huc Coloniam ſecutæ:abdicatis ſæculi vanitatibus ſub ſuaui religionis iugo Altiſſimo prælegerunt ſeruire,

A uire,& per tempus aliquot in vita regulari nondum ſub votis viuentes, à prædicto Patre exercitatæ, anno quo præmittitur die vigeſimaquinta Martij habitum S.Claræ aſſumpſerunt in Eccleſia Fratrum Minorum ſtrictioris Obſeruantiæ *ad Oliuas*; & ad locum religioſum in platea *der Strickgaſſen zum VVaſſenbergh* (qui antea fuerat Tertiariarum S.Franciſci ſub directione PP. Conuentualium & memini eius in deſcriptione eccleſiæ S.Claræ) vt Nouitiatum inchoarent introductæ fuerunt, adiunctis illis quatuor ſororibus, ex alio S.Claræ de prima regula Monaſterio, quæ eas ad omnia Ordinis & regulæ S.Claræ inſtituta erudirent. Elapſo autem & expleto laudabiliter Nouitiatus tempore Anno 1611. die 25. Martij, cum magno applauſu & totius ciuitatis huius populi celeberrimo concurſu, ad templum Fratrum Minorum ſtrictioris Obſeruantiæ ad Oliuas reductæ, præſente inter alios dignatione laudabili,
B Illuſtriſſimo Domino D. *Antonio Albergato Epiſcopo Vigiliarum* his in partibus Apoſtolicæ Sedis Nuntio; in manibus *R. Patris Nicolai Vigerij* id temporis miniſtri Prouincialis, profeſſionem emiſerunt, qua expleta ad locum ſuum reuerſæ ſunt. Dum autem tempore ſubſequenti ſororum numerus accreſceret, locum nimis anguſtum ampliarunt, & vicinam domum immunitatibus omnibus gaudentem dictam aulam Iuliacenſem, vulgo *den Guligſchenhoff* à Prænobili familia *Neſſelradt*, cum adiacente prato quod nuncupabant *den Bleichhoff in der Klockergaß*, coemerunt. in quo poſtea Eccleſiam vna cum Conuentu in ea, qua nunc viſitur forma, conſtruxerunt; quam anno 1614. die 21. Iulij R.D *Theodorus Riphan Suffraganeus* Colonienſis
C in honorem *B.Mariæ Virginis in templo præſentatæ*, vti prius antiquum Sacellum fuerat, conſecrauit, Altare maius Sanctiſſimæ Triadi; minus ad latus dexterum Beatiſſimæ Virgini Mariæ præſentatæ; ad ſiniſtrum B. P. Franciſco & B. Matri Claræ, ſacrata ſunt.

§. II. THESAVRVS SACER.

Reliquiæ huius loci notabiliores ſunt quæ ex antiquo Sacello remanſerunt aliqua capita & oſſa ex Societate S. Vrſulæ; item ex Societate S. Gereonis & The-
D bæorum.

§. III. Feſta.

I. Feſtum dedicationis annue celebratur die dominica quæ eſt proximior diei 21. Iulij.

II. Feſtum S.Claræ die 12. Auguſti.

III. Feſtum præſentationis 21. Nouembris.

IV. Feſta omnia Ordinis S.Franciſci.

A

SYNTAGMA LXVI.

Monaſterium S. Reinoldi Ordinis S. Auguſtini.

§. I. De S. Reinoldo & initijs ac incrementis Monaſterij.

B

S. Reinoldus Martyr. S REINOLDVS Illuſtri genere natus, Illuſtrior virtutibus, calcatis mundi &
opum ſplendoribus, *Coloniæ Agrippinæ* monaſticæ diſciplinæ ſe tradidit, in ve-
Monachus Coloniæ. tuſto cœnobio *S. Panthaleonis* in quo rebus piè & præclarè geſtis ac miraculis claruit,
quæ veterum carminibus decantata tandem hiſtoriæ fabularum ſimilitudinem in-
ſperſerunt. vera tamen vita eius in mea & antiquis bibliothecis conſeruatur: cæte-
Lapicidarũ præfectus. rum cum Abbatis iuſſu cæmentariorum præfectus eſſet, & diu noctuque orans, la-
picidinæ laboribus nihilominus reliquos antecelleret magiſtros, eorum inuidia &
conſpiratione in Epiſcopali antiqua vel Romana via Coloniæ ſacra loca circumi-
Occiditur & mergitur ens, noctu inuidorum cæmentariorum malleis cæſus, proiectus eſt in lacum apud
veterem Iani portam, qui deinde expletus inter domum ad lacum (vulgo *zum* C
loch) & quandam paludem (vulgo *Rincken poel*) Sacello in honorem Martyris ex-
Transfertur Tremoniam. tructo ornatus eſt. Et ſancti quidem Martyris lipſana, *Tremoniam* antiquam ciuita-
tem & comitatum translata, magno honore coluntur, vbi Magiſtratus etſi Luthe-
rani pſeudo euangelij erroribus deceptus, ſacrum verticem argentea herma inclu-
Sacellum reſtauratur ann. Domini 1415. ſum honorificè conſeruat. Sacellum vero S. Reinoldi ſero, temporis tractu collap-
ſum, reſtauratum eſt ſedente *Theodorico II. de Morſa Archiepiſcopo Colonienſi*, ann. 1415.
& ab indè quinquennio euoluto cum anno Chriſti 1420. Decanus eccleſię vicinę
1420. eſt cluſorium. Sanctorum Apoſtolorum eſſet *Ioannes de Stummel* ex nobili Vbio-Romana gente,
cuius lib. 2. Syntag. 23 memini, *hic Sacellum & recluſorium S. Reinoldi legitur renouaſſe,*
erant enim quatuor tantummodo Deo dicatæ fœminæ in eo, gryſeo indutæ habitu, ſub regula
& directione Ordinis Carmelitani, verum anno Chriſti 1447. MARGARITA DE VVAL- D
1447. Fit monaſterium Virginum. *DECKEN nobilis & valde honeſta matrona, ex Capitolina Æde euocata à Deo, & per reue-*
lationem cæleſtem iuſſa ſuſcipere reformationem communis vitæ ſecundum regulam Beatiſſi-
mi Patris Auguſtini,] prima loci ſuperior facta, maiorem virginum cætum coaduna-
uit, & *Ioannes Cardinalis S Crucis* ad auſpicatum opus promouendum, plures Indul-
gentias dedit. *Coloniæ ſub anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo quadrage-*
1449. *ſimo nono, indictione duodecima, die vero vndecima menſis Aprilis, Pontificatus Sanctiſſimi in*
Chriſto Patris & Domini noſtri Nicolai diuina prouidentia Papæ quinti anno tertio]
1452. *Nicolaus etiam Cardinalis* S. Petri ad Vincula anno 1452. & *Raimundus* tituli S. Marię

nouæ

A nouæ Cardinalis Gurcenſis, Legatus Apoſtolicus per Germaniam & Daniam, Anno 1502. diuerſas Indulgentias conceſſerunt eccleſiæ S. Reinoldi, in qua diuinis laudibus nobilis Auguſtinianarum chorus, diu noctuque ſe impendit, ſub gubernatione Abbatis S. Panthaleonis diſtrictus iſtius ſuperioris, & Archiepiſcopalis commiſſarij. 1502.

---

§. II. THESAVRVS SACER Eccleſiæ S. Reinoldi.

B

I. & II. Duæ Cruces argenteæ inauratæ plenæ Reliquijs Sanctorum.

III. Imago *S. Reinoldi*, cum eiuſdem, & alijs Reliquijs benedicta & Deo dicata Anno Chriſti. 1472. 1472.

IV. Caluaria *S. Vincentij* Martyris: & decem circiter hierothecæ argenteæ varijs notabilibuſque Reliquijs impletæ.

---

§. III. Feſta.

C I. S. Reinoldi Martyris & Monachi Colonienſis 7. Ianuarij.

II. Dedicatio Eccleſiæ Dominica SS. Trinitatis.

SYNTAGMA LXVII.

Monaſterium S. Bonifacij *Virginum Conuentualium Ordinis S. Franciſci.*

D §. I. De initijs & incrementis Monaſterij.

HVius Eccleſiæ originem repetunt à Victoria Anno Domini 1288. in ſacra *S. Bonifacij* feria obtenta; de qua hæc in Faſtis Belgicis ad diem quintum Iunij affert. D. Aubertus Miræus. 1288.

COMMEMORATIO B. MARIÆ VIRGINIS APVD BRVxellenſes inſtituta ob victoriam Woringanam.

Ioãnes I. Lotharingiæ, Brabãtiæ, & Limburgi Dux V. idus Iunij apud Voringã diœceſis Coloniẽſis arcẽ, Illuſtrẽ cõtra hoſtes victoriã obtinuit, Cæſi ex hoſtibus Henricus Comes Luxẽburgẽſis

cum Balduino, Valerano, & Ioanne fratribus & quadringentis equeſtris ord. viris Capti Sifridus Archiepiſcopus Colonienſis, Reinaldus Geldriæ Comes, Valeranus Falcoburgi dominus, & Adolphus Naſſauiæ Comes, VVoringa arx capta atque euerſa. In memoriam tantæ Victoriæ, vt ſuſpicor, fit quotannis Bruxellæ publica ac ſolemnis ſupplicatio Dominica Pentecoſten præcedente: ſoletq; per vrbem deferri imago Deiparæ cum Reliquiis Sanctæ Iulianæ Virginis & Martyris quæ in baſilica elegantiſſima eidem Virgini-Matri in arenis conſtructa ac dicata.] A

Hæc Miræus. Fuerat enim bellum pro hæreditate *Lymburgenſis Ducatus* ſuſceptum contra *Geldriæ Comitem*, qui ſucceſſionem legitimo iure ad ſe deuolutam prætendebat, eandem ſibi deberi aſſerebat *Montium Comes Adolphus*, & ius ſuum potentiori *Ioanni Brabantiæ Duci* ceſſerat: cumque eodem in belli Societatem venit, vna cum Colonienſi vrbe, alijsque Prouinciæ Proceribus. *Siffridus* autem Colonienſis B
Archiep. à Brabanto laceſſitus emptione & occupatione arcis *Kerpenſis*, cum Montenſi verò Comite, & Vbiorum vrbe dudum diſſidens, cauſam Geldri promouebat, communito in fœderatorum damna municipio *VVoringano*, quod
Anno C. 1288. veteres *Buruncum* dixerunt: ibi igitur prælio acerrimo concurſum eſt & Gelder cum Siffrido Archiepiſcopo in hoſtium manus venit. Huius victoriæ memoriam Brabanti celebrant, & Agrippinenſis Coloniæ magiſtratus, ſicut in belli Societatem cum Brabanto venerunt, ita concelebrant Victoriæ memoriam quotannis ſupplicatum adeundo nonis Iunij, in die S. Bonifacij eiuſdem Sacellum pro victoriæ monumento anno 1288. erectum, vt dicunt aliqui, mihi tamen videtur non eodem, ſed duodecimo ab inde anno inchoatum triumphi monumentum, cum
1300. Anno æræ Chriſtianæ trecenteſimo ſupra milleſimum, eccleſiæ locus adhùc caupona fuerit, duo enim digna calamo id loci euenerunt. Alterum Anno 1300. C
NB. Mira hiſtoria. Duo nempe Adoleſcentes vt cito hæreditate paterna fruerentur facti parricidæ, patrato ſcelere diuerterant in hanc popinam, & ſicut fuerant in patris ſanguinem & vitam crudeles, ita in Deum impijſſimi, alter enim eorum cum cartarum luſu funeſtum patrimonium prodegiſſet, horrendo facinore, in æternum numen patremque, blaſphemum os ſtrinxit, & cultrum in menſam adigens, (Horror auribus) ſi Dei inquit compos eſſem, ſeceſpitam in eius cor ita detruderem: ô ſuperi quo proruit hominum plus quam diabolica impietas! non abfuit vltor Deus, ex vulnere mox proſilijt cruor, vti inſcriptum eſt eidem ſuſpenſæ in atrio ante eccleſiam menſæ, tradunt parricidarum alterum terra abſorptum, alterum D
iudicio feruentis olei condemnatum, & quæ in tabula extabant ſanguinis veſtigia, exoriente hæreſi à vicino nouitiæ ſectæ aſſecla, titione deuſta, vſtulationis clara ſigna ſuperſunt, adeo blaſphema hæreſis miraculorum nomini inuidet. Winhemius dicit etiam prodigij huius annum malitioſè eraſum, vnde ſuſpicari licet annum, qui nunc eſt adſcriptus 1300. mendoſum eſſe. Alterum hoc loco memorabile eueniſſe traditur: cum eandem quoque tabernam viſitaret ſacerdos porrecturus ægræ hoſpitæ euchariſtiæ viaticum, pede lubricante prolapſus, ſacras hoſtiolas effuderat in cellam tabernæ, quibus diligenter collectis, cum ab eis con-

A tacta tellus miraculoſum odorem exhalaret, & ideo frequens multitudo Venerationis miraculique cognoſcendi cauſa ſæpius eodem confluerct: terra quidem in ciſtulas collecta eſt, quarum etiamnum vna ibidem cuſtoditur, & domus conuerſa in eccleſiam S. Bonifacij, vt credo duodecim annis poſteaquam ad S. Bonifacij honorationem magiſtratus voti reus erat. imitati in hoc Bruxellenſium deuotionem, niſi error vt dicebam irrepſerit in reſtaurationem ſcripturæ.

Habet eccleſia ex inædificato puteo & lineamentis oſtiolorum & quadrilateræ domus veſtigium teſtimoniumque primæ figuræ, atque fuit ab initio in poteſtate Theſaurarij eccleſiæ S. Seuerini, qui magiſtratui duos clericos nominabat, ex *Vide ſupra*
B quibus vnum inueſtiendum Senatus eligebat: tandem Anno C.1480. in die SS. Apoſtolorum Petri & Pauli translatæ ſunt huc authoritate Apoſtolica, ex conuentu S. Apri ſorores Franciſcani Ordinis, quæ noluerant immigrare in leges ſororum Ciſtercienſium, in S. Apri ante annos ſex introductarum, cum Monaſterium ſuburbicarium ad Martyres, belli cauſa transferretur in vrbem vti in deſcriptione eccleſiæ S. Apri dixi hoc ipſo lib.3. Syntagmate 57. *pag.549.* *1480.*

---

§. II. THESAVRVS SACER
C
Eccleſiæ S.Bonifacij.

I. particula de *Cruce* Domini noſtri Ieſu Chriſti:

II. Oſſicula de *SS.Blaſio, Modeſto Vitale,* &c.

III. Sex ciſtulæ plenæ diuerſis Sanctorum Reliquijs nominatis, & innominatis.

---

§. III. Feſta.

D

I. S.Bonifacij, quo diè Ampliſſimus Senatorius ordo hic diuina audit.

II. Dedicationis eccleſiæ feria ſecunda Paſchatis.

III. Omnia feſta ordinis S.Franciſci.

---

§. IV. Monumenta.

I. Superliminari Ianuæ intra eccleſiam inciſum quod pag.88.lit,D.retuli.

Anno Domini M.CCLXIX. Fuit Colonia tradita per foramen apud Vlreportz. A

II. Alterum.

Anno M.CC.LXXXVIII. Fuit prælium in Woringen & hoc in Sabath.

III. Refert Winhemius in Sacrario ab anno 1527. ali à Virginibus teſtudinem marinam quæ dum hæc ſcribo etiamnum ſuperſtes eſt, inſigni experimento longæuitatis in illa ſpecie animalis atque ad poſteros documento.

B

SYNTAGMA LXVIII.

S. Nicolai in Burghoff Virginum Regularium.

§. I. De origine & incrementis.

PArthenon Regularium Ordinis S. Auguſtini dicta *S. Nicolai* in Burghoff, id eſt *in Burgi aula*, olim Burgrauij Colonienſis dicitur habitatio fuiſſe, & poſſeſſa poſtremo à *Godefrido* vltimo *Arnsbergi Comite*, cuius inſigne, vniceps aquila, adhuc extat ſupra portam verſus regiam viam quę Ciuitatem Colonienſem à Septentrione ad Meridiem recta interſecat. Sed ego aliter arbitror, nam Godefridus poſtremus Arnsbergi Comes obijt anno 1371. Monaſterium vero S. Nicolai integro ſæculo vetuſtius eſt, conſecratum à *Conrado Hochſtedeno* Archiepiſcopo Anno 1250. Deinde à *Theodorici de Morſa* ſuffraganeo *Ioanne Sc lechter* anno 1446. 3. Aprilis die Mercurij ante Dominicam Palmarum facta eſt iterata conſecratio eius. Noſtra ætate anno Chriſti 1629. *Iacobus Hutterus Kempenſis* Theologiæ Doctor Metropolitanæ Colonienſis Canonicus Presbyter, ædificio vetere deiecto, à fundamentis nouam Eccleſiam erexit; quam anno Chriſti 1630. 27. Ianuarij Reuerendiſſimus *Otto Gereon Suffraganeus* Colonienſis Deo dicauit. C

Reliquias habent ex Societatibus Vrſulana & Gereonæa. D

§. II. Feſta.

I. S. Nicolai. *6. Decemb.*

II. Dedicationis Eccleſiæ Dominica poſt Feſtum SS. Coſmæ & Damiani.

SYN-

A

SYNTAGMA LXIX.

S.Michaelis *Monaſterium* Virginum Regularium *Ordinis S. Auguſtini prope S.Cæciliam.*

§. I. De initio &c.

MOnaſterium Virginum Regularium Ordinis S.Auguſtini, tenue initiũ habuit ab inſtitutore *Matthia de Andernaco*, Sacellano Vicinæ S. Petri Eccleſiæ: B incrementum dedit, Anno 1480. *Fridericus III.* Auguſtiſſimus Imperator, qui impetrato à Cæciliano Collegio ampliore loco, pomeria Cœnobioli extendit, & largâ manu dignam maieſtate Cæſarea munificentiam impendit. Eccleſia Diuo Michaeli Archangelo ſacra incumbit portæ immunitatis illius quæ olim apud S. Cęciliam & D.Petrum Metropolitana fuit, Eccleſiæ. 1480.

§. II. THESAVRVS SACER Monaſterij S.Michaelis.

I. Fragmentum *Dominici ligni* in Hierotheca argentea.

C II. Caput *pueruli ex Bethlehemiticis* martyribus.

III. Caput *S.Gulielmi* ex Socijs S. Vrſulæ.

IV. Caput *S.Theodorici* Patrui S.Vrſulæ.

V. Caput *S.Caſtoris* Presbyteri eiuſdem Societatis.

VI. Capita tria ex cohorte Sanctorum *Maurorum.*

VII. Capita plurima ex Societatibus *S.Gereonis* & *S.Vrſulæ.*

VIII. *S.Chriſtinæ* Martyris cranium in expreſſa thorace vultus eius imagine.

IX *S.Dorotheæ* Cranium in expreſſa thorace vultus eius imagine.

X. *S.Huberti* carnis notabilis pars incluſa argenteæ auro illuſę hierothecæ.

D XI. Hierothecę argenteæ incluſum notabile os brachij *S Barbaræ.*

XII. Septem minores argenteæ hierothecę notabiles Reliquias Sanctorum includentes quorum nomina adſcripta ijſdem.

XIII. Diuerſæ Reliquiæ in capſis, gemmis & meliore metallo exornatis.

§. III. Feſta.

I. Dedicationis anniuerſaria feſtiuitas Dominica ſecunda à Pentecoſte.

II. S.Michaelis Archangeli. 29. *Septemb.*

III. S.Barbaræ. S.Chriſtinæ. S.Dorotheæ &c.

A

SYNTAGMA LXX.

S Mariæ Magdalenæ in pœnitentia Ordinis S. Auguſtini.

§. I. De initio & incrementis.

SS. Mariæ *Magdalenæ* & *Mariæ Ægyptiacæ* vulgo *in Berblehem* Monaſterium ſequioris ſexus, iuxta regulam S. Patris Auguſtini, in *platea Aquilina* olim quarundam mulierum conuentus erat, quibus expulſis ſucceſſerunt conuerſæ à vitæ lubricitate pœnitentes puellæ; *Brugâ* enim quæ oppidum eſt terræ Iuliacenſis (non illa Flandriæ Ciuitas vt vult chronicon Colonienſe pag. 346.) euocatis duabus Matronis Catharinę *Houffnagel* & Margaritę *Honff* Anno Chriſti 1471. teſte archiuo, viginti quatuor ad caſtitatem reductę iuuenculę acceſſerunt, cum Mariâ Magdalenâ ſeueriore vitâ, priorem vitę libertatem expiaturæ. Acciderat enim eo tempore, vt propter magnatum & aulicorum Colonię frequentiam, flagrantibus in vicinia bellis, etiam leuium perſonarum colluuies in Vrbem conflueret, propriamque plateam occuparet; nunc vero per Dei gratiam huiuſmodi ſentinâ expurgatâ & Ciuitate ſuis moribus reſtitutâ, cum non ſit ea neceſſitas proprij aſceterij pro cõuerſis, Virgines adleguntur in hoc Monaſterium, quæ manuum labore & per duas Sorores vicatim ſtipem colligendo, viuunt, ipſę arctiſſimâ clauſurâ ſeptæ.

1471. (margin)

B

C

Quia vero tabularia dicunt, ad familiam de *Quatermart* redituram domum ſi conuerſæ ad diſſolutionem vitæ, & diſciplinę negligentiam recciderent, hinc planũ fit, gentem de *Quatermart* loci fuiſſe Patronam & Inſtitutricem, cuius ius nunc ad ampliſſimum Senatum Reip. Colonienſis deuolutum eſt.

§. II. THESAVRVS SACER.

I. Segmen de *Cruce* Chriſti.
II. Os magnum ex brachio *S. Mariæ Magdalenæ.*
III. Coſta *S. Irmgardis.*
IV. Notabile os de *S. Sebaſtiano.*
V. Notabile os de *S. Maria Ægyptiaca.*
VI. Plura capita, & ſacra oſſa ex Soc. Vrſulana, cũ alijs plurimis nominatis Reliq.

D

§. III. Festa.

I. S. Marię Magdalenæ. 22. *Iulij.*
II. S Mariæ Ægyptiacæ. 7. *Auguſti.*
III. S. Auguſtini. 28. *Auguſti.*
IV. Dedicationis Eccleſiæ Dominica poſt feſtum exaltationis S. Crucis.

SYN-

A

SYNTAGMA LXXI.

Monaſterium Virginum Ordinis S. Benedicti in Cluſa S. Ioannis Baptiſtæ.

MOnaſterium Virginum Ordinis S. Benedicti adhærens eccleſiæ S. Ioannis Baptiſtę, *in Cluſâ* dicitur propter clauſurę rigorem, quia ab hominum aſpectu veſtales remotę, mentis oculos paſcunt iugi meditatione Dei, hinc ob deuotionis famam Colonienſis populus in anguſtijs, emit orationum ipſarum ſuffragia largis eleemoſynis: ex Eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ per arctos cancellos fruuntur diuino officio.
B

SYNTAGMA LXXII.

Eccleſia S. Vincentij & Mariæ Ægyptiacæ Tertiæ Regulæ S. Franciſci.

§. I. De initio & incremento Monaſterij.

C MOnaſteriolum ſiue clauſtrum *ad Sanctum Vincentium* inter duo *Granaria* Ciuitatis Colonienſis è regione *Curiæ Maurorum* ſuper muros antiquæ Ciuitatis, 1331.
primordia ſua ſumpſit ſub Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Colonienſi *Henrico* in loco qui dicitur *Cœmiterium Orphanorum* vulgo der ellende Kirchhoff vbi Sacellum *Sancto Vincentio & Mariæ Ægyptiacæ* ſacrum viſebatur ſub Parochia S. Pauli ſitum, fueruntque duę Virgines *Hildegundis* & *Beatrix* Colonię inſtantiſſime & humillime ſollicitantes vt auctoritate & licentia benememorati *Archiepiſcopi Henrici* ibidem ſub tertia Regula Sancti Seraphici Patris Franciſci in perpetua Virginitate velatę poſſent ſeruire, quarum pię petitioni annuit Archiepiſcopus conſtituitque perpetuis temporibus pro tempore *Subdecanum Metropolitanæ ædis Commiſſarium* ſub cuius directorio tam in ſpiritualibus quam alijs vitę neceſſarijs, viuerent & haberent vel
D ex proprio ordine vel alium ſecularem, exemplarem tamen & bonę vitę Sacerdotē qui ageret Confeſſarium, celebraret Miſſam & adminiſtraret Sacramenta, confirmatioque hęc & permiſſio ſigillatis litteris roborata eſt Anno 1331. ipſa die Beati Petri Apoſtoli ad Vincula.

Deinde Reuerendiſs. *Archiepiſcopus VValramus* eaſdem confirmauit & conceſſit vt ſub notis, vti in Parochialibus Eccleſijs die Paſchatis & alijs ſolennioribus feſtiuitatibus ſacrum canerent &c. quod factum eſt prout ſigillatæ literæ edocent ſub Anno 1343. in Vigilia Paſchæ. Succeſſor in Archiepiſcopatu *Guilielmus* eaſdem Moniales confirmauit Anno Milleſimo trecenteſimo quinquageſimo 19. Nouemb. 1343. 1350.

Prout

1377. Prout etiam *Fredericus Archiepiſcopus* liberaliſſimis indulgentijs præmiſſis ſanctimoniales confirmauit Anno 1377. prima die menſis Martij. Demum ad inſtantiam Monialium *Theodoricus Archiepiſcopus* miſſo admodum Reuerendo *D. Iacobo Seger de Bonna* SS. Legum Doctore Officiali Curiæ Colonienſis & Decano Collegiatæ Eccleſiæ S Georgij numerum ternarium auxit & extendit in octo vel ad ſummum de- A
1450. cem perſonas adiunctis indulgentijs. Anno 1450. die decima menſis Martij.

Noſtris temporibus numero & virtutibus auctum Monaſterium, in diuinis laudibus muſico cantu cætera Cœnobia præcellit, & non minus vitæ puritate quam vocibus æmulatur angelorum choros.

B

§. II. THESAVRVS SACER Monaſterij S. Vincentij.

I. Cranium ex *Innocentibus* Bethlehemiticis Martyribus.
II. Pars cranij *S. Apollinaris* martyris.
III. Notabile os *S. Vitalis* Mart.
IV. Oſſiculum *S. Bartholomæi* Apoſtoli.
V. Os brachij *S. Cyriaci* Epiſcopi.
VI. Notabilis pars ſcapulę *S. Vincentij* Leuitę. C
VII. In monſtrantia Reliquię, *S. Magdalenæ S. Barbaræ, S. Petri* Apoſtoli, *S. Pauli* Apoſtoli. X. *mille* Martyrum, oleum *S. Catharinæ.*
VIII. Plurima capita *ex Societate Vrſulana* inter quæ eminent capita S. CONSTANTIÆ & S. CVNERÆ.
IX. Plurimæ Reliquiæ ex Societatibus Sanctorum Mauritij & Gereonis.
X. In altari *S. Mariæ Ægyptiacæ* Reliquię eiuſdem & *S. Afræ. S. Petri* & *S. Matthæi.*

§. III. Feſta.

D

I. S. Vincentij Leuitæ & Mart. 22. *Ianuarij.*
II. S. Mariæ Ægyptiacæ. 2. *Aprilis.*
III. Dedicationis Eccleſię prima Dominica poſt Paſcha.

SYN-

A

SYNTAGMA LXXIII.

Monaſterium Virginum Ordinis S. Auguſtini *in muro Caſtrenſi* ad Agnum *appellatum.*

§. I. De initio & incrementis.

B FVit vetuſtum recluſorium puellarum Ordinis S. Auguſtini, cuius fundationem locupletauit, & ædificatâ eccleſiâ ad perfectam Monaſterij formam auxit Nobilis Vir Ioannes à *Rinck* Anno Chriſti 1502. ſedente *Alexandro ſexto* Papa, & Hermanno IV. ſiue *de Haßia* Archiepiſcopo Colonienſi, ſub titulo *S. Iacobi Maioris ad Agnum in muro Caſtrenſi*, vulgo zum Lämbgen auff der Burgmawr. 1502.

§. II. THESAVRVS SACER ad Agnum in muro Caſtrenſi.

I. De *S. Cruce* aliquot particulæ.

II. Paruulus vertex & aliquot oſſicula *Innocentis pueruli* ex Bethlehem.

C III. Decem integra & ſupra centum dimidia capita *Societatis Vrſulanæ* cum maximo numero variarum Reliquiarum nominatarum.

§. III. Feſta.

I. S. Iacobi maioris Patroni. 25. *Iulij.*

II. S. Annæ Auiæ Chriſti. 26. *Iulij.*

III. S. Auguſtini. 28. *Auguſti.*

IV. Dominica poſt decollationis S. Ioannis Baptiſtæ ſolemnitas annuæ Dedicationis.

§. IV. Monumenta.

D I. Caſparus Vlenbergius Vir clariſſimus & Vbiorum optimus hîc requieſcit, cuius memini hoc tertio libro Synt. 17. Cum tertio à morte eius anno cognatum ſanguine funus, in eius ſepulchrum inferretur, repertus eſt corpore incorruptus.

II. Repertus ibidem an. 1511. lapis, & muro Monaſterij inſertus, cū hac inſcript.

I. O. M.
L. ÆMILIVS.
CARVS LEG.
AVG.

Eeee SYN-

A

SYNTAGMA LXXIV.

Monaſterium B.M.Virginis in Bethlehem, *Virginum tertiæ Regulæ S.Franciſci vulgo* in der Römersgaſſen.

§. I. De initijs & incrementis.

MOnaſterium Virginum tertiæ S. Franciſci Regulæ in *platea Romanâ* (vulgo Römersgaß) olim *ad Sambucum* (zu Hollåndern) dicebatur: occupat magnam partem hoſpitalis quondam S.Margaritæ, & initium ſuum repetit ab anno Chriſti 1430 21. Martij, quo cum conſenſu Archiepiſcopi ſub directione Sacerdotis, & electæ à ſe Rectricis, conuenerunt piæ Virgines in communione bonorum victuræ, obtentoque ſub annum 1442. Priuilegio domeſtici ſani, profecerunt regularum zelo & perſonarum numero: donec *Hermannus Archiepiſcopus* Anno 1481. formam veri Cœnobij introduxit, conceſſo iure veli, clauſuræ, & publicæ eccleſiæ, datiſque priuilegijs immunitatis eccleſiaſticæ, exemptionis ab eccleſia matrice, & indulgentiarum. Abſoluta dein anno 1483. nouæ eccleſiæ ſtructura, eius & Cœmiterij incunabula in honorem Saluatoris & B. M. Virginis ſacrauit Reuerendiſſimus Pater *Ioannes Epiſcopus Cyrenenſis*, Theologiæ Doctor & Vbiorum Proepiſcopus, qui die S.Kyliano ſacrâ, viginti octo Sororibus velum impoſuit, & monaſterio nomen B. M Virginis in Bethlehem indidit. Titulus hic inciſus eſt ſuperliminari Religioſæ domus, in qua anno 1643. per Archiepiſcopales Commiſſarios clauſuræ obſeruantia reſtaurata eſt, & regula reformata ad normam à *Nicolao* quarto & Leone X. Pontificibus præſcriptam. De regulæ huius ſtatu & priuilegijs egi cum Capuccinißarum templum deſcriberem. *Superius pag. 561.*

1430. 1442. 1481. 1483. 1643. B C

Molitæ ſunt ante complures annos auguſtiorem eccleſiam, cuius opus imperfectum hâc temporum difficultate ſuſpenditur, Patronorum fauorem & ſubſidia præſtolans.

D

§. II. THESAVRVS SACER Virginum Conuentualium tertiæ Regulæ S.Franciſci in der Römersgaſſen.

I. Hierotheca *Crucis* cum ſegmento ligni Dominici & *Columnæ* cui alligatus Saluator noſter fuit.

II. Tria integra capita *ex Societate Vrſulana.*

III. Qua-

A III. Quatuor capita ex *Societate Militum S. Gereonis.*

IV. Duæ coſtæ de *SS. Mauris* martyribus.

V. Hierotheca cum Reliquijs de Sanctis *Philippo* Apoſtolo, *Gregorio, Quirino, Cornelio, Innocentibus.*

VI. Hierotheca cum Reliquijs Sanctarum *Annæ, Eliſabeth, Catharinæ, Cordulæ, Gertrudis, Aldegundis, Agnetis, Barbaræ, Claræ, Vrſulæ, Birgittæ.*

VII. Hierotheca cum Reliquijs Sanctorum Apoſtolorum & Martyrum *Ioannis Baptiſtæ, Petri, Andreæ, Iacobi, Laurentij, Stephani, Panthaleonis, Fabiani, Victoris, Evvaldorum, Cornelij,* cum dente *S. Albini.*

VIII Hierotheca cum Reliquijs Sanctorum Confeſſorum *Auguſtini, Ambroſij,*
B *Hieronymi, Anthonij, Thomæ Aquinatis, Seruatij, Huberti.*

IX. Hierotheca cum Sanctarum Virginum & martyrum *Apolloniæ* quatuor dentibus, *S. Margarithæ* vno & oſſiculis *Gertrudis, Luciæ, Magdalenæ.*

§. III. Feſta.

I. Ordinis S. Franciſci.
II. Dedicationis eccleſiæ Dominica in Albis.
III. Natiuitatis Chriſti in Bethlehem Iudæ.

C

SYNTAGMA LXXV.

S. Luciæ im Viltzengraben ordinis Seruitiſſarum B. M.V.

§. I. De initio Ordinis & Monaſterij &c.

ORdo *Seruorum* B. M. Virginis doloroſæ in memoriam Deiparæ Filio compa-
tientis *Florentiæ* ſub annum Chriſti 1232. per ſeptem Sanctimoniā claros ado- 1232.
D leſcentes emerſit, & iuxta præſcriptum Regulæ S. Auguſtini inſtitutus eſt. Anno
1254. ab *Alexandro IV.* confirmatus. Eum ordinem plurimum illuſtrauit & diuerſis
Prouincijs intulit *B. Philippus Benitius.* Florentinus, nobili loco natus, ſanctitate vitæ 1254.
nobilior, qui cum *Lutetia Pariſiorum* medicinæ operam dediſſet, reuerſus in patriam
& eccleſiam *Seruorum B. M.V.* ob ſingularem erga Deiparam deuotionē frequentans,
qua die recitabantur verba ex Actibus Apoſtolorum *Philippe accede & adiunge te ad
currum iſtū* raptus in diuinā extaſim, currum aureum, quem ouis & leo trahebant,
Sanctiſs. Dei Genitricem comitantibus angelis vehentem, nigraq; ſibi indumenta
porrigentē vidit: ſequenti nocte ab eadē Dei Genitr. ſeruos ſuos adire iuſſus mona-
chū induit, vitam ſanctiſſimam & ordinis quintū Generalē egit, in vita & poſt eam

miraculis clarus, à Pontificibus Chriſti Vicarijs *Leone X.* recitatione duplicis diuini A
officij ad diem 27. Auguſti *Paulo V.* propriæ hiſtoriæ lectionibus coli permiſſus, ſed
hæc alij copioſius, mihi ad rem noſtram ſatis erit ſi declarem, quomodo aurigante
B. Philippo Benitio ordo is inuectus ſit in deuotam Deiparæ Coloniã Agrippinenſem:
cũ Romani Imperij ſtatus interregno, & variis tumultibus diu iactatus à *Rudolpho I.*
1273. *Auſtriaco* eſſet componendus circa ann. 1273. euocauit etiam Philippum Benitium
Ordinis Seruorum B.M.V. Generalem, vt Germaniam obiens, peccatorum pœnitentiam concionaretur: Beatus igitur Philippus ſuperiorem inferioremq; Germaniam magnis erudiens curis; Emdam orientalis Friſiæ Metropolim ad Oceanum
vſque peruenit ex ea profectione videtur iuxta *Bonnam* Monaſterium Seruitiſſarum
ad S. Baldericum vulgo Sanct Bildrich nunc vnitum Collegio *Ditkirchenſi* in cuius B
vinea adhuc videntur rudera S. Balderici. Titulus Eccleſiæ tamen videtur extitiſſe
ab exilio S. Balderici in *VVeſſeling.* Ex eadem B. Patris Benitij profectione hoc Seruitarum B.M. Virginis veſtalium propter honorẽ Filij matris obſequio addictarum
Monaſterium Coloniæ conditum, ſingulari Dei beneficio in hæc tempora permanſit, mediocribus initijs & varijs translationibus in hanc Sedem & S. Luciæ eccleſiam
tandem plantatum. Primo enim dicuntur Sorores Seruitæ tenuem ſortem locumq;
habuiſſe in platea dicta Catzenboch *prope armamentarium* Ciuitatis, deinde in Sancti
Marcelli plateam translatæ ex aduerſo Achatiani Sacelli habitarunt, donec Patres Societatis IESV in ea parte comparatis ædibus transegerunt, vt ipſæ ad S. Laurentium
in quaſdam Societatis ædes migrando veterem locum Societati cederent. Cum C
autem Clariſſæ ad S. Luciam in *Vilzengraben* locatæ ad nouum forum, in nouũ Mo-
1640. naſterium transferrentur, vetus illarum Monaſterium dicatũ *Diuæ Luciæ* an. 1640.
emerũt hæ, & vendita domo ad S. Laurẽtium iſtuc migrarunt vbi cum laude pietatis
Deo hominibusque ſubſeruiunt ſubiectę Archiepiſcopali iuriſdictioni, cui nihil de-
1634. tractum voluit Reu. P. Fr. *Dionyſius Buſſotius* Ordinis Generalis, cum anno 1634. eaſ-
1641. dem vti veras & genuinas ordinis filias agnouit, inque merita & corpus ſuæ Religionis coaptauit & inſeruit. Clauſuræ rigor an. 1641. 15. Ianuarij per Commiſſarios Archiepiſcopales mandatus eſt & impoſitione nigrorum velorum ſolemniter ſtabilitus
1643. anno 1643, in feſto SS. Apoſtolorum Petri & Pauli inchoatus.

§. II. THESAVRVS SACER. D

Reliquias non paucas habent non tamen rariores quam ex Vrſulanâ Societate & Thebæâ Legione.

§. III. Feſta.

I. Dedicationis Eccleſiæ Dominica Sexageſimæ.
II. S. Luciæ Virginis & Martyris. 12. Decemb.

III. S. Au-

A III. S.Auguſtini Epiſcopi Hipponenſis & Doctoris Eccleſiæ Ordiniſque Patriarchæ 28.Auguſti.

IV. B.Philippi Benitij Magni propagatoris iſtius inſtituti & Seruitarum Coloniæ fundatoris.23.Auguſti.

V. B.Iulianæ Falconeriæ Virginis & ſui ſexus matris in tertia hac S.Auguſtini Regula. 19. Iunij: demum colunt ali os ordinis Sanctos Ioachimum, Peregrinum,&c.

B

SYNTAGMA LXXVI.

Monaſterium Montis Mariæ *Monialium* Carmelitiſſarum *in platea dicta die Buttgaſſe.*

§. I. De initio & incrementis.

MOnaſterium *Montis Mariæ* in platea *Buttgaß*, primam inſtitutionem ſuam repetit ab alutario quodam Colonienſi, *Chriſtiano Taſſelers*, & coniuge eius *Bea-* 1304.
C *trice*, qui anno Chriſti 1304. pro ſalute animarum ſuarum, inſtituerunt conuentum triginta Beginarum ſeu puellarum *Ordinis Carmelitani tertia Regula*, quæ ibidem cum ſuis ſtatutis & obſeruationibus extat manuſcripta, & vulgo rara eſt. Anno autem Domini 1455.in Feſto S. Mariæ Magdalenæ, Tertiariæ iſtæ Carmelitanæ, legibus 1455.
ſuis Clauſuram addiderunt Et tandem Anno Chriſti. 1565. Ipſa die ſolemni pente- 1565.
coſtes, vnanimi conſenſu integerrimè in Ordinem S. Mariæ de Monte Carmelo tranſeuntes, in manibus R.Patris N. *Meieri* Ordinis Prouincialis præpoſiti, profeſſionem obſeruantiæ Regularis ſtipulatæ ſunt.

D

§. II. THESAVRVS SACER apud Carmelitiſſas.

I. Crux argentea cum ſegmento Sanctæ *Crucis*.

II. Herma in qua magna pars *Capitis S. Vitalis* patris SS. Geruaſij & Protaſij, cum cute & denſis caſtanei coloris crinibus, ita recenti cruore madentibus, vt digitos attactu tingant.corpus eius ex Rauennatenſi vrbe translatum eſt ad Capitolinam Vbiorum ædem:feſta dies agitur 28. Aprilis.

III. Herma concludens partem *Brachij S.Mauritij*.

A

SYNTAGMA LXXVIII.

Virginum Ordinis Carmelitani Diſcalceatiſſarum *ſub Ordinario in der Kuppergaſſen.*

§. I. Origo & progreſſus earum in hac vrbe.

B CVm Bataui *Syluaducenſem* Brabantiæ ciuitatem occupaſſent, & tormentorum bellicorum ictibus proſtratum iaceret Monaſterium *Virginum Diſcalceatarum Ordinis B. M. Virginis de Carmelo*: inierunt dictæ Virgines conſilium de Ordinis ſui ſeminario in Coloniam Agrippinenſem deſtinando, vt in vrbe Sanctiſſima aſylum haberent, quod hæreſis eis negaret. Si enim Sapor ſeueriſſimus Tyrannus *Virgines Chriſtiano ritu cultui diuino Sacratas, cuſtodiri intactas, & religioni ſeruire, ſolito more nullo vetante praecepit*) vti teſtatur ſub Ann. Chriſti 359. Ammianus Marcellinus Ethnicus ſcriptor, quanto æquius in benigniſſimo Vbiorum gremio exules receptaculum ſperarent. Præſertim cum earum aduentu multis Virginibus eſſet futura occaſio ſeruiendi Deo quibus alij ritus in ciuitate conſueti non arriderent: nam circumamicta pulcherrimæ pietatis varietate Eccleſia, ad variam hominum in bona pronitatem & æmulationes, diſcriminatos ſtatus & ſtatiua virtutum reperit, & multas manſiones pro multiplici inclinatione clientulis ſuis pandit. Itaque impetratâ Sereniſſimi Archiepiſcopi & Electoris *Ferdinandi Bauari, &c.* tanquam Ordinarij licentia, Ann. Domini 1630. Cal. Iulij appulit Coloniam Mater Anna de Ieſu prioriſſa Syluæducenſis, comitata quinque Virginibus Religioſis, quæ primam ſedem fixerunt in domo dicta *Virnenburgh*, intra immunitatem areæ Metropolitanæ, vbi impetrata licentia Oratorij & exponendi in eo Venerabilis Euchariſtiæ hierothecam duæ Syluæducenſes nouitiæ in feſto S. Luduici. 25. Auguſti, Ordinis profeſſionem emiſerunt.

Venerunt Coloniam ex Sylua-ducis.

C *Ann. 1630.*

Prima habitatio Coloniæ.

D Cum deinde ob bonum odorem ſanctæ vitæ, cœnobium ad perſonarum numerum viceſimum ſpacio quinquennij auctum eſſet, beneficio nobilis domus à *Binsfildt* empta eſt, hæc olim *Curia Nuenariorum Comitum*, in platea cognomento cuprea ſita, vbi ex collapſis ædibus nouum Monaſterium cœperunt moliri: in quo cum fructu pietatis, meliora chariſmata æmulantes, in regularum obſeruatione & rigore viuendi pie concertant. Ordinis ſui inſtitutum Anno 1643. 22. Iulij propagarunt miſſa Virginum colonia in oppidum *Duſſeldorpienſe*, Sereniſſimo *Principe Neoburgico* petente, Illuſtriſſimo *Nuncio Apoſtolico, & Sereniſſimo Ordinario* approbantibus.

Augentur Coloniæ & accipiunt nouam habitationē.

Dilatatio inſtituti. 1643.

Vrun-

A

§. III. Feſta.

Nominis Ieſu. 14. Ianuarij.
S. Dyoniſij Papæ. 19. Ianuarij.
S. Anaſtaſij Mart. 22. Ianuarij.
S. Cyrilli. 28. Ianuarij.
S. Petri Thomæ Epiſcopi & Mart. 29. Ianuarij.
S. Andreæ Epiſcopi. 30. Ianuarij.
S. Euphroſinæ Virg. 11 Febr.
B S. Auertani Confeſſ. 25. Februarij.
S. Cyrilli Confeſſ. 6. Martij.
S. Euphraſiæ Virg. 13. Martij.
S. Ioſephi Nutritij Domini. 19. Martij.
S. Bertholdi Confeſs. 21. Martij.
I. Feria ſexta poſt Octauam paſchæ non impedita alio nouem lectionum Feſto.
Solemnitas Coronæ Domini.
S. Alberti Patriarchæ Hieroſolymarum. 8. Aprilis.
S. Angeli Martyris. 5. Maij.
S. Simonis Confeſs. 16. Maij.
C S. Eliſæi Prophetæ. 14. Iunij.
Commemoratio Solemnis B. M. V. de Monte Carmelo. 16. Iulij.
S. Eliæ Prophetæ. 20. Iulij. S. Annæ Matris B. M. V. 26. Iulij.
S. Alberti Confeſſoris. 7. Auguſti.
Dedicatio Eccleſiarum Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo. 31. Auguſti.
S. Brocardi Confeſſoris. 2. Septemb.
S. Gerardi Epiſcopi & Mart. 24. Septemb.
S. Matris Thereſiæ. 15. Octobr.
S. Hilarionis Abbatis, 21. Octob.
S. Serapionis Epiſ. 30. Octob.

D

SYNTAGMA LXXVIII.

B. Mariæ ſemper Virginis de pace Monaſterium Virginum Diſcalceatarum Ordinis Carmelitani ſub regimine Religioſorum eiuſdem inſtituti.

§. I. De initio Monaſterij.

CVm *Ferdinandus* II. Romanorum Auguſtiſſimus Imperator, poſtulaſſet à Colonienſi Magiſtratu, vt Carmelitani Ordinis Virginibus Thereſianæ reforma-

tionis, locus concederetur in Vbiorum inclyta vrbe, & exules Buſcoducenſes Virgines illius quidem Ordinis, ſed à Religioſorum imperio exemptæ, Cæſarei reſcripti mentem in rem ſuam traherent, feſtinarunt Patres Diſcalceati ad euocationem Virginum eiuſmodi, quæ à ſui inſtituti Religioſis viris dirigerentur. Ergo harum aliquot, cum honorato matronarum comitatu Bruxellis Coloniam Ann. 1637. 5. Nouembris fœliciter appulerunt & decenter exceptæ, acceſſione nobiliſſimarum Virginum breui tempore ingens incrementum acceperunt. Sed quod maximæ fortunæ beneficium exiſtimant, cum Sereniſſima Vidua *Maria Medicea Galliarum Regina* Anno 1641. 3. Iulij ex hac ærumnarum valle in cæleſtem, vti piè ſperamus, quietem gloriamque Coloniæ eriperetur, teſtamento his Virginibus reliquit *Iconem B. M. Virginis* ex miraculoſa arbore *Aſpricollenſi*, quàm ob diuinorum beneficiorum gratias, Regina charam habuerat, & prouinciatim circumtulerat, oſtenderatque ad Venerationem Catholicis populis: meditabatur vero ei pro Chriſtiani orbis pace moliri nouam ædem in vrbe *Pariſina*, ſed morte præuenta, eam tranſcripſit his Virginibus. Itaque Pacis titulo compellata Icon eſt, & ad impetrandam Chriſtianorum Principum Concordiam noua Coloniæ in campo Martiniano, Via Litaneutica ſeu Romana prope Carthuſianos, conſtructa Baſilica, & ritu ſolemni dicata, vt docet ærea lamina incluſa fundamentali marmori.

Margin: 1637. (beside line 5); An. 1643. (beside "Chriſtianorum Principum…")

Inſcriptio laminæ ſub primo lapide Eccleſiæ B. M. V. de Pace.

Ad Maiorem D. O. M. Deiparæq; Virginis Mariæ de Pace, & S. Thereſiæ huius templi Tutelarium gloriam, & ad obtinendam Vniuerſalem Eccleſię pacem, ſedente Vrbano VIII. Imperante Ferdinando III. Auſtriaco, primarium hunc lapidem poſuit Sereniſſimus ac Reuerendiſſimus Ferdinandus Archiepiſcopus & Princeps Elector Colonienſis, Vtriuſque Bauariæ Dux &c. benedictum à Reuerendiſſimo DD. Georgio Paulo Strauio Epiſcopo Ioppenſi ac Suffraganeo Colon. &c. Ipſo die commemorationis ſolemnis B. Mariæ de Monte Carmelo. 16. Iulij. Ann. 1643.

§. II. De Reliquijs & Feſtis.

Reliquias præter commemoratam Statuam B. M. V. habent corrogatas ex alijs Vbiorum templis, & Feſta Ordinis præcedenti Syntagmate recenſita.

SYN-

A

SYNTAGMA LXXIX.

S. Ignatij Epiſcopi & Martyris Monaſterium Virginum Conuentualium tertiæ Regulæ S. Franciſci.

IN *platea Stiliconis* vel *Stoicorum*, Monaſterio S. Apolloniæ adiacet Parthenon Conuentualium ſororum tertiæ regulæ S. Franciſci, quarum Oratorium dedicatum eſt in honorem *S. IGNATII qui tertius poſt beatum Apoſtolum Petrum Antio-*
B *chenam rexit eccleſiam, atque in perſecutione Traiani damnatus ad beſtias, Romam Vinctus mittitur præſente Traiano, circumſedente Senatu, immaniſſimis pœnarum ſupplicijs primo* *Martyrolog. Rom. 1. Febr.*
affectus, leonibus dehinc obiectus eorum dentibus præfocatus hoſtia Chriſti effectus eſt. ſubſunt huius cœnobij Virgines Ordinarij iuriſdictioni, à quo ſolet commiſſarius deputari.

§. I.

C Reliquias habent corrogatas ex Societatibus Sanctorum Colonienſium.

§. II. Feſta.

I. S. Ignatij. 1. Februarij.
II. Dedicationis Eccleſiæ Dominica ante Feſtum S. Matthæi.

SYNTAGMA LXXX.

Monaſterium S. Apolloniæ vulgo in Mommersloch.

D

§. I. De nomine Monaſterij in Mommersloch.

AGer vrſulanus à me *pag.* 92. deſcriptus ſitu editior, inſtar cunei, lacunoſis vallibus circundabatur, vnde loco quem nunc deſcribo nomen obuenit à vicinis Sanctarum Virginum Monumentis, & à ſitus profunditatibus vt Monumentorũ lacus vulgo Mommersloch diceretur, & vero in hodiernũ diem aquæ ex ſtratæ Romanæ atque iugi Hunnorum & ſedecim domuum vicis, huc ſtagnantes defluẽtesq; circum agrum Vrſulanum per antiquum foſſatum & lacum Anatum illic ſubterraneis imbricibus ſub eiuſdem Romanæ ſtratæ aggere emittuntur in veteris portus

A Anno 1476. Pontificatus Sanctiſſimi Domini Noſtri in Chriſto Patris *Sixti* diuina prouidentia *Papæ IV.* Reuerendiſſimus in Chriſto Pater *Alexander* Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratia *Epiſcopus Foroliuienſis* cum poteſtate Legati de latere Nuncius Apoſtolicus, & ſpecialiter deputatus Commiſſarius, mandauit regulam habitumq; S. Auguſtini ſuſcipi, cui Moniales obedierunt. Anno 1483. Reuerendiſſimus Pater *Ioannes* dictus *Spendel Epiſcopus Cyrenenſis* pro Archiepiſcopo Hermanno Vicarius in in Pontificalibus conſecrauit Eccleſiam in Domo dicta *Mommersloch* in Honorem Dei, Glorioſiſſimæque Virginis Matris Mariæ, & SS. Ioannis Euangeliſtæ, Petri & Pauli Apoſtolorum, Sebaſtiani Martyris, Hieronymi Confeſſoris, Catharinæ, APOLLONIÆ, ET VNDECIM MILLIVM VIRG. ET MARTYRVM] 1476. 1483.

B Anno 1484. *Hermannus Archiepiſcopus* commiſit RectoriCollegiatę domus in Widenbach tūc Domino *Ioanni de Eſſendia* regimē domus S. Apolloniæ in *Mommersloch.* 1484.

Anno 1505. *Hieronymus Verallus Archiepiſcopus Roſſanenſis* & Apoſtolicus Nuncius, Oratorij publici libertatem indulſit. 1585.

§. III. THESAVRVS SACER.

I. Reliquiæ variæ ex Societate 11000. Virginum, & caput nomine *S. Emerentianæ.*

C II. Aliquot monſtrantiæ plenæ Reliquijs diuerſis quarum ibidem Catalogus extat

III. Duodecim capita ex Societate 11000. Martyrum.

IV. Brachium argenteum cum Reliquijs *S. Apolloniæ.*

V. Brachium argenteum cum Reliquijs *S. Auguſtini.*.

VI. Diuerſæ thecæ plenæ Reliquijs diuerſorum SS.

§. IV. Feſta.

I. S. Apolloniæ. (9. Febr.)

D II. S. Auguſtini. (28. Auguſti.)

III. Dedicationis Eccleſiæ (Dominica poſt S. Gereonis.)

IV. S. Ioannis Euangeliſtæ.

V. SS. Petri & Pauli. VI. S. Sebaſtiani. VII. S. Hieronymi.

VIII. SS. XI. millium Virginum. IX. Omnium Sanctorum.

X S. Catharinæ Virg. & Mart. & præcipua Feſta Domini noſtri Ieſu Chriſti & Beatiſs. Mariæ Matris eius &c.

 A

SYNTAGMA LXXXI.

Conuentus in minori Nazareth *mulierum Ordinis Cellitarum Regulæ S. Auguſtini.*

DE origine & propagatione Ordinis *Cellitarum*, dixi plura cum de Fratribus Alexianis agerem, *ſuperius Syntagmate*.51. Sorores vero Ordinis Cellitarum complectitur in platea ſedecim domuum Conuentus dictus in *minori Nazareth*, cuius fundatores fuiſſe conſtat *Haymonem & Sophiam coniuges*, opulentos Colonienſes B
Ciues cum *Filiâ Sibyllâ*; verum non adeo certum eſt, quo anno fundatio cæperit; antiquam tamen eſſe & vetuſtiorem origine Cellitarum, variæ euincunt coniecturæ. Cæterum traditur prædictis coniugibus Haymone & Sophia in peregrinatione ad S. Iacobum defunctis, Sibyllam filiam in paternis ædibus Beghinam induiſſe, & ſic huius Conuentus initium feciſſe.

1470. Anno 1470. regulam S. Auguſtini & Cellitarum inſtitutum acceptarunt.

1486. Anno vero 1486. capella prima huius Conuentus fuit conſecrata.

Anno 1500. Generale Capitulum Ordinis Cellitarum *Harlemi in Hollandia* congregatum Sorores huius Conuentus, ad ſupplicem ipſarum inſtantiam à miniſterio
1501. infirmorum exonerauit, quam exonerationem anno deinde ſequente 1501. ſexto C
Kal. Martij. Raymundus titulo S. Mariæ nouæ S. Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis per Germaniã Apoſtolicæ Sedis de latere Legatus, approbauit & cõfirmauit.

Feſta.

1551. Anno 1551. Dominica ſecũda poſt Paſcha dedicata fuit noua huius Conuentus Eccleſia, qua eadẽ Dominica dies quoque dedicationis anniuerſarius recurrit.

SYNTAGMA LXXXII. D

Monaſterium Virginum tertiæ Regulæ S. Franciſci in Agno inferiori plateæ latæ.

COenobium & Oratorium *S. Annæ inferioris Agni*, iuxta Hoſpitium *Niele* dictũ,
1645. in platea latâ, incolunt Virgines tertiæ Regulæ S. Franciſci, hoc Anno 1645. ſplendidam ſtructuram erigentes, Dedicationis anniuerſarium diem celebrant Dominica ſequente Feſtum S. Annæ.

A

SYNTAGMA LXXXIII.

Monaſterium B. Mariæ Virginis ſine macula Conceptæ, Virginum tertiæ Regulæ S. Franciſci vulgo Conuentus Laudis.

IN Rhore ſiue Canali (plateam ſic ab aquæductus fiſtulis appellatam putant) Virginum tertiæ Regulæ Franciſcanæ Monaſterium eſt, dictum vulgo *Loffs* ſiue *laudis Conuentus*, cuius originem repetunt à familia *de Laude* vel de *laudis Monte* vulgo
B *Louenbergh*, quæ temporibus *Conradi de Hochſteden Archiepiſcopi* Colonienſis ſub annum 1264. inſtituit Cœnobiolum illud cum Sacello S. Ioſephi nutritij Chriſti, ſub 1264.
directione Patrum Conuentualium Ordinis S. Franciſci, qui anno Chriſti 1617. dū 1617.
vni aut alteri decrepitæ perſonæ ſtatus & ſarta tecta pluribus fulcris vix inniterentur, & in ſe lapſura domus videretur, authoribus Patre *Ioanne Fickero* Theologo & Prouinciali, ac *P. Ioanne Pelckingio* Guardiano, poſtea Carducenſi Epiſcopo, reformarunt & reſtaurarunt locum, veſtitis primo ſex honeſtis Virginibus, quibus habitum Ordinis, & Regulam à Nicolao quarto & Leone X. confirmatam tradentes, eas è templo Patrum Conuentualium cum ſolemnitate in ruinoſam domum deduxerunt, impoſito nomine nouo CONVENTVS IMMACVLATÆ CONCEPTIONIS: Profecit exinde ob pietatem Virginum, numero & eleemoſynis locus,
C vt à fundamentis nouus erigeretur, & anno 1628. 18. Ianuarij, primo lapide iacto, 1928.
Anno 1629. 22. Iulij feſto S. M. Magdalenæ dedicaretur à Reuerend. *Ottone Gereon* 1629.
Suffraganeo Colonienſi. Sed Deus qui permiſit probari in tentationibus Sanctum Iob, etiam innocentiſſimis his filiabus hanc tribulationem inferri conceſſit, vt Anno 1632. 9. Iulij horâ fermè tertia à media nocte fulminis ſagitta tactum Cœno- 1632.
bium in cineres redigeretur. Verum ea fuit ob communem pietatis æſtimationem propenſio & liberalitas Vbiorum erga pauperculas Virgines, rurſum vt anni ſpacio nouus Conuentus exurgeret. Demum anno 1638. nouum refectorium ædifi- 1638.
catum eſt, monaſteriumque nouo muro concluſum.

D

Feſta.

I. Dedicatio Dominica poſt Feſtum S. M. Magdalenæ.
II. Immaculatæ Conceptionis. *8. Decemb.*
III. S. Ioſephi *19. Martij.*
IV. Feſta Ordinis S. Franciſci.

SYN-

A

SYNTAGMA LXXXIV.

Vrſulinæ Virgines.

Ex vita B. Angelæ Italice an. 1600. & 1626. Gallice Leodij edita item ex Chronologia P. Philippi Bebij.

VRſulinæ, non illæ quæ Sodalitium ad D. Vrſulæ conflauerunt, ſed Religioſæ, à Sede Apoſtolica approbatæ, recentiſſime in hanc Vrbẽ adductæ, nouiſſimo quaſi loco à me commemorantur quod nondum ſtabilem in Vrbe locum adeptæ ſint, quem plurimorum ex ordine Sacro & Ciuili voluntate inquirunt. Hæ originẽ ſuam referunt in B. Angelam Brixianam, quæ Dizenzani, loco inter Brixiam & Veronam, parentibus fortunæ mediocris nata traditur: cum autem parentibus ſuis orbata eſſet, ipſa & ſoror eius adultior ab auunculo pie domi educata eſt pijs exercitijs, ieiunijs, & vigilijs, donec ſoror, de qua dixi, decedens animæ ſuę gloriam meruit B. Angelæ oſtendere, dum in B. M V. Comitatu coruſcans effertur, in cælum. Audiuit eodem temporis puncto B. Angela vocem eiuſmodi: *Eris nobiſcum Angela ſi perſeueraueris*, qua voce mirifice recreata. animum in virtutis ſtudio intendit, quod ſtudium quotidiana lectione de SS. vitis accendebat. Eadem mortificandæ carni ſuę gratia, lecti mollitiem prorſus ſpreuit dura humo aliave materia in veſte ſua ſomnũ breuem patiebatur, quo defuncta mox ad preces commode ſeſe erigebat in noctibus memor Dei ſui, atque vt ſecurius caſtitatem tueretur comam quam à natura C decoram erat nacta, fuligine lixiuio indita dehoneſtauit. Abſtinentia tam ſeuera illi fuit, vt non niſi die Paſchæ & Natalis Domini vinum modicum communis gaudij ratione admitteret, alias ſolo pane, aqua, & leguminibus vitam toleraret, quadrageſimali vero tempore omnino tres dies hebdomadę omni cibo vacuos, alios tres ſolis nucibus ternis, totidemque caſtaneis ac ficubus modicoq; pane tranſigebat. Accidit ſubinde vt totam hebdomadam ſola Euchariſtiâ refecta viueret. Nihilominus omnia hæc virtutum exercitia humilitatis pulcherrimo velo contegebat. Cuius virtutis vi etiam dæmonem ſemel clara in luce inſidias ſtruentem fugauit, cum viſa falſi angeli ſpecie ſe in terram proiecit, indignam ſeſe dicens cui angelus de cælo appareret. Triplici igitur funiculo virtutum humilitatis videlicet, abſtinentiæ, & paupertatis ſeſe Chriſti cruci affigens & configens cęleſti luce vltra magiſte- D rium humanum perfuſa, ab increata ſapientia didicit quod conſulentibus veriſſime aptiſſimeque reſponderet. Vidit etiam aliquando ſcalam è terra in cęlum erectam, perque eam binas & binas Virgines longiſſimo ordine euntes, binis angelis latera earum ſtipantibus: Intellexit autem voce ad ſe miſſa ordinem à ſe inſtituendum indicari: eiuſmodi enim vox ſonuit: *Angela non morieris priuſquam ſimilium Virginum ſis fundatrix*: mox peregrinationem ad loca Chriſti natalibus, vitâ, ac morte conſecrata ſuſcepit, ſed in peregrinationis adeo Sanctæ procinctu grauis eam tentatio apprehendit: ſiquidem *Venetias* nauigãs oculorum vſum amiſit, ſine quo nihilominus animo

A animo forti *in loca ſancta* pergẽs, quæ oculis nequibat, tactu lachrymis & oſculis honorauit, prælertim ſacrum *Caluariæ montem.* Cum pietatem locis ſacris impendiſſet, & in patriam cæca remearet, eodem illo loco vbi lumen amiſerat Deum orans lumen recepit. In itinere accidit illi quiddam. non abſimile ei quod S. *Ignatio de Loiola* in eodem euenerat, nimirum vt de tribus nauibus ea ſola ſupereſſet, qua ipſa B. Angela vehebatur. Poſthæc *de Ordine Vrſulinarum Virginum* fundando diuinitus monita, & à Confeſſario quoque impulſa non prius verecundiæ humanæ finem impoſuit, quam grauiter ab Angelis afflicta eſt & flagellata. Ergo à 76. Virginum mira concordia in Dei gloriam conſpirantium Societate orſa ſibi ac proximo ſe impendere cœpit, & compendio artis ſacrę vſa gratuito ſcholas aperuit fœmineo ſexui, vti *Societas* IESV viris. In his artes ei ſexui vtiles edocere, & vna cum diſciplinis eiuſ-
B modi pietatem Chriſtianam & mores probos inſtillare, illius & ſociarum Virginum intentum erat. Et ne vllius conditionis perſona à ſua liberalitate excluderetur diebus feſtis & Dominicis ludum publicum aperuit pauperculis & ancillis, vt earum mentes ſub artium humanarum eſca Chriſtianæ caritatis hamo piſcaretur.

Regulas deinde modumque puellas ac diſcipulas gubernandi exquiſitum tradidit, cæteraque ad ordinis conſtitutionem ſpectantia & votorum formulam conſilio Confeſſariorum, quos ſemper, quoad licuit, optimos elegit, Obijt læta Ordinis 1540.
ſui progreſſu, & deſiderio Chriſti flagrans an. 1540. 21. Martij. Atque ex hoc inſtituto tanti mox fructus cum cœnobiorum propagatione per *Italiam* promanarunt, vt
C illud & Epiſcopi & alij Prælati eccleſiæ approbarint, imprimis *Paulus III. Pont. Max.* Anno 1544. qui illud & *Societatem S. Vrſulæ* Canonicè inſtitutum appellauit & pri-
uilegia ac indulgentias eximias, maxime ſub ingreſſum religionis & vitæ finem ple- 1544.
narias conceſſit. Iterum anno 1572. *Gregorius XIII.* idem inſtitutum confirmauit pe- 1572.
tente id *S. Carolo Borromæo Archiepiſcopo Mediolanenſi,* qui à Sede Apoſtolica Viſitator earum conſtitutus erat partium quas Vrſulinæ excolebant, enimuero experientia probauerat inſtitutum eiuſmodi valdè eſſe ſalutare Prouincijs, & Viſitatoribus ſeu Epiſcopis multum laboris ea opera detergi. Poſt S. Carolum idem inſtitutum agente *Franciſco Cardinale de Sourdis Archiepiſcopo Burdegalenſe* approbatum eſt à *Paulo V.*
D *Pont. Max.* 5. Febr. Anno 1618. qui eas declarauit eſſe Religioſas Virgines Ordinis S. Auguſtini, & communicauit omnium Ordinum Priuilegia & gratias. 1618.

Denique quo ad partes Belgij confirmatæ ſunt ad inſtantiam *Ferdinandi Archiepiſcopi Colonien.* ab *Vrbano VIII.* Poſthæc *Leodium* venere eiuſmodi Virgines Anno 1629.
1619. vbi impenſe illis fauit Reuerendiſſimus Suffraganeus...... Streichius & Anno 1639.
1639. Colon. 8. Nouemb.

A

SYNTAGMA LXXXV.

Conuentus Sororum Ordinis Cellitarum in valle Cedrorum vulgo in Cedervvaldt.

§. I. De origine & incremento loci.

IN Parœcia S.Pauli, platea vnctoria ſeu aruina, vulgo *Schmirſtraß*, aut *Schmirnenſi* vico, qui eſt veteris Coloniæ foſſatum, habent Sorores Ordinis Cellitarum B Conuentum nomine *vallis Cedrorum*, ſiue *Cedervvaldt*. Eſt is vnus ex quinque illis Conuentibus, quorum quatuor in Ciuitate Colonienſi, vnum vero in A-
1314. quisgranenſi, Anno Domini 1314 pro Beghinis ſeu Sororibus voluntariæ paupertati deditis, fundauit. Presbyter quidam dictus Ioannes *de Curia Burggrauij*.

Regulam S. Auguſtini & inſtitutum Ordinis Cellitarum Sorores huius Conuentus ſuſceperunt, ſub Reuerendiſſimo Domino *Hermanno IV. ex Landgrauijs de*
1494. *Haßia Archiepiſcopo Colonienſi* cognomento pacifico anno Domini 1494.

§. II. THESAVRVS SACER

C

In Eccleſia vallis Cedrorum à Reuerendiſſimo Viro *Ioanne Epiſcopo Cyrenenſi* in
1502. Pontificalibus Vicario Colonienſi Anno 1502, conſecrata, inter pretioſas varias
NB. Reliquias, & plura ſacra capita de Collegio 11000. Virginum, & Societate S.Gereonis, VNVM viſitur CAPVT, quod ad monaſterium Nobilium Virginum *Greueradenſe* territorij Montenſis translatum, ſuo loco diuinitus reſtitutum in hoc Oratorio repertum eſt.

§. III. Feſta.

Diem anniuerſarium dedicatæ Eccleſiæ in feſto translationis SSS. Regũ 23. *Iulij.* peragendum inſtituit antedictus Ioannes Epiſcopus Cyrenenſis. D

SYNTAGMA LXXXVI.

Conuentus Sororum Ordinis Cellitarum in Cella, vulgo in der Cellen.

IN Parochia S.Pauli & platea antedicta Armamentario Reip. Colonienſis adiacet Conuentus Sororum, Regulæ S. Auguſtini, Ordinis Cellitarum appellatus in

Cella;

A *Cella*; cuius hæc fuerunt initia. Henricus *de Cuſino* & Benigna coniuges Anno Domini 1316. in octaua S. Martini turrim ſuam antiquæ Ciuitatis muro inædificatam, 1316.
& Wichus, id eſt receptaculi cenſam nomine (quo etiam cæteræ huiuſmodi turres compellantur) domui ſuæ cohærentem conceſſerunt deuotis perſonis Loræ filiæ quondam Conradi *de Viola*, & Goltſtinæ filiæ quondam Gerardi *de Houels* Beghinis carum incolis ad vitam ipſarum, cum facultate, vt in locum alterius defunctæ, altera ſuperſtes, aliam ſimilis propoſiti ſociam admitteret: in fidem ſigilla ſubimpreſſerunt dictus Henricus *de Kuſino* & filius Emundus, ſub quorum ſigillis aſſenſum præbuiſſe ſcribitur Benigna Henrici dicti vxor, Emundi mater. Poſt obitum vero Henrici
B *de Kuſino* anno Domini 1333. ipſa S. Ioannis ante portam latinam feria, Benigna vidua, & Henricus *de Quattermart* miles Vicecomes Colonienſis eius gener & Blitza vxor huius, filia illius, Emundus & Gerardus fratres *de Kuſino* filij dictæ Benignæ, Richtmodis vxor dicti Gerardi, Bruno *de Kuſino* filius dictę Benignę & B. la vxor eius, Lieffardus *de Troia* & Bela vxor eius, Ioannes *de Pauone* Benigna vxor eius, nec non Henricus filius quondam Tilmanni *de Kuſino*, filij Dominę Benignę ſępedictę, Ciues Colonienſes cenſum ſedecim annuorum ſolidorum & vnius pulli ad meliorẽ ſuſtentationem pauperum *Sueſtrionum* (verba ſunt inſtrumenti) in dicto Conuentu & dicta turri manentium antedictæ fundationi adiecerunt. Inſtitutum deinde Cellitarum acceptarunt anno Domini 1503. 1333. 1503.

C

Feſta.

Anniuerſarius dedicationis eccleſiæ dies agitur in feſto S. M. Magdalenę 22. *Iulij*.

SYNTAGMA LXXXVII.

S. Vrſulæ Auguſtinian. in magna congregat. vel vnione & deuſto Conuentu in platea S. Marcelli appellatarum, vulgo in der groſſer Vereinigung/ oder im verbranten Conuent auff S. Marcellen Straß.

D MOnaſterium S. Vrſulę puellarum Ord. Cellitarum Regulę S. Auguſtini, ad curam ęgrotantium inſtitutum eſt: & à caſu, DEVSTI CONVENTVS, à pacis profeſſione IN MAGNA VNITATE appellatur, quamuis vero Conuẽtus huius origo & antiquitates cineribus & obliuione conſepultę ſit, vetuſtatem tamen conuincit in tablino inſtrumentum quoddam contractus, initi anno 1339 cum Abbatiſſa S. Vrſulæ ſuper contiguo ſpatio Conuentui incorporando. Situs eſt Conuẽtus ad plateã Vbio-Romanam quę Coloniã per Rheni ripam deducta eſt Noueſiũ, Geldubam, & Vetera, nũc platęa Marcellina vocatur. Et quia in ipſo agro Vrſulano idem Conuentus eſt ſitus merito Reginę vndecies mille Virginum D. Vrſulę ædẽ

ſuam conſecrauit. De ipſa hiſtoriâ Sanctarum Virginum, prout ex Vbiorum traditione habetur, dixi; cum de Sanctarum Virginum baſilicâ agerem, contra quam ſi quæ dubitationem videntur afferre argumenta, clare ab alijs enodabuntur vt alias dixi, qui minus curioſi ſunt circa tricas hiſtoriarum, ſe interea ſolentur verſibus ex Ephemeride Nicolai Oudarti elegantis & pij Poetæ, qui ait: A

Siue autem Armoricas oppreſſerat ille vel alter
Maximus, aut in eos Maximianus ijt
Et ſeu cauſa via connubia ſeu furor Angli
Seu viſenda forent quod loca ſacra Petri
Denique ſeu Gaunus deuotam aut Melga cateruam
Suſtulerit rabies Attila ſiue tua B
Certum eſt pro Chriſto cauſâ & cecidiſſe pudoris
Seruandi, Vrſulam adhuc & præiſſe ducem
Certum Agrippinæ qua celſa Colonia ſurgit
Sanguine agros paſſim commaduiſſe ſacro
Oſſa vbi adhuc memori quam plurima honore coluntur
Indeque diuerſis multa tributa locis.

THESAVRVS SACER.

I. Caput *S. Brictij* Epiſcopi Turonenſis ſucceſſoris S. Martini merito propter integritatem ſuam viſendum. C

II. Reliquiæ multæ ex Societate Vrſulana ſunt in hoc monaſterio.

Feſta.

I. Patronalia & dedicatio eccleſiæ 21. *Octob.*
II. S. Brictij. 13. *Nouemb.* III. S. Auguſtini. 28. *Auguſti.*

SYNTAGMA LXXXVIII.

Conuentus Sororum Cellitarum S. Eliſabethæ in S. Antonij vico. D

INter Sororum Regulæ S. Auguſtini Ordinis Cellitarũ Conuentus, quantũ certo conſtat, primus ſeu antiquiſſimus *ad S. Eliſabetham in vico S. Antonij* hîc tamen, non ordinem antiquitatis, ſed Catalogi in precibus quadraginta horarum indicen-
1312. dis obſeruati obſeruo. Siquidem anno Domini 1312. nono die Ianuarij fundatus à
quadam matrona prope Fratres Minores in parochia S. Columbæ habitante *Lora*
dicta, quæ pro ſalute animæ ſuæ domum quam poſſidebat in parochia S. Petri
in vico S. Antonij cum ſuis attinentijs donauit *Greta* pauperi Beghinæ ad
inhabi-

A inhabitandum & colligendum in dictam domum perſonas pauperes beghinas de-
uotas conuerſationis honeſtæ, bonæ famæ & vitæ in vſus & vtilitatem earundem.
Sorores huius domus Regulam S. Auguſtini & conſtitutiones fratrum Cellitarum A.1434.
circa annum Domini 1434. iam aſſumpſiſſe ex tranſumpto quodam in domo Fra-
trum Alexianorum (*zu den longen*) eo anno confecto, colligitur.

THESAVRVS SACER.

B Inter præclaras Reliquias varijs argenteis monſtrantis incluſas habetur hic in-
tegra mandibula *S.Chriſtinæ* argenteo pedi inſerta.

Feſta.

I. Anniuerſarius Dedicationis Eccleſiæ dies celebratur Dominica ante Feſtum S.Michaelis.

II. S.Eliſabethæ. 19. Nouemb.

III. S.Chriſtinæ. 14. Iulij.

C

SYNTAGMA LXXXIX.

Conuentus Sanctiſſimæ Trinitatis Sororum Ordinis Cellitarum in platea poſtica in der Aſſterſtraß.

IN Parochia S.Seuerini & platea poſtica Conuentui *SS.Trinitatis Sororum Ordinis*
Cellitarum, initium dedit fœmina Tula dicta Alberti dicti *Schureilff*, ciuis Colo-
nienſis filia, vnde & in Scrinijs inuenitur appellari *Conuentus Tulæ* (oder Tulen Co-
uent) quam domum inhabitationis ſuæ in platea Achterſtraß / infra parochiam
D S.Seuerini, octo Beghinis bonæ famæ Deumque timentibus, teſtamento legauit
Anno 1307. in craſtino Diuiſionis SS. Apoſtolorum videturque domus dictæ Tu- A.1307.
læ contigua fuiſſe, domui Ioannis dicti *de Denandt*, Equitis admodum diuitis, ad
quem tanquam ſuum fundatorem ſe Conuentus ſemper retulit, nomenque eiuſ-
dem ſcilicet *zum Denandt* retinuit retinetque. Hic itaque *Ioannes de Denandt*, illiberis
Anno 1365. die 13 Octobris, teſtamento legauit octo puellis, quæ in caſtitatis pro A.1365.
poſito viuere, & Domino famulari cupiant, domum ſuam in poſtica platea Achter-
ſtraſſen/ infra parochiam S.Seuerini, à ſe de nouo ædificatam & conſtructam, vna
cum duabus domibus contiguis verſus S.Seuerinum, ad perpetuam inhabitatio-
nem: mandauitque Executoribus ex reliquis ſuis bonis diuidendis, cenſum conſti-
tuere centum marcarum, & per ſingulas dictarum octo puellarum inde annuè

aſſignare decem marcas, reliquas verò viginti in vſus combuſtibilium pro dictis oĉto puellis annuatim cedere.] A

Feſta.

I. Anniuerſarius dies Eccleſiæ huius Conuentus dedicationis cadit in primam Dominicam poſt Paſcha.
II. Feſtum SS. Trinitatis.
III. S. Auguſtini. 28. Auguſti. B

HOSPITALIA.

SYNTAGMA LXXXX.

Hoſpitale Omnium Sanctorum.

Eccleſia & domus Hoſpitalis omnium ſanctorum Striſtrami Lombardi, Archiepiſcopalis Officiati; & Adolphi, ac Wedekindi *de Reuell* ciuium Colonienſium pio zelo inchoatæ ſunt, *qui domos & ſtructuras quaſdam, ſitas infra limites parochiæ S. Cuniberti Colonien. dictas Grunevvalt, pecuniis ſuis propriis emerunt ad inhabitationes & ſepulturas Iudæorum de nouo conuerſorum & conuertendorum in poſterum, ac etiam pauperum & debilium perſonarum, ibidem hoſpitale & Oratorium fundari, erigi, & Sacrari cum cymiterio* impetrarunt:] Ita loquuntur literæ Henrici Archiepiſcopi datæ C

A. 1311. anno 1311.

Viuunt in eodem hoſpitali duo Sacerdotes perſonis ibidem habitantibus Sacramenta adminiſtrantes, quorum altaria fundata ſunt, alterum Anno C 1362. alterum A. C. 1456. Collatio vtriuſque reſeruata eſt Cunibertino Decano, Hoſpitalis vero Prouiſores ſunt tres Patritij Colonienſes, quorum vno decedente ſuperſtites D duo, tertium eligunt: à quibus Rector aſſumitur hoſpitalariorum portiones diſtribuens, & rationes reddens tribus Prouiſoribus.

THESAVRVS SACER.

Oratorium omnium Sanctorum, plurimas habet Vrſulanæ Societatis Reliquias, hic quondam erutas: iacet enim in centro agri Vrſulani, in quo velut Crucis ſcapos, Sanctorum Martyrum concurrentes cuneos & cornua, ſuas obtinuiſſe ſepulturas, ſupra memini de Eccleſia S. Maximini agens. Cum vero anno 1640. cauea domus

A domus antiquæ extrueretur, loco quaſi diſcreto à cæmiterio nominato in literis fundationis, inuenta ſunt centum corpora ex indicijs Chriſtianorum, in vna vti videtur eademque antiquiſſima clade cæſorum, quos ex plurimis indicijs Martyres Vrſulanæ Societatis plurimi affirmabant, quare commiſſa eſt res acerrimæ diſquiſitioni & diſputationi doctorum virorum, vbi adhuc indeciſa pendet, & centum ea corpora honeſtè ſepoſita ſunt, vſque ad Iudicis declarationem.

Feſta.

B Kalendis Nouembris Omnium Sanctorum, feſtiuitatis hic ſolemniſſime peragitur.

Et Dedicationis anniuerſarius dominica ante Feſtum S. Michaëlis.

SYNTAGMA LXXXXI.

S. Heriberti Eccleſia & Hoſpitale.

Eccleſia S. Andreæ contiguum habet Sacellum S. Heriberti cum domo hoſpi- *Antiquum*
C tali, cuius antiquiſſimam originem indicat diploma ſcriptum anno Chriſti *hoſpitale.*
1230. aſſerens: Hermannum Archiepiſcopum quondam donaſſe Hoſpitali *cenſum* *S. Heriberti*
quatuor maldrorum ſiliginis & totidem natularum. Huic deinde vnitum videtur aliud *Hoſpitale*
hoſpitale ex platea dicta Stoicorum, translatum, cum Canonicorum S. Andreæ mu- *S. M. Magdalenæ*
nificentia, huius ædes, Patribus Prædicatoribus, Ordinis S. Dominici donarentur. *translatum.*
Hoſpitale hoc B. M. Magdalenæ dicebatur, & fundatum erat à Petro quodam Canonico, ſic enim habet fundationis diploma ſcriptum A. C. 1202. *Nouerit igitur Vni-* *A. C. 1202.*
uerſitas fidelium tum præſentium tum futurorum. Quod Petrus presbyter Canonicus Eccleſiæ *Petrus presbiter fundator.*
S. Andreæ in Colonia, piè de ſalute animæ ſuæ, in poſterum cogitans, de bonis ſibi à Deo collatis,
D *hoſpitale in platea quæ Stulingegaſſe dicitur, conſtruxit & quibuſdam bonuſculis ipſum dotauit, ea videlicet ratione, vt in ipſo Hoſpitali deinceps pauperes Chriſti, immo ipſe Chriſtus in membris ſuis ſuſciperetur hoſpitio, & tam in lectiſternijs, quam etiam in refectionibus, pauperes Domini in ipſa domo fouerentur & conſolationem perciperent. Poſt hæc vero quidam bo-* *Societas inſtituta ad*
ni homines, pium factum præfati Petri conſiderantes, nihilominus de ſalute animæ ſuæ ſolliciti, fraternitatem conſtituerunt, & ipſam fraternitatem ad dictum hoſpitale tradiderunt, vt *dotandum*
& bona quæ de præmiſſa fraternitate Deo propitio iuſtis modis prouenirent ad vſus pauperum *hoſpitale.*
cederent, & tanto maior in ipſa domo pauperibus conſolatio fieri poſſet, &c.]

Quæ occaſio fundandi hoſpitalis fuerit, inſinuat Cæſarius Heiſterbacenſis, quem *Occaſio*
authorem cum archiuis congruere, paſſim deprehendo. Is autem hæc habet lib. 9. *fundandi*
Mirac. cap. 56. *hoſpitalis.*

Colo-

Coloniæ in eccleſia S. Andreæ Canonicus quidam extitit, ordine ſacerdos, *arte medicus*, *Petrus nomine*. Cum die quadam, quidam ex eius concanonicis infirmus, eo præſente eſſet communicaturus, & ei ſacerdos diceret: Credis hoc eſſe verum corpus Domini, quod natum eſt de virgine, & pro te paſſum in cruce? Illeque reſponderet, Credo: Præfatus Petrus vtrorumque verba notans, expauit. Poſtea ſolus conueniens Euerhardum Scholaſticum eccleſiæ, qui & ipſe communioni intererat, ait: Interrogauit ſacerdos infirmum illum bene? Et reſpondit ille; Etiam, bene, inquit, qui aliter credit, hæreticus eſt. Tunc Petrus eiulans, pectuſque tundens exclamauit, dicens: Væ mihi miſero ſacerdoti, quomodo hactenus Miſſas celebraui? nam vſq; ad hanc horam putabam ſpeciem panis & vini poſt conſecrationem tantùm eſſe ſacramentum, id eſt ſignum & repræſentationem Dominici corporis & ſanguinis. Poſtea verò ad deletionem eiuſdem ignorantiæ, quæ nimis erat craſſa, in honore *Beatæ Mariæ Magdalenæ in Stolgingaſſe & capellam & hoſpitale*, *in quibus nunc habitant Prædicatores, ædificauit*. Si verò ſacerdos literatus, & bonæ admodum vitæ, ſic errare potuit, quid dicam de idiotis & malis? &c. A B

SYNTAGMA LXXXXII.

B. M. Magdalenæ quondam in Centurione ad S. Gereonem.

QVi inſulam decanales S. Gereonis hortos complectentem, putant S. Helenæ Viridarium fuiſſe, à Prætorio (nunc S. Claræ Monaſterio) vſque ad S. Gereonis Baſilicam protenſum, illi ſicut in medio roſetum, id eſt S. Quintini Martyris Sacellum, & in meridionali cornu lilietum, id eſt candidam S. Norberti & Hermanni Confeſſorum plantationem piè meditantur, ita optima mente locant areolam violaceam in cornu ſeptentrionali vbi Sanctorum Magdalenæ & Alexij Oratorium, & hoſpitalis domus conſiſtunt. In antiquo manuſcripto, hoſpitale in *Centurione* dicitur, eſtque fundatum pro decrepito inprimis famulitio S. Gereonis; Præpoſitus Illuſtris iſtius Baſilicæ Sacerdotem & Quæſtorem eis præponit, & dedicationem celebrant in feſto S. M. Magdalenæ. C D

SYNTAGMA LXXXXIII.

Hoſpitale ad S. Martinum Maiorem.

INgreſſuris eccleſiam S. Martini Maioris quondam in inſula, *ſub Porticu* vulgo *Portzgen*, ad læuam ſitum eſt Hoſpitale, in quo ad vitæ dies recipiuntur & quotidianis ſtipendijs fruuntur, beneficio & gubernatione D. Abbatis, decrepiti viri & fœminæ, quibus in ætate declinante ſuſtentatio deeſt.

SYN-

A

SYNTAGMA XCIV.

Iodoci in Immunitate Capitolij.

S. Iodocus cuius feſtiuitas 13. Decembris celebratur, Oratorium habet cum hoſpitali domo ſuo nomini dicatũ iuxta Capitolium Marianum cuius famulitio decrepito potiſſimum ea domus ſeruit. Traditur, Clariſſimus vir *Ioannes à Schvvolgen* I.V.D. Decanus S.Andreæ & Maioris ac Capitolinæ Ædium Canonicus accurata œconomiæ adminiſtratione cenſus auxiſſe ad ſuſtentationem duodecim perſonarum.

B

SYNTAGMA XCV.

S. Quirini ad S. Panthaleonem.

PRope S.Panthaleonis monaſterium in platea vulgo dicta die *VVahlengaß*, domus Hoſpitalis eſt pro vetulis & debilibus mulieribus fundata quæ indies certum penſum Orationum Dominicarum cum Angelicis ſalutationibus recitare obligantur.

C

Abbas S.Panthaleonis loci & ſtipendiorum patronus eſt.

Oratorium habent peruetus dicatum honori ſancti *Quirini* Martyris, cuius ibidem Reliquias, cum coſta *S. Benedicti* & parte *Pallij S. Heliæ* cuſtodiri ſcribit Sacrarium Agrippinæ.

Præter feſtos Patronorum dies, dedicatio anniuerſaria celebris habetur in die B.M.Magdalenæ 22.Iulij.

SYNTAGMA XCVI.

D

S. Agnetis in foro nouo.

S. Agnetis Oratoriolum in foro nouo prope ædes à S.Heriberto quondam habitatas, habet adiunctum hoſpitale, ad ſuſtentationem decrepitorum hominum, præcipue fœminei ſexus, eius inſpectio eſt pœnes Æđiles parœciæ SS.Apoſtolorum feſtos dies celebrant S.Agnetis & anniuerſarium dedicati Oratorij Dominica poſt Paſcha.

A

SYNTAGMA XCVII.

S. Spiritus auff Thumbhoff.

S. Spiritus Oratorium & hoſpitale vetus fundatio. Ampliſſimus Senatus ei ſtatuit prouiſores quatuor viros graues, à quibus quæſtor deligitur, is præſtimonia pauperum diſtribuit. nempe ex Fundatione antiqua quot hebdomadibus & die Sabbathina Septingentis pauperibus inquilinis ſingulis marcam Colonienſem; ſi quis pauperum moritur præbenda hebdomadariæ marcæ à Prouiſoribus alteri cõceditur: eſt deinde fundatio noua ex liberalitate *Eliſabethæ de Kreps* Viduæ Domini *Conradi de Reck* I.C. & primarij Conſiliarij Treuerici Electoris, vnde centum pauperes hebdomadatim feria IV. ſinguli duas marcas Colonienſes recipiunt, poſt auditum hora octaua in Oratorio S. Spiritus miſſæ Sacrificium. B

Dedicatio anniuerſaria celebratur ipſo Pentecoſtes quotannis feſto.

SYNTAGMA XCVIII.

S. Vrſulæ ſiue VVeuelinghouen in platea Stolinghgaſſe.

HOſpitale prope à S. Vrſulæ, in vico Stiliconis vel Stoicorum, (nam olim Stilinckgaſs, & modo Stulkgaſs dicebatur) ex aduerſo S. Apolloniæ ad latũ monumenti vulgo Mommersloch ipſum vero *Hoſpitale VVeuelinghouen* dicitur. & Noſocomium eſt in quo recipiuntur ægri inferioris ciuitatis Colonienſis, prout videlicet vrbs recta linea ſecatur à Porta Honoria ad Molariam: nam qui in ſuperiore vrbis regione ſunt apud S. Ioannem in platea Sanſeueriniana recipiuntur vt dicam ſequenti Syntagmate. habet etiam ergaſtula in quibus mente capti recludantur, & ſeparata cubicula pro morbis incurabilibus contagioſis, ſi quis etiam ex Xenodochio Ipperuualdenſi dicto, peregrinus in morbum incidat, cum hic tenentur recipere & per ſuos baiulos deportare, quibus tunc à Magiſtro domus in Ippervvaldt ſalarium ſoluitur: præſunt huic Noſocomio quatuor ab Ampliſſimo Senatu deputati Prouiſores. C

Diem dedicati Oratorij celebrant 21. Octobris in Feſto S. Vrſulæ.

D

SYNTAGMA XCIX.

S. Laurentij apud S. Ioannem Baptiſtam.

HOſpitale *S. Laurentij* appellatum in Sacrario Agrippinenſi, & vulgo *in Oſtio lato* Noſocomium eſt iuxta cœmiterium S. Ioannis Baptiſtæ: & ſicuti prædictũ hoſpitale in Weuelinghouen ſeruit neceſſitatibus inferioris vrbis, ita hoc ſuperioris vrbis & hoſpitalis S. Ioannis plateæ latæ ægros inquilinos peregrinoſue ſuſcipit.

Ampliſſimus Senatus Colonienſis quatuor viros graues eius loci prouiſores inſtituit. Dedicatio Oratorij celebratur in feſto S. Laurentij 10. Auguſti.

SYN-

A

SYNTAGMA C.

Hoſpitale in Ippervvaldt,

APud armamentarium Senatus Colonienſis, Hoſpitale eſt dictum *In Ippervvaldt* in quo egeni peregrini triduo excipiuntur & quot ſeptennijs peregrini ex finibus Hungariæ viſitantes ſacra limina in Vbijs.

Senatus loco proſpicit de pijs Prouiſoribus.

B

SYNTAGMA CI.

S. Ioannis Baptiſta in platea lata.

S. Ioannis in platea lata Xenodochium eligans Oratorium habet, & triduo recipit egenos peregrinos.

Senatus duos pios & graues Prouiſores loco imponit.

Feſtos dies patroni ſolemniter celebrat. Manuſcriptus antiquus liber dicit eſſe
C S. Ioannis Euangeliſtæ Sacellum, ſed vetuſtiores ſtatuæ & picturæ Sacelli, Baptiſtam exhibent.

SYNTAGMA CII.

S Crucis in platea lata.

HOſpitale S. Crucis in platea lata pertinet ad Officiatos Scrinei S. Columbæ, à quibus duo eius prouiſores ſtatuuntur: habet cenſus & diſcretas domunculas
D prò famulabus Officiatorum quæ ætatem ſuam in eorundem ſeruitio triuerunt.

Feſtos dies S. Crucis percolunt & dedicationem Oratorij ſacra S. Bartholomæi feria.

In pariete huius Hoſpitalis Crucifixi cum B.V. & S. Ioannis imagnibus eſt viſenda effigies, cum opportuno ad ſtationē & honorem habendū ſaluatori qui à ligno regnauit. Ibidem Reorum, qui ea parte ad ſupplicia educuntur ſtatio eſſe conſueuit, tum vt rei animum componant recordatione Domini ſui Crucifixi, tum vt populus ad Deum pro reorum ſalute orandum excitetur à ſacerdote reum comitante.

A

SYNTAGMA CIII.

S. Nicolai Orphanorum.

PVeri *expoſititij* quondam colligebantur cura Senatus in domo quadam plateæ appellatæ auff dem Hunsruck quaſi dicas *in iugo* vel *Canino* vel *Hunnorum* prope Eccleſiam ad Indulgentias, ibi ſumptu publico educabantur: quando vero anno ſæculari 1600. Patres Societatis Ieſu, conſentiente Senatu Gymnaſium trium Coronarum ad Viciniam ſui Gymnaſij tranſtulerunt, locus veteris tricoronati Gymnaſij, educationi expoſititiorum à Senatu deputatus eſt, pariterque Statutum, vt iungantur ijs *Orphani* Ciuium liberi, qui mortuis parentibus victu deſtituuntur & illis, qui tutorio vel curatorio nomine præſint, & creuit corrogato ſumptu domus in amplam fundationem, cui præſunt ſex à Magiſtratu ordinati Prouiſores. B

Oratorium in honorem S. Nicolai Epiſcopi fundatum, eius feſtum celebrat & dedicationem Dominica quarta quadrageſimæ. Multa præclara iſtic loci geſta annalibus Collegij Societatis Ieſu contineri intelligo.

SYNTAGMA CIV.

B. M. V. Doloroſæ Exulum Daß Spinhauß auff der Frieſenſtraß. C

TEmpeſtate moderni belli quo deflagrat Germania, cum etiam multi profugi & exules inopes in Vbiorum liberalitate aſylum quærerent, vt mendici à domibus & importunitate incedentium per plateas arcerentur & in ordinem redigerentur, ampla domus in platea Friſonica coempta eſt & ſtatua B. M. Virginis Doloroſæ impoſita frontiſpicio. ſed inſtitutum in primis ſtatim initijs elanguit & defecit, ac nunc pauculæ ibidem puellæ mendicæ ad bonam frugem educantur.

Statuit tamen Ampliſſimus vrbis Senatus quot ſemeſtribus, atque adeo ſex, ad omnem Senatus mutationem vnum, prouiſores qui conentur primam normam reſtituere. D

SYN-

A

SYNTAGMA CV.

Diuerſæ Eleemoſynæ & loca pietatis.

SPendæ ſeu pauperum cibationes & eleemoſynæ, apud Collegiatas, Monaſteria, & Parochias omnes habētur, & locupletātur ex legatis teſtamentarijs quæ vulgo: *ad tabulam legare* (auff das Bredt geben) appellant, deinde fundationes pro elocandis filiabus & pro educanda iuuentute, ad innumeros & ingentes cenſus Coloniæ excreuerunt, vt cum cuiuslibet Vrbis munificentiâ, Vbiorum liberalitas poſſit B merito concertare, adhæc ſunt innumeri Conuentus cælibum perſonarum, ſed cū ferè oratoria propria non habeant, & mihi propoſitum ſit breuem deſcriptionem eccleſiarum hoc libro contexere, progredior nunc ad recenſenda ordine alphabetico principaliora publica fana & ſacella.

SACELLA ORDINE ALPHABETICO id eſt eccleſiæ, quæ Sacelli titulo ſolummodo gaudent, licet interdum amplitudine ſua alia ſuperent templa.

C

SYNTAGMA CVI.

S. AEgidij in Aula Sigebergenſi.

IN corde Ciuitatis Agrippinenſis iacent Sigebergenſes Aulæ, maior quæ Abbatis, minor quæ eſt Dominorum Fratrum Capitularium Sibergenſium, inter vtramque iacet elegans Sacellum S. Ægidij ex Regiâ Græcorum ſtirpe, in Gallijs Abbatis, Anno Chriſti 770. ad ſuperos tranſlati. Eius Reliquiarum notabilis pars in hoc Sacello conſeruatur, & à Febricitantibus inprimis frequenter inuiſitur; patronalia autem celebrantur Kalendis Septembris, anniuerſarius dies dedicatæ eccleſiæ Dominicâ ſequente. *S. Ægidius Abbas.* D

Eſt etiam in vicino hîc monaſterio B.M.V. ad hortum (vti *pag. 541. in Theſauro ſacro numero XII.* memini) Caput S. ÆGIDII REGIS FRANCIÆ conſobrini Patris S. Vrſulæ, quod fideles Kal Septemb. piè venerantur; cum ad pium Vrſulanum exercitum ſe adiunxiſſe exiſtimo Regulum ex illa tunc Franciæ plagâ, quæ in vlteriore nobis aduerſâ Rheni ripâ eſt, ac proinde faſtis ſiue Martyrologio Ducatus Montium accenſendus venit. *S. Ægidius Rex.*

A

SYNTAGMA CVII.

S. Afra apud turrim Franconicam.

INfra Baſilicam B. M. Virginis in Gradibus apud turrim dictam Franconicam, *An. 300.* incumbit fornici portæ templum S. Afræ martyris, quæ tempore Diocletiani Imperatoris S. Narciſſum Epiſcopum in Rhætiâ exulantem Auguſtæ Vindelicorum recepit, & Chriſto iuncta, omnibus ſuis in pauperes diſtributis, pro æternâ vitâ adipiſcendâ viuens exuſta eſt. Memoriam extruxiſſe videtur qui Coloniam Reliquias attulit S. Anno Archiepiſcopus, de quo hæc in hiſtoria S. Afræ. B

THESAVRVS SACER.

ANNO autem fœlicis memoriæ Colonienſis Archiepiſcopus, prælibatū Embriconem Auguſtanum, *Antiſtitem ſupplex rogauerat, vt munus aliquod de cineribus tantæ martyris* Afrę, *dignaretur impertiri, fœlicem fore credens ſuam ciuitatem* Colonienſem, *ſi talibus ditaretur Reliquiis. Cuius precibus annuit Epiſcopus. Et veniens Auguſtam conuocat Prælatos eccleſiarum, & Fratres Cœnobij S. Afræ, abſque illorum conſilio, & voluntate quicquam agere inconſultum fore decernens. Igitur cum magno timore aperto Sarcophago Chriſti martyris, corpus eius integrum repertum eſt. & quodam candidiſſimo ſtamento obductum auferens ergo ſolū* ARTICVLVM POLLICIS IN PEDE S. Afræ, *venerandus Pontifex teſte Clero & populo Coloniam cum ſumma direxit reuerentia.* Eandem S. Afram Beatus Anno teſtem ſuæ innocentiæ, contra obtrectatores à morte ſe habiturum ſperauit, ita enim prædixit lib. 2. vitæ S. Annonis cap. xi. *Vt in eorum oculis, qui me vitamque meam inſectantur, adhuc aliqua ſigna per me dignetur exhibere Chriſtus, tum & pro ſui nominis augenda gloria, tum & pro meo auferendo opprobrio, dum illi placens apparuero, qui nunc in omnium reprehenſione ſum poſitus. Id vero ſignorum meorum erit initium: Ad litus Rheni fluminis, flentium & plangentium humeris examinis adductus, ante* MEMORIAM SANCTÆ MARTYRIS AFRÆ *luctuoſis obſequiis in nauim exponar: quæ circumacta, nihil vltra ſolitum agente remigum inſtantiâ recto curſu contra S. Heribertum* Tuitium *applicabitur, altiorem in vlterioribus, quam in anterioribus ripis ſtationem habens.* Euentum huius prędictionis, vide in vita S. Annonis lib. 3. cap. 15. C D

Feſta.

I. S. Afræ martyris. 5. *Auguſti.*
II. Dedicationis Eccleſiæ. 7. *Auguſti.*
III. S. Annonis. 4. *Decemb.*

SYN-

A

SYNTAGMA CVIII.

S. Alexij apud S. Vrſulam.

S. Alexij Sacellum in area immunitatis Vrſulanæ, etiam priuatum Oratorium eſt Dominæ ibidem Abbatiſſæ, & moderna quidem Abbatiſſa illud plurimo ornatu decorauit, & præcedaneæ Reliquijs Societatis Vrſulanæ dotarunt. Patronalia celebria habet 17. Iulij die.

Si Sanctus Alexius limina Sanctorum Colonienſium viſitauit, & ille Principis filius fit, qui relicta ſponſa, eremita circumiens, S. Seuerino iſtis temporibus vidit ſe
B parem in gloria æterna futurum; merito apud limina Sanctarum 11000. Virginum Martyrum, quaſi ſub gradibus Domus Abbatialis, hic Sacellum, & aram ante oſtiũ aureæ Cameræ accepit, hæc tamen demolita nunc eſt in reſtauratione nupera Cameræ aureæ. Vide Superius dicta *pag.* 536. *lit.* D. & infra. lib. 4. 29. Octob.

SYNTAGMA CIX.

SS. Bonifacij & VVilibrordi Hollandicum Collegium & Sacellum.

C

§. I. De inſtituto Collegij.

AD honorem *SS. Bonifacij & VVilibrordi*, Exules pro Catholicâ religione *Batavi* Presbyteri, alijque pij Viri, Collegium inceperunt ſtudioſæ iuuentuti educandæ, & ex eo Viri emerſerunt eruditiſſimi, quorũ Catalogo & laudibus fauco calamum parem: domus quam inhabitant putatur auita eſſe & natalis S. Brunonis inſtitutoris Carthuſianorum.

D

§. II. THESAVRVS SACER in Sacello SS. Wilibrordi & Bonifacij.

Achatij ſociorum martyrum Reliquiæ.
Adaucti martyris brachium.
Adelberti primi Archidiaconi Vltrai: pars tibiæ & duæ capitis partes, & aliæ quædam.
Adriani ſimilis brachio pars, & brachium
Agnetæ.
Antonij ex brachio eius.
Athalarij.
Auguſtini.
Barbaræ Virginis & martyris coſta & pars coſtæ.

Blaſij

Blaſij martyris.
De S.Bonifacio coſta & alia quædam.
Tria parua oſſa de Societate S Bonifacij.
Catena argentea cum affixo capillulo.
Catharinæ.
De Caſarij martyris ſpina.
Cęciliæ.
De S.Charitate.
Conradi Epiſcopi Vltrai. extremæ fimbriæ ſtolæ.
Conradi Epiſcopi.
De Cruce Domini.
Cunegundæ Imperatricis.
Cunerę brachium.
Dionyſij.
Eliphij martyris de capite eius.
Emerentianæ.
Eobani Epiſcopi martyris.
Euphemiæ.
Euphraſiæ Virginis & martyris.
Felicis Papæ I.martyris. Felicis M.
Felicis.
De S.Fide.
Frederici ducæ particulę.
De S.Gereonis Societate quatuor capita.
De eadem Societate duo oſſa & aliæ non nullę partes.
Gregorij EpiſcopiVltrai.de brachio eius
Gregorij.
Hilarij Epiſcopi.
Henrici Aboenſis Epiſcopi & martyris.
Huberti.
Idę viduę Herueldenſis ad Lippiam fl.
Innocentium.
Ioannis Baptiſtæ.
Iuſtini.
Laurentij.
Lebuini.
Lapis miraculoſe conuerſus ex pane.
Marcellini.

Marię Magdalenę binę Reliquię. A
Mauritij.
Maurorum.
Martini.
Martini.
Matthiæ.
Eiuſdem.
Odiliæ.
Odulphi ex ipſius capſis deſumptum.
Eiuſdem ſacra alba.
Pancratij os magnum. B
SS.Pauli & Petri.
S.Philippi.
S.Plechelmi coſta & alia pars.
S.Polycarpi dens.
S.Probi Epiſcopi.
S.Radbodi.
S.Roperti.
S.Sabinæ.
Secundi martyris de eius capite.
Senonis Epiſcopi Veronenſis & martyris caput. C
De eiuſdem capite.
Simonis Apoſtoli.
S.Stephani.
De Sepulchro Domini.
De Thebæis coſta.
De eiſdem ſex magna oſſa.
S.Timothei.
Victoris.
Viti brachium.
Duo magna oſſa ſcapularum de Societate S.Vrſulæ. D
Oſſiculum de vndecim mill. Virginum.
Faſciculus cum Reliquijs Soc. S. Vrſulæ.
XI. Mill. Virginum opus imperfecte adhuc elutum.
Tria magna oſſa de Societate Sanctæ Vrſulæ.
Faſciculus cum Reliquijs S.Vrſulæ.

Willi-

A Willibrordi de brachio eius.
Membranula in qua fuit corpus Domini conſecratum à S. Wilibror.
De Maxilla S. Willibrordi.

§. III. Aliæ Reliquiæ quæ ſunt in Sacelli cuſtodia.

De Societate S. Vrſulæ duo capita.
De Societate S. Gereonis vnum.
Vnum quod non eſt notatum & putatur Oſvvaldi.
B In orbe de SS. Martino, Marcellino, Lebuino, Radbodo, Engelberto, Seuerino, Plechelmo, Adelberto, Otgero.
In alio orbe SS. Pancratij, Eboani, Frederici, Euſebij, Eliphij, Caſſij, Willehadi, Athalarij & Foillani.
Item in orbiculo de S. Stephano martyre.
Et in alio de Thebæis.
Pars cranij S. Bonifacij.
De S. Agnete.
De Societate S. Bonifacij.
De Societate S. Gereonis.
De S. Olvvaldo.
De S. Foillano.
De S. Bonifacio.
De XI. mill. Virginum.
De S. Hippolito, Lebuino, Marcellino & Eliphio.
Duo capita minora incerta.
Item alia puerorum vt apparet.
De S. Lebuino.
De ſtola & brachio S. Bonifacij.
Os de Societate S Vrſulæ.
Duo minora capita incerta.
Stola & manipulus S. Bonifacij.
Item manipulus integer S. Bonifacij.
Stola S. Conradi Epiſcopi Vltraiectini.

SYNTAGMA CX.

S. Benedicti Sacellum in Monaſterio Capitolino.

Apud Baſilicam Capitolinam in ambitu veteris Monaſterij verſus Septentrionem eccleſiola profundo iacet loco (vulgo im Loch) dedicata S. Benedicto Confeſſori, & annexam habet curam parochialem familiæ Capitolinæ. Ea tres ve-
D tuſtas aras cóplectitur, in muro meridionali iſta in vetuſtiſſimo marmore legũtur:

Clara ſuis meritis & nobilitate parentum
Aluerata domus huius alumna fuit
Hanc oleum rutilæ cum lampadis igne ferentem
Dum vitæ plenos egit adulta dies
Vna bis denis Auguſti iuncta diebus
Tranſtulit ad Sponſi regna videnda ſui.

Dedicatio huius eccleſiæ celebratur in Feſto S. Andreæ & patronalia in feſtis S. Benedicti Abbatis.

A

SYNTAGMA CXI.

Ceruinæ Gentis ſacellum in Capitolina æde fundatum.

CEruinæ Gentis munificentiâ honeſtum ſacellum Eccleſiæ Capitolinæ adſtru-ctum, ciuſdem pars eſt, exædificatum eſt Anno Chriſti 1493. cum hebdomadaria miſſa in honorem Venerab. Sacramenti, à Nobili Viro *Ioanne de Hirtz*, ex gente *Nigrorum de Ceruo*, cuius memini libro ſecundo Syntagmate 17. pagina 166. Idem ille Ioannes de Hirtz iuris vtriuſque Doctor erat, & tandem Ciuitatis Conſul fuit, & multas in eccleſias munificus; præſertim templum Sanctarum 11000. Virginũ quod B magna ex parte auxit.

SYNTAGMA CXII.

S. Crucis in Curia Decanali SS. Apoſtolorum.

ANno Dominicæ Incarnationis M.CCC.LXI. Fr. *Rudolphus Conſtantienſis* Epiſcopus *Vilhelmi de Gennepe Archiepiſcopi* Colonienſis Suffraganeus in magnificâ amplaque aulâ domus Decanalis SS. Apoſtolorum Coloniæ ad inſtantiam *Tilmanni de Cirno* Decani conſecrauit Capellam *in honorem* (inquit diploma) *Sanctiſſimæ Crucis, Beatæque & glorioſæ Matris Dei Mariæ, nec non Beatorum Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ, decem millium Martyrum, Syluestri Papæ, Nicolai Epiſcopi, & B. Mariæ Magdalenæ.* Vide Syntag. de Suffrag. Colonien. pag. 82.

SYNTAGMA CXIII.

S. Crucis & SS. Apoſtolorum apud S. Panthaleonem.

AD meridionale latus Eccleſiæ S Panthaleonis, adiacet venuſtiſſimũ Sacellum Sanctæ Crucis & Duodecim Apoſtolorum Domini, ab Hermanno ex Comitibus *de Sutphania* nono S. Panthaleonis Abbate cognomento humili, exſtructũ D
1094. Anno Chriſti 1094. indictione 2. IV. Non. Iulij, Dedicatum ab Hermanno tertio, cognomento diuite, Archiepiſcopo Colonienſe. Hermanni IX. Abbatis ſepulchrum eſt in vmbilico Sacelli.

Feſta.

I. Dedicatio In die S. Vdalrici. 4. *Iulij.*
II. Feſtiuitates S. Crucis. III. SS. Apoſtolorum.

SYN-

A

SYNTAGMA CXIV.

S. Crucis iuxta S. Claram.

IN principio plateæ Vrſinæ, vulgo am Berlich. iuxta S. Claræ Monaſterium, ædibus publicis frumentariæ annonæ inne&iturSacellum *S. Crucis* titulo inſcriptum, cuius tamen modo rarior aut pœne nullus vſus, cum enim quondam infames puellas Colonia permiſiſſet, dicitur hic ad earum conuerſionem, eccleſiaſten conſueuiſ-
B ſe pœnitentiam prædicare.

SYNTAGMA CXV.

Sacellum Archiconfraternitatis Dominicæ paſſionis & Crucis prope Patres Capuccinos Colonienſes.

ANtonius Epiſcopus vigiliarum Apoſtolicæ Sedis Nuncius Pauli V. Pontificis Maximi mandato pro conuertendis hæreticis & conuerſis alendis iuſſus fuerat *nonnulla ſanctitatis aſyla piorum hominum inſtituere, ad quæ de medio Babylonis fugien-*
C *tibus acceſſus eſſet, & in quibus de ſalutaribus remedijs, huic vulneratæ patriæ adhibendis, conſultatio fieret, itaque* Illuſtriſſimus Nuncius prædictus *illud inter alia ſecuriſſimum ratus eſt, ſi confraternitas Eccleſiaſticorum, & ſæcularium virorum, cuiuſcunque ordinis, dignitatis, aut ætatis idoneæ huic inſtituto in Eccleſia Patrum Capuccinorum S. Franciſci Coloniæ ſub inuocatione acerbiſſimæ paſſionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti eiuſque viuificæ Crucis erigeretur, cuius Confratres pijs virtutum exercitijs inflammati ſe mutuo ad pietatem zelumque Dei exacuerent, & in proximorum ſalutem promouendam ardentius incumberent, illius inſiſtentes veſtigijs, cuius ſibi exemplar imitandum propoſuerant.*] Quare anno 1612. die paraſceues Sanctæ Sedis Nuncius authoritate Apoſtolicâ cæpit, inſtituit, erexit & fundauit Archifraternitatem commemoratam additis regulis & ordinationibus: dein-
D de etiam acceſſit elegans Oratorium in quo qualibet ſexta hebdomadis feriâ latina concio habetur, & de fide propaganda conſilium initur, multique ad gremium eccleſiæ reuertentes benignum almæ matris experiuntur ſinum, & deferueſcente bellorum furore ſperatur, liberali Principum procerumque munificentiâ plurimos ad fidem reduces temporalibus ſpiritualibusque auxilijs refouendos.

Præcipuos huius Archifraternitatis benefactores exhibet ſic inſcriptum ex nigro marmore

Monumentum. A

D. O. M.

PAulo Papæ V. Quod ad Catholicæ Religionis, in Germania conſeruationem & reſtitutionem per Antonium Epiſcopum Vigiliarum, Nuncium Apoſtolicum, Archifraternitatem Dominicæ Paſſionis Coloniæ erexit, Indulgentijs locupletauit, temporalibus donatiuis augere & proſequi non deſinit.

Philippo Hiſpaniarum Regi III. B

Cardinali Scipioni Burcheſio.
Cardinali Scipioni S.Suſannæ.
Ferdinando Archiepiſcopo Et Electori Colonienſi.
Ioãni Godfrido Epiſ. Bãbergenſi.
Iulio Epiſ.Herbipolenſi.
Arnoldo à Bucholt Præp.Hild.
Adolpho Wolff. à Metternich Dec.Spir.

Alberto & Iſabellæ } Archid. Auſtriæ & Ducibus Brabantię.
Guilielmo & Maximiliano } Ducibus Bauariæ.
Guillelmo Wolfgango Neoburg. Iuliæ, Cliuiæ, & Mont. Duci.
Franc. ex Ducibus à Lotharingia. C

Quod eandem Archifraternitatem Chriſtiana munificentia & charitate complexi ſunt Religioſis PP. Carmelitis, Dominicanis, Societ. Iesv, Capucinis, Diſcalceatis, alijsq; Confratribus, tum Eccleſiaſticis, tum ſæcularibus, Quod D. Archifraternitati vt piam, ita ſtrenuam operam nauent, quo Hæretici ad Catholicam Religionem conuertantur, conuerſi ſpiritualibus, temporalibus ſubſidijs foueantur, firmentur, adiuuentur. Ad perpetuam memoriam, & grati animi ſignificationem, ITEL. FRIDERICVS Comes Zolleranus Præp. Colonienſis & I. Præfectus, ÆGIDIVS van Kamp. Amſtelr. Vice Præf. Adolphus D Schulckenius S.T.D. Reliquique Archifraternitatis Officiales P.P. Anno Chriſti. clↄ. Iↄc. XIIX.

Feſta.

Ferijs ſextis quatuor temporum & maxime in maiori hebdomada incedunt viam Romanam Fratres Archiconfraternitatis S. Crucis ſupplices & induti Saccos pœnitentium.

SYN-

A

SYNTAGMA CXVI.

Sacellum Sanctorum Chriſtophori, Eraſmi, & Sebaſtiani.

INtrà Metropolitanæ immunitatis Clauſuram, prope puteum eſt domus inhabitata nunc ab Illuſtriſſimis Comitibus *de Furſtenbergh*, in eâ elegans Sacellum in honorem SS. Chriſtophori, Eraſmi, & Sebaſtiani Martyrum exſtruxit Anno 1497. 1497.
Philippus *de Duna* Maioris Eccleſiæ Decanus, cuius proauita inſignia petris inciſa
B fornici inſeruntur, & hi verſus.

Anno Milleno, C. quater, Septem, nonageno,
Illuſtris Dominus Venerabilis ecce Decanus,
De Duna Philippus Claro Sanguine natus,
Capellam hanc ſtruxit quam patronis dedicauit.
Chriſtophoro, ſimul Eraſmo, Sebaſque tiano.

Philippi huius de Duna poſtea Archiepiſcopi Colonienſis memini *lib. 1. Syntag. 6. pag. 51. & lib. 3. Synt. 1. pag.* 243. In meis manuſcriptis Farraginibus apparatus pro hiſtoria Colonienſi *Volumine* 29. *fol.* 975. reperio eum factum Canonicum Ann. 1463. 1463.
11. Iunij, & octo proauos ſuos demonſtraſſe, &c. atque eorum arma, eadem quæ in
C hoc Sacello inciſa, exhibentur cum ſuis coloribus, galeis, ac chymeris, vti appellant, manuſcripto volumine quinto meorum genealogicorum codicum *pag.* 127. his verbis.

Philippus de Duna *Dominus in Oberſtein Canonicus Metropolitanus Colonienſis*, *hos quatuor preauos ex parte Patris demonſtrauit: nempe* Duna, Rhenicomites, Kyrburg, Bolanden, *& pro eo Sigillarunt vti teſtes:* Luduicus Comes Palatinus Rheni, *Bauariæ dux, Comes Veldenzæ*, Fridericus Comes bipontinus *Dominus in Bitſch*, Ioannes Sylueſtris Comes in Dhune *& Kyrburgh & Rheni Comes in Stein*, Iacobus Comes in Salm *Dominus in Rotzlar*.

Ex parte matris demonſtrauit Philippus de Dune *& Oberſtein hos quatuor preauos,*
D *nempe* Lyningen, Keyberck, Baden, Ottingen, *pro eo Sigillarunt vti teſtes* Carolus Marchio Badenſis *Comes de Spanheim* Heſſo Landgrauius de Lyningen *Comes de Daegberg*, Ioannes Comes Naſſouius *Sarapontanus Dominus de Hensbergh*, Ioannes Comes Naſſouius *ita actum* 1463.

Hæc pro notitia Philippi de Duna Archiepiſcopi, quibus ſimilia de alijs Canonicis in Metropolitanam à tribus fermè ſæculis ſuſceptis collecta & mea induſtria congeſta, cum amicis communicare potero. Eſt enim Metropolitana Vbiorum eccleſia per quam nobilis, & demonſtratio Illuſtrium proauorum religiosè obſeruatur ab immemorabili tempore.

A

SYNTAGMA CXVII.

S. Dionyſij ſupra Parochialem S. Ioannis in Curia.

S Dionyſij Sacellum incumbit Parochiali templo S.Ioannis in Curia , per cuius fornices conſpicitur, & ambo ſub eodem tecto commiſſis angiportis ſtructuriſque mutuo conſeruntur , videtur hic Antiſtitum Agrippinenſium Oratorium fuiſſe, exque Reliquiario Archiepiſcopali & hoc Sacello, in Eccleſiam S. Ioannis immigraſſe lipſana S.Dionyſij; quæ commemoraui cum de Parochiali templo S.Ioannis dicerem, in quo S.Dionyſij feſtiuitas Solemnis eſt ſeptimo idus Octobris. B

9. Octob.

SYNTAGMA CXVIII.

S. Eligij in arenaria vulgo auff S.Loienplatz.

VEtus Eccleſia Saluatori noſtro dicata nomen Vulgo habet à *B.Eligio Nouiomenſi* Epiſcopo patrono Tribus Ferrariæ quæ ante ducentos annos hic Fraternitatem habuit, & aram S.Eligio inſcriptam, maior vero ara Saluatori noſtro, B.M.V.& Sanctis Cornelio & Cypriano dicata, vbi hæc vetuſtiſſima inſcriptio habetur inciſa lapidi. C

HOC TEMPLVM DEDICATVM ES IN HONORE SANCTÆ....::
...APOSTOLORVM HÆC QQ.... ARIN.... LT... NE....
...DE LIGNO .... RELIQVIÆ BLASII,.:..
CORNELII, CYPRIANI, PANCRATII, LVTGERI, SVVIBERTI,
ATQVE BRIGIDÆ VIRGINIS. D

VIII. KAL. OCTOR. DEDICATIO HVIV....

SYNTAGMA CXIX.

S. Eraſmi in ambitu S. Seuerini.

IN ambitu S.Seuerini eſt Sacellum *B. Eraſmi* cuius ſtructura attribuitur cuidam *B.Euuardo*, & in eo requieſcit *B. Teddo* Præpoſitus, quæ omnia commemorata ſunt à

A ſunt à me cum agerem de Collegiata Baſilica S. Seuerini *Supra Syntagma:3. lib.3. pag.277.*

Feſta.

I. S. Eraſmi. 2. Iunij.
II. B. Teddonis. 28. Auguſti.

B

SYNTAGMA CXX.

Fidelium defunctorum in Orphanorum vel communi cæmiterio.

INter S. Catharinæ & B. Mariæ Virginis in Sion Eccleſias Dominicus Campus ſeu commune cœmiterium eſt, ad quod ſuperflua oſſa & cineres ex alijs Vrbis cœmiterijs, tum contagioſo morbo defuncti deferuntur, adiectumque eſt paruum Sacellum cum ara, vbi pro defunctis Orphanis & deſolatis animabus ſolent Vbij Deum deprecari, præſertim obeundo viam Romanam, & in die fidelium animarum ſecunda Nouembris.

C

SYNTAGMA CXXI.

S. Georgij in domo Præpoſituræ ibidem.

S. Anno Archiepiſcopus Colonienſis Fundator Baſilicæ S. Georgij ibidem domum ſtruxit & aliquando incoluit quæ nunc aula Præpoſituræ appellatur, in ea elegans oxygonæ turris moles eſt cum Oratorio in honorē D.O.M. & S. Georgij Martyris dedicato quod Canonicorum illi Collegio, vtpote S. Annonis ſui fundatoris genibus & precibus tritum, Venerabile, tam nitore quam ſartis tectis integerrime conſeruatur.
D

SYNTAGMA CXXII.

S. Huberti in aula Tuitienſi.

IN aula Tuitienſis Abbatiæ, ſita in platea dicta Witzgaſſen, priuatum Oratorium Abbatis & Fratrum Benedictinorum Tuitienſium, cuſtodit S. Hereberti lipſanothecam aliasque quam plurimas Reliquias vſque ad reſtaurationem miſerè per bella deuaſtati monaſterij.

SYN-

A

SYNTAGMA CXXIII.

S. Hieronymi in Ruremondana domo.

S. Hieronymi Eccleſiæ Doctoris Sacellum cum vetuſta Bibliotheca, extat in Collegio Ruremundano Studioſorum ex eo Oppido. Fundatorem domus illius exhibet ſub Diui Hieronymi ſtatua in ſuperliminari ædium hæc inſcriptio.

Collegium Beati Iheronimi fundatum & dotatum per quondam Venerabilem Magiſtrum Ioannem Louanie de Rurmunda Præpoſitum Xanctenſem Vtriusq; iuris Doctorem cuius anima requieſcat in pace Amen. B

Feſta.

I. S. Hieronymi. 30. Septemb.
II. Dedicatio die S. Gregorij Papæ. 12. Martij.

C

SYNTAGMA CXXIV.

S. Hieronymi in Curia Præpoſituræ Gereonitica.

SEptentrionem verſus à S. Gereonis Collegio, iacet Palatium Præpoſiti illius Illuſtris Eccleſiæ, habens honeſtum Sacellum & Oratorium domeſticum, D. O. M. & S. Hieronymo ſacrum, dicatum Anno Dominicæ incarnationis MDXV. Sicut 1515. ibidem ſuſpenſa tabella atteſtatur. Patronalia cum anniuerſario Dedicationis die celebrantur. 30. Septembris.

D

SYNTAGMA CXXV.

S. Huberti nunc Societatis Ieſu & in fornice Eccleſiæ Sacellum.

S. Huberti Sacellum è lignis & cæmento conſtructum inſtar cubiculi ciuilis capax octo vel decem orantium ſtetit in vinea Archiepiſcopali, inter S. Maximini Cœnobium & plateam Marcellinam: nunc eodem loco ædificato Societatis Ieſu Collegio & æde in chorum penſilem eiuſdem ędis translatum eſt; in quod ex Archiepiſcopali

A epiſcopali Curia per longè porrectam pergulam aditur, & in feſto S. Huberti tertio
Nouembris Patronalia celebrantur. Reliquiæ autem Sacelli eiuſdem tranſlatę ſunt
Archiepiſcopi & Metropolitani capituli voluntate, in Parochialem Eccleſiam di-
ctam in Paſculo, vbi S. Huberti dies ſolenniſſimo concurſu ex eo tempore celebrá-
tur more ab antiquis temporibus recepto.

SYNTAGMA CXXVI.

S. Lamberti ſupra antiquum ambitum apud domum decanalem & Portam Paphiam.

B

S. Lamberti Epiſcopi Traiectenſis ad Moſam & Martyris Sacellum, Decaniq;
Metropolitani Oratorium, incumbit angiporto vetuſti ambitus Metropolita-
ñi, & Rectorem habet Vicarium honoris Maioris Eccleſiæ. Occiſus eſt S. Lamber- A. 696.
tus Anno Chriſti 696. 17. Septemb. ab eo die in diœceſi Colonienſi eius memoria
cœpit haberi celebris, Vetus etiam inſcriptio docet, longo tempore ante Hildol-
phum Archiepiſcopum Colonienſem hoc loco ædem S. Lamberto Sacram extitiſſe
ita enim parietes referunt.

Anno Domini 1076. Hildolphus Archiepiſcopus Colonienſis Ca- A. 1076.
pellam hanc, longo ante tempore diuinis dicatam, de nouo conſecra-
C uit, obſcuratam interim & vetuſtate obfuſcatam, Laurentius Surius
pro tempore Rector exornari fecit Ann. Domini. 1581. 1581.

Hildolphus ille Archiepiſcopus fuit Regius Clericus qui Goslariæ à Sancto An-
none *pro familiaritate petijt, vt codicem Sacramentorum qui vulgo miſſalu dicitur, quem*
Anno *Pontifex non parui decoris habebat ſibi dono daret; At Præſul, Hac, inquit, interim po-*
ſtulatione carebu, donec iuri tuo conſeratur omne miniſterium, quod capellula mea Clauſtris
debetur.] Idem Hildolphus monitis Apoſtolicis pro Monaſterio Brauuilerēſi parere
detrectauit: hinc Anno Domini 1079. Hartmannus quintus Abbas Tuitienſis, ſe- 1079.
cundum quietem nocturnam vidit Beatum Wolphelmum ſtipatum Fratribus ſuis,
D recitantibus ſeptem pſalmos cum Litanijs ad palatium Hildolphi tendere, & præ-
miſſa graui reprehenſione, virga paſtorali Epiſcopum cædere, qui mox obrutus
morbo 13. Calendas Auguſt. expirans, Sigeuuinum accepit ſucceſſorem. Sed ab hoc
diuertigio reuertamur ad Sacellum S. Lamberti in quo etiam leguntur ſequentia.

Anno Domini 1287. 5. Calendas Octob. Siffridus Archiepiſcopus 1287.
Colonienſis, diem dedicationis Altaris huius Capellæ, tranſtulit ad
diem S. Lamberti Martyris omnibusq; fidelibus contritis & confeſſis
ad dictam Capellam annis ſingulis Venientibus 40. dies iniunctæ pœ-
nitentiæ miſericorditer relaxauit.

A

SYNTAGMA CXXVII.

S.Laurentij Gymnaſij Laurentiani.

GYmnaſium Laurentianum nomen mutuatur à Laurentio Groningenſe Authore,&S.Laurentium tutelarem colit, inque honoré eius habet à Iacobo de Grote mercatore Colonienſi fundatã quotidianam miſſam, ſed needum proprium Lararium erexerunt, diuina audientes in Monaſterio Fratrum Minorum, in cuius B vnam partem immigrarunt ex parochia S. Pauli, in qua quondam Laurentij domus ſita erat, iſtic vbi nunc noua platea deducta eſt, ſublatis ædibus, quo commodius eſſet commercium vnctoriæ plateæ & ſexdecim ædium.

Feſta.

I. S.Laurentij. 10. Auguſti.
II. S.Alberti Magni cuius doctrinam ſectantur. 15.Nouemb.

SYNTAGMA CXXVIII. C

S.Luciæ in turri S.Cuniberti.

Martyrolog. Rom. 13. Decemb.

IN turri Cunibertina Sacellum eſt Sacrum S Luciæ Virgini & Martyri Syracuſanæ in Sicilia, *quam in perſecutione Diocletiani cum lenones, quibus iubente Paſchaſio conſulari, tradita erat, vt à populo Caſtitati eius illuderetur, ducere vellent, nullatenus eam mouere potuerunt, nec funibus additis, nec boum iugis plurimis: deinde vero picem, reſinam, feruens oleum nil læſa ſuperans, tandem gladio in gutture percuſſa Martyrium conſummauit* feſtiuitas eius incidit in idus Decemb.13.die.

D

SYNTAGMA CXXIX.

S. Marcelli in platea eius nominis.

S Marcelli vetus & exiguum Sacellum nomen ſuum toti plateæ communicauit, in qua plura fuerunt templa & cœnobia: Videlicet S. Achatij Regularium, in Monheim Auguſtinianarum tertiæ regulæ, Seruitiſſarum B.M. Virginis, & S.Huberti nunc nouum Societatis Ieſu templum, præ quibus omnibus, maiorem caniciem redolet, quod via publica olim à S.Marcelli fano induerit ſibi nomen

A men; Sacelli huius Rector eſt ex honorarijs quatuor Vicarijs Metropolitanæ Eccleſiæ, & diuus tutelaris eſt non Marcellus Epiſcopus teſte antiquo MS. meo ſed Marcellus Papa. Vnde non immerito ſuſpicabimur ſicut cætera illa Metropolitanæ Eccleſiæ incorporata Vetuſta Sacella, originem putantur à S. Cuniberto habere, ita ab eodem trahere originem Sacellum S. Marcelli nam huius Reliquiæ anno 651. ſedente S. Cuniberto tranſlatæ ſunt in Altum-Montem Benedictinorum in Hannonia cœnobium. Dies natalis S. Marcelli celebratur 16. Ianuarij. 651.

B

SYNTAGMA CXXX.

S. Margaritæ Virginis & Martyris.

§. I. De ſtatu Eccleſiæ.

Apud portam Septentrionalem antiquæ Coloniæ Agrippinenſis, exturbato Deæ Paphiæ cultui, iure optimo ſucceſſit puriſſimæ *Virginis & Martyris Margaritæ* veneratio; cuius Sacellum forma operis, & archiuorum teſtimonio pleraſq; eccleſias antiquitate antecellere depræhenditur. Rector illius Honorarius Vicarius eſt maioris Eccleſiæ, præpoſituſq; duodecim præbendatis laicis, quorum inſtitutio veterrima, à quibuſdam attribuitur *S. Cuniberto* qui idem fratres lugentes in- *12. Fratres Laici S. Margaritæ.*
C ſtituerat: Horumque S. Margaritæ fratrum Hoſpitale putatur inſtituiſſe ad alimentationem ſenio decrepitorum miniſtrorum Eccleſiæ. Domus Hoſpitalis exuſta eſt temporibus *Adolphi primi Archiepiſcopi*, eſtque modo pars Monaſterij Franciſcanarum in platea dicta Reimersgaſſe, aliqua vero dotationis acceſſio facta eſt duodecim Fratribus S. Margaritæ, cum anno Chriſti. 1311. *Templarij milites* extinguerentur. Metropolitanæ Eccleſiæ Decanus perpetuus patronus eſt Sacelli S. Margaritæ & præbendarum laicalium, niſi quod altare S. Catharinæ ipſe Rector conferat. *1311. Iuspatronatus.*

D

§. II. THESAVRVS SACER ad S. Margaritam.

I. Eſt in eccleſia vetus capſa cum diuerſis innominatis Reliquijs.

II. Hierotheca argentea noua curata ab *Ægidio Gelenio* in qua eiuſdem Sacelli antiquæ Reliquiæ. 1. de S. Margarita, 2. de S. Matthæo, 3. de S. Marco, 4. de S. Luca, 5. de S. Paulo.

III. *Cingulum S. Margaritæ* Virginis cuius poſſeſſionem Eccleſia hæc habuit ſupra annos quingentos.

IV. Super hæreditario *Geleniorum* ſepulchro inſigne Reliquiarium, in quod *D. Ioannes Gelenius* Vir Clariſſimus, SS. Apoſtolorum Decanus, Metropolit. Colonienſis *S. Suutbertus, Marcus 1j.*

Canonicus,& Archiepiſcopalis Generalis Vicarius,ex tota Prouincia,precaria corrogatione,multas Sanctorum collegit Reliquias,ſub quibus à morte condi voluit. Videlicet in ſtatua ab vmbilico imaginem mytrati epiſcopi repræſentante, genu *S. Suuiberti* Epiſcopi à *S.Leone* præſente *Carolo Magno* relati inter cælites. A

V.In brachio dextro auro oblito,1.notabile Os *S.VVilleici* presbyteri Socij S.Svviberti.2 Os ex Martyre Thebæo qui in pago *Oeckhouen* quieſcit 3. Os de S.Quirino.

VI. In ſimili brachio ſiniſtro,tria notabilia oſſa,primũ focile ex brachio S. Svviberti,2.S.Martyris Thebæi in Oeckhouen quieſcentis,tertiũ *B.Hermanni Scheidani.*

B.Eckardus 1.Iulij. VII. In maxima Monſtrantia 1. magnũ Os de *B.Eckhardo Scheidano* Ordinis Præmonſtratẽſis,qui Wiltrudi Wolandi *de Ardeya* Viduæ autor fuit deſtruẽdæ. A.1173. arcis, & ædificandi in Comitatu Marckano Monaſterium *Segor vel Scheida*, in quo eius memoria colitur 1. Iulij & Venerabili ſepulchro inciſum eſt Epitaphium. B

Signis non tardus noſter fundator Hechardus
Presbyter hoc pulchro requieſcit carne ſepulchro
Pneumate Sanctorum poſſidet ille chorum.

B.Hermannus Scheidanus. 8.Auguſti. 2. Eidem Hierothecæ incluſum eſt os B.Hermanni Scheidani Præmonſtratenſis ex iudæo Præpoſiti,cuius feſtiuitatem Natales SS.Ord.Præmonſtratenſis referunt ad diem 23.Decemb.ſed Ephemerides Scheidani Monaſterij referunt eum migraſſe in cælum 8.Idus Auguſti. C

EPITAPHIVM in Scheida Hermanni primi Præpoſiti.

Hac iacet in tumba non Vulpes,imo Columba
Vir ſimplex totus & ab omni fraude remotus.

3. In eadem Hierotheca continetur pars Coſtæ *S. Clementis* Papæ & Martyris ex eiuſdem Sancti Clementis antiqua eccleſia & Monaſterio *Drolshagenſi* in Weſtphalia cuius feſtiuitas recolitur.23.Nouemb.

VIII. In Monſtrantia mediocri 1 vertebra dorſi *B.Hermanni Scheidani* 2.pars vertebræ dorſi *S.Chriſtophori* (25.Iulij.)3.Os Sanctæ *Catharinæ* (25.Nouemb.)4.S.*Eliſabetha Vidua*.(19.Nouemb.

IX. In Monſtrantia priori gemina 1. de *S. Chriſtophoro* (25. Iulij.) 2. de *S. Vito* (15 Iunij.) 3.de *S. Euſtachio* Martyre(20.Septemb.)4.de *S. Catharina* (25 Nouemb.) 5.Lapidis in *S.Stephanum* iactati pars (26.Decemb.) D

X. Crux inaurata magna,Complectitur 1.notabilem partem ex capite in eccleſia *Tolbiacenſi* S. Petri,præferente vulnus ſupra aurem ſiniſtram, 2. Dentem ex maxilla capitis in eccleſia *Berghauſana*. 3. Dentem Martyris quieſcentis in eccleſia *Sechtenſi*, 4. Reliquias de S.Georgio.5. de B Heckardo Scheidano, 6.Os ex monſtrantia eccleſiæ *Schvvalbergenſis* in Weſtphalia, 7. Reliquias ex demolito vetere altari eccleſiæ *Baluenſis* in Weſtphalia.

XI. Articulus ex manu *S. Roberti Ducis in pinguia* quieſcentis miraculis clari donum Dominæ Annæ *Lerche, in de Durmſtein Abbatiſſa Pinguienſis.*

Feſta.

A

Feſta.

I. S.Svviberti. *1.Martij.*
II. S.Willeici *2.Martij.*
III. Dedicationis eccleſiæ in feſto S.Seruatij. *13.Mai.*
IV. *B.Heikardi 1.Iulij de SS.Trinitate.*
V. S.Margaritæ Patronæ. *13.Iulij.*
VI. *B.Hermanni Sheidani 6.Auguſti de transfiguratione Domini.*
VII. S.Catharinæ V.& M. *25.Nouemb.*

B

Monumenta.

I. Ante maiorem aram ex opere muſiuo eleganter incruſtato.

EVORHARD IN D.G. P.S.

II. Ibidem cum armis *Rennenbergiorum* duobus ſcilicet cantherijs.

Anno Domini Milleſimo trecenteſimo octauo die menſis Maij obijt Rolandus de Rennenberg Rector huius Capellæ cuius anima per Dei miſericordiam requieſcat in pace.

C III. Apud gentilitium ſepulchrum Geleniorum.



Ioannes Gelenius SS. Theologiæ Profeſſor Metropolitanæ Colonienſis Canonicus, SS.Apoſtolorum Decanus, & in ſpiritualibus Colonienſis Vicarius generalis obijt Anno 1631.vltima Aprilis.

Carmen retrogradiens in mortem Atlantem mundi.

Ecce tacens Atlas aras altas necat ecce.
I,pare Geleni, ſtat ſine lege rapi.

IV. Anno 1631. ſecunda Iunij obijt R. D. Godefridus Gelenius Canonicus SS.Apoſtolorum.

D V. An.1637.menſe Ianuario die ſacra S.Gudulæ,obijt Domina Gudula von Bockell relicta vidua Henrici Gelenij, Capellæ huius benefactrix, cum vixiſſet annos octoginta duos extincta aqua intercute hic apud quatuor ex liberis ſuis & generum ac nepotes depoſita expectat reſurrectionem beatam.

A

SYNTAGMA CXXXI.

Sacellum S. Mariæ ſeptem gaudiorum apud Regulares Corporis Chriſti.

SAcellum B. M. *Virginis* in memoriam *ſeptem* myſteriorum ſeu *Gaudiorum* Deiparæ inſtitutum, nunc pars eſt templi Regularium Canonicorum, quos vulgo ad corpus Chriſti appellant, dedicatum eſt Anno æræ Chriſtianæ milleſimo quingenteſimo ſexto die Viſitationis B. M. Virginis, per Theodoricum *VVichvvaell de Caſtren.* ex ordine S. Auguſtini Epiſcopum Cyrenenſem, & Proepiſcopum Colonienſem, vice Philippi ex Comitibus *de Duna*, *Oberſtein & Falckenberg* Archiepiſcopi & Principis Electoris Colonienſis. Conſueuit pius populus ſacellum hoc frequentare, cum indies, tum præcipuè in feſtis, gaudioſa myſteria Dominæ noſtræ Deiparæ repræſentantibus. B

SYNTAGMA CXXXII.

B. M. Virginis hortus prope S. Gereonem.

SAcellum quod dicitur hortus B. M. Virginis in Canonicali domo intra immunitatem S. Gereonis ſitum, multam vetuſtatem præ ſe fert, & quondam congruis cenſubus eſt dotatum, diuinis operatur Vicarius in ara S. Gereonis. C

SYNTAGMA CXXXIII.

B. M. Virginis ibidem.

IN ædibus Canonicalibus verſus meridiem iuxta prædictas ædes, inhabitatis ab Illuſtriſſimo Principe Franciſco Gulielmo Oſnabruggenſi, Verdenſi, & Mindenſi Epiſcopo, Coadiutore Ratisbonenſi; area & atrium domus in veſtibulo habet elegans & vetuſtum ſacellum B. M. Virgini dicatum &c. D

SYNTAGMA CXXXIV.

B. M. V. Annunciatæ.

IN Gymnaſio Trium Coronarum Societatis IESV Studioſorum aula eſt Oratoriũ Sodalitatis B. M. Virginis *Annunciatæ*, in cuius & ſcholarum veſtibulo Deiparæ imago erecta, quæ ſit & quid velit, affixa docet tabella his verbis inſcripta.

PRÆ-

A PRÆSIDES GYMNASII

S. Ignatius. S. Maria. B. Aloyſius.

Magnam Dei Matrem Mariam Virginem ſtatua ex *Foienſi* agro miraculis claro allata, & ſolemni ritu hoc loci pridie annunciationis B. V. propoſita ſtudiorum ſuorum Præſidem & Patronam *Gymnaſij Trium Coronarum* S. Ieſu Profeſſores cum auditoribus ſunt teſtati Ann. 1644. die 4. Aprilis qua, anno ab hoc tertio ſupra viceſimum eadem Virgo
B ab imminentis incendij periculo Gymnaſium exemit.

SYNTAGMA CXXXV.

B. M. Virginis apud Indulgentias.

B. M. Virginis ad Indulgentias ſacellum, ob arctitudinem loci & populi deuoti frequentiam, à pluribus cenſetur *Vbiorum* quaſi *Lauretum*: in ea imago Deiparæ Chriſtum in vlnis geſtantis, prodigioſa ſponte impreſſa dicitur. Deuotionis originem & miracula quædam ſupra *Syntag.* 26. *pag.* 419. retuli: collucefcit continuo votiuis cereis & frequentiſſimo fidelium confluxu colitur, præſertim diebus Sabba-
C tinis & in feſtis Deiparæ.

Reliquias habet ex Societate 11000. VV. & MM. in quarum agonis agro adiacet & imminet plateæ quam Caninum vel Hunnorũ iugum appellant vulgo *Hunsruck*, ſicuti in altero latere huius loci Cattimelibocorum, vel Cattorum vicus dicitur vulgo *Catzenbouch*.

SYNTAGMA CXXXVI.

Sacellum B. M. V. in Hieruſalem.

D

§. I. De initio &c.

ANno Domini Milleſimo quadringenteſimo viceſimo quinto, die ſacra Diuo Bartholomæo, eiecti ſunt Iudæi ex vrbe Colonienſi, & octaua Septembris eorum Synagoga expiata, conſecrata cultui Deiparæ Virginis eſt, poſteaquam quadringentis quatuordecim annis Iudaico ritui ſeruiuiſſet; teſte Winhemio: itaque repetendo elapſa ſæcula veniſſet in Hebreæ gentis cærimonias, ſub annum 1010. temporibus *S. Heriberti* Archiepiſcopi; hoc vero quo dixi anno, fœliciter trans-

1425. Iudæi eiecti Colonia.

1010.

tranſlata eſt ad Honorem magnæ Matris Virginis Vrbi noſtræ coetaneæ, vti libro 1.Syntagmate 1.dixi. A

Tempus & hiſtoriam conſecrationis referunt duæ ſuſpenſæ in ſacello tabellæ.

PRIMA TABELLA. (NB.)

1425. *Mille quadringentos viginti quatuor, anno*
Qui ſequitur Chriſti natali luce Mariæ
Virginis: Ædicula hæc ſum conſecrata, Senatu
Magnifici & dotata eadem pietate: repulſis
Qui me habuere prius, Iudæis: Bartholomæi
Nempe die ſancto ij ſunt Vrbe excedere iuſſi
Dicor Hieruſalem ſancta eſt quia viſio pacis
Nunc in me Chriſto poſtquā ſum ſacra priori
Et nomen ritus fideique vt ſit monumentum.
Quippe ego quæ Moſi cultu plena atq; Abrahami
Ante fui: Patre nunc Nato ſpirituque
Sacra feror ſancto: Chriſti Matriq; Auiæq;
Atq; vtinam mecū mea gens conuerſa fuiſſet.
Errore & poſito voluiſſet noſcere Chriſtum
Nec præſtolari Meſſiam mente prophana
Qui nullus veniet, ſed non eſt hoc quia factum
(Heu dolor) admoneo vos qui huc intratis amici
Chriſticolæ: Sacra vt fides magis hoc ſtudeatis
Exemploque meo ſemper meliora velitis
Lucis amplecti ſpretis erroribus omnes.



Quæ in Senatus Sacello & Anno 1571. extructo Mœniano, *Beneuole Lector* ſpectas Vrbicaria arma, B in ſuperiore parte pigmentantur pro SSS. Regum honore tribus Corollis, inferior autē alueolus aut vacuus eſt, aut vti hîc exhibeo Vermiculatus & variegatus opere topiario: ex quo vero ſingularius hæreſis huic Vrbi & Sanctorum cultui inſidiantur, Sancta Sanctorum Propugnatrix Colonia pro veneratione Virginum & C Martyrum Britannarum inſcribit clypeo ſuo flāmulas ſeu ſanguineas guttas, quas nunc ad vndecimum numerum reſtringit.

ALTERA TABELLA.

Anno Milleno C. quadris V. cum vigeno
1425. *Nataliq; die Genitricis Sanctæ Mariæ*
Nomen mutaui quæ prius Iudaizaui
Tunc Synagoga nunc Iheruſalem vocitata
Tūc clamor & planctus nunc modulatio cātus
Euolant Iudæi in feſto Bartholomæi
Hanc decorauit Senatus Colonienſis
Rite dotauit theſauro floride pauit
Noſtri Patroni ſunt Trinitas, Anna, Maria
Dent nobis doni de ſurſum gaudia dia, Amen. D

Quot hebdomadis ter cogitur Senatus, & nemo Patrum, vti ſunt in pietatem procliues Vbij, Concilium intrat niſi celebratis per Senatus Sacellanum diuinis interfuerit, & diuinam Maieſtatem pro directione Reipubl. adorarit.

§. II. THESAVRVS SACER

I. Aliquot capita & notabiles aliæ Reliquiæ ex Societatibus vndecies mille Virginum & Thebæorum Martyrum.

II. Icon

A II. Icon miraculoſa B. M. V. ex vero ligno *Aſpricollis* cum aureis & gemmatis Corollis & ornamentis donata à Sereniſſima Regina Franciæ, Vncialibus literis ſic inſcripta:

	Statua	Anno à partu Vrbi Coæuæ Virginis,	Quam Maria Reg.
	B. Mariæ Virg. Matris	cIↄ.Iↄc.XLIII.	à Capitis oculorumq́ue
	ex arbore Sichemienſi		doloribus liberata
	elaborata,		Anathematib. honorauit.
B	ab Iſabella Cl. Eug. Hiſp.		Hac in Vrbe moriens
	Infante Mariæ Reginæ		huic Reip. legauit.
	Trium Potentiſs. Europæ		Iuſſu Ludouici XIII. Regis
	Regum	*Sub pede ſtatuæ habetur*	Chriſtianiſs.
	Matri ſocrui.	*hac inſcriptio.*	Gualt. Peny Reg. Cameræ
C	D.Data.	Hæc imago veri ligni aſpricollis.	Secret. præſentauit.

§. III. Monumenta.

I. Pictura maioris aræ Deiparam, & Sanctos Euangelicos Magos, cæterosq́ue Vrbis tutelares exhibens, artificij & nominis celebritate ſolet in ſui ſpectationem artis eius admiratores Coloniam accire.

II. Libet monumentis annumerare inſcriptiones domus Senatoriæ videlicet.

Inſcriptiones frontiſpicij Domus Senatoriæ Colon. *C. Iulius Cæſar.*

D C.Iulio Cæſ.

Quod Vbior. Principes Senatum Ciuitatemq́; cor. TransRhenanam amplam atque florentem à finitima Sueuor. gente longe maxima Germanorumq́ue omnium bellicoſiſsima iniurijs bellis & obſidione preſſam in amicitiam fidemq́ue S. P. Q. R. receperit & exercitu Romano per geminatos pontes ſublicios à ſe perquam celeriter confectos ex Treueris trans Rhenum in Vbios

Cn. Pompeio & M. Craſſo Coſ. traducto liberarit Senatus Populusque Vbior... A

C. Octauius Auguſtus.

C. Octaui Cæſ. Imp. P. P. Auguſti æternæ memoriæ.

Ob Principes Senatum Populumque Vbior. eius auſpicijs ex vetere TransRhenana Sede in hanc citeriorem Rheni ripam per M. Agrippam generum orbe, terra marique pacato feliciter traductos Senatus Populusque Vbior... B

M. Vipſanius Agrip.

M. Vipſanio L. F. Agrippæ qui Octauij Imp. Aug. gener eius in Pontif. ac Trib. Pot. Imperioque Collega factus & Succeſſor ab eo delectus, Senatum Populumque Vbior. trans-Fluuium Rhenum in hanc citeriorem Ripam traduxit Vrbemque hanc auſpiciato oportuniſsimoque à primis Fundamentis loco condidit, mœnibusque firmiſsimis cinxit atque varijs publicis operibus & C illuſtribus monimentis ornauit. Coſſ. S. P. Q. Agrippinenſis poſt tot ſæcula Fundatori ſuo grati.

Flauius Val. Conſtantinus.

Fl. Val. Conſtantino Maximo Aug. P. F. Conſtantij F. Imp. inuicto quod ad Immortalem Imperij R. gloriam ac limitis ſummam vtilitatem & ornatum factu difficilem lapideum pontem in perpetuum exercitui cum liberet aduerſus Francos ne in Galliam tranſirent traducendo ipſe heic vtramque Rheni ripam A- D grippinenſem quippe Franciamque coniungendo muniens impoſito quaſi flumini in Hoſteis iugo conſtruxerit S. P. Q. Agripp...,

Iuſtinianus 531.

Imp. Cæſ. F. L. Iuſtiniano P. F. Aug.

Gratiæ teſtandæ quod fœderatos Quiritibus Agrippinenſes præcla-

A præclaris olim iuris Italici propter perpetuam in Rom. Imperium fidem beneficijs donatos id eis fortiſsimus religioſiſsimusque Imp. Vniuerſo etiam legum corpore ad ampliorem iuſtitiæ Reique publicæ totius orbis reformandæ cultum à ſe renouato conſignarit S.P.Q. Agripp.

Imp. Cæſ. Maximiliano Auſtrio Ferd. F. Philippi. N. Maximi- *Maximilianus Auſtriacus.*
B liani pronep. Frid. abnep. Auguſto, Caroli V. Imp. genero. *Otto I.*
Cum Otto primus cognomento magnus Imp. Germaniæ inſigniores Ciuitates ac Colonienſem imprimis liberas feciſſet & qui eum ſecuti ſunt antiquis conſeruandis nouis inſuper priuilegijs eam ornarint auxerintve Tu vero Potentiſsime Imp. omnium anterior Cæſarea authoritate pleniſsime ea confirmaueris pacem publicamque quietem patriæ Pater difficillimo rerum ſtatu parauerìs eapropter gratæ mentis inſtinctu numini maieſtatique tuæ
C cuius ſtirps longa antiquaque Imp. ſerie conſurgit & inuicta virtus ſola pietate ſuperata eſt S. P. Q. Agripp. hanc tabulam ære publico deuotus collocari iuſsit. cIↄ.Iↄ.LXXII.

III. Monumentis accenſeo tabellam in Senatoria domo ſuſpenſam quæ antiqui cippi nomina quædam refert:

NOMINA CIVIVM DE WORIG.

Thederic. Rotger. Ludeghin. Henr. Heriman. VVoltran.
D Tiedo. Hermo. Lambret. Fritheliat. BernerEort. Lief. VViller. VVillegeld. Duruat. Baldo. VVolbo. Iugurt. VVezzel. Baſilius. Engelricus. Ezzelin. Leuhart. VVezzelin. Ludolf. Gezelin. Roig. Hæc facta ſunt ſub Conrad. Reg. & Arnoldo Archpo.

IV. Faſti Conſulares Coloniæ Agrippinenſis Auguſtæ Vrbis recenſiti, ſecundum ordinem inſtitutum & obſeruatum à tempore vnionis plebeæ & literis concordiæ, quas à Tribuum appenſis Sigillis Transfixas appellant. A

1396 *Conſtantinus à Lyskirchen, Henricus ab Ausheim.*
1397. *Ioannes ab Eigelſtein, Ioannes ab Heimbach.*
1398. *Arnoldus Loſſhardus, Abelus à Linden.*
1399. *Cuno de Medhuiſs, Ioannes ab Aiche.*
1400. *Scheiſſardus de Vlreportz, Lambertus de Duynen.*
1401. *Abelus à Linden, Ioannes Floryn.*
1402 *Heribertus de Ruvve. Ioãnes Epiſcopius.*
1403 *Ioannes de Davve, Ioãnes VVolff Floryn.*
1404. *Gobelinus de Ebren, Hermannus ab Heimbach.*
1405. *Heribertus de Ruvve, Hermannus de Abtſange.*
1406 *Ioannes, alias Iacobus à Bernſavve, Hermannus ab Ausheim.*
1407. *Ioannes Floryn, Gobelinus à VValraue.*
1408. *Rolandus ab Odendorp, Ioannes Biſchoff vel Epiſcopius.*
1409. *Gobelinus de Ebren, Cuno de Schimmelpenning.*
1410. *Ioannes de Davve, Ioãnes de Levvẽſtein.*
1411. *Abelus de Linden, Ioannes VVolff Floryn.*
1412. *Cuno de Schimmelpenning, Gobelinus à VValraue.*
1413. *Ioannes Epiſcopius, Ioãnes de Levvẽſtein.*
1414. *Ioannes de Davve, Henricus ab Ausheim.*
1415. *Ioannes ab Aldenraede, Adolphus Breyer.*
1416. *Cuno à Schimmelpenning, Ioannes à Levvenſtein.*
1417. *Henricus ab Ausheim, Ioannes ab Hoekelhouen.*
1418. *Matthias à Valraue, Ioannes ab Arn.*
1419. *Ioannes Epiſcopius, Gobelinus à VValraue.*
1420. *Ioannes de Davve, Ioãnes ab Heimbach.*
1421. *Henricus de Hardeuuſt Eques, Matthias à VValraue.*
1422. *Ioannes Epiſcopius, Ioannes à Marvenheim.*
1423. *Ioannes ab Heimbach, Henricus de Hardeuuſt Eques.* B
1424. *Matthias à VValraue, VVimmarus à Byrbaum.*
1425. *Ioannes à Iudde, Ioannes à Levvenſtein.*
1426. *Henricus de Hardeuuſt Eques, Ioannes ab Heimbach.*
1427. *Matthias à VValraue, VVimmarus à Byrbaum.*
1428. *Euerhardus ab Hardeuuſt, Rutgerus de VViedeu.* C
1429. *Henricus ab Hardeuuſt, Ioannes de Arcken.*
1430. *Ioannes ab Heimbach, VVimmarus à Byrbaum.*
1431. *Matthias à VValraue, Ioannes ab Elner.*
1432 *Euerhardus ab Hardeuuſt, Ioannes de Arcken.*
1433. *Henricus ab Hardeuuſt, Fridericus à VValraue.*
1434. *Ioannes ab Heimbach, Rutgerus de VVyden.* D
1435. *Ioannes de Arcken, Arnoldus de Seueñburgen.*
1436. *Euerhardus ab Hardeuuſt, Hermannus de Gleſch.*
1437. *Gotthardus de VVyden, Gotthardus de VVaſſerfaſs.*
1438. *Ioannes de Heimbach, Ioannes de Arcken.*

1439 Ge-

A 1439. *Gobelinus à VValraue, Hermanus de Gleſch.*

1440. *Gothardus de VVaſſerfaß, Ioannes de Penning.*

1441. *Ioannes de Archen, Ioannes de Heinbach.*

1442. *Hermannus de Gleſch, Hermannus de Scherffgin.*

1443. *Gothardus de VVaſſerfaß, Ioannes de Hirtz.*

1444. *Ioannes de Heimbach, Ioannes de Archen.*

B 1445. *Ioannes de Penning, Ioannes de Schimelpfenning.*

1446. *Gothardus à VVaſſerfaß, Hermannus de Gleſch.*

1447. *Ioannes de Archen, Gerhardus ab Hahr.*

1448. *Ioannes à Penning, Ioannes à Schimmelpfenning.*

1449. *Hermannus à Gleſch, Ioannes de Dauue.*

1450. *Gerhardus ab Hahr, Gothardus de VVaſſerfaß.*

C 1451. *Ioannes de Schimmelpfenning, Ioannes de Penning.*

1452. *Ioãnes de Davve, Luphardus de Schiderich.*

1453. *Ioannes de Hirtz, Gothardus de VVaſſerfaß.*

1454. *Gerhardus ab Hahr, Euerhardus de Hirtz.*

1455. *Ioannes de Penning, Luphardus de Schiderich.*

1456. *Gothardus de VVaſſerfaß, Ioãnes à Breide.*

D 1457. *Euerhardus ab Hirtz. Mathias à VVagendorff qui Obijt & in locum ſucceſſit Henricus de Suderman.*

1458. *Ioannes Penning, Ioannes à Davve.*

1459. *Gothardus de VVaſſerfaß. Ioãnes à Breide.*

1460. *Euerhardus ab Hirtz, Henricus de Suderman.*

1461. *Ioãnes de Hirtz. Luphardus de Schiderich.*

1462. *Gothardus de VVaſſerfaß. Ioãnes à Breide.*

1463. *Euerhardus de Hirtz, Henricus à Suderman.*

1464. *Ioannes de Hirtz, Luphardus de Schiderich.*

1465. *Ioannes de Davve, Ioannes Krulman.*

1466. *Ioannes à Bride, Henricus à Suderman.*

1467. *Ioannes de Hirtz, Luphardus de Schiderich.*

1468. *Ioannes de Davve, Ioannes Krulman.*

1469. *Hẽricus à Suderman, Petrus de Klocken.*

1470. *Luphardus de Schiderich, Ioannes à Breide.*

1471. *Ioannes de Davve, Ioannes Krulman.*

1472. *Euerhardus de Hirtz, Henricus à Suderman.*

1473. *Luphardus de Schiderich Petrus von der Klocken.*

1474. *Ioannes de Davve, Ioannes Krulman Obijt tempore obſidionis Nouesienſis & in locum electus eſt Goſvvinus de Stralen.*

1475. *Ioannes de Davve, Goſvvinus à Stralen, fuerunt biennio Conſules nempe hoc & præcedente anno.*

1476. *Henricus à Suderman, Petrus ab Erkulens.*

1477. *Petrus von der Klocken, Luphardus de Schiderich.*

1478. *Ioannes de Davve, Goſvvinus à Stralen.*

1479. *Henricus à Suderman, Petrus ab Erkulens.*

1480. *Petrus von der Klocken, Hermannus de Rinck.*

1481. *Ioannes de Davve, Goſvvinus à Stralen.*

1482. *Henricus à Suderman, Petrus ab Erkulens.*

1483. *Hermannus de Rinck. Henricus de Saeſſ.*

1484. *Ioannes de Davve, Goſvvinus de Stralen.*

1485. *Petrus ab Erkulens, Euerhardus de Schiderich.*

1486. *Hẽricus à Suderman, Ioannes à Muiſgẽ.*

1487. *Goſvvinus à Stralen, Gothardus de VVaſſerfaß.*

1488. Hermannus de Rinck, Ioannes à Broelman.

1489. Euerhardus à Schiderich, Ioannes de Hirtz Doctor Rector Vniuerſitatis.

1490. Goſvvinus à Stralen, Tilmãnus à Siegẽ.

1491. Ioannes à Brœlman, Henricus Haich.

1492. Ioannes ab Hirtz, Ioannes de Merle.

1493. Gothardus à VVaſſerfaß, Tilmannus à Siegen.

1494. Hẽricus ab Haich, Gerhardus à VVeſel.

1495. Ioannes à Merle, Gerhardus à VVaſſerfaß.

1496. Tilmannus à Siegen, Ioannes à Berchem.

1497. Euerhardus à Schiderich, Gerhardus de VVeſel.

1498. Ioãnes de Merle Gerhardus à VVaſſerfaß.

1499. Tilmanus à Siegen Ioannes à Berchem.

1500. Euerhardus de Schiderich Ioãnes de Reyde

1501. Gerhardus de VVaſſerfaß, Theodorus de Schiderich Theodorici F.

1502. Ioannes de Berchem Gerardus de VVeſel.

1503. Euerhardus de Schiderich Ioãnes de Reyde

1504. Gerhardus de VVaſſerfaß, Theodoricus de Schiderich.

1505. Ioannes de Berchem Conradus de Schurefeltz.

1506 Euerhardus de Schiderich Ioãnes de Reyde

1507 Gerhardus de VVeſel Gerhardus de VVaſſerfaß.

1508. Ioannes de Berchem Conradus de Schurenfeltz.

1509. Ioannes de Reyde, Ioannes Oldendoff.

1510. Gerhardus de VVaſſerfaß, Gerhardus de Greffradt, in cuius defuncti locum electus eſt Hermannus de Cleue.

1511. Ioannes de Berchem, Conradus de Schurenfeltz.

1512. Ioannes de Reyde, Ioannes de Oldendoff hi duo 13. Ianuarij Decapitati ſunt, Deus ſcit quo meriſo, itaque eodem anno ſucceſſerunt Gerhardus de VVaſſerfaß, & Ioannes de Rinck Coſſ. vſque ad feſtum S. Ioannis, & deinceps eodem anno illi ipſi.

1513. Gerhardus de VVaſſerfaß Ioãnes de Rinck

1514 Conradus de Schurenfeltz, Adolphus de Rinck.

1515. Gothardus Kannegiſſer, Ioannes ab Aiche.

1516. Gerhardus de VVaſſerfaß, Arnoldus à Bravviler.

1517. Conradus de Schurenfeltz, Adolphus de Rinck.

1518. Gothardus Kannegiſſer, Ioannes ab Aiche.

1519. Gerhardus de VVaſſerfaß, Obijt, 1520. 7. Iunij. Arnoldus à Bravviler.

1520. Conradus à Schurenfeltz, Adolphus à Rinck.

1521. Gothardus Kannegiſſer, Bruno de Blitterſuich.

1522. Arnoldus à Brauuiler, Ioannes à Reyde.

1523. Adolphus de Rinck, Albertus de Beneſis.

1524. Gothardus Kannegiſſer, Bruno de Blitterſuich in cuius defuncti locum ſurrogatus eſt Ioannes de Huipe.

1525. Arnoldus de Brauuiler, Ioannes de Reydt.

1526 Adolphus de Rinck, Albertus de Beneſis.

1527. Gothardus Kannegiſſer Ioannes de Huipe

1528. Arnoldus de Brauuiler, Ioannes de Reydt.

1529. Adolphus de Rinck Arnoldus de Siegen.

1530. Gothardus Kannegiſſer mortuus in faſcibus, Ioannes de Huipe.

1531. Arnoldus de Brauuiler, Ioannes de Reydt.

1532. Adolphus de Rinck, Arnoldus de Siegen.

1533. Gerhardus de VVaſſerfaß, Iacobus de Rottkirchen.

1534. Arnoldus à Brauuiler, Ioannes de Reydt.

1535. Adolphus de Rinck, Arnoldus de Siegen.

1536. Gerhardus de VVaſſerfaß, Iacobus de Rottkirchen.

1537. Arnoldus à Brauuiler, Petrus de Heimbach.

1538. *Adolphus de Rinck, Arnoldus à Siegen.*
A 1539 *Gerhardus à VVaſſerfaß, Iacobus de Rottkirchen, obierunt* 1541.
1540. *Arnoldus à Brauuiler, Petrus de Heimbach.* (*man.*
1541. *Arnoldus à Siegen, Hermannus à Suder-*
1542. *Goſvvinus de Lommersheim, Henricus à Broich.* (*bach.*
1543. *Arnoldus à Brauuiler, Petrus de Heim-*
1544. *Arnoldus à Siegen, Hermannus à Suderman.* (*Broich.*
B 1545. *Goſvvinus de Lommersheim, Henricus à*
1546. *Arnoldus à Brauuiler, Petrus ab Heimbach.* (*man.*
1547. *Arnoldus à Siegen. Hermannus à Suder-*
1548. *Goſvvinus de Lommersheim, Henricus à Broich.*
1549. *Arnoldus à Brauuiler, Petrus ab Heimbach.*
1550 *Arnoldus à Siegẽ, Hermãnus à Sudermã.*
C 1551. *Goſvvinus à Lommersheim, Henricus à Broich.*
1552. *Arnoldus à Brauuiler qui Obijt 4. Iulij & Petrus ab Heimbach, atque in illius locum 13. Iulij electus eſt Ioannes Pheill, 13 Iulij.*
1553. *Arnoldus à Siegen, Hermannus à Suderman qui cum poſt feſtum S. Ioannis moraretur in Anglia vice ipſius faſces moderatus eſt Ioannes à Pheill locum tenens.*
D 1554 *Goſvvinus à Lommersheim, Conſtantinus à Liskirchen.*
1555. *Petrus ab Heimbach, Ioannes à Pfeill.*
1556 *Arnoldus à Siegẽ Hermãnus à Sudermã.*
1557. *Cum Dominus Goſvvinus de Lommersheim repueraſceret præteritus eſt & electus in Conſulem Conſtantinus à Liskirchen, Gothardus ab Hittorpff.*
1558. *Ioannes à Pheill, Philippus à Geill.*
1559. *Arnoldus à Siegen, Hermãnus à Sudermã*
1560. *Conſtantinus à Liskirchen, Gotbardus ab Hittorpff.*

1561. *Ioannes à Pfeil, Philippus à Geil.*
1562. *Arnoldus à Siegen, Hermannus à Suderman. Sed ille de Siegen Anno* 1564. *renunciauit officio vixit nihilominus.* 1579.
1563. *Conſtantinus à Liskirchen, Gothardus ab Hittorpff.*
1564. *Ioannes à Pfeil, Philippus à Geil. ille à Pfeil obijt* 1567. 7. *Martij circa meridiem.*
1565. *Hermannus à Suderman, Bartholdus ab Heimbach. in locum Arnoldi à Siegen ſucceſſerat ipſe vero de Heimbach obijt* 1566. 17. *Auguſta hora* 10. *veſpertina.*
1566. *Conſtantinus à Liskirchen, Gothardus ab Hittorpff.*
1567. *Philippus à Geil, Henricus Kannegieſer ſurrogatus in locum Ioannis à Pfeil.*
1568. *Hermannus à Suderman, Melchior à Mulheim.*
1569 *Conſtantinus à Liskirchen, Gothardus ab Hittorpff.*
1570. *Philippus à Geil, Henricus Kannegiſſer.*
1571. *Melchior à Mulheim. Gerhardus à Pilgrũ.*
1572. *Conſtantinus à Liskirchen, Bruno Angelmecher qui obijt* 1573. 16. *Martij.*
1573. *Philippus à Geil, Ioannes à Maes.*
1574. *Melchior à Mulheim, Gerhardus à Pilgrum.*
1575. *Conſtantinus à Liskirchen, Caſparus Kannegiſſer.*
1576. *Ioannes à Maes, Hildebrandus à Suderman*
1577. *Melchior à Mulheim, Gerhardus à Pilgrum.*
1578. *Conſtantinus à Liskirchen, Caſpar Kannegiſſer.*
1579. *Ioãnes à Maes Hildebrãdus à Sudermã.*
1580. *Melchior à Mulheim, obijt* 1582. *Gerbardus à Pilgrum.*
1581. *Conſtantinus à Liskirchen obijt* 11. *Decemb. Caſpar Kannegiſſer.*

1582. *Ioan-*

1582. *Ioãnes à Maes, Hillebrandus à Sudermã.*
1583. *Gerhardus à Pilgrum, Hẽricus Crudiner.*
1584. *Gaſpar Kannegiſſer, Ioannes ab Hardenradt.*
1585. *Ioannes à Maes, Hillebrandus à Sudermã.*
1586. *Gerhardus à Pilgrum Henricus Krudiner*
1587. *Gaſpar Kanneg eſſer, Ioannes ab Hardenradt.*
1588 *Ioannes Maes Obijt in Nouemb.* 1589. *Hillebrandus à Suderman.*
1589. *Gerhardus à Pilgrum, Hẽricus Krudiner*
1590. *Gaſpar Kannegiſſer, Ioannes ab Hardenradt.*
1591. *Hillebrandus à Suderman, Gerhardus Angelmecher.*
1592. *Gerhardus à Pilgrum Obijt,* 1593. 22. *Iulij. Marcus à Beivvech.*
1593. *Ioãnes ab Hardenradt, Arnoldus à Siegẽ.*
1594. *Hillebrandus à Suderman, Gerhardus Angelmecher.*
1595. *Marcus à Beiuech, Ioannes à Liskirchen.*
1596. *Ioãnes ab Hardenradt, Arnoldus à Siegẽ.*
1597. *Hillebrandus à Suderman, Gerhardus Angelmecher.*
1598. *Marcus à Beivvech, Ioannes à Liskirchen.*
1599 *Ioãnes ab Hardenradt, Arnoldus à Siegẽ.*
1600 *Hillebrandus à Suderman, Obijt,* 1603. *Gerhardus Angelmecher.*
1601. *Marcus à Beivvech, Ioannes à Liskirchẽ.*
1602. *Ioãnes ab Hardenradt. Arnoldus à Siegẽ.*
1603. *Gerardus Angelmecher Obijt. in officio* 1604. 26. *Maij, Ioannes à Monemit. dictus à Bolandt.*
1604. *Marcus à Beivvig, Obijt* 1605. 22. *Febr. in Officio. Ioannes à Liskirchen.*
1605. *Ioannes ab Hadenradt, Arnoldus à Siegẽ.*
1606. *Ioannes à Monemit dictus à Bolandt, Ioannes à Scharffenſtein dictus Pfeil.*
1607. *Ioannes à Liskirchen, Obijt* 1608. 1. *Aprilis in Officio, Ioannes Therlan à Lennep.*
1608. *Ioannes ab Hardenradt, VVilhelmus ab Hachſtein Doctor.* A
1609. *Ioannes à Monemit dictus à Bolandt, Ioannes à Scharffenſtein, dictus Phiell.*
1610. *Ioannes Therlan à Lennep., Petrus ab Oeckhouen, Obijt.* 1612.
1611. *Ioannes ab Hardenrath, VVilhelmus ab Hackſtein Doctor.*
1612. *Ioannes à Monemit, Ioannes à Scharffenſtein dictus Phiell.*
1613. *Ioannes Therlan à Lennep, Conſtantinus à Liskirchen.* B
1614 *Ioannes ab Hardenradt, VVilhelmus ab Hachſtein Doctor.*
1615. *Ioannes à Monemit. dictus à Bolandt, Ioannes Phiell à Scharffenſtein.*
1616. *Ioannes Therlan à Lennep, Conſtantinus à Liskirchen.*
1617. *Ioannes ab Hardenradt, VVilhelmus ab Hachſtein Doctor.*
1618. *Ioannes à Monemit dictus à Bolandt, Ioannes Phiell à Scharffenſtein, Obijt menſe Martio in Officio* 1619. C
1619. *Ioannes Therlan à Lennep, Conſtantinus à Liskirchen.*
1620 *Ioannes ab Hardenradt, VVilhelmus ab Hachſtein D. Obijt Quæſtor* 1623. 18. *Iunij.*
1621. *Ioannes à Monemit dictus à Bolandt, Melchior à Geill.*
1622. *Ioannes Therlan à Lennep, Conſtantinus à Liskirchen.*
1623. *Ioannes ab Hardenradt, Iacobus à Rottkirchen.* D
1624. *Ioannes à Monemit dictus à Bolandt, Melchior à Geill.*
1625 *Ioannes Therlan à Lennep, Conſtantinus à Liskirchen.*
1626. *Ioannes ab Hardenradt. Iacobus à Rottkirchen.*
1627. *Ioannes à Monemit dictus à Bolandt, Melchior à Geill.*
1628. *Ioannes Therlan à Lennep, Conſtantinus à Liskirchen.*

1629.

A 1629. *Ioannes ab Hardenradt mortuus in Officio, 1630. 1. Febr. Iacobus à Rottkirchen.*

1630. *Ioannes à Monemit dictus à Bolandt, Melchior à Geill, Obijt 1631. 7. Ian in Officio*

1631. *Ioannes Therlan à Lennep, Obijt, 12. Decemb. 1632. Conſtātinus à Liskirchen, Obijt in Officio, 1632. 22. Ianuarij.*

1632. *Iacobus à Rottkirchen Conſtātinus à Iude*

1633. *Ioannes à Monemit dictus à Bolandt. Io-*
B *annes Michaelu à Croneburg. Doctor. Obijt, 1635. 3. Decemb.*

1634. *Ioannes ab Oeckhouen, Gerhardus Pfeill, à Scharffenſtein.*

1635. *Iacobus à Rottkirchen, Conſtātinus à Iude*

1636. *Ioannes à Monemit dictus Bolandt, Balthaſar à Mulheim.*

1637. *Ioannes ab Oeckhouen. Obijt, 22. Martij 1640. Gerhardus Pfeill à Scharffenſtein.*

1638. *Iacobus à Rottkirchen, Conſtantinus de Iudde.*

1639. *Ioannes à Monemit dictus à Bolandt, Balthaſar à Mulheim.*

1640. *Gerhardus Pfeill à Scharfenſtein, Conſtantinus à Liskirchen.*

1641. *Iacobus à Rottkirchen, Conſtantinus de Iudde.*

1642. *Ioannes à Monemit dictus à Bolandt, Balthaſar à Mulheim.*

1643. *Gerhardus Pfeill à Scharffenſtein, Obijt in Officio 1644. 30. Aprilis. Conſtantinus à Liskirchen.*

1644. *Iacobus à Rottkirchen, Conſtantinus de Iudde.*

1645. *Ioannes à Monemit dictus à Bolandt, Balthaſar à Mulheim.*

C **A**quila **A**grippina **E**volat **E**minet **I**nter **I**lluſtriſſima **O**rbis **O**mnium **V**olucres **V**rbium.

Conſtans **C**vlta **O**rthodoxa **O**pima **L**ocuples **L**iterata **O**rnata **O**rdinata **N**obilis **N**itida **I**nclyta **I**ntegra **A**uguſta **A**mpliſſima.

SYNTAGMA CXXXVII.

SSS. Matthiæ, Materni, & Victoris Sacellum.

D

§. I. De antiquitate loci.

LOcus in quo Sacellum Sanctorū Matthiæ, Materni, Victoris, & Gereonis, &c. eſt conſtructum, Vulgo *ad antiquum ſummum* appellatur, quia inibi Diuus Maternus traditur primam ſedem & ædem in Ieſu Chriſti honorem condidiſſe, ſed quia ædicula hæc in vlteriorem ſtratam Romanam procurrens, eam potius reddidiſſet inuiam & impeditam, ſuperius aſſerui: citerius plateæ latus, in quo nunc iacet S. Andreæ Collegium, olim ad S. Mathæum in foſſa appellatum, fuiſſe primam ſtationem Sancti Materni, & ab eccleſia in foſſa vti prima & primaria æde, locum reliquum dici *ad antiquum ſummum*, quia Proto-Apoſtolus Vbiorum Maternus, primus

hoc loco ante Deæ Paphiæ portam conſtitit, & Chriſti labarum erexit, quando externo necdum licebat, vrbem adhuc falſo piam, intrare, niſi impuris ſacris & oblatione thuris pro Imperatoris & Reip. ſalute voluiſſet ad aram ponè portam commaculari. Sacelli huius proxima dedicatio ad annum Chriſti 1499. eſt referenda, cum ad inſtantiam *Iacobi Iodinckij* Rectoris Sacelli denuo conſecrata eſt per *Ioannem Epiſcopum Cyrenenſem* Suffraganeum *Hermanni de Haſſia Archiepiſcopi*, & dedicata in Honorem Dei Omnipotentis. Glorioſæ Virginis Mariæ, S. Matthiæ Apoſtoli, Victoris & Gereonis Martyrum. Rector Sacelli eſt ex quatuor Vicarijs honoris Metropolitanæ Eccleſiæ quorum ſupra memini. A

§. II. Feſta. B

I. Matthiæ 24. Februarij niſi fuerit Annus biſſextilis.
II. Materni 13. Septemb.
III. Gereonis & Victoris 10. Octob. quo die etiam dedicationis anniuerſaria feſtiuitas.

SYNTAGMA CXXXVIII.

S. Matthiæ in platea textoria. C

SAcellum S. Matthiæ, non longè à platea textoria, vico in quo iacet nomen dedit vt ante S. Matthiam (vulgo vor S. Mathys) dicatur, ſituatur quidem in parochia S. Iacobi, ſed longa poſſeſſione directio eius ad parochum S. Ioannis Baptiſtæ pertinet, Vnde patet Sacellum vetuſtius eſſe erectione Iacobinæ parochiæ.

Feſta.

I. Patronalia 24. Februarij extra annum biſſextilem.
II. Dedicationis Anniuerſarius in feſto S. Iacobi. 25. Iulij.

SYNTAGMA CXXXIX. D

S. Michaelis ad S. Gereonem.

SVpra ingreſſum amplæ porticus S. Gereonis incumbit Sacellum, Diuo Michaeli Archangelo ſacrum, quod ab illuſtri illo collegio honorificè ornatur, & feſtiuitas eius eſt 29. Septemb.

A

SYNTAGMA CXL.

S. Michaelis in porta immunitatis S. Seuerini.

SVpra portam immunitatis S. Seuerini inter baſilicam eiuſdem & eccleſiam S. M. Magdalenæ, Sacellum S. Michaelis Archangeli à valde inſigni collegio illo honorifice cõſeruatur. Patronalia & dedicatio anniuerſaria celebrãtur 29. Septemb.

B

SYNTAGMA CXLI.

S. Michaelis ſupra plateam Salinariam.

INfra portam Martis ſupra caput plateæ Salinariæ, Gentiles Vbij habuerũt delubrum Martis Gradiui, celebratum à Iulij Cæſaris gladio ibidem ſuſpenſo, quẽ Vitellius Coloniæ Cæſar proclamatus, exerta dextera ſtringens, per celebriores Vrbis Vbiæ Vicos geſtatus circumtulit, & in eodem ſuſpendit pugionem quo ſe Otho Cæſar interemerat; Hæc circa annum Chriſti Septuageſimum geſta ſunt, paululum vero ante Martyrium SS. Thebæorum idem delubrum neglectum præ vetuſtate C fatiſcens corruit, & mox ſub Ann. Chriſti 296. ab Aurelio Sexto Præfecto reſtauratum. Rebus deinde Chriſtianis circa annum Chriſti 310. efflorefcentibus in Sancti Michaelis honorem, (vti auguror, à Materno II.) translatum videtur. Fuit in hoc Sacello antiqua & grandis imago Chriſti Crucifixi, quæ dum Cæſarius Heiſterbacenſis circa annum Chriſti 1188. Scholaris eſſet, & intereſſet pſeudo presbyteri proto-Sacrificio, quoties ſe ſimulatus ſacerdos ad populum conuertebat, toties lachrymabili obtutu Sacrilegum deceptorem apoſtatam ad reſipiſcentiam reuocare videbatur, teſte eodem Cæſario Heiſterbacenſi *lib. 9. cap. 61.* Anno autem Chriſti 1389. cum vorax flamma conſumpſiſſet fora, piſcarium & butyraceum, ac plateas Salinariam, & lintgaſſiam, etiam hoc S. Michaelis templum in fauillas abijt, reſtauratum D vero, quod loco incommodo ſitum, generaret fœtidiſſimã ſordium colluuiem, anno 1544. amotum eſt, Sacris in eccleſiam S. Martini translatis, & in honorem Archangeli ſtatua eſt erecta apud ipſam Martis portam vbi leguntur hi Verſus.

Ann. 70. Ann. 296. Ann. 310. A. 1188. A. 1389. A. 1544.

Ædibus bis Phano Martis celeberrima porta
Aſtitit, hanc Vrbis ſtruxit Agrippa parens
Addidit Illuſtreis aras, vbi iura ferebant
Bellorum, & ſtabant fixa trophæa Dijs
Hic gladius magni fuerat ſuſpenſus Iuli,
Sylnius & quo ſe foderat Enſis OTho

Porta Michaeli Chriſto regnante dicatur
Sanguinei Martis cum Simulachra labant
Aſt obſcura fuit moles & inutilis Vrbi
Translatis igitur fit via plana Sacris
Vt iam Mauortis ſunt diruta mœnia porta.
Dextera ſic vrbem ſeruet ab hoſte Dei.

SYNTAGMA CXXXII. A

S.Nicolai iuxta Capitolium.

VEtuſtiſſimum S.Nicolai Sacellum ante ſeptentrionale atrium Capitolinæ Baſilicæ, multam redolet canitiem indicio ſtructuræ & perantiqui faſtigiati tabernaculi, in quo quondam Venerabilis Euchariſtia cuſtodita videtur. Dedicatio celebratur ipſa S.Georgij, Patronalia 6.Decemb.

SYNTAGMA CXXXIII. B

SS.Nicolai Medardi, & aliorum in aula Brauuilerenſi.

Piligrinus Archiepiſcopus Colonienſis donauit *Elloni Abbati*, & monaſterio S.Nicolai
in Brauuiler, conſtructo ab *Erenfrido Comite Palatino*, curtem ſuam in muro Ca-
ſtrenſi ciuitatis Colonienſis, acquiſitâ à *VVicelino de Duna* Ea nunc eſt nobilis iſtius
Abbatiæ aſylum & penuarium, hac bellorum tempeſtate, & in eadem curte Diuis
tutelaribus ſuis Nicolao, Medardo, Benedicto, &c. Sacellum ædificatum eſt, plenum
translatis ex Brauuiler excellentiſſimis Reliquijs. Moderna Sacelli ſtructura, tem-
poribus *Hermanni V. Archiepiſcopi* Colonienſis cæpit, & *Quirinus de VVilich* Cyrenenſis C
1532. Epiſcopus dedicauit Sacellum Anno Domini 1532. die 12. Septembr.

SYNTAGMA CXXXIV.

SS. Norberti & Hermanni Ioſeph Confeſſorum.

§. I. De initijs & incrementis loci.

SS. Norberti & Hermanni Ioſephi liliorum Ordinis Præmonſtratenſis templũ, in eadem ſitum eſt inſula, quæ vineam decanalem S.Gereonis cum templis D S.Quintini & S.Mariæ Magdalenæ paucaſq; eccleſiaſticas domos complectitur: locum cum quondam à S.Helena cultum fuiſſe, colligitur ex Reliquijs quæ in Diui Quintini Sacello pia Regina repoſuit; vti commemorabo in eius Sacelli deſcriptione. Exiſtimo enim inter Prætorium S. Helenæ, quod nunc eſt S. Claræ Monaſterium, molemque Gereonæam, locum interiacentem vti nunc Decanalis eſt vinea, ita quondam S. Helenæ pomarium & hortum fuiſſe, noſtro tamen ſæculo non minus floridum, quam olim; vtpote qui meris roſis, violis, atque lilijs fulget: nam in centro habet, velut roſam, S. Quintini Martyris fanum, in cornu ſeptentrionali, ſeu violas, templum B. Mariæ Magdalenæ, &

in

A in cornu meridionali, quaſi lilia candidiſſima, Sanctorum Norberti & Hermanni Præmonſtratenſium ſacram ædem, hanc curante Chriſtophoro *Pilkman* Abbate Steinfeldenſi, & conſecrante Reuerendiſſimo Ottone *Gereone* Epiſcopo Cyrenenſi, Anno 1620. ſtructam intra immunitatem Aulæ Steinueldicæ atque eo vſque ſacra illa ædes Agrippinenſi Vrbi defuit, & qui dudum inter Ciues & domeſticos cæleſtis curiæ recepti Norbertus & Hermannus ciues & filij Agrippinenſes, necdum in patrio candelabro fulgebant, nunc ſua luce illuſtrantes Vrbem, è cuius ſinu in hanc lucem claræ faces prodierunt, & quidem tam coruſci potentiſque luminis, vt in imis terræ viſceribus multis ſæculis abditum theſaurum oſtenderent, ille corporum Sãctorum Gereonis & ſociorum Martyrum, hic quorundam ex Societate Vrſulanâ:
B O Beata Ciuitas Colonia quæ proprijs radijs tantaque gloria incolarum reſplẽdes.

---

§. II. THESAVRVS SACER in Collegio Steinfelden. Ord. Præmonſt. ſub titulo S. Norberti erecto.

I. Corpus *B. Hermanni Ioſeph.* Canon. Steinfeldenſ. Ord. Præmonſtratenſ. (7. Aprilis.)

C II. Brachium *S. Simonis Apoſtoli* (23 Octob.) omnibus iuncturis ſuis, integraque vbique carne conſtans, niſi quod tres priores digiti aliquantulum conſumpta carne, ſola cute tegantur, allatum eſt ſiniſtrum hoc brachium S. Apoſtoli ex Abbatia Præmonſtratenſis Ord. in Saina. vbi magno populi frequentia & ſuſceptis ad locũ votis colitur. Puteum quoque ibidem habet à ſe nomen ferentem.

III. Hierotheca magna deaurata ex Monaſterio Ellen. eiuſd. Ordinis cum notabili parte *S. Crucis* quam Principes Iuliacen. ſuis diplomatis agnouerunt & venerati ſunt, de ea egi pluribus in Staurologia Colonienſi *pag.* 70.

IV. Brachium *S VVenceslai* Martyris ac Bohemorum Principis. (28. Septemb.)

D V. Cranium *S. Fabiani* affabrè argento incluſum. Hauſtum ex illo vinum veneno infectis alijſque ægris, ſalutare habetur.

VI. Hierotheca alia grandis ex Monaſterio Arnſtein Ord. Præmonſt. continens magnam partẽ è Scapula *S. Sebaſtiani* Martyris. Apertè præfert foramẽ iaculi infixi. In eadem theca habetur pars de *S. Stephano* Prothomartyre.

VII. Ex eodem Monaſterio Arnſtein. aſſeruatur hic crux aurea, habens incluſam partem notabilem *Crucis* Dominicæ.

VIII. Item Caſula gemmis pretioſis variegata, Calix pretioſus & altare portatile quæ omnia diu vſibus Caroli IV. Imperatoris dum in caſtris aut ruri ageret, deſeruierunt, poſtmodum ab eodem donata ſunt Comitiſſæ Irmgardi in Naſſavv, vti

præfert inſcriptio altaris portatilis ex lapide pretioſo aureis venis aliorumque co- A
lorum interſtinctis & eſt talis.

Dieſen Altarſtein gab König Carel / Römiſcher König / vnd König zu Boheim/ Frawen Irmgarten Gravinne von Naſſaw.

IX. Mandibula *S. Iohan. Chryſoſtomi* (27. Ian.) ex Steinfeldia.

X. Mandibula *S. Bartholomæi* Apoſtoli. (24. Auguſti.)

§. III. Feſta.

I. S. Fabiani. 20. Ianuarij.

II. B. Hermanni-Ioſeph Ordinis Præmonſtratenſis ciuis Colonienſis. 7. April.

III. B. Norberti Archiepiſcopi Magdeburgenſis, Patriarchæ Præmonſtratenſiū, B
Ciuis & Canonici Colonienſis. 6. Iunij.

IV. Transfiguratio Domini. 6. Auguſti.

V. S. Bartholomæi. 24. Auguſti.

VI. S. Wenceslai Regis & Martyris. 28. Septemb.

VII. S. Simonis. 23. Octob.

VIII. Dedicationis Eccleſiæ Dominica infra octauam S. Vrſulæ.

SYNTAGMA CXLV.

S. Noitburgis iuxta Capitolium. C

§. I. De vetuſtate loci &c.

S. Noitburgis Sacellum in antiquiſſimo manuſcripto Codice de Eccleſijs Colonienſibus, dicitur olim fuiſſe Sanctorum Petri & Pauli, qui nunc quoq; ſimul ſint ibidem Patroni, hæc commemoraui de Parochiali S. Martini agens, & fundamentum videtur cum ex archiuis, tum ex Mariani Scoti authoritate, qui libro ſecundo itineris ſiue perigeſios S. Petri inſinuat S. Maternum iuxta Capitolium deieciſſe Martis & aliorum idolorum delubra, quæ ibidem frequentia erant, inuexiſſe vero in ea Chriſti cultum, atq; vnum Capitolio vicinius nomine S. Petri decoraſſe: cum igitur hæc eccleſia S. Noitburgis Capitolio proxima ſit, & Sancti Petri titulum D
quondam habuerit, eius initium à S. Materni tempore erit repetendū. Quod deinde in S. Noitburgis titulū immigrarit, S. Agilolpho adſcribendū, quia Diuā Noitburgim magnis miraculis etiā mortuorū ſuſcitatione clareſcentē, eleuauit, & frequentia cultus (præſertim exiſtentibus alijs S. Petri nomine tēplis) appellationē immutauit.

Obijt S. Noitburgis circa an. 714. teſtibus Harigero Lobienſi & Ægidio Aureæ vallis monacho. Sed corpore S. Noitburgis ad ConfluentinamCarthuſiā tranſlato, deinceps eccleſiola hæc adeo culta non fuit ad noſtram vſque ætatem, donec vrgētibus

A tibus Wallonicæ Gallicæque linguæ peritis, Patres Societatis Ieſu cum animarum magno lucro, Cōciones Sodalitium & Catecheſin, Francica Vernacula explicarunt ex quo Walonica Natio Ædem ſibi conceſſam reſtaurauit & exornauit.

§. II. THESAVRVS SACER

I. Pars brachij S.Barbaræ Virg.& M.
II. Pars brachij S.Noitburgis Virginis.
III. Diuerſæ Reliquiæ ex Societate Vrſulana.

B
§. III. Feſta.

I. Dedicationis Eccleſiæ Dominica poſt Aſcenſionem Domini.
II. S.Noitburgis Dominica poſt Pentecoſten.
III. Eiuſdem obitus. 24.Octobris:
IV. Singulis diebus Sabbatinis hora quarta poſt meridiem Litaniæ B.M.V.

SYNTAGMA CXLVI.

S.Quinctini.

C

§.I.De vetuſtate & conditione loci.

S. Quinctini Sacellum in colliculo eſt vineæ Decanalis inter S.Gereonis Eccleſiā & prætorium B.Helenæ, ſiue Monaſterium S.Claræ vbi adhuc nomen eſt portę S,Helenæ. Tota vero ſpacij intercapedo inter Diui Gereonis & S. Claræ eccleſias videtur hortus B Helenæ fuiſſe, in quo ad priuatam deuotionem erexerit oratoriū, nam peruetus eſſe, & à B.Helenâ precioſiſſimas Reliquias in illud illatas ex Archiuo Monaſterij Lacenſis Ordinis S.Benedicti diſcimus. Res in tabularijs Lacenſibus ita refertur.

D *Temporibus Giſelberti Abbatis Lacenſis* (ad eam Prælaturam electi Anno 1139.) *Erat in Sueuiæ partibus miles quidam Vlricus nomine, liberis exortus natalibus. vita & moribus decenter ornatus, huic moris erat æſtiuo tempore Coloniam deſcendere & ibidem demorari, tum propter loci amœnitatem, tum quia fratrem Canonicum habebat apud S.Petrum nomine Hēricum, brumali vero tempore reuerti propter ſyluæ & ferarum copiam. Cum autem deſideriis & voluptatibus ſæculi delectaretur & in finibus Sueuiæ degeret* quodam tempore mulier Regia vigilanti venantique apparuit & theſaurum ab Helena Regina quondam Coloniam illatum atque in Sacello hoc latentem re[...]lauit qui Coloniam profectus *aſſumptis aliquibus amicorum ſuorum, qui in [...]vitate erant, Eccleſiam Sancti Quinctini ingreditur, & admotis telluri ſarculis inſtanter fodi*

Vlricus Sueuus illuſtris

Henricus Sueuus can. Colonien.

Reuelantur Vlrico Reliquiæ & ab eo inueniūtur.

fodi præcepit, defoſſa itaque tellure in profundo apparuerunt in terra duæ pelues filtro obdu- A
ctæ, quas Vlricus eleuans cum ſumma reuerentia aperuit & cum aperuiſſet inuenit quin-
que portiones pretioſarum Reliquiarum ſcilicet. Scyphum cum quo potum Domino Zachæus
miniſtrauit Cultellum quo Chriſtus in Cœna S. Ioannis vſus eſt. Pecten quo Virgo puerpera di-
lectum filium ſuum pexuit Bipenne quo milites fixerunt clauos in corpore Redemptoris & Su-
darium quod fuit ſuper caput Ieſu cum literis ex auro ſcriptis teſtantibus quod Sancta Helena
Auguſta has Reliquias de Iudæa tranſlatas ipſo loco cōdiderit. Has itaque Reliquias cum ſum-
ma reuerentia Vlricus aſſumens ad hoſpitium ſuum ſecreto detulit, & habebat eas apud ſe ho-
norifice repoſitas. crebras cogitationes in ſe reuoluens, qualiter eas ex ciuitate ita veheret, vt
abſque ſuſpicione populi eſſet]

Scyphus Dominicus Zachæi cultellus Dominicæ Cœnæ. Pecten Dominicus B. M. Virg. Bipennis terebrum Dominicum. Sudarium Ieſu. Teſtimonium S. Helenæ.

Longum eſſet referre quomodo auxilio Giſelberti Abbatis Lacenſis eas Reli- B
quias Vlricus Sueuus extulerit extra Vrbem noſtram, & qui graui lite Colonienſis
Clerus eas repetierit, ſed ſufficit noſtræ hiſtoriæ oſtendiſſe vetuſtatem eccleſiolæ
S. Quintini: cætera expedire, eſt renouare dolorem diſpendij quondam Reliquiarū
retentarum in Lacenſi Monaſterio in quo Vlricus Sueuus obijt Monachus, & Fri-
dericus Archiepiſcopus Colonienſis, natione Sueuus, pro tribunali ſedens in Rhe-
ticonis iugi *Caſtro VVolckenberg* definiuit earum perpetuam poſſeſſionem Lacenſi
Monaſterio: Nobis itaque ſola loci antiqui reuerentia manet. Sunt tamen etiam in
Sacello adhuc multæ venerabiles Reliquiæ Sanctorum, ſoli vitæ libro cognitorum,
quas ex Societatibus S. Vrſulæ & SS Thebæorum credunt eſſe. Ipſe S. Quinctinus
Ciuis Romanus Ordinis Senatorij in Gallia apud Auguſtam Veromanduorum ſub Maximiano C
Imperatore Martyrium paſſus eſt cuius corpus poſt annos quinquaginta quinque reuelante an-
gelo inuentum eſt incorruptum de ipſo ſcribit Gregorius Turon. de glor. Martyr. cap.
72. & 73.]Gregorij & Martyrologij Romani ſunt præſcripta verba: ex quibus ad-
uertere eſt quam Vbiorum traditiones conſpirent temporibus & rebus veterum
hiſtoriarum, nam eo tempore in Gallijs recens erat memoria crudelitatis Maximia-
ni. & ab alijs obſeruatum eſt B. Helenam ſtudium impendiſſe vt Conſtantino filio
& familiæ ſuæ ædificatione templorum expiaret Sanctorum ſanguinem à Maximi-
niano profuſum, quia Conſtantius Chlorus Conſtantini Pater Maximiano Impe-
rij, & neceſſitudinum ſocietate innexus fuiſſet. Quod ad tempus tituli S. Quintini,
non potuit illud mea opinione ante annum vltimum Conſtantini M. accidiſſe. ſi- D
quidē an. 2. Diocletiani exeunte & 3. ineunte Maximianus in Gallias venit anno vi-
delicet æræ com. 277. his ſi addas 55. annos quibus S. Quintinus latuit ad An. æræ
Chriſti cō. 331. vel 332. peruenies, quorum poſteriore obijt Conſtantinus M.

§. II. Feſta.

I. S. Quintini. *31. Octobris.*

II. Feria ſexta ante Paſcha in hebdomada Sancta memoria inſtrumentorum paſſionis Dominicæ.

SYN-

A

SYNTAGMA CXLVII.

V. Sacramenti apud PP. Obſeruantes.

REuerendi Patres Franciſcani Strictioris Obſeruantiæ Regularis, vulgo dicti ad Oliuas, in honorem Venerabilis Euchariſtiæ quot hebdomadibus feriâ quinta muſicum Sacrum celebrant, & in eundem honorem capax Oratorium apud Cœnobium ſuum conſtruxerunt, in quo colligitur Fraternitas Venerabilis Sacramenti, diues plurimarum indulgentiarum.

B

SYNTAGMA CXLVIII.

Sacellum æternæ Sapientiæ.

IN veſtibulo interioris porticus Monaſterij Patrum Prædicatorum exiguum & elegans Oratorium eſt *Æternæ Sapientiæ* dicatum, in quo ad cultum Dei ſecedere ſolebant BB. Viri iſtius Ordinis inprimis Henricus Suſo & Iacobus Sprengerus quorum memoria in benedictione eſt.

C

SYNTAGMA CXLIX.

S. Saluatoris iuxta Capitolium.

SAnctiſſimo Saluatori noſtro dicatum Sacellum, Capitolinæ ædis pars eſt, Fundatores Nobiles cōiuges Ioannes ab *Hardenrode* & Sibylla de *Schloſgen* An. 1466. die ſexta Augusti, inſtituerunt in eo Sacello quotidianum muſicum ſacrum, & die transfigurationis Domini quotannis feſtiuitas dedicationis anniuerſariæ recolitur. Sacelli huius ſpecialem memoriam facere, opus non fuerat, niſi antiquum Sacrarium Agrippinenſe Patris Euerhardi Winhemij idem ſpecialiter recenſuiſſet. *6. Auguſti.*

D

SYNTAGMA CL.

SS. Sergij & Bacchi apud portam Rhenanam.

SS. Sergij & Bacchi Sacellum vetus apud portam Rhenanam ſtetit, & Anno Chriſti 1563. ciuitati indulta eſt eius demolitio, translatis ſacris in eccleſiam Parochialem S. Martini vbi eius rei mentio. *Vide hoc lib. 3. Syntag. 18. pag. 396.*

A

SYNTAGMA CLI.

S.Seruatij.

§. I. De vetuſtate & ſtatu Sacelli.

SAcellum S.Seruatij apud Caſtrenſem olim portum in cliuo vel alto Rheni littore exſtructum, putatur redolere canitiem primi Chriſtiani æui, & ibidem in parochiæ vſum à B.Materno inchoatum: ſanè baſilica Cunibertina eccleſiolam hanc pro eccleſia matrice ſemper agnouit: communior tamen ſententia Sancto Seuerino B
adſcribit principia eius eccleſiolæ, dum ſupra caput S. Seruatij Tungrenſis Epiſcopi hoc loco hoſpitantis S. Seuerinus vidit columnam igneam ad cælum vſque porrectam, quare eandem compellauit nomine Portæ cæli, ſed voce populi frequentantis limina eius, inditum eſt nomen beatiſſimi hoſpitis Seruatij. Eodem hoc loco traditur S. Euergislus audiuiſſe angelicam muſicam, animam S. Martini ad cælos comitantem, quam ne audiret in campo vbi nunc Carthuſia eſt, fuit vſque in hunc locũ protractum ob meritorum diuerſitatem; eadem hæc ædes quondam S. Seruatij hoſpitium, aduenientes Coloniam Societatis Ieſu Patres, atque Fratres minores Franciſcanos Capucinos primum excepit. Habet Rectorem eccleſiæ S. Cuniberti Vicarium Canonicalem, ſiue adminiſtrantem munus hebdomadarij presbyteri, & ius patronatus ab Anno Chriſti 1249. eſt Decani Cunibertini ex conceſſione Lotharij præpoſiti. C

§. II. THESAVRVS SACER.

I. Coſta maior brachij S.Seruatij Tungrorum Epiſcopi, argenteo brachio incluſa, quæ à febricitantibus honorata, celebre facit nomen patrocinij & continuo clientes S.Seruatij ſolent confluere, vt morbis medeantur cibo potuve benedicto & attactu harum Reliquiarum ſacrato.

II. Variæ Reliquiæ Sanctorum abſque nomine.

§. III. Feſta.

I. S.Seruatij. 13. Mai. D

II. Dedicationis Eccleſiæ die S.Cuniberti. 12. Nouemb.

§. IV. Monumentum ex tabula Eccleſiæ.

Nocturnis precibus Præſul Seruatius olim
Conſiſtens flexo poplite ſtratus humi
En ſpeciem referens cælo demiſſa columna
Flamma caput ſupra conſpicienda ſtetit.

Tanta Seuerinus Sacer, actus numine vultu
Cordis ſigna vidẽns interiore ſui.
Extruit, & ſtructam reuerenter conſecrat ædẽ
Quam cæli Portam, mox vocat ore ſacro.

Poſt

A *Poſt vbi per vulgus ſparſum fuit, atque patere*
Signa Deus voluit prodigioſa ſui.
Nomine mutato ſtatuit Seruatio ibidem
Summum deferri, perpetuumq́; decus.
Nominis vt tanti ſplendore perennia ſemper
Huius honorati ſint monumenta loci.
Has igitur ſacras accedat quilibet ædes
Et petat affectu ſupplice cordis opem.

SYNTAGMA CLII.

S. Stephani apud portam altam.

B VEtus Sacellum S. Stephani Anno Chriſti Milleſimo nono diuino honori eſt dedicatum à Beato Heriberto ex Comitibus Rottenburgicis ad Tubarum, Colonienſi Archiepiſcopo; & rurſus conſecratum temporibus Roberti Bauari Vbiorum Antiſtitis Anno Domini 1472. in die Annuntiationis. Anniuerſariæ tamen dedicationis celebritas peragitur in feſto S. Catharinæ. Extat in muro meridionali peruetus marmor cui vncialibus literis hæc inciſa ſunt.

✠ Anno Dominicæ incarnationis Milleſimo VIIII. VI. Kal. Iunij hoc templum S. Stephani Protomartyris dedicatum eſt à Venerabili Archiepiſcopo Colonienſi in honorem Domini Noſtri Ieſu Chriſti &
C eius victorioſiſſimæ Crucis Sanctiſſimæque Virginis Mariæ Dei genitricis, nec non & illorum Sanctorum quorum Reliquiæ hic habentur inſcriptæ, id eſt Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, Iacobi, & Sanctorum Martyrum Stephani Protomartyris, Albi Ewaldi. Sanctorum Confeſſorum Cornelij & Cypriani, Pontiani, Benigni, Wironis, Sanctarum quoque Virginum Cæciliæ, & Sanctarum vndecim millium Virginum & omnium Sanctorum.

D
SYNTAGMA CLIII.

S. Thomæ Apoſtoli auffm Thumhoff.

IN area Metropolitanæ Eccleſiæ S. Thomæ Apoſtoli Sacellum, inſertum vetuſtæ Archiepiſcopali aulæ, eius pars & domeſticum Oratorium fuit, & à Metropolitani Capellarij diſpoſitione pendet. Anno Chriſti 1449. annoſitate fatiſcens in ſe corruit, habet plurimas Reliquias tabulis altarium inſertas, & patronalia ac dedicationis anniuerſarium celebrat ipſo S. Thomæ Apoſtoli.

A

SYNTAGMA CLIV.

S.Thomæ Aquinatis Burſa Montis.

GYmnaſium Montis à Lamberto & Gerardo de Monte nomen accepit, Diuum Thomam ab Aquino tutelarem habet, & magiſtrum ſequitur; eique quotidianam Miſſam fundauit Iacobus de Grote Mercator Agrippinenſis, quam ſtudioſi audiunt in aula ſcholaſticâ, nondum extructo patroni Sacello.

Feſta.

I. S.Ioannis Chryſoſtomi. 27.*Ianuarij.* B
II. S.Thomæ Aquinatis. 7.*Martij.*
III. S.Catharinæ. 25.*Nouemb.*

SYNTAGMA CLV.

De innumeris & diuerſis Sacellis, & aris.

REcenſui, beneuole Lector, publica pleraque Sacella; nam quæ in priuatis ſunt ædibus, etſi antiquiſſimè ædificata, diuturniorem inueſtigationem, & fuſiorem lucubrationem requirerent, vix enim ſine vetuſtis Sacellis ſunt Abbatiales, C Præpoſiturales, Decanales, Scholaſticæ, Canonicæ, Nobiles, Patritiæ curiæ & aulæ, quæ aras & oratoria habent vetuſtiſſima, & præterea in archiuo Senatus extat diploma cuius hic exemplar ſubijcio.

Bonifacius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis Filiis Magiſtris Ciuium & Conſulibus Ciuitatis Colonienſis, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. ſincera deuotionis affectus quem ad Nos & Romanam geritis Eccleſiam, non indigne promeretur vt petitionibus veſtris illis præſertim quas ex deuotionis feruore prodire conſpicimus, quantum cum Deo poſſumus fauorabiliter annuamus. Hinc eſt quod Nos veſtris deuotis ſupplicationibus inclinati, vt liceat vobis & etiam Succeſſoribus veſtris, in Magiſtratus Ciuium & Conſulatus Ciuitatis Colonienſis officiis pro tempore exiſtentibus habere Altare portatile cum debita reuerentia & honore, D *ſuper quo in locis ad hoc congruentibus & honeſtis, poſſitis & poſſint per proprium Sacerdotem idoneum Miſſam & alia diuina officia ſine iuris alieni præiudicio in veſtra & eorum præſentia facere celebrari, deuotioni veſtræ pro vobis & eis tenore præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ Conceſſionis infringere vel ei auſu temerario cõtraire. Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum IV. Non, Auguſti Pontificatus Noſtri Anno quinto.*

Finis Libri Tertij.

A

LIBER QVARTVS
DE ADMIRANDA SACRA ET Ciuili magnitudine Coloniæ Claudiæ Agrippinenſis Auguſtæ.

B

VBIORVM VRBIS.

CONTINENS

Diptycha Feſtorum Mobilium

&

Sacros ac pios faſtos Agrippinenſes.

BENEVOLO LECTORI.

C

Quod ſit argumentum libri IV.

ADgredior quartum Librum DE SACRA ET ADMIRANDA VBIORVM MAGNITVDINE, & obiter oſtendo quid copioſius olim poßim & velim. Qui igitur primo libro vrbem, altero incolas nobiliores ciues; tertio templa deſcripſi, hoc quarto ſanctos ex his ortos aut cum eis verſatos ciues Sanctorum & domeſticos Dei deſcribo, ſed vt dixi obiter & carptim, velut in Synopſi & indiculo.

Quis olim Sanctus dicebatur.

Porro ſancti nomen in Eccleſia primitiua, omnibus S.S. Eucharistiæ capacibus Chriſtianis tribuebatur, ſed deficiente primæuo zelo Sacerdotibus tantum, & demum ſolis Patribus Eccleſiæ atq; Epiſcopis compellatio Sancti-
D tatis manſit, vt eo titulo monerentur ad vitam dignam incontaminato munere ſuo, nunc ad ſolum Romanum Pontificem reſtringitur, propter eminentiſsimam dignitatem qua vices Domini noſtri IESV Chriſti in terris gerit, & functionis ſuæ præcellentia implet vniuerſa duplici clauium poteſtate. Ad reliquos ergo Chriſtianos ea compellatio ita deſiuit vt tantummodo tribuatur illis, qui vel ſupra militantem Eccleſiam euecti, extra huius mundi fluctus conſtituti, ſtabilesq; in æternitatis portu, nulli amplius ſubiacent mutationi, vel paucis qui in terra adhuc militantes miraculorũ gloria ſimiliue cæleſtis gloriæ certo obtinendæ arrha à Deo honorantur. Et hoc quidem libro ſolummodo Sanctos huiuſmodi dicam quibus in Eccleſia Catholica Sanctitatis titulum dedit Canonica apotheoſis, vel quos maiorum traditio & authentici ſcriptores eo titulo honorandos duxerunt. Atq; ea cauſa eſt cur hunc librum non à ſolis Sanctis ſed etiam à

Quis modo Sanctus.

Quis in hoc libro Sanctus vel venerabilis.

Pijs cognomen ſumere voluerim. quandoquidē illis citra dubium Sanctis & Beatis, viros Venerabiles pios & religioſos admiſcui, quos Beneuolus Lector ſuſpicere & per ſingulos anni dies vitæ morumq; probitate referre poſſet, tanto promptius quanto propius nobis vixerunt, eadem aura. ſolo. ac cælo nobiſcum paſti. ſed hos minoris nominis Duces & ductores noſtros tum titulo, tum indicio typographico ab eximijs illis ſanctis diſcretos inuenies, ac facile me dictante diſcernes. quia ſanctis roſas marginales appoſui. quibus Venerabiles carent, Religio namq; eſt ſua priuatim authoritate cuiquam Beatitatis titulum vel indicium addere, immo in ea re ita moderatus ero, vt quam plurimos qui ab alijs BEATI compellantur, ego VENERABILIVM & RELIGIOSORVM ſolūmodo ſim nomine compellaturus, & vti viros pios ad imitationē poſiturus. A

Quis Colonienſis ſanctus vel Venerabilis. Non Ciuitatis tantū ſed & Prouinciæ. Prouincia fuit olim latiſſima. Et nunc eſt latiſſima Diœceſis. Hinc ſuppetunt exempla domeſtica.

Inter Colonienſes verò Diuos & Venerabiles refero quos vel origo, vel habitatio, & prædicatio, vel deniq; mors, aut translata in Vbios Reliquiæ fecerunt noſtros & noſtrates & eos quidem non inquilinos tantum & penates Ciuitatis, ſeu murorum Colonienſium. ſed etiam qui ad reliquum Vbiorum pertinent agrum: erant enim quondam Vbij TransRhenani Montenſis Ducatus incolæ, vbi ætate Cæſaris, ampliſſima fuerunt Ciuitas. ſiue populus vti libro 1. monſtraui, poſtea citeriores & Cis Rhenani Romanis facti ſunt. vbi nunc Colonia Agrippina. & Vbiorum regio, quæ etiam deinde & Principatus Agrippinenſis & Ripuaria à Ripa Rhenana incolatu dicebatur, inter Rheni Moſæ & Moſellæ ripas circumſcripta, quæ etiam inferior Regni Lotharici vel Auſtraſiæ pars dici meruit, in quas terras etſi temporalis ſeu Ciuilis poteſtas Agrippinenſium obijt. Eccleſiaſtica ſanè perſeuerat: igitur quotquot his finibus circumſcribebantur Sancti & Pij viri eos in SACROS ET PIOS FASTOS referemus: vt noſtrates habeant in ſingulos dies virtutum fideiq; teſtes & incitatores. Libet igitur pios Catholicos alloqui S. Gregorij M. Papæ verbis Homelia 27. in Euang. totum (*inquit*) mundum fratres aſpicite: Martyribus (*& ſanctis ac pijs confeſſoribus*) plenus eſt, iam penè tot qui videamus non ſumus, quot veritatis teſtes habemus, Deo ergo numerabiles, mihi ſuper arenam multiplicati ſunt: quia quanti ſint à nobis comprehendi non poſſunt. *Libet etiam verbis S. Ambroſij Hæreticum compellare qui quotidianis teſtibus comprobatam fidem in controuerſiam trahit:* Magni (*inquit S. Ambroſius ſerm. de SS. Nazario & Celſo*) periculi res eſt, ſi poſt prophetarum oracula poſt Apoſtolorum teſtimonia, poſt Martyrum vulnera veterem fidem quaſi nouellam diſcutere præſumas, & poſt tam manifeſtos Duces, in errore permaneas, & poſt morientium ſudores, otioſa diſputatione contendas, veneremur ergo in Sanctorum Martyrum gloriâ fidem noſtram. *Atque his concludere & rogare omnes verbis deſiderij optimi, quæ Deſiderius Eraſmus Roterodamenſis contra Nouatores ſui æui optimè dixit:* Mihi (*inquit Eraſmus*) pro mea cauſa ſufficit, veterum ſanctimonia, vitæ probatiſſimorum authoritas: Epiſcoporū Maieſtas: publica Chriſtianarum gentium conſuetudo: quos omnes ſi damnatis inſaniæ: malo cum illis inſanire quam vobis aſſentiri. B C D

Catholicis. Hæreticis. Concluſio.

Hæc Methodus, hæc meta, hic ſcopus huius quarti mei Libri. Vale Lector, & ne ſis otioſus admirator Sanctorum caue.

Dypticha

A
Dypticha dierum & Feſtorum mobilium.

Dom. Septuageſima.

Dom. Sexageſima dedicatio S. Luciæ im Viltzengraben.

Dom. Quinquageſima triduana oratio apud PP. Soc. Iesv.

Feria quarta cinerum: per eccleſias cunctas pœnitentiæ ſigna accipiuntur.

Dom. I. Quadrageſimæ *Inuocauit*. Triduana oratio apud Patres Auguſtinianos propter commemorationem miraculoſi Sacramenti.

Feria 6. 4 temporum ſupplicatio viæ Romanæ Archifraternitatis S. ✠ apud RR. PP. Capucinos.

B Dom. II. Quadrageſimæ *Reminiſcere*.

Dom. III. Quadrag. *Oculi*.

Dom. IV. Quadrag. *Lætare* Parochialis Theophoria S. Lupi, dedicatio anterioris partis Parochialis P. Pauli, & aura fauente ſupplicatio Catecheticæ iuuentutis per viam Romanam à PP. Societ. Iesv duci ſolita.

Dom. V. Quadrag. *Iudica*: dedicatio S. Nicolai Orphanorum.

Dominica *Palmarum*, Clerus Canonicus & Magiſtratus Colonienſis interſunt benedictioni palmarum in S. Gereonis, vnde proceditur ad Metropolitanam.

Die *Iouis ſancto*; Agape celebratur in Collegiatis eccleſijs & quibuſdā Monaſterijs.

Die *Veneris & Sabbato ſancto* ſupplicationes celeberrimę ad ſepulchra Dominica in
C eccleſijs excitata, inter quæ ferè hoc tempore celeberrima habentur apud Ordines Mendicantes.

PASCHA hac nocte ſolemnis Viſitatio Sepulchri in Capitolio.

Feria II. Paſchatis, per Viſitationem Eccleſiarum recolunt Colonienſes apparitionem & iter Chriſti cum diſcipulis in Emaus.

Feria III. Paſchatis.

Dom. I. poſt Paſcha, in Albis. *Quaſimodo geniti* Octaua paſchæ, & dedicatio apud Carmelitiſſas in der Burgaſſen/ dedicatio S. Vincentij auff der Burgmaur/ dedicatio in der Reimersgaß/ in der Achterſtraß, & apud Alexianos.

Feria VI. poſt octauam Paſchatis, THEOPHORIA COLONIEN. & Feſtum Lanceæ & clauorum Domini *Vide ſupra pag. 386.*

D Dominica II. Poſt Paſcha: *Miſericordia*. Dedicatio S. Catharinæ Teutonicorum, Crucigerorum, Gertrudis, Louffs Conuentus, Apri.

Feria VI. poſt Dominicam *Miſericordiæ* amburbalia antiqua cum Reliquijs *S. Sylueſtri* circa vrbem veterem comitantibus Clero & Magiſtratu, & fiunt diuina in baſilica S. Apoſtolorum, in cuius collegij domo capitulari Senatus cogitur.

Dom. III. Iubilate: feſtum SS. *Ruperti & Mobiliæ* Martyrum in eccleſia S. Agathæ, dedicatio apud Franciſcanos Conuentuales, & Obſeruantes.

Feria VI. poſt Dominicam tertiam Paſchalem, ſolemnis ſtatio Compaſſionis B. M. V. Bonnæ in monte S. Crucis, Et pridie eius diei Colonienſes ex Capitolio ſupplicaturi iſtud educuntur. Domi-

A

Dominica IV. Paſchatis *Cantate* Dedicatio S. Cæciliæ.

Dominica V. Paſchatis *vocem iucunditatis.*

Feria II Rogationum, Litaniæ maiores, clerus Canonicus cum ſupplicatione vadit ad Capitolium, & peractis diuinis inde progreditur ad S. Seuerinum. Regularis Clerus & Collegiatarum vtriusque ſexus, ſingulares proceſſiones inſtituunt.

Feria III. in Rogationibus, maiores Litaniæ, Clerus Canonicus in S. Cæciliæ diuina peragit, & inde progreditur ad S. Panthaleonis. Regulares, & Collegiatæ vtriuſque ſexus, ſingulares proceſſiones inſtituunt.

Feria IV. In Rogationibus, Litaniæ maiores, Clerus Canonicus in S. Gereonis intereſt diuinis, inde ad S. Cuniberti progreditur. Regulares, & vtriuſque ſexus collegiatæ, ſingulatim ſupplicatum progrediuntur. B

Feria V. *Aſcenſio Domini* Canonicus Clerus intereſt diuinis in maiore baſilica, & proceſſioni per campum dominicum.

Dominica VI. Paſchatis: *Exaudi.* Parochialis Theophoria S. Ioannis in curia. Dedicatio parochialis Eccleſiæ S. Chriſtophori, item S. Agathæ, S. M. Magdalenæ apud Albas Dominas. S. Martini maioris, S. Panthaleonis S. Noitburgis.

Feria III. Peregrinaturi Treuiros ſummo manè conueniunt in Eccleſia B. M. V. de monte Carmelo. C

Feſtum Pentecoſtes.

Feria II. Pentecoſtes. Solemniſſima Theophoria Parochialis eccleſiæ S. Chriſtophori, Proceſſio cum corpore S. Antoninæ in Parochia S. Ioannis Baptiſtæ. dedicatio S. Iacobi.

Feria III Solemniſſima Theophoria Parochialis S. Mauritij.

Feria IV. Quatuor temporum, in S. Chriſtophori, miſſæ votiuæ contra tempeſtates & grandinem.

Feria VI. poſt Pentecoſten, habet Archifraternitas S. Crucis apud PP. Capuccinos ſupplicationem per viam Romanam.

Dominica SANCTISSIMÆ TRINITATIS. Theophoriæ parochiales, S. Albani, & SS. Apoſtolorum, Feſtum in eccleſia SS. Trinitatis in Widenbach, item apud Sorores in der achterſtraſſen, dedicatio in S. Reinoldo, & S. Agatha. D

Feria V. Feſtum CORPORIS CHRISTI. Theophoriæ parochiales, S. Columbæ, Martini minoris, Albani, B. M. V. in Liskirchen, Lupi, Ioannis Baptiſtæ, B. M. V. Indulgentiarum, Brigidæ, Mauritij, Feſtiuitas in Eccleſia corporis Chriſti.

Sabbato poſt Feſtum Venerabilis Sacramenti, ex templo PP. Dominicanorum educitur populoſa peregrinatio in Niuenheim pagum ad eccleſiam ibidem miraculis claram.

Dominica I. poſt Feſtum Sanctiſſimæ Trinitatis, parochiales theophoriæ, Sanctorum Petri, Iacobi, Pauli, Cuniberti.

Dominica II. poſt Trinitatis, Theophoria Parochialis S. Laurentij. Dedicatio S. Michaëlis iuxta S. Cæciliam.

Do-

Dominica III. poſt Trinitatis Theophoria Parochialis S. Seuerini.
Dom. IV. poſt Trinitatis.
Dominica V.
Dominica VI.
Dom. VII.
Dominica VIII.
Dominica IX.
Dominica X.
Dominica XI.
Dominica XII.
Dominica XIII.
Dominica XIV.
Dominica XV.
Dominica XVI.
Dominica XVII.
Dom. XVIII.
Dom. XIX. poſt Trinit.
Dom. XX.
Dom. XXI.
Dom. XXII.
Dom. XXIII.
Dom. XXIV.
Dom. XXV.
Dom. XXVI.
Dom. Vltima poſt Pentecoſten eſt dedicatio in Carthuſia.
Dominica I. Aduentus apud Patres Auguſtinianos Solemnitas inſtitutæ Fraternitatis Cordigerorum.
Dom. II. Aduentus.
Dom. III. Aduentus.
Dom. IV.
Dominica infra Octauam Natiuitatis Chriſti.
Dom. infra Octauam circumciſionis, dedicatio cum ſupplicatione Sacramentali parochialis eccleſiæ S. M. in littore, vulgo in Lilolphskirchen vel Liskirchen.
Dom. I. poſt Epiphaniam quæ eſt infra octauam.
Dom. II. poſt Epiphan.
Dom. III.
Dom. IV.
Dom. V.
Dom. VI.

MELOS COLONIENSIS ECCLESIÆ CONSVETVM
accini inter Miſſarum Solemnia in feſtis Patronorum.

Gaude Felix *Agrippina*, Sanctaque Colonia,
Sanctitatis *tua bina* gerens teſtimonia.
Poſtquam fidem ſuſcepiſti, Ciuitas prænobilis;
Recidiua non *fuiſti*, ſed in fide ſtabilis,
Gereonis cum bis nonis trecentena concio,
Et Maurorum trecentorum ſexaginta paſſio.
Te tinxerunt, & ſanxerunt: Virginumq; millium
Vndenarum, te decorum exornat martyrium.
Engelbertus, Seuerinus, Cunibertus, Euergislus inclyti:
Agilolphus, Heribertus, Patres vrbi praditi:
Felix, Adauctus, Albinus, Maurinus, Vitalis, Eliphius,
Hippolytus, & Paulinus, Eualdi, Gregorius,
Felix, Nabor, & cum tribus Magis vrbs Sanctiſſima,
Adſunt Machabei, quibus polles famoſiſſima
Vt vobiſcum, ſupplicamus Patroni propitij,
Glorioſè reſurgamus in die Iudicij.

Sacri & Pij Faſti Agrippinenſes.

IANVARIVS.

A Calendis Ianuarij die 1

Circumciſio Domini, & impoſitio nominis Iesv celebratur Solennius in eccleſia Societatis Iesv, de qua lib. 3. Syntagmate 46. Quomodo caro præputij in Archidiæceſim Colonienſem Aquisgranum tranſlata ſit, tradita Carolo M. per Angelum, id eſt Miſſum ex oriente, vti ego interpretor, vide apud Petrum de Natalibus hodie, atque hinc demum tranſlata eſt, Cariſium in Gallias, inde Romam; vbi aliquando intellexi, eandem carnem exſiccam, inſtar lentis, in Calcatenſi eccleſia in agro Romano magnis miraculis clarere.

Eodem die obitus ſeu feſtum *S. Gaſparis* vnius de tribus Magis adoratoribus primis Chriſti: corpus eius requieſcit in Metropolitana.

Dominica prima Ianuarij dedicatio B. M. V. in Liskirchen, & commemoratio ſcapularis B. M. V. apud PP. Carmelitas.

B IV. Non. Ianuarij die 2

Feſtum S. Adelhardi Nouæ Corbeiæ ad Viſurgim in Weſtphalia primi Abbatis, & harum regionum Apoſtoli, qui ex Vbiorum Ducum qui Pipini ſeu Carolingi dicti ſunt ſanguine ortus, magnus authoritate & pietate floruit Ludouico pio imperante, qui ſancti huius ſuaſu Corbeiam, ſingulariter Colonienſi Eccleſiæ confœderatam, fundauit ac dotauit, ad Aquilonarium populorum conuerſionem, præfuit autem ſanctus eo modo huic nouæ Corbeiæ, vt ſancti Antonij nomine nuncuparetur. Epitaphium eius tale inuenio.

Hic iacet eximius meritis Venerabilis Abba
 Noſter Adelhardus, dignus honore ſenex
Regia proſapies, paradiſi iure colonus
 Vir charitate probus, moribus atque fide
Quem dum ſub tumulo recolis tu quiſq; viator
 Cerne quid es, quid eris, mors quia cuncta rapit
Nam poſt octauam Domini hic carne ſolutus
 Succedente die aſtra petiuit ouans.

C Tertio Nonas Ianuarij die 3

S. Bernarij fratris S. Adelhardi de ſanguine Ducum Agrippinenſium, cuius meminit hoc die Andreas Sauſſaij in Martyrologio Gallicano.

Item

Item S. Gundradæ de eodem ſanguine, cuius meminit Wion inter ſanctos litera G.

Meminit etiam vita S. Adelhardi eiuſdem Guntradæ. item VVale & Theodratæ.

D Pridie Nonas Ianuarij. die menſis eiuſdem. 4

Octaua SS. Innocentium quorum Reliquiæ multæ apud Colonienſes. Eodem die S. Rigoberti Archiepiſcopi Rhemenſis, oriundi ex Ripuaria noſtra, vt eſt in eius vita apud Frodoardum, natus fuit patre Conſtantino Matre Franca, hic quod Carolo Martello eccleſias diripienti, aperire B. M. Virginis baſilicam renueret, longo exilio mulctatus eſt.

Item hac die Obijt *S. Pharaildis*, Filia B. Amalbergæ, ſoror S. Emeberti Epiſcopi Cameracenſis, & ſanctarum Raineldis ac Gudulæ: Obijt ipſa nonagenaria & Virginitatis lauream iuncta matrimonio cuſtodiuit.

E Nonis Ianuarij. die 5

Vigilia Epiphaniæ Domini. Eodem die in finibus Vbiorum apud veteres Sunicos S. Gerlaci Falcoburgici eremitæ qui has prouincias rigoroſæ pœnitentiæ exemplo & miraculis illuſtrauit.

Item feſtum Simeonis Stylitæ.

Hodie ad primas Veſperas Epiphaniæ Canonicus Clerus adit Metropolitanam.

F Octaua idus Ianuarij. die 6

Epiphania Domini. Clerus confluit in Metropolitana eccleſia Colonienſi, quia hodierna dies in cælos nobis patronos & Chriſti exoratores exhibet *tres Euangelicos Magos*, quos quondam in terra degentes, ad æterni Regis incunabula de Regnis ſuis cæleſte lumen exciuit, eorum corpora magnificentiſſimo Sacello hic reconduntur. Singularius tamen hoc die celebratur *S. Melchioris* Regis memoria.

Hodie Bataui recolunt Venerabilem memoriam Gertrudis de Oeſten *monialis Delphenſis, quæ anno 1560. Stigmata Domini in corpore ſuo portauit.*

G Septima idus Ianuarij. die 7

Hodie Eccleſia Tremonienſis, Comitatus antiqui, quæ eſt diœceſios Colonienſis in veteri Vbiorũ interamnio, agit feſtum translationis corporis S. Reinaldi Mar. qui ex Comite Palatino cœnobita Colonienſis, Sacrã Vbiorũ viam Romanam ſanguine innocenter profuſo Sacratiorẽ fecit, in cuius martyrij loco excitata eſt ipſius titulo eccleſia, *de qua vide l. 3. Syntag. 66. p. 576.* Eodem die *S. Tillonis Abbatis* natione Weſt-

Weſtphali, parentibus idolorũ cultoribus nati, qui puer in Gallia Belgica venditus ſub haſta, & à S. Eligio necdum Nouocomenſi Epiſcopo redemptus, peruenit ad libertatem, qua Chriſtus nos redemit, factus vir ſanctiſſimus, vti pluribus in eius vita. Eadem die P. Caniſius recolit in Martyrologio commemorationem *VVitekindi* Weſtphalorum Ducis Angriæ qui eſcentis. ✲

Item Venerabilis Simonis de Spira *ſuffraganei Colonienſis, ex Ordine Carmelitano pia memoria.*

A Sexto idus Ianuarij. die 8

✲ Dies feſtus *S. Gudulæ* ex Witgero comite & Amelberga Pipini Agrippinenſium Ducis ſorore, eiuſdem neptis quam B. Gertrudis educauit & edocuit vſum orationum, ieiuniorum, vigiliarum aliorumque ſpiritualium exercitiorum. ✲

B Quinto idus Ianuarij. die 9

Venerabilis Salamonis Ciſtercienſis *Monachi in clauſtro Hemmenrodenſi, ad veram pœnitentiam à vita liberiore conuerſi, cuius anima à Sanctæ vitæ Religioſo viſa eſt, in veſtibus candidis & cœleſti luce fulgentibus, ab Angelis in æternam requiem magna cum luce introduci.* vide Menologium Ciſtercienſe hac die & Cæſarium Heiſterbacenſem lib. XI. cap. 13.

C Quarto idus Ianuarij die 10

✲ *S. Pauli* primi Thebæorum eremitæ. ✲

Eodem die B. Gregorij X. Papæ. *qui ad ſummum pontificatum promotus eſt ex Archidiacono Leodienſis eccleſia, ſuffraganeæ ſub Metropolitano Colonienſi.*

Item Venerabilis Oliuerij *Ciſtercienſis qui ex nobiliſſima domo* de Sombreff (cuius mentio lib. 2. Syntag. 36.) *generis ſplendorem, & mundi delicias contemnens pauper religioſus factus, beato fine ad ſuperos migrauit.*

D Tertio idus Ianuarij. die 11

✲ Colonienſis eccleſia celebrat hac die ſingulari, penſo diuini officij natalem *S. Balthaſaris tertij Regis.*

Item in Monaſterio Steinueldico Ordinis Præmonſtratenſis, Diœceſis Colonienſis, feſtum *S. Honoratæ* Virginis, & ibidem eleuatio corporum *S. Fælicij* presbyteri, *Potentini* diaconi, & *Simplicij* militis. ✲

E Pri-

E Pridie idus Ianuarij.die 12

❋ Hac die pleræque Eccleſiæ peragunt communem anniuerſariam commemorationem Sanctorum trium Regum, quia cæteris diebus aliorum Chriſti myſteriorum & feſtiuitatum ſolemnitatibus præpediebantur. ❋

F Idibus Ianuarij.die 13

❋ *Octaua Epiphaniæ Domini* læta feſtiuitas Metropolitanæ Eccleſ. Colonienſis, cuius rituales libri dicunt: hodie eſt tripudium circa tres Reges, qua phraſi veteres ſignificabant iteratas feſtiuas repetitiones Reſponſoriorum & gradualium in diuinis laudibus, quæ tunc cum maiore cordis & vocum iubilo cantantur, præſentibus Canonicis, Diaconis Collegiorum Cunibertini & Mariani, atque Comite & Scabinis ſæcularis alti Iudicij Archiepiſcopa: Colonienſis, qui omnes diuino cultui adſiſtunt, dextra facem tenentes, coronati viridibus ſertis, aurichalco & purpura intextis.

Eaſdē Eidus Ianuarij illuſtrat beati natalis ſui ſplendore *Diuus Godefridus Cappenbergenſis*, candidus Præmonſtratenſis cœnobita; eum quidam de Altenana vel Comitis Vbienſis familia, ex intermontio Vbio trans Rhenano faciunt, hic dum eſſet ante conuerſionem Cappenbergenſis Comes potentiſſimus, Imperatori Henrico conſanguineus, vehementer prædantium militum ſuorum licentiam frenabat, gnarus militum prædam ducis eſſe furtum, motus autem fama rerum & vitæ S. Norberti, eius videndi & ſequendi iam tum deſiderio diuinitus concepto gauiſus, venit ad Virum Dei & eius cæleſti facundia permotus, repudiata ſæculi militia, honorūque titulis, crucis ignominiam amplexus, Beatrici coniugi ſuæ Friderici bellicoſi Comitis Arnsbergenſis Filiæ ſacrum velamen ſumere pijs & ſalutaribus adhortationibus perſuaſit, & cum B. Ottone germano ſuo ſe omniaque ſua Deo deuouit, caſtrum Cappenbergh, reiectis concambijs ſibi ab Epiſcopo Monaſterienſi oblatis, in Cœnobium conuertit. Graues quas à ſocero ſuo Friderico & alijs pertulit perſecutiones, ob retributionem melioris vitę libenter pertulit. S. Ioannis Apoſtoli Reliquias impetrauit à Duce Sueuorum, & præter Cappenbergenſe, fundauit alia duo Monaſteria, Varlarienſe in Weſtphalia, & Elffſtadienſe ſeu Ilmſtadienſe in Wetterauia non procul Francofurto, tandem æternorum deſiderio tabeſcens, lenta ægritudine, ad extrema vitæ perducitur, & nondum tricenarius, placidiſſimè beatam animam exhalauit, Anno ſalutis ſupra milleſimum centeſimo & vigeſimo, aut vt alij, triceſimo ſexto, ſecundum mortem ſuæ ex patruo Ottone nepti Gerbergæ Abbatiſſæ multa luce veſtitum & corona conſpicuum ſe oſtendit, quæ illa legentibus loquebatur: *Induit me Dominus veſtimento ſalutis & tanquam ſponſum decorauit me corona*: Pulchrè profecto, honorum cupidos alta conſcendere Godefridus docet, qui Comitem in terris abiecit, vt in cælo Rex Chriſto conregnaret.

His ipſis idibus ad cœlum tranſiuit *B. Remigius Rhemorum Archiepiſcopus*, cuius tranſlationis dies Kalendis Octobris celebratur. Hic cum Clodoueus Sicamber

Childerici Regis & Baſinæ Tungrorum Reginæ filius, adhuc paganus, deuicto Romano Vbiorum Principe Ægidio Coloniam occupaſſet, & aliquo poſt tempore, inuocato Chriſto, aliam apud Tolbiacum miraculoſam victoriam obtinuiſſet, baptizato Clodouæo, de exercitu quoque eius ad triginta millia ſalutaribus aquis abluit, inter quos gentilium Vbiorum reliquias, vna cum principibus Chriſtianæ religioni adſcripſiſſe reputamus. In Collegiata Colonienſi S. Andreæ Apoſtoli, conſeruatur Beati Remigij brachium, & Bonnæ primaria parochialis, aliæque per Diœceſin dedicatæ ſunt honori S. Remigij. ✠

G Decima nona Kal. Februarij. die Ianuarij 14

✠ Feſtus dies *S. Agritij* Treuerenſis Epiſcopi, quem natione Græcum Auguſtiſſima Imperatrix Colonienſium templorum Mater Helena, à Beato Syluestro ordinatum, Belgicæ primatem deſtinauit, cum præclaris Chriſti Domini Reliquijs. An tunc Coloniam, quoque allatæ ſint Reliquiæ, de quibus lib 3. Syntag. 146. memini agens de B. Quintini Memoria, in medio reliqui. Hic illud addo quod Colonienſes S. Agritij ſacrum verticem argenteæ hermæ incluſum, conſeruent in Baſilica ſua ad gradus B. M. Virginis. ✠

A Decimo octauo Kal. Februarij die Ianuarij 15

Coloniæ Agrippinæ *in Baſilica S. Cæciliæ feſtum Sanctarum Reliquiarum*, de quo egi in eiuſdem Baſilicæ deſcriptione *lib. 3. Syntag. XI. pag. 358.*

Item in Baſilica B. M. Virginis ad gradus *S. Mauri Abbatis*, cuius caput S. Anno huic Eccleſiæ donauit, cum eiuſdem à Fauſto monacho manuſcripta vita. Huic Sancto Carolus Magnus Imperator quondam extruxit Monaſterium quod hodie Mors-munſter dicitur.

Hoc etiam die migrauit ad Dominum *S. Ablebertus* vulgo *Emebertus Cameracenſis Epiſcopus*, Pipini Ducis Agrippinenſium ex Sorore S. Ameberga nepos, mira ſanctitate clarus, & morum ingenuitate conſpicuus Pontifex. ✠

Item Coloniæ iuxta Eccleſiam S. Andreæ depoſitio Venerabilis Helicæ *de qua dicit Menologium Ciſtercienſe, incluſam ſanctiſſimè vixiſſe & variis claruiſſe miraculis, ac tandem cæleſtibus viſionibus frequenter conſolatam, cum magna ſanctitatis opinione migraſſe ad Chriſtum.*

B Decimoſeptimo Kal. Febru. die Ianuarij 16

✠ 16. Februarij ex Metaphraſte refert indiculus SS. Belgij adorationem pretioſæ *Catenæ S. Petri*, cuius egregia portio eſt Coloniæ.

Eodem die Feſtum *S. Marcelli Papæ* cuius Reliquiæ in Belgium tranſlatæ ſunt ſub ann. 651. temporibus S. Cuniberti, qui ſicut alia Metropoli annexa Sacella Lupi & Margaritæ, creditur fundaſſe, ita Coloniæ extruxiſſe Sacellum S. Marcelli, à quo nomen induit platea ducens ad S. Vrſulæ. ✠

Hoc

Hoc 16. Februarij die, 1630. obijt Venerabilis Pater Dominicus à Ieſu Maria, *Ordinis Carmelitarum excal. ... atorum lumen, qui Colonia miraculis claruit. vide pag. 532.*

C Sextodecimo Kal. Febr. die Ianuarij 17

✻ *S. Antonij Thebæi Abbatis*, cuius tam frequens cultus, & tam excellentes Reliquiæ apud Vbios, vt merito præcipuus eorundem Patronus habeatur, demonſtratum eſt id *lib. 3 Syntagm* 37 *pag.* 445. ✻

D Quinto decimo Kal. Februarij, die Ianuarij 18

✻ Coloniæ S. Petri ſiue Metropolitana Eccleſia celebrat feſtum Cathedræ Romanæ, quando Apoſtolorum Princeps Sedis Pontificiæ initium fecit, à quo fidem Catholicam accepit. ✻

Eodem die obitus Venerabilis Remedij *Vbiorum Antiſtitis Prædeceſſoris S. Cuniberti.*

E Quarto decimo Kal. Februarij. die Ianuarij 19

✻ *S. Antonina & ſex ſociæ Virgines*, è Sodalitate S. Vrſulæ vna in tumba reconditæ in parochiali S. Ioannis Baptiſtæ, propria confraternitate honorantur, *de quibus vide lib. 3. Syntagm. 25. pag.* 415. ✻

Eodem Venerabilis P. Iacobi Lainij, Tertij Præpoſiti Generalis Soc. Ieſu, qui anno 1562. Coloniam venit ad Sanctorum limina & Reliquias viſitandas, cum à Pio IV. Summo Pontifice ex colloquio cum Caluinianis P·ſsiacibabito ad Concilium Tridentinum vocatus intelligeret ampliſſima cælitum luce ſibi ad munus ſuum rite obeundum opus eſſe, quem etiam mirifice, de cælo adiutum fuiſſe Acta Concilij declararunt.

F Tertio decimo Kal. Februarij. die Ianuarij 20

✻ *S. Sebaſtianus Martyr*, tot aris & Fraternitatibus à Diœceſi Colonienſi honoratur, vt iure dici debeat Diœceſios totius Patronus. Sunt præterea apud Vbios præcipuæ eius Reliquiæ, nam in Metropolitana, & S. Panthaleonis Eccleſijs; oſtendũtur primaria oſſa ex brachijs, apud Parochialem S. Laurentij pars Caluariæ cum telo, apud Patres Auguſtinianos mandibula, vt taceam minores Reliquias in Vrbe, & extra eam maiores Kempis, Greueradij, & in B.M. Virginis foreſto &c. ✻

G Duodecimo Kal. Februarij. die Ianuarij. 21

✻ Brachia *S. Agnetis* in Metropolitana, item in Widenbach conſeruari *lege lib. 3. Syntagm 1. & Synt. 39. pag.* 452.

Hoc die occurrit natalis *S. Meinradi* Confeſſoris ex Sueuia.

Suſati Diœceſis Colonienſis oppido *translatio S. Patrocli Mart.* de quo die 9. Decembr. quo tempore S. Patroclus Trecis Suſatum cæpit transferri.

Eodem, beneficio Ottonis Magni Imp. Ottuinus Hildeſienſis Epiſc. ad Saxones tranſtulit pignora SS. *Epiphanij Epiſcopi Ticinenſis, Honoratæ Sororis eius* & aliorum.

Hic etiam dies feſtiuus eſt *S. Hildigrimo* poſteriori, Sanctorum Hildigrimi & Lutgeri ex Sorore Nepoti, in Werthinia ad Ruram Diœceſis Colonienſis Monaſterio quieſcenti, quamuis manuſcriptus Catalogus Abbatum diem emortualem eius aſcribit 21. Decembris. ✻

In Mo-

In Monaſterio nigræ paludis ordinis Crucigerorum memoria Religioſorum coniugum Werneri de Merode *&* Eliſabethæ Mattigniæ, *pietati & eleemoſynis deditorum, qui B. Matthiæ Apoſtolo ſæpius ſibi apparenti & ad Crucigerorum ſtruendum Monaſterium exhortanti, illud fundarunt, in quo vita beatè terminata ſepulti ſunt.*

A Vndecimo Kal. Febru die Ianuarij 22

S. Vincentij Leuitæ & martyris qui Coloniæ ſui nominis Monaſterium habet, eiuſque ſacri verticis magna pars cuſtoditur in Baſilica B. M. V. ad Gradus, & pars Caluariæ in Reinoldi, pars brachij in Baſilica S. Panthaleonis & alibi aliæ Reliquiæ.

B Decimo Kal. Febr. die Ianuarij 23

Caput S. Emerentianæ in S Seuerini Baſilica argenteæ hermæ incluſum oſtenditur, & alterius homonymæ *Emerentianæ* in Eccleſia S. Apolloniæ ad lacum Monumentorum, *vide pag.* 597. Hoc etiam die in Baſilica Cunibertina ſolemnis *Commemoratio Sanctarum vndecies mille Virginum* & martyrum Britannarum.

Item in Diœceſi Colonienſi ſuperiore, apud Reimbachienſe oppidum *S. Luffteildis Virginis* pignus magno populi concurſu honoratur.

Eadem hac dies ad cælos tranſmiſit B. Bernardum *ex Lippienſe noſtrate Comite Lealenſem in Liuonia Epiſcopum & Apoſtolum, cuius hiſtoriam accuratè perſcriptam legere licet in Syntagmate ſuffraganeorum Colonienſium. §. 27.*

C Nono Kal. Febr. die Ianuarij. 24

S. Puſinnæ Virginis cuius ſacræ Reliquiæ à Carolo Caluo anno DCCCLX. donatæ ſunt eccleſiæ Heruordienſi, quæ iuriſdictioni Archiepiſcopi & Principis Colonienſis ſubiecta eſt.

D Octauo Kal. Febr. die Ianuarij. 25

Conuerſio S. Pauli Summum in ipſius Parochia, in Eccleſia S. Panthaleonis mandibula, digitus & ſpinæ dorſi S. Pauli, & in alijs Eccleſijs aliæ eius Reliquiæ conſeruantur.

Translatio *Capitis S. Clementis* Epiſcopi, & brachij *S. Loſippæ* ac decem aliorum craniorum multorumque oſſium ex Sodalitate Vrſulana, quæ ex Vrbe Colonienſi allata ſunt in Eccleſiam S. Rochi in Ciuitate Olyſſiponenſi.

Feſtum *B. Henrici Suſonis* Dominicani, qui Coloniam doctrina & exemplis excoluit, à Chriſto vocatus Amandus, is non ita pridem inuentus eſt in Sueuia carne incorruptus.

Popponis Abbatis Stabulenſis, cuius directione & opera Bravvilerenſe & Malmundarienſe aliaque Cœnobia in Diœceſi Colonienſi erecta & reſtaurata ſunt

E Septimo Kal. Febr. die Ianuarij. 26

S. Bathildis Francorum Reginæ, quam Richardus Waſſenburgius Archidiaconus

Virdunen-

Virdunenſis.& alij vitæ ſcriptores, videntur ex matre Anglo Saxone captiua, aſſerere Regiam Agrippinenſem ſobolem, & conditricē Corbææ Franciæ, monaſterijq́; Chellenſis prope Lutetiam, in quo induta ſaccum monaſticum cum B. Radegunde Filia ſub Luduico pio Cæſare, obijt ſanctitate & miraculorū gloria illuſtris, in cuius obitu ſpecioſa diuini ſplendoris lux apparuit, & Angelorum chorus à circumſtantibus viſus eſt animæ obuiam procedere & eam in cæleſtes choros deportare. ※

ipſa die, memoria Venerabilis Edithæ *alterius Reginæ, Fratriæ Brunonis I. Archiepiſcopi Colonienſis, quæ etiam Angliæ Regis Filia, ſeptimo Kal. Februarij ſcribitur obijſſe, addito titulo* Beatæ memoriæ *& teſtimonio quod ab obitu ſignis claruerit.*

Meminit item hoc die P. Caniſius B. Haſeca incluſa Virginis Schermbeccenſis.

F Septimo Kal. Febr. die Ianuarij. 27

※ *S. Ioannis Chryſoſtomi* eius aurei oris Mandibula cuſtoditur Coloniæ in Sacello S. Norberti, vide *lib 3. Synt.* 144. ※

Eodem die Venerabilis Remberti *Ordinis Ciſtercienſis nobilitate illuſtris ex familia* de Reuen, *cuius mentio lib. 3. Syntag.* 27. *hic ante obitum de preparata ſibi æterna beatitudine certior factus exultans migrauit ad Chriſtum.*

G Quinto Kal. Febr. die Ianuarij. 28

※ *Octaua S. Agnetis.* Item *apud Coloniam Agrippinenſem translatio S. Vrſulæ Reginæ & Sodalium eius vndecim millium Virginum & Martyrum quæ facta eſt per S. Cunibertum Colonienſis Ciuitatis Archiepiſcopum.*] verba manuſcripti.

Eodem die *eleuatio S. Thomæ Aquinatis* cuius doctrinæ gloria Vbiorum Vrbem, & orbem Chriſtianum illuſtrat. Hoc ipſo die per Henricum Cæſarem translatus eſt *S. Spes* Aquiſgrano Hercinoburgum vel Hartesburgum Monaſterium in Saxonia.

Aquiſgrani etiam *S. Caroli Magni* Regis ex familia Ducum Agrippinenſium, qui quot nominibus Vbijs accenſeatur vita docet.

Item Mundæ in agro Iuliacenſi & Diœceſi Colonienſi *B. Irmundi Confeſſoris.* ※

Hodie Anno 1467. *obijt Venerabilis* Theodoricus ab Hall *Generalis Crucigerorum de quo lib. 3. Synt.* 45.

A Quarto Kal. Febr. die Ianuarij. 29

※ *S. Orbiliæ* ex Vrbe Agrippinenſi & Societate Vrſulana Huium translatæ, & alterius S. Odiliæ ex eadem Societate translatæ Mediolanum.

Depoſitio Sancti Regis noſtri *Dagoberti.*

Item *S. Aquilini Epiſcopi Colonienſis* vide 16. Maij. Commemorant vero authores duos Aquilinos, vnum qui quartus in hac Sede Sanctas Virgines ſepeliuit, alterum etiam Solanum nomine cui tribuunt murum & foſſam ſuburbij Vrſulani. Præter iſtos videntur tertium aſſerere Petrus Galeſinus, Petrus Caniſius, & Con-

ſtantinus Ghinius, quem aſſerunt ex Præpoſito maioris Colonienſis eccleſiæ electum Epiſcopum profugiſſe exulem primum Pariſios, inde Mediolanum, vbi martyrio affectus, ex illius Eccleſiæ tabulis inſertus eſt Romano Martyrologio. ✠

Commemoratio B Caroli Colonienſis *ex Comite de Saine Abbatis Villarienſis. Salſina prope Namurcum* B. Himannæ Abbatiſſæ *Sororis Conradi de Hochſteden Archiepiſcopi Colonienſis. & Adelheidu Abbatiſſæ S. VValburgis, quæ à Fratre Germano plurimas Reliquias Societatis Vrſulanæ impetrarunt.*

B Tertio Kal Febr. die Ianuarij. 30

✠ *S, Aldegondis* Filiæ Walberti & Bertiliæ coniugum ex Regali ſanguine Principum noſtrorum, Materteræ S. Denthni Reſæ quieſcentis, ſororis vero Amalbergæ fundatricis Suſterenſis in agro Iuliacenſi, nam à ſororibus Suſtera monaſterium nomen mutuauit.

Item hodie *S. Sabinæ* ad cuius inſtantiam pignora SS. Fœlicis & Naboris Mediolanum translata ſunt, inde verò ceſſerunt Colonienſibus. ✠

Obijt etiam hoc die Sophia Palatina *Brauuilerenſis iuxta Coloniam, cui in vetuſtis ſcriptis Beatitatis titulus attribuitur, licet ipſa ob duas Abbatias Ganderſchemij & Moguntiæ poſſeſſas, cum S. Gothardo lites habuerit* Vide cap. 4. vitæ S. Gothardi *quocum reconciliata dicitur* cap. 4. *& accepto mortis vaticinio, benè de Eccleſia cleroq́; Hildeſienſi merita piè obdormiuit, ſicubi ergo in vita S. Gothardi reprehenditur, id in fine eiuſdem vitæ ſanatur.*

C Pridie Kal. Febr. die Ianuarij. 31

✠ Hodie Colonienſis eccleſia diuino officio honorat *S. Ignatium Epiſcopum & Martyrem*, cuius Eccleſia & parthenon Coloniæ extat in platea Stoicorum, quæ Stiliconis olim dicta fuit. *Vide ſupra pag.* 595. ✠

FEBRVARIVS.

D Kal. Februarij. die I

✠ *S. Sigeberti* Auſtraſiorum Regis qui ſecundum ſpiritum S. Cuniberti Colonienſis Antiſtitis, ſecundum carnem vero Dagoberti Filius, viginti monaſteria exſtruxit, præſertim Stabulenſe & Malmundarienſe, ac decem alia in Ardenna noſtra; munificentia in Eccleſias & ſanctitate celeberrimus. dicitur Andernaci in diſtrictu Colonienſis Lotharingici Territorij, Regiam habuiſſe, quæ hodie eſt Malmundarienſis Monaſterij Præpoſitura cum templo S. Genoueuæ.

Item *S. Brigida Virginis* Scotæ iuxta Scotorum Eccleſiam *Vide lib. 3. Syntagma 29. pag. 425.*

Item

Item Coloniæ in Eccleſia Sanctorum Ioannis & Cordulæ Sanctarum *Brigidæ, Helenæ, & Sapientiæ* Virginum Filiarum S. Kiliani Ducis, Neptum S. Vrſulæ.

E Quarto Nonas Februarij, die Februarij. 2

Purificatio B. M. Virginis.

Apud Ebeckerſtorff Anno 879. in magna clade Germanorum Martyrium *præcipuorum Præſulum, Ducum, & Nobilium noſtratium, quando quarto nonas Februarij, in glacie circumdati à Nortmannis & Danis idololatris, propter fidei Chriſtianæ propugnationem, tot illuſtres viri & ſtrenui propugnatores interfecti ſunt, vt in tumulos congeſta corpora, inſignes repræſentarent colles.*

F Tertio Nonas Februarij. die Februarij. 3

S. Blaſij, in parochiali S. Iacobi eius feſtum, & Reliquiæ brachij, item brachium alterum apud S. Seuerinum. Benedictus Octauus etiam reliquit Colonienſibus partem Cranij S. Blaſij, & apud parochialem S. Martini minoris oſtenditur pars maxillæ, & ad gradus B. M. Virginis mandibula, in alijs eccleſijs aliæ S. Blaſij Reliquiæ.

S. Ancharij Bremenſis & Hamburgenſis Epiſcopi, quem ad prædicandum gentilibus Hadebaldus Colonienſis Archiepiſcopus fouit & iuuit.

S. Theodorici Metenſis Epiſcopi conſobrini Ottonis Magni & Brunonis Epiſcopi Colonienſis, Veſeti Eburonum.

S. Hadelini Confeſſoris diſcipuli S. Remacli in Malmundario Abbatis diœceſis Colonienſis in Arduenna.

Item Sanctarum Berlendis, Nonæ, & Lethæ Virginum temporibus Dagoberti Regis.

G Pridie Nonas Febr. die 4

S. Remberti Epiſcopi Bremenſis diſcipuli S. Anſcharij. *B. Gilberti* ex antiqua Regum Auſtraſiæ proſapia fundatoris Gemblacenſis Monaſterij

In valle S. Petri ſub iugo Reticonis, ſiue Heiſterbaci Diœceſios Colonienſis Monaſterio Venerabilis Chriſtiani *monachi, quocum Chriſtus & eius Genitrix viſi ſunt horas Canonicas recitare & ipſe in eorum manus animam tradens ad cœleſtem patriam migrauit.*

Eodem die Venerabilis Chriſtiani Hemmenrodenſis monachi.

A Nonis Februarij. die 5

S. Agathæ cuius fraternitas in S. Chriſtophori parochia, celebratur. eius caput Coloniæ in Eccleſia S. Agathæ (*lib. 3. Syntag.* 58. *pag.* 551.) Capitis notabilis pars apud Patres conuentuales S. Franciſci, Mandibula in cœnobio S. Panthaleonis: dicatusq; eſt honori eiuſdem mons S. Agathæ ſupra Traiectum Viperæ fluuij in Ducatu Montium.

Prope Sigam fluuium in Vilica nobili Collegio *S. Adelheidis Abbatiſſæ* (Filiæ Mēgigozi & Gerbergæ Comitum) quæ olim vitam Canonicam profeſſa in Collegio S. Vrſulæ, deinde Capitolinam & Vilicenſem ſacras ædes rexit, eius ſanctiſſimam vitam ſcripſit Bertrada Soror B. Wolphelmi.

Hoc eodem die in Marcolenſi aſceterio ſuſceptio corporis vnius Virginis & martyris ex S. Vrſulæ Sodalitio, quæ contigit anno 1261. ✻

Eodem Venerabilis Bertholini *Vbiorum Antiſtitis temporibus Caroli Magni.*

B Octauo idus Februarij. die 6

✻ *S. Amandi* Epiſcopi, qui S. Seuerinum Colonienſem Epiſcopum ſepeliuit.

S. Dorotheæ Virginis & martyris cuius multæ Reliquiæ apud Vbios, & imprimis mandibula in Eccleſia B. M. V. de Monte Carmelo honoratur.

Item Coloniæ translatio Reliquiarum *Panthaleonis & Quirini martyrum.*

In Marenſi aſceterio iuxta Noueſium *B. Hildegundis* Comitiſſæ, quæ marito orbata viſitatis Romæ Sanctorum Apoſtolorum liminibus, ſe ſuaque in fundationem Marenſis monaſterij Ordinis Præmonſtratenſis conſecrans, prima Antiſtita ſanctè præfuit, & à morte claruit miraculis.

S. Relindis ſororis S. Wilibrordi Maſeicæ ad Moſam quieſcentis.

C Septimo idus Februarij die 7

✻ *S. Richardi* Regis Patris S. Walburgis qui propter Chriſtum longiſſimam peregrinationem ſubijt.

Item translatio *S. Helenæ* Imperatricis Conſtantini magni & templorum Colonienſium matris *de qua vide* 18. *Auguſti* ✻

D Sexto idus Februarij. die 8

✻ *S. Meingoldi* Ducis, Arnolphi Imperatoris ex Sorore Nepotis, qui ad Confluentes Moſæ & Huy fluuiorum, martyrio affectus requieſcit ibidem in eccleſia SS. Thimothei & Symphoriani.

In Ruræ fluuij Werda ſeu inſula, monaſterio diœceſios Colonienſis Ordinis S. Benedicti, depoſitio *B. Tietgrimi* Epiſcopi Halberſtadienſis, Beatorum Ludgeri & Hildegrimi Epiſcoporum ex fratre nepotis, cuius hoc Epitaphium reperio.

Hac recubant foſſa Thietgrimi Præſulis oſſa
Terra tenet corpus Pneuma tenet Dominus
Idibus in Februi ſenis obit aſſecla Chriſti
Promeritus vitæ gaudia perpetuæ.

E Quinto idus Februarij. die 9

✻ *S. Apolloniæ* Virginis cuius mandibula inferior Coloniæ in Eccleſia S. Albani, & in alijs Eccleſijs aliæ Reliquiæ: ipſa etiam Coloniæ ſui nominis monaſterio colitur.

Vulpiaci

Vulpiaci ſiue in Fuſſenich Ordinis Præmonſtratenſis aſceterio, iuxta Tolbiacum Diœceſis Colonienſis, natalis *S. Alderici* confeſſoris qui conculcata mundi gloria, ex nobiliſſimo Principe Francorum, poſt viſitata Sanctorum limina hic velut alter Alexius mundo incognitus deliteſcens ſubulcum egit, nunc in eleuata tumba conſpicuus frequenti populorum veneratione clarus eſt, à vulgo S. Theluuinus compellatur, forte quia in extremis deprehenſus eſt Delphinus eſſe, id eſt Regiæ ſtirpis in Francia Princeps. Alderici vero nomen familiare fuiſſe ſtirpi Regiæ Francorum, liquet ex notis R.P. Chriſtophori Brouuerij Soc. Iesv ad vitam B. Gregorij vltraiectini *pag.* 20. nam & B. Gregorij Epiſcopi Pater Aldericus Palatinus Moſellanus, qui Abdulam Dagoberti filiam duxit, & Aldericus Traiectenſis Epiſcopus D. Gregorij nepos, id ſuis nominibus confirmant.

Eodem die *S. Anſberti* ex Ephebo Lotharij Regis Archiepiſcopi Rothomagenſis. ❋

F — Quinto idus Februarij. die — 10

❋ *S. Gulielmi* Confeſſoris qui proprio monaſterio in oppido Greuenbroich honoratur, & Coloniæ Agrippinæ etiam in aſceterio S. Michaëlis cuſtoditur caput cuiuſdam S. Gulielmi.

Eodem *S. Scholaſticæ* S. Benedicti Sororis, cuius Reliquiæ notabiles apud Vbios Benedictinos, &c. ❋

G — Tertio idus Februarij. die — 11

Depoſitio Hermanni Secundi Archiepiſcopi *Colonienſis cognomento Pij & Nobilis, qui annis circiter viginti Eccleſiam Colonienſem laudabiliter rexit, & munificè auxit; ſpirituque prophetico prædixit S. Annonem ſucceſſorem ſibi fore: obdormiuit cum opinione Sanctitatis Anno* 1056 *hoc die, vt vult Necrologium Metropolitanum, vel vt dicunt alij in die S. Scholaſticæ, id eſt, heſterna.*

Item V. Adolphi Oſnaburgenſis Epiſcopi *qui ex nobili Canonico Colonienſis Metropolitanæ, & veteris campi poſtea monacho, ad cathedram Epiſcopalem euectus mira ſanctitatis opinionem de ſe reliquit.*

A — Pridie idus Febr. die — 12

❋ *Sancta Geraſina* Reginæ matertera S. Vrſulæ ad Monaſterium S. Matthiæ Treuiros translatæ.

In Monaſterio ad Indam S. Cornelij diœceſis Colonienſis commemoratio *B. Benedicti* Abbatis, qui temporibus & authoritate Caroli Magni, & Luduici pij, ſeptennio Indenſibus præfuit, & refertus cumulis Iuſtitiæ, Deo dignam animam exhalauit, cuius beatus tranſitus Stœbelo Magalonenſi in Gallia Epiſcopo reuelatus eſt, alij eius obitum referunt ad diem præcedentem. ❋

Eodem die obiiſſe referunt tabulæ Epiſcoporum Venerabilem Stephanum *Vbiorum Antiſtitem circa Ann.*690.

B Idibus Februarij. die 13

※ Beati Iordani *Ordinis Prædicatorum.* ※ *Item eiuſdem Ordinis* B Henrici *Prioris apud Vbios.* ※

Item Venerabilis memoria Martini Duncani *Kempenſis ex Diœceſi Colonienſi, qui pro domo Dei ſe murum oppoſuit contra Anabaptiſtas Batauos, & vitæ Sanctimonia miraculiſque claruit, vti eſt in hiſtoria vitæ eius edita à Ioanne Hezio & alijs.*

Item Venerabilis Aleydis *pœnitentis iuxta Noueſium in Languuade monaſterio Præmonſtratenſi, non Ciſtercienſi, vt volebat Henriquetz in Menologio.*

C Sexto decimo Kal. Martij. die Febr. 14

※ Apud Coloniam Agrippinenſē tranſlatio S. Valerij Regis & Martyris, & *Theodoræ* filiæ & aliorum martyrum de Societate S. Vrſulæ. Ibidem *inuentio S. Cordulæ* Virginis & Mar. quæ per B. Albertum magnum quondam Ratiſbonenſem Epiſcopum facta eſt Anno 1268 *Vide lib.3. Syntag 56. pag.* 444. ※

D Quinto decimo Kal. Martij die Febr. 15

Iuxta Caſtrum Volmudſtein *in Diœceſi Colonienſi ex aduerſo confluentis Ruræ & Volmi fluuiorum, Ducatus Marcani, tranſitus Venerabilis* Gertrudis recluſæ *Sanctitatis & Religionis eximiæ, quam Deus præclaris & frequentibus reuelationibus illuſtrauit, & virtutibus ac multis meritis ornatam in cœleſtem Ieruſalem introduxit* Vide li.2. Syntag.14. pag.162.

E Quarto decimo Kal. Martij. die Febr. 16

※ *S. Tanconis* Scoti quem Imperator noſter Carolus Magnus Verdenſi Eccleſiæ tertium Antiſtitem dedit. ※

Beati Henrici de flore *primi Miniſtri & fundatoris Monaſterij tertiæ regulæ S. Franciſci iuxta Noueſium, dicti S. Nicolai in Triſta, vel Triuio, aut trifide, qui verus nobilitatis & pietatis flos, octogenario maior Anno* 1446. *beato fine migrauit ad Dominum in feſto S. Iulianæ.*

In Heiſterbach B. Sifridi Monachi *& prophetæ qui Beatæ Virginis dulciſſima viſione perfrui meruit, & virtutibus ac pijs operibus illuſtris, ac ætate decrepitus obdormiuit in Domino. Item Venerabilis* P. Dominici à Ieſu Maria *excalceati Carmelitæ* Vide hoc lib. 3. Synt.16.

F. Ter-

F Tertio decimo Kal. Martij. die Febr. 17

✱ In monte Sibergenſi *S. Benigni* preſbyteri & martyris translatio facta per S. Annonem Vbiorum Præſulem Anno. 1073.

Eodem die *B. Euermondi* Epiſcopi quem S. Norbertus Collegam habuit & Razenburgenſi cathedræ præfecit ✱

G Duodecimo Kal. Martij. die Febr. 18

✱ *Translatio Reliquiarum S. Panthaleonis* Medici & Martyris, quæ facta eſt hoc die Anno 1208. per Henricum de Vlmene nobilem virum *Vide lib. 3. Syntag. 12. p.* 370. ✱

A Vndecimo Kal. Martij. die Febr. 19

✱ *S Leontij* Epiſcopi Treuerenſis genere nobilis Coloni Romani ex educta antiqua Senatoria ſtirpe, qui Anno Chriſti 409. hoc die, temporibus Vandalicæ inundationis cœlitum numerum auxit. ✱

B Decimo Kal. Martij. die Febr. 20

✱ *S. Eucherij* Epiſcopi Aurelianenſis qui à Carolo Martello Coloniam in exilium deportatus cum propinquis ſuis, tanta ibidem Cleri & populi benignitate fruebatur, vt cunctis illorum opibus quidquid inde illi facere libuiſſet, haud aliter atque proprijs vti illi liceret.] ✱

C Nono Kal. Martij die Febr. 21

✱ *B. Pipini de Landa Ducis* (vti S. Ludgerus ait) Agrippinenſium, cui & S. Cuniberto Sigebertum filium & Auſtraſianorum regimen Dagobertus rex commiſit, cumque prouincias ſapientiſſimè & ſanctè rexiſſet officio Maioris domus & vita defunctus, depoſitus eſt Niuellæ apud Filiam S. Gertrudem. ✱

Item Beatæ Agnetis *Nouesienſis cuius animam in cœlum magna cum gloria, & ſuauiſſima Angelorum muſica deferri, B. Soror eius Hildegundis conſpexit.*

Eodem memoria Siffridi Palatini *fundatoris Lacenſium, Item Godefridi vltimi Comitis Arnsbergenſis ſepulti in Metropolitana Colonienſi.*

D Octaua Kal. Martij. die Febr. 22

✱ Cathedræ Antiochenæ S. Petri. ✱

Eodem die Venerabilis Henrici Senis *preſbyteri Ordinis Ciſtercienſis, de quo plura in eorum Menelogio.*

E Septi-

E Septimo Kal. Martij. die Febr. 23

B. Ottonis Cappenbergenſis tertij Præpoſiti Ordinis Præmonſtratenſis, qui Godefrido ſanguine & pietate germanus pro calcata mundi gloria, cœleſti corona donandus fœliciter migrauit ad Chriſtum.

Venerabilis Cæſarij de Milendunck *caſtro prope Noueſium ex Abbate Prumienſi humilis in Vbijs Monachi Heiſterbacenſis, & tandem Prioris Vilarienſis cuius alter Cæſarius Heiſterbacenſis Prior meminit in concione dominica V. Quadrageſimæ.*

F Sexto Kal. Martij. die Febr. 24

Matthiæ Apoſtoli qui in Baſilicis antiqui ſummi, & plateæ textoriæ, ac Fratrum Carmelitarum Coloniæ ſingulariter colitur. Eius Reliquiæ in pluribus eccleſijs apud Vbios.

Sanctorum *Polycarpi, Martij & Sociorum martyrum* ex Sodalitio Vrſulano tranſpoſitio in Monaſterio Bonæ ſpei.

Venerabilis Simonis *ex illuſtri Geldrorum familia Ordinis Ciſtercienſis in* Alna *conuerſi monachi, qui apud Vbios prophetiæ ſpiritu multa prædixit, ibique floruit temporibus S. Engelberti Archiepiſcopi.*

G Quinto Kal. Martij. die Febr. 25

B. Aldetrudis Virginis Filiæ Sanctorum Vincentij Comitis & Waldetrudis coniugum, ſororis S. Dentlini pueri Reſæ quieſcentis, ipſa Beatæ Aldegundi ſucceſſit in regimine Malbodienſis Monaſterij.

Eodem die Venerabilis Adami *Abbatis Erbacenſis qui has prouincias obeundo illuſtrauit.*

A Quarto Kal. Martij. die Februarij. 26

Venerabilis Arnoldi *conuerſi in monte Stromlerg ſupra Bonnam ſepulti, qui Ordinem Ciſtercienſem ſanctæ penitentiæ exemplis illuſtrauit. Fuit ibidem alius piè Conuerſatus & ſancte defunctus Religioſus.* Arnoldus *nomine, monachus ex Canonico SS. Apoſtolorum Coloniæ, in ſæculo quondam diues & delicatus vir, qui ab Arnoldo conuerſo, diſcretus eſt.*

B Tertio Kal. Martij. die Februarij. 27

In monte Stromberg ad dextram Rheni ripam ſupra oppidum VVintere, in diœceſi Colonienſi, pia memoria Religioſi fratris & Chriſti pauperis Walteri *nomine, qui naufragium huius mundi nudus euadens, & voluntariam paupertatem eligens, concedente Brunone II. Archiepiſcopo cum quibuſdam Fratribus Auguſtinianæ regulæ, militiæ Chriſti ſub regulari habitu ſe deuouens, horridum & incultum illum montem incœpit habitare, quem ſub Philippo Archi-*

epiſcopo

epiſcopo Ciſtercienſes quatuor annis incoluerunt, qui deinde ob nimiam incommoditatem loci demigrarunt in vallem S. Petri cognomento Heiſterbach.

G Pridie Kal. Martij. die Febr. 28

Tranſlatio S. Pinnoſæ Virginis & Martyris ex Societate S. Vrſulæ.

Eodem commemoratio Venerabilis Arnoldi Abbatis, Morimundenſis, qui cum annis duodecim Veteris Campi monaſteriū rexiſſet, S. Engelberto imprimis charus, dignus viſus eſt, qui ex Diœceſis Colonienſis & Germaniæ remotis finibus, ad Morimundi regimen poſtularetur, vbi exiguo ſex menſium ſpatio religioſiſſimè gubernans migrauit ad præmia æterna.

MARTIVS.

D Kal. Martij die 1

S. Svviberti Epiſcopi qui trans-rhenanas Vbiorum ſedes Chriſtiana luce illuſtrauit, & præſente Carolo Magno à S. Leone ſolemni canonizatione relatus eſt in catalogum Sanctorum Eccleſiæ, eius corpus quieſcit in Inſula Cæſaris oppido Archiepiſcopi Colonienſis, & notabiles Reliquiæ conſeruantur Coloniæ in Sacello S. Margaritæ.

E Sexto nonas Martij. die 2

S. VVilleici preſbyteri Socij S. Svviberti, cuius ſacri corporis Reliquiæ in Inſula Cæſaris & Duſſeldorpij potiſſimum reconditæ ſunt, notabiles etiam partes Coloniæ in Sacello S. Margaritæ.

F Quinto nonas Martij. die 3

S. Kunegundis Auguſtæ & Virginis, ex Comitibus Palatinis Moſellanis, *quæ has terras ſua præſentia illuſtrauit.*

Eodem ordinatio *S. Annonis* Archiepiſcopi Colonienſis Confeſſoris.

S. Pattonis Scoti qui à Carolo magno Verdenſi Eccleſiæ Epiſcopus eſt datus.

G Quarto nonas Martij. die 4

Coloniæ in Eccleſia SS. Apoſtolorum tranſlatio *SS. Felicis & Adaucti* Mart. Item *Beati Ruperti Abbatis* Tuitienſis *de quo vide lib. 3. Syntag. 14. pag. 383.*

A Tertio nonas Martij. die 5

Eſſendiæ in Diœceſi Colonienſi depoſitio B. Theophaniæ *Abbatiſſæ Filiæ Erenfridi Comitis Palatini*

Palatini Bravvilerenſis, ex Mechtilde ſorore Ottonis III. Imperatoris, quæ Eſſendienſe Monaſterium reſtaurauit & amplificauit, cuius ob vitæ ſanctimoniam memoria ibidem in benedictione eſt.

B Pridie nonas Martij. die 6

✠ *B. Godegrandi* ex ſtirpe Ducum Agrippinenſium Caroli Martelli ex ſorore Lanerada nepotis, Epiſcopi Metenſis ex aula Auſtraſiæ acciti. ✠

C Nonis Martij. die 7

✠ *S. Thomæ Aquinatis* Angelici Doctoris in Conuentu Patrum Prædicatorum Coloniæ quondam florentis & vrbem eam ac orbem Chriſtianum doctrina illuminantis. Gerieshemij iuxta Duſſeldorpium *B. Regenbernæ* Filiæ S. Gerici Ducis, quorum Vtriuſque Reliquiæ ibidem in deauratis thecis cuſtodiuntur. ✠

Heiſterbaci Venerabilis fratris Godſcalci de Volmudſtein *quondam maioris eccleſiæ Colonienſis illuſtris Canonici, qui ibidem monachum induit, & ſicut fuerat in vita Clericali leuis, deditus ludis, venationibus, & vanitatibus, ita in ſtatu monaſtico totus ſimplex, & pius, qui licet fermè idiotis accenſeretur, promotus tamen ad ordinem presbyteralem, Chriſtum meruit in Euchariſtia videre, & virtutibus egregijs, ac ſanctitate illuſtris, migrauit ad Dominũ.*

D Octauo idus Martij. die eiuſdem menſis. 8

✠ Coloniæ in collegiata Eccleſia S. Cæciliæ *translatio S. Euergisli* Archiepiſcopi Coloniẽſis qui ex diſcipulo & Archidiacono, S. Seuerino ſuccedere meruit. Huic nomine prope ſimilis *Ebregiſilus* Colonienſ. præſul è Trumonia Tuitiũ trãslatus fuit. ✠

E Septimo idus Martij. die 9

Venerabilis Hermãnni Sambienſis Epiſcopi *qui ex Ducali Pruſſia exul, circa Annum* 1300. *ſuffraganeam operam Archiepiſcopis Colonienſibus impendit.*

Eodem die Venerabilis Mariæ *filiæ Caroli de Saine præpotentis Ciuis & Caſtrenſis Colonienſis, ſororis verò Caroli Abbatis Villarienſis, quæ cum eſſet pulcherrima & à multis in coniugium deſideraretur, ipſa animarum ſponſo virginitatem vouit. Cui Angelorum Regina viſibiliter apparuit & ſertum florigerum capiti eius impoſuit. Quo ipſa magis in amorem Chriſti rapta, clam ſub noctis ſilentio domum egreſſa, in Monaſterio de Dunevvald Deo ſacratis Virginibus ſe aſſociauit, ibidemq́; ſanctiſſimè vſque ad terminum vitæ conuerſata fuit.*

F Sexto idus Martij. die 10

✠ *S. Viti* Confeſſoris, cuius caput & notabiles Reliquiæ in monaſterio eius nominis Gladbaci à B. Gerone Colonienſi Epiſcopo fundati, potior vero corporis pars quondam translata eſt ad Corbeiam Saxonicam, vt in ea gente cultus S. Viti abro-

abrogaret memoriam,Iouis quem, Suantevvitzum & Herouitum, id eſt, Sanctum lumen,& lumen exercitus appellabant ❋

G Quinto idus Martij die 11

❋ Coloniæ in Eccleſia S. Maximini *S. Gorgonij* Ducis & Martyris ex Societate Vrſulana. ❋

A Quarto idus Martij. die 12

❋ *S.Gregorij Papæ* & Doctoris Eccleſiæ,cuius capitis magna pars cuſtoditur Coloniæ in Eccleſia SS.Ioannis & Cordulæ.❋

Item Venerabilis Dionyſij Richelij Carthuſiani.

B Tertio idus Martij die 13

❋ S.Euphraſiæ *Virginis in Thebaide,conſeruantur vero etiam Coloniæ apud Capuccinissas capita* SS.Euphraſiæ *&* Seraphiæ, *ſed earum notitia eſt pœnes eum cui nihil incognitum* Vide Synt.63.pag.571. ❋

In cœnobio dicto Angelica porta natalis Venerabilis Beatricis *Sanctimonialis ordinis Præmonſtratenſis,quæ blandientis mundi ſpretis lenociniis ſoli ſponſo ſuo Chriſto placere ſtuduit, cui accenſa bonorum operum lampade, inter cæteras prudentes Virgines ad cœleſtes nuptias obuiam proceßit.*

C Pridie idus Martij.die 14

Mathildis *Religioſa regina vxoris Henrici Aucupis, matris Brunonis primi Archiepiſcopi Colonienſis,quæ anno Domini* 940 *plena operibus bonis migrauit ad Dominum.*

D Idibus Martij.die 15

❋ *S.Zachariæ* Pontificis, qui Germaniam Trans-rhenanam, Diœceſibus diſtinxiſſe ſcribitur,& inter alias Colonienſi eccl.ſiæ impenſe fauit cuius Principem Pipinum ſolemni Chriſtianoque ritu per Bonifacium Archiepiſcopum Regem conſecrari conſtituit.

Eodem die *S Longini* militis,qui latus Domini perhibetur lancea perfodiſſe,cuius Cuſpis in Monaſterio Brauuiler apud Vbios cuſtoditur; Monaſterium autem fratrum cognomento Longinianorum quaſi S. Longini cultui deditorum vti vulgus exiſtimat crediderim potius à platea,in qua ſitum eſt nomen accepiſſe.❋

E Decimo ſeptimo Kal. Aprilis die Martij. 16

❋ *S.Hereberti* Archiepiſcopi Colonienſis, cuius corpus Tuitij reconditur precioſo Sarcophago. *Vide lib.3.Syntag.14.pag.383.*

Eodem die paſſio *S.Cyriaci* cuius corpus Geſecæ in Ducatu Weſtphaliæ & Diœceſi Colonienſi conſeruatur.eius caput Sanctus Herebertus tranſtulit Coloniam in ſuam Baſilicam,dedicatam honori SS.Apoſtolorum. ❋

F Decimo ſexto Kal. Aprilis die Martij. 17

✱ *S. Gertrudis Virginis* Filiæ B. Pipini Agrippinenſium Ducis, quæ Coloniæ ſui nominis eccleſia & monaſterio honoratur; mandibula S. Gertrudis eſt Coloniæ in eccleſia Montis Mariæ Virginum Carmelitanarum. *Vide pag.* 590.

Eodem die apud S. Vrſulam commemoratio *S. Viuentiæ* quæ in parua tumba ex aduerſo Sacri armarij depoſita eſt in *S. Vrſulæ Eccleſia.* ✱

G Quinto decimo Kal. Aprilis die Martij. 18

✱ Apparitio *S. Gabrielis* Archangeli.

Paſſio Sanctorum *decem millium Martyrum* Nicomedienſium.

Natalis *S. Anſelmi* Epiſcopi Mantuani. ✱

Eodem die Venerabilis Eliſabethæ Virginis *cuius obitus & meritorum præmia reuelata ſunt B. Hermanno Steinfeldenſi inter Miſſarum Solemnia*, vti eſt in Hiſtoria vitæ B. Hermanni cap. 45. & ſequentibus.

A Quarto decimo Kal. Aprilis die Martij. 19

✱ *Deſponſatio glorioſæ ſemper Virginis Mariæ* Matris Dei cum B. Ioſepho. & *S. Ioſephi* nutritij Chriſti Solemnitas apud Carmelitas Diſcalceatos Coloniæ in eius Eccleſia celebrantur. Eodem die Anno Chriſti 1285. ad cœlites migrauit *B. Ambroſius Sancedonius* Senenſis Ordinis Prædicatorum Coloniæ quondam aliquot annos profeſſor & Eccleſiaſtes.

Item hoc die in terris viuere deſijt *B. Ida* comes de Spanheim Sanctimonialis Bingienſis ſub ſorore ſua ibidem priorissa Margaritha de Spanheim. ✱

B Tertio decimo Kal. Aprilis die Martij. 20

✱ *S. Ioachimi* Beatiſſimæ Virginis Mariæ Patris, cuius cranium conſeruatur Coloniæ in Eccleſia SS. Machabæorum.

Eodem die translatio *Beati Euerhardi* Comitis de Monte & Altena, monachi Ciſtercienſis quem ordinem in hac Prouincia propagauit, & caſtrum ſuum veteris Montis ad Dunam fluuium, ex oppoſito Coloniæ, in cœnobium conuertit, dum poſt multas obitas peregrinationes & humilem vitam quam in Morimundo egerat, agnitus & in hanc patriam directus eſt, & tandem relicta Sanctitatis opinione ad illam cœleſtem Patriam tranſiuit 22. menſis Iunij: hoc vero die translatus videtur ad ſepulchretum gentilitium Comitum Altenanorum. ✱

C Duo-

C Duodecim Kal. Aprilis die Martij. 21

✠ *S. Benedicti Abbatis* cuius plures Reliquiæ apud Colonienſes eiuſdem Ordinis Religioſos. ✠

Eodem Venerabilis Angelæ *Brixiana quæ in honorem* 11000. *Virginum inſtituit Ordinem Societatis Vrſulinæ ſecundum Regulam S. Auguſtini à Sede Apoſtolica approbatum, Obijt Sanctè anno* 1540. *Item* B. Richezæ *Reginæ quæ in Baſilica B. M. V. ad gradus apud Vbios in eleuato monumento conſpicitur* Vide lib. 3. Syntag. 7. pag 308. lit. D.

Eodem die Venerabilis Chriſtiani *primi Abbatis S. Panthaleonis de quo* Vide lib. 3. Syntagma 12. pag. 364. lit. C.

D Vndecimo Kal. Aprilis die Martii. 22

✠ *S. Conſtantij* Martyris ex Societate Thebæa. Eius corpus Coloniæ apud Auguſtinianos *conſeruatur.*

S. Catharinæ Suecicæ apud SionenſeMonaſterium celebris eſt memoria. Et in Monaſterio Eicke translatio Sanctarum Virginum *Herlindis & Relindis* germanarũ. ✠

E Decimo Kal. Aprilis. die Martii. 23

✠ *Octaua S. Hereberti* Archiepiſcopi Colonienſis & *S. Cyriaci* opera S. Hereberti in diœceſim hanc translati, &c.

F Nono Kal. Aprilis. die Martii. 24

Commemoratio Venerabilis Patris Florentij Dauentrienſis *presbyteri, qui in his prouinciis Clericos reformauit, & in communi viuentes inſtituit.*

G Octaua Kal. Aprilis die Martii. 25

✠ Myſterium *incarnationis* æterni filij Dei, quando verbum caro factum eſt angelo annunciante, dulciſſimam ſalutationem. ✠

Eodem die pia recordatio ciuis Colonienſis, *qui ſemper orabat ſalutationem Angelicam, & à morte in ſplendido apparuit veſtitu, vndiq; inſcripto his verbis AVE MARIA* vti eſt apud Cæſarium lib. 12. cap. 50.

✠ Hoc ipſo die *Crucifixio* IESV Chriſti & paſſio *S. Iacobi* fratris Domini, *Victoria Michaelis* Archangeli contra draconem, *tranſitus filiorum Iſrael* per mare rubrum. ✠

A Octauo Kal. Aprilis die Martij. 26

✠ Billerbecæ diœceſis Monaſterienſis vico beatus Tranſitus *S. Ludgeri* primi Epiſcopi Monaſterienſis quem *Hildeboldus* Archiepiſcopus Coloniæ ordinauit. *Corpus*

eius Monaſterium primum, inde ad Rura VVerdan tranſuectum eſt, in Monaſterium à ſe conditum.

Ibidem quieſcit *S. Hildegrimus* Epiſcopus Halberſtadienſis frater S. Ludgeri. ✻ *Coloniæ 1628. depoſitio Venerab. P. F. Nicolai Vigerij. Vide hoc lib. Synt. 47.*

B Sexto Kal. Aprilis. die Martij. 27

✻ *S. Ruperti Epiſcopi* Salisburgenſis, cuius plures Reliquiæ apud Vbios, præſertim coſta in Eccleſia S. Columbæ eſt in honore. ✻

Eodem die Anno Chriſti 1192. migrauit ad Dominum Venerabilis Enfridus *S. Andreæ Coloniæ Decanus ſimplicitate ſpiritus, miſericordiæ operibus, & miraculis illuſtris. Item in Monaſterio S. Maximini pia memoria Venerabilis* Waldaneri incluſi Sacerdotis *eiuſdem Monaſterij initiatoris ſeueriſſima pœnitentia clari.*

C Quinto Kal. Aprilis. die Martij. 28

✻ Coloniæ in Eccleſia S. Cæciliæ *S. Euergiſli* Colonienſis Antiſtitis, quem Bruno magnus Antiſtes noſter ex vrbe Tungrenſi ad Vbios reportauit *Vide lib. 3. Synt* xi. *p* 359. *Vide* 8. *Martij.* ✻

Eodem die ad Chriſtum Ann. 1163. migrauit Ekbertus *Abbas Schonaugienſis diœceſis VVormatienſis ex Canonico Bonnenſi, qui ab Archiepiſcopo Colonienſi accitus contra Catharos renouantes Spurcam Adamitarum hæreſim, doctis libris impios refutauit, & tres eorum principes reduxit ad gremium eccleſiæ. ipſe plenus meritis receptus eſt in gremio gaudiorū cæleſtium.*

Item Anno Chriſti 1137. hoc die quieuit in domino Venerabilis Henricus *primus Abbas veteris campi. à Friderico I. Archiepiſcopo ex Morimundo Ciſtercienſis Ordinis Monaſterio cum 12. Fratribus accitus.*

D Quarto Kal. Aprilis. die Martij. 29

B. Stephani IX. Pontificis Maximi *Filij Gothelonis Ducis Lotharingiæ & quondam Archidiaconi Leodienſis, quem Fridericum quondam appellatum, Leo nonus ſecum Romam duxit.*

E Tertio Kal. Aprilis. die Martij. 30

✻ Noueſij Natalis *S. Quirini* Martyris cuius tamen præcipua feſtiuitas colitur in die translationis 30. Aprilis.

S. Veroni filij Lodouici Regis Auſtraſiæ, Item S. Pattonis ſecundi Epiſcopi Verdenſis. ✻

F Pridie Kal. Aprilis. die Martij. 31

✻ *S. Balbinæ Virginis*, cuius magna pars capitis Coloniæ apud Patres Conuentuales Ordinis S. Franciſci, & potiores Reliquiæ in Baſilica S. Panthaleonis. ✻

Eodem

Eodem die Heiſterbaci Venerabilis Luduici *Monachi qui ex illuſtri familia* de Are *humilis, ſimplex, & Sanctus Religioſus Obijt Anno Chriſti* 1220.

Item Venerabilis Agnetis *filia ſpiritualis S. Norberti.*

APRILIS.

G Kal. April. die 1

✻ *Sancti Hugonis* Gratianopolitani Socij quondam B. Brunonis Carthuſiani. ✻

Item Venerabilis Theodorici de Lurecke *ex Bonnenſi Canonico Monachi Heiſterbacenſis, qui cæleſtem in terris vitam agens, poſt diuturnos in agone monaſtico exantlatos labores, æternæ fælicitatis coronam promeruit.*

A Quarto nonas Aprilis. die 2

✻ *B. Genouefæ* Palatinæ in Ripuaria quæ in Fravvekirchen requieſcit, *fuit Vxor Siffridi cuiuſdam Comitis Palatini, poſſeditque Andernaci & in alijs locis territorij Colonienſis ampliſſima bona* ✻

B Tertio nonas Aprilis. die 3

✻ Commemoratio *B. Mariæ Ægyptiacæ* in Eccleſia Metropolitana Colonienſi. ✻

Eodem die tranſitus B Hermanni *Colonienſis cognomento Ioſeph de quo die ſequenti.*

C Pridie nonas Aprilis. die 4

✻ *S. Ambroſij* Epiſcopi Mediolanenſis qui ad Maximum Tyrannum Valentiniani Cæſaris Legatus pacem Prouinciarum fecit.

Item Coloniæ in Eccleſia SS. Ioannis & Cordulæ requieſcit *S. Ambroſius* Martyr, ex Societate Vrſulana.

Eodem die Feſtiuitas *B. Hermanni* Colonienſis, Canonici Præmonſtratenſis in Steinfeldt, eiuſdem Diœceſios Monaſterio: ob ſimplicitatem & ſingularem erga Beatam Virginem MARIAM deuotionis affectum cognomento Ioſephi, qui diuinitus illuminatus multa corpora Sanctarum Virginum reuelauit, & S. Engelberto Martyrium prædixit, eundemq; vndecim poſt annis ſecutus nempe 1236. 4. Aprilis feria quinta poſt paſcha ſepultus eſt. Habet Coloniæ in aula Steinfeldenſi Sacellum, & notabiles eiuſdem Reliquiæ cuſtodiuntur in parochiali S. Chriſtophori. ✻

D Nonis Aprilis die 5

✻ Hoc die cõmemorat Eccleſia Leodienſis *Feſtum inſtituti Venerabilis Sacramenti* Euchariſtię, cuius ibi inſtitutrix fuit B. Iuliana virgo monialis mõtis S. Cornelij iuxta muros Leodienſis, porro huius Sanctiſſimi Sacramenti plurimæ ſunt miraculoſę

feſtiuitates in Vbijs, præſertim in Eccleſia dicta corporis Chriſti, apud Patres Auguſtinianos, & in Eccleſia caſtri de Volmudſtein in territorio Marcano ad Ruræ & Volmæ amnium confluentem, &c. ※

E Octauo idus Aprilis die 6

※ *S. Sixti* I. Papæ.

Eodem *B. VVilhelmi* Dani Abbatis Roſchildenſis. ※

F Septimo idus Aprilis die 7

Memoria Sigebodonis *piiſſimi comitis* de Arc *qui in Arduenna noſtratis ſylua, Monaſterium Steinfeldt inſtituit tempore VVichfridi Archiepiſcopi Colonienſis, & ſub annum* 927. *quædam SS. Corpora impetrata à Ruotgero Treuerenſium Præſule, in illud intulit. Monaſterium vero Steinfeldenſe poſtea tranſlatum eſt à Monialibus, ad Ordinem Pramonſtratenſium,* ex quibus ibidem floruit B. Hermannus Ioſeph cuius memini 4. Aprilis, licet plerique eius natalem hodie recenſeant.

G Sexto idus Aprilis. die 8

※ *B. Alberti* Epiſcopi & confeſſoris Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo. ※

A Quinto idus Aprilis. die 9

※ *B VValdetrudis* vxoris B. Vincentij Comitis, matris vero S. Dentlini Reſæ quieſcentis.

Item *B. Hugonis* Epiſcopi Rothomagenſis Filij Carolomanni Regis. ※

Eodem Venerabilis Wolberonis *Abbatis S. Panthaleonis viri in diuinis ſcriptis ſtudioſiſſimi cuius mentio* lib. 3. Syntag. XII. pag. 366. lit. B.

B Quarto idus Aprilis die 10

※ *S. Macharij* Patriarchæ Antiocheni, qui Coloniam Sanctorum cultu nobilem veniens, cauſa venerandarum Reliquiarum, ibidem à grauiſſimis morbis hoſpitem ſuum miraculoſe liberauit.

Item *B. Notgeri* ex Comitibus de Ottingen Epiſcopi Leodienſis ordinati à S. Gerone Colonienſi Epiſcopo.

Eodem die *eleuatio S. Gertrudis* Virginis. Et natalis *S. Paterni monachi* Scoti anno 1058. florentis Paterbornæ. ※

C Tertio idus Aprilis. die 11

※ Beatæ memoriæ *Reineri* ſolitarij, qui apud Eccleſiam Oſnabruggenſem vita & miraculis admodum effulſit. ※

Item

Item venerabilis Hermanni Primi *Colonienſis Archiepiſcopi qui propter excellentem virtutem Pius cognominatur. Obijt* 925.

D Pridie idus Aprilis die 12

✠ *S. Iulij Papæ* cuius auſpicijs occidentalis Eccleſia ſumma pace fruita eſt, & Coloniæ ſynodus celebrata contra Euphratam, in qua S. Seuerinus Anno à morte Conſtantini Magni 16. quarto nonas Maij ordinatus eſt Vbiorum Antiſtes, quam Ordinationem vna cum actis ſynodi idem Iulius Papa comprobauit.

B. Heliæ Abbatis S. Panthaleonis, prophetico ſpiritu & vitæ ſanctitate clari *de quo vide lib* 3. *Syntag.* 13. *pag.* 376. ✠

Eodem die migrauit ex hac valle miſeriarum Henricus comes Palatinus *Erenfridi Palatini ex Fratre Hezelone Nepos. fundator Lacenſis monaſterij, in quo requieſcit in magnificè elato ſepulchro.*

Memoria victæ Conſtantinopolis per Latinos Anno 1204. *ex cuius ſpolijs Colonienſium Vrbs & Diœceſis aucta eſt theſauro Reliquiarum.*

E Idibus Aprilis die 13

Noueſij venerabilis Nicolai *monachi Franciſcani qui circa annum* 1275. *multis miraculis claruit.*

Tuitij B. Fulberti *qui ibidem, & ad S. Panthaleonem Abbas extitit. Mindæ* B. Haduardi *Epiſcopi.*

Eodem die B. Idæ *Viduæ Matris Gotofridi & Balduini Regum Hieroſolymitanorum.*

F Decimo octauo Kal. Maij die Aprilis. 14

✠ Sanctorum *Tiburtij & Valeriani* Martyrum quos Sancta Cæcilia ad Chriſtum conuertit ✠

In Marenſi cœnobio Diœceſios Colonienſis B. Hadevvigis *Virginis Ordinis Præmonſtratenſis. quæ B. Hildegundis Comitiſſæ Fundatricis Marenſis Filia, poſt Matrem eidem cœnobio cum opinione Sanctitatis Magiſtra prima præfuit.*

In Carthuſia Colonienſi Venerabilis Patris Ioannis Lanſpergij *qui vita ſpirituali probè exacta Anno* 1539. *obdormiuit in Domino.*

Eodem die Venerabilis Liduuinæ Sceidamenſis Batauæ Virginis.

G Decimo ſeptimo Kal. Maij. die Aprilis. 15

✠ *S. VValtmanni* diſcipuli S. Norberti.

Translatio *S. Modouualdi* Archiepiſcopi Treuerenſis Fratris Pipini Landenſis Ducis Agrippinenſium. ✠

In monte S. VValburgis inter villas, Venerabilis Chriſtinæ *quæ fuit angelica conuerſationis Virgo ſub Ciſtercienſi inſtituto.*

A Sexto decimo Kal. Maij. die Aprilis. 16

❋ Coloniæ Agrippinæ translatio *S. Albini* Martyris. Veteribus ſiue Sanctis in Cliuia *B. Martyris Anonymi,* reperti temporibus Philippi primi Archiepiſcopi Colonienſis, quem Eccleſiæ iſtius tabulæ teſtantur *inuentum in purpura & calceis amputata ſummitate capitis. Nos qui floccellos ſanguinis coherentes pilis in monumento eius vidimus, ſcripſimus hæc, vt vos credatis & per annorum reuolutionem hoc die, & aſſiduè eum in Veneratione habeatis. Nec conturbet quod nomen eius non habetur, cum legenda Thebæorum vix duodecim martyrum nomina contineat.*]

Eodem die *B. Bennonis* magni amici & familiaris S. Annonis Archiepiſcopi Colonienſis. ❋

B. Quinto decimo Kal. Maij. die Aprilis. 17

❋ *S. Landrici* Epiſcopi Meldenſis fratris S. Dentlini Reſſenſis, Filij verò Sanctorum Vincentij & Waldetrudis comitum. ❋

C Quarto decimo Kal. Maij. die Aprilis. 18

❋ Circa hoc tempus videlicet Dominica poſt paſcha, celebratur apud Belianenſes feſtum *S. Honoriæ vel Honoratæ* Virginis & Martyris paſſæ cum S. Vrſula apud Coloniam, & inde circa Ann: 1300. ad Belianenſes allatæ, cuius cum nomen ignoraretur Oratione ad Deum fuſa, ſuper altare è cœlo in ſcedula ſubmiſſum repertum eſt.

Feria quarta poſt Dominicam Quaſi modo: Montibus in Collegiata S. Waldetrudis, anniuerſario feſto colitur memoria S. NOSTRÆ Sodalis Vrſulanæ cuius corpus Colonia eo fuit translatum. ❋

D Tertio decimo Kal. Maij. die Aprilis. 19

❋ *S. Leonis* IX. Papæ qui antea Bruno dictus, prædia hæreditaria apud Coloniam poſſedit, & euectus ad ſummi Pontificatus apicem, Colonienſem Diœceſim conſanguineumque ſuum Hermannum Archiepiſcopum inuiſit, Coloniæ menſe Martio, deinde ferè integro Iulio hærens, Anno 1049. Sacra loca coluit, & conſecrauit, eccleſiamque Colonienſem magnis prærogatiuis auxit, & anno Chriſti 1054. ætatis ſuæ 52. beatiſſimo fine quieuit. Vicecliæ, ſiue ſuperiore Weſalia ad Rhenum *S. VVerneri* pueri à Iudæis interempti. ❋

E Duo-

E Duodecimo Kal. Maij. die Aprilis. 20

Beatæ Hildegundis Noueſienſis *Virginis quæ ſe virum ſimulans, ſub nomine Ioſeph habitum Monachi in Schonaugia aſſumpſit, & incognita vſque ad mortem perſeuerans, ſicut in vita egregijs virtutibus, ita poſt obitum multis miraculis claruit.*

Floruit etiam in Vbijs Hildegundis de Liblar *amita Henrici Abbatis Heiſterbacenſis, cui cœlitus Angelorum manibus porrectum eſt Eucharistiæ viaticum.*

F Vndecimo Kal. Maij. die Aprilis. 21

✱ *S. Anſelmi* Epiſcopi feſtiuitas apud Carmelitiſſas Coloniæ in der Buttgaſſen, vbi illius ſacer vertex honorificæ hermæ incluſus aſſeruatur. ✱

Eodem die Wolbodonis *Epiſcopi Leodienſis, qui aſſidua oratione genibus callum obduxerat, hic S. Heribertum reconciliauit S. Henrico II. Cæſari. cum quo dum anno* 1020. *Coloniæ paſcha celebraſſet, Leodium rediens, aduocata honeſtorum Sacerdotum multitudine, & corrogatis eorum orationibus, è lecto in vilem ſtragulam deponi volens ſancto fine quieuit.*

G Decimo Kal. Maij. die Aprilis. 22

✱ In Ruræ transrhenanæ inſula, ſeu in Monaſterio Werthinia Ordinis S. Benedicti *B. Altfridi* Monaſterienſis Epiſcopi & affinis S. Ludgeri. Item *S. VVolphelmi* Abbatis Bravvilerenſis iuxta Coloniam & eiuſdem Metropolitanæ olim Canonici, de quo lib. 3. Syntag 15. ✱

Item B. Oſuuendæ *ſororis eiuſdem &* B. Frumoldi *comitis de Nyt vtriuſque Patris.*

A Nono Kal. Maij. die Aprilis. 23

✱ Eſſendiæ in diœceſi Colonienſi *S. Puſinnæ* Virginis ſororis S. Luctrudis quarum Reliquiæ aureis hierothecis incluſæ.

Ipſo die *S. Gerardi Epiſcopi* Tullenſis ex Nobili Vbiorum proſapia, qui circa Annum 963. floruit, & à Leone IX. Papa Sanctorum numero accenſus eſt.

Natalis *S. Georgij* cuius brachium & gladius in ipſius Baſilica Coloniæ, item brachij pars apud Patres Carthuſianos, & maxilla in Eccleſia S. Columbæ, atque in alijs baſilicis apud Vbios aliæ notabiles Reliquiæ ſeruantur. ✱

In eiuſdem Feſtiuitate apud Vbios in ſeditione quidam Clericus eſt Martyrio *affectus retro altare capellæ aulicæ, quæ videtur eſſe S. Thomæ Apoſtolo conſecrata*

In Vetere Monte Venerabilis Brunonis III. *qui ex Comite Archiepiſcopus Colonienſis, & abdicato Epiſcopatu humilis cœnobita Ordinis Ciſtercienſis factus eſt.*

Item apud Coloniam Venerabilis Eliſabethæ monialis *Ordinis Ciſtercienſis, quæ Chriſto fideliter militans, cum magna opinione ſanctitatis migrauit à ſæculo.*

Dominica poſt S. Georgij dedicatio apud PP. Carthuſianos, Auguſtinianos & Carmelitas, atque hi eodem die celebrant fraternitatem vietorum.

B Octauo Kal. Maij. die Aprilis. 24

✱ *Depoſitio S. Ludgeri Epiſcopi* primi Monaſterienſis, qui poſt XXX. dies à ſuo beato tranſitu in Monaſterio Werthiniæ ad Ruram diœceſis Colonienſis ſua & Imperatoris Caroli M. voluntate eſt reconditus.

Item *S. Bouæ* Filiæ Sigisberti, neptis Dagoberti Auſtraſiæ Regum. ✱

C Septimo Kal. Maij. die Aprilis. 25

✱ *S. Marci Euangeliſtæ* eo die Clerus litaniam maiorem celebrans vadit ad vetus Vbiorum Capitolium, quod in Collegium B.M.V. *Sacrum conuerſum eſt.*

Eodem die *S. Floriberti* Epiſcopi S. Huberti, ex Floribana quondam coniuge, filij, & in cathedra Leodienſi ſucceſſoris. ✱

D Sexto Kal. Maij. die Aprilis. 29

✱ *S. Marcellini* Papæ & Martyris, qui SS. Martyrum Thebæorum noſtrorum legionem inſtructione catechetica in fide, & charactere Sacramenti Confirmationis impreſſo eam ad futurum pro Chriſto agonem reddidit conſtantiorem. ✱

E Quinto Kal. Maij. die Aprilis. 27

Venerabilis Conradi Epiſcopi *Vltraiectini, quem ex inuidia propter ædificatam paludoſo fundo baſilicam, Architectus Friſo, poſt miſſæ Sacrificium orantem educto de manica cultro trucidauit Anno* 1099.

F Quarto Kal. Maij. die Aprilis. 28

✱ *S. Vitalis Martyris*, qui fuit pater SS. Geruaſij & Prothaſij, eius corpus in Capitolio Colonienſi, & caput ibidem apud Carmelitiſſas conuentuales, precioſis hierothecis incluſa ſunt. *Vide lib. 3. Syntag 9. & 76.*

Eodem *die S. Liborij Epiſcopi* Padebornam in Weſtphaliam tranſlati.

Et *S. Probæ Virginum* tranſlatæ Heruordia ex Weſtphalia in Gallias apud Laudunum clauatum.

Eodem Tuitij in S. Heriberti Monaſterio tranſlatio Reliquiarum *S. Cyriaci* Romani Papæ. ✱

G Tertio Kal. Maij. die Aprilis. 29

✻ *B. Hugonis Cluniacenſis* qui Coloniæ Henricum tertium Cæſarem Baptiſmatis vnda abluit, & cum Imperatore paſcha ibidem celebrans, vehementer Vbios ſenilibus moribus iuuenis ædificauit.

Eodem die *S. Catharinæ Senenſis* Ordinis Prædicatorum, in quorum Eccleſia notabiles de eadem Reliquiæ.

Item Coloniæ *translatio S. Annonis* Archiepiſcopi Colonienſis & confeſſoris, quo die recolitur & illa quæ poſt obitum eius facta eſt ex vrbe Colonienſi ad montem Sigebergenſem, & altera quæ anno Chriſtianæ æræ milleſimo centeſimo octuageſimo tertio facta eſt, per Apoſtolicos viros Ioannem preſbyterum Cardinalem & Petrum Lunenſis Eccleſiæ Epiſcopum, quando eiuſdem Sancti corpus reuerenter in ſplendidiorem capſam eſt repoſitum, & caſula in qua centum octo annis terra obrutus iacuerat, cum alijs Reliquijs translata Coloniam in Eccleſiam S. Georgij, miracula operata eſt. *Vide lib. 3. Syntag. 8. pag. 521. lit. B.* ✻

Hodie in Eccleſia S. Vrſulæ colligitur cœtus ſupplicantium & peregrinantium in oppidum Noueſienſe ad Reliquias S. Quirini.

A Pridie Kal. Maij. die Aprilis. 30

✻ Noueſij in territorio & Diœceſi Colonienſi *Sancti Quirini tribuni & Martyris* cuius corpus Nobilis & Religioſa Domina Gepa Abbatiſſa, quæ Leonis IX. Soror putatur, à ſummo Pontifice impetratum Roma huc detulit.

Eiuſdem S. Quirini notabiles Reliquiæ ad Diui Panthaleonis, & Diui Albani in Vbiorum vrbe clarent miraculis, &c.

Eodem die *B. Hildegardis* Reginæ Carolo magno Francorum Regi necdum Imperatori diſpenſatæ. ✻

Hodie etiam commemorat Necrologium Eſſendienſe obitum Venerabilis Alberti Eremitæ.

MAIVS.

B Kal. Maij. die 1

✻ Natalis Beatorum *Philippi & Iacobi* quorum notabiles Reliquiæ in Vbijs reperiuntur.

Eodem *S. VValburgis* Filiæ S. Richardi Regis Anglo Saxonum S. Willibaldi & Winibaldi Sororis, cuius Venerabile caput *primum in Colonienſes villas translatum eccleſiæ & monti cum pago nomen dedit, deinde propter bellorum motus ex eodem monte* intra ciuitatem ad Baſilicam Patrum Societatis IESV translatum, pretioſæ hermæ incluſum

hoc die in S. Crucis ara honoratur. Item Coloniæ in Maioris Nazarethi Monaſterio *S. VValburgis V. & M.* ex Societate Vrſulana eius, caput honorificè cuſtoditur. *Vide pag.* 560.

Hodie etiam *S. Sigiſmundi* Regis Burgundionum,

Item *SSS. Vultani, Furſei, & Foillani.*

Hoc etiam die *SS. Euermari & Sociorum* Martyrum, qui cum ſancta loca huius Prouinciæ obirent, ex Friſia profecti interempti ſunt prope Traiectum Moſæ. ✠

C Sexto Nonas Maij. die 2

✠ Bonnæ in territorio Colonienſi translatio *Sanctorum Caſſij, Florentij & Malluſij* Martyrum Thebæorum ex quibus S. Malluſium vel Malloſum vti habent exemplaria Gregorij Turonenſis, Monſtrante quodam Metenſis eccleſiæ Diacono diuinitus per viſum edocto. B. Euergislus vel Euergiſilus eleuauit & in Baſilicam eius memoriæ exſtructam tranſtulit, teſte Gregorio Turonenſi *lib.* 1. *de glor. mart. c.* 63. apud quem mendosè pro Bonnenſi vel Veronenſi (ſic enim etiam antiqui appellarunt Bonnam) legitur Bertunenſe oppidum, ſed ex toto contextu ibidem prodit ſe error ſcripturæ. Eoſdem deinde Martyres Anno 1166. Reinaldus Archiepiſcopus & Gerardus Bonnenſis Præpoſitus, cum Venerabilis Cleri deuotione & multitudine populi eleuarunt, inuento ſicco quidem, ſed euidenti ſanguine ipſorum, quem ante annos pluſquam octingentos ſeptuaginta pro Chriſto profuderāt.

Eodem die eleuatio *S. Eliſabetæ viduæ.* ✠

D Quinto Nonas Maij. die 3

✠ Feſtum Inuentionis Sanctæ Crucis, Ligni videlicet ſalutaris & ſigni. Illa Hieroſolymis ſub Macario, hæc in Colonienſi agro ſub Materno Epiſcopo contigit, quando Conſtantinus Magnus ex Colonia Agrippinenſi aduerſus Maxentium Tyrannum exercitum in Italiam ducens primo itineris die, ſole poſt meridiem declinante, vidit ad confluentem Aræ & Rheni Signum Crucis ſole ſplendidius, vbi oppidum Synzich, *ſiue ſancti ſigni* cum eccleſia in formam Crucis & clauorum exſtructum eſt quod ſignum ad Victoriam ſacram pertinere intelligens ex cæleſti Epigraphe (IN HOC SIGNO VINCES) Romanæ militiæ ſigna gentilia in Chriſtiana labara crucesque mutauit cui hiſtoriæ ipſe quoque Euſebius Papa, qui vixit ſub tempus Victoriæ Conſtantini contra Maxentium, & diu Obijt ante inuentum S. Crucis lignum, teſtimonium perhibet in Epiſtola data Conſtantino clariſſimo conſule dicens *Crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ nuper Nobis gubernacula Sanctæ Romanæ Eccleſiæ tenentibus, quinto Nonas Maij inuenta eſt, in prædicto Calendarum die inuentionis, feſtum vobis ſolemniter celebrare mandamus.*

Eodem die S. Anſtridi ex Sicambrorum Principe Epiſcopi vltraiectiui. ✠

Dominica proxima feſto inuentionis S. Crucis dedicatio & proceſſio apud S. Martinum minorem.

E Quar-

E Quarto Nonas Maij. die 4

Coloniæ Agrippinæ in S. Cæciliæ Eccleſia Natalis *B. Paulini Diaconi* & Martyris cuius caput, ferreo malleo contritum eſt, & cerebrum cum ſanguine effuſum. *Vide lib. 3 Syntag. x1. pag. 359.*

In monte Bislich cœnobio prope Confluentiam *S. Floriani* qui cum vxore *Engelinda* & *Elone Epiſcopo & magno comitatu* Coloniam ad viſitanda vndecim millia Virginum proficiſcens, in itinere cum ſuis circa ann. 500. ab Hunnis occiſus eſt.

Eodem die *S. Hierſuindæ* primæ Abbatiſſæ Thorenſis filiæ Ansfridi principis, & demum Epiſcopi, de quo die præcedenti dictum.

Item *S. Quiriaci* ex Iudæo conuerſo Epiſcopi, qui lignum crucis Monſtraſſe traditur, & à Patribus crucigeris patronus habetur.

Eodem *S. Guidonis* Abbatis.

Et apud Patres Auguſtinianos *S. Monicæ viduæ* Feſtiuitas.

F Tertio nonas Maij. die 5

S. Gothardi Hildeshemienſis Epiſcopi & Confeſſoris cuius Reliquias Fridericus primus Archiepiſcopus Colonienſis tranſtulit in Vorſt inferioris ſuę diœceſis pagum, vbi eccleſia S. Bartholomæi exinde appellata eſt S. Gothardi. Coloniæ apud Patres Franciſcanos Strictioris obſeruātię regularis cōſeruatur S. Gothardi caput.

Eodem die *B Catharinæ Colonienſis* genere Iudæa quæ à B. Virgine MARIA diuinitus ad fidem Chriſti vocata, & in Brabantia in Parco Dominarum inter Ciſtercienſis Virgines Chriſto animarum ſponſo dicata, admirandis virtutibus & miraculis effulſit, & Deiparæ cœleſti præſentia & alloquio ſæpius recreata, poſt multa pietatis opera, in pace quieuit.

G Pride nonas Maij. die 6

S. Ioannis Euangeliſtæ ante portam latinam, quæ Eccleſia cum titulo Cardinalitio perpetuo, & munere cancellarij S. R. Eccleſiæ conceſſa eſt in perpetuum Archiepiſcopali ſedi Colonienſi à B. Leone Nono & alijs Pontificibus.

B Egberti Epiſcopi Eboracenſis qui in opus Euangelij miſit ex Anglia ſanctos & induſtrios viros, Suuibertum, Willibrordum, Euualdos, & alios Prouinciarum noſtratium Apoſtolos.

A Nonis Maij. die 7

Septem gaudiorum B M. V. cuius titulo exſtat Coloniæ ſacellum iuxta eccleſiam corporis Chriſti, & aliquot Sodalitia, &c.

Hoc

Hoc die *ſignum Crucis* Hieroſolymis apparuit.

Eodem *Domitiani* Tungrorum Epiſcopi. ❋

B Octauo idus Maij. die 8

❋ *S VVironis Epiſcopi* qui à Pipino Landenſi Agrippinenſium duce cum Plechelmo & Otgero honorificè exceptus, has prouincias pietate illuſtrauit circa annum Domini. 750.

Eodem Beatæ *Itta* ſiue *Iduberga* viduæ, Matris Sanctarum Gertrudis & Beggæ.

Tornaci apud Patres Cruciferos exceptio *S. Languida* Virginis è S. Vrſulæ Sodalitio. ❋

C Septimo idus Maij. die 9

❋ Translationes variæ Sanctorum *Andreæ Apoſtoli*, *Lucæ* Euangeliſtæ, *Timothei* diſcipuli S. Pauli, *Hieronymi* preſbyteri & Doctoris Eccleſiæ, *Simitrij* Martyris, quorum notabiles Reliquiæ in Vbijs: Simetrius etiam Landeriacum in Arduennenſem ſyluam translatus, à pluribus aſtruitur iuuenis quondam Patricius à S. Materno ad vitam miraculosè reuocatus. ❋

D, Sexto idus Maij. die 10

❋ Translatio *SS. Coſmæ & Damiani* quorum potiores Reliquiæ Eſſendiæ in Diœceſi Colonienſi, & in eorundem Sanctorum Baſilica Coloniæ, quę nunc S. Panthaleonis dicitur.

Eodem die *S. Chriſtinæ* Virginis. ❋

E Quinto idus Maij. die 11

❋ *S. Gangulphi* Martyris qui Pipino Duci noſtro militauit, cum Philippus Heinſpergenſis ſingulariter coluit, & inter alios honores Baſilicas ei dedicauit in Oppidis Bonnenſi, Heinſbergenſi, & Radenſi ante ſyluam appellato.

Eodem die *S. Maioli Abbatis* Cluniacenſis qui Ottoni & Adelheidi Auguſtis noſtris valdè familiaris fuit. ❋

F Quarto idus Maij die 12

❋ Sanctorum *Nerei* & *Achilles*. Item S. Pancratij cuius Reliquiæ cum SS. Chryſanti & Dariæ in Gallias translatæ ſunt, teſte Gregorio Turonen. *de gloria Martyrum lib. 1. cap. 83.* & cum alibi in diœceſi Colonienſi, tum imprimis Duſſeldorpij in magno honore ſunt. Coloniæ Agrippinæ *ordinatio S. Seuerini* Epiſcopi per Maximinum

num Treuerenſem & Seruatium Tungrorum, aliosque Epiſcopos, quando temporibus Iulij Papæ Euphrata depoſitus eſt in Concilio Agrippinenſi.

Item *S. Modoaldi* Treuerenſis Epiſcopi Auunculi SS. Gertrudis & Beggæ, affinis Pipini Ducis, ex S. Arnulphi ſanguine nati.

Eodem *B. Rictrudis viduæ.*

In vetere monte Venerabilis Ioannis de Herichem *conuerſi monachi qui B. Engelberti Martyrium prædixit.*

G — Tertio Idus Maij. die — 13

Gerpiniæ in agro Leodienſi *S. Rolendis* Virginis, quæ nobili genere, fama rara, ſed adeo pudica vt ab omni Societate viri vehementer ob cœleſtis ſponſi, cui ſe deuouerat amorem, abhorreret, cum in coniugem expeteretur à Regis Scotiæ filio, fuga conſilium capit, & Coloniam (ad S. Vrſulæ viſendum ſepulchrum) tendens Gerpiniæ Chriſto vocante, quem ſolum quærebat ſummam mortalis vitæ breui epitome peregit, ad immortalem euolans beatitudinem, ad cuius tumulum multi ſanantur.

Eodem die Coloniæ *S. Seruatij* in eiuſdem Sacello Sacer dies, & Dedicatio Eccleſiæ S. Margaritæ in eadem vrbe. Sibergæ *SS. Innocentij & Vitalis* ex Societate S. Mauritij.

Eodem B. Bernarij *Epiſcopi quondam B. Mathildis Amitæ Ottonis tertij Sacellani & familiaris viri ſingularis pœnitentiæ.* Teſte Detmaro Mersburgenſi lib. 7.

Dominica poſt Seruatij dedicatio S. Noitburgis.

A — Pridie idus Maij. die — 14

Sanctorum *Victoris & Coronæ* eodem *B. Haluardi Martyris.*

Hoc die Obijt pius Antiſtes Colonienſis Arnoldus *eius nominis ſecundus gente Comes VVedanus, ſepultus Trans-rhenanum in Parthenone Reindorph, quam fundauit.*

B — Idibus Maij. die — 15

Zonſbeccæ in territorio Cliuenſi & diœceſi Colonienſi *S. Gerberni Martyris,* qui cum S. Dimpna ſub ann. 600. floruit, & à vulgo Bernardus Eremita appellatur, eius etiam Reliquiæ in Metropolitana Colonienſi, iuxta ſepulchrum S. Irmgardis ſunt in ſingulari veneratione. Leo X. Anno 1523. conceſſit ſpeciales indulgentias illis qui S. Gerbernum Zonſbeccæ venerarentur.

In antiquo Bingio (hodiernum enim Bingium poſtquam Anno 883. Normanni vetus diruiſſent, exſtructum eſt in altera parte Nahæ fluuij, inter huius & Rheni confluentem) loco quem poſtea anno videlicet 1163. Hermannus Hildeſienſis Epiſcopus & Bernardus frater eius emerunt, & S. Hildegardi reliquisque poſt eam

Abbatiſſis tranſtulerunt, requieſcit *S. Rupertus* Dux Lotharingiæ & Comes Palatinus, ex cuius Reliquijs Coloniam Anno 1632. tranſlatis, articulus ex manu in Sacello S. Margaritæ beneficia recuperatæ ſanitatis febricitantibus impendit. ✵

C Decimo ſeptimo Kal. Iunij. die Maij. 16

✵ *B. Aquilini* (qui diuinitus præmonitus & adiutus S. Vrſulam ſepeliuit) commemorationem aliqui hodie faciunt propter Aquilinum & Socios Mart. Prouinciæ Iſauricæ, ſeu potius propter illius natalem, hos hodie commemorant *Vide 26. Ianu.*

Eodem commemorant alij *S. Marſum* Socium S. Peregrini, cuius Reliquiæ apud Eſſendienſes conſeruantur.

Hoc etiam die feſtum *B. Simonis Stock* Carmelitæ. ✵

D Sexto decimo Kal. Iunij. die Maij. 17

✵ Coloniæ Agrippinæ *Anno Chriſti 1621. hoc die* in reſtauratione Eccleſiæ S. Panthaleonis inuentus eſt in muro retro maiorem aram ſarcophagus, cum corpore cuius ſanctitatis titulus & indicia in appoſitis ſcripturis legi poterant, ſed nomen & vitæ merita putrefactis pleriſque caracteribus non poterant plene explicari, glorioſius igitur legetur in æternæ vitæ libro. *Vide lib. 3. ſyntag. 12. ſupra pag. 369. lit. D.*

Hodie etiam *trium Sanctarum Virginum* Colonienſium ex Societate Vrſulana translatio Elnonæ. ✵

Eodem die Venerabilis Euſtachij *Abbatis Hemmenrodenſis Ordinis Ciſtercienſis monachi & Viſitatoris Heiſterbacenſis.*

E Quinto decimo Kal. Iunij. die Maij. 18

✵ Feſtum *S. Fœlicis* Confeſſoris apud Patres Capuccinos.

Item *S. Fœlicis Spolitani* quem alij melius dicunt Spolatenſem Epiſcopum fuiſſe.

Eodem *S. Erici Regis Sueonum* qui ob fidem martyrio coronatus eſt A. Chriſti 1131. ✵

F Quarto decimo Kal. Iunij. die Maij. 19

✵ *S. Prudentianæ* Virginis cuius caput Coloniæ in templo Patrũ Carthuſianorũ. ✵

In monte S. Apollinaris prope Regiomagum in ſiniſtra ripa Rheni B. Cunonis *Epiſcopi Ratisbonenſis & Abbatis Sigebergenſis, qui A. M CXX. hoc die Obijt vita Sanctimonia præclarus.*

G Tertio decimo Kal. Iunij. die Maij. 20

✵ *S. Maximini* Epiſcopi Treuerenſis, qui in Agrippinenſi ſynodo Euphratam condemnauit, & S. Seuerinum ordinauit Epiſcopum, is in nominis ſui monaſterio Coloniæ colitur. ✵

A Duo-

A Duodecimo Kal. Iunij. die Maij. 21

B. Itusbergæ filiæ Pipini ducis Agrippinenſis.

Eodem Beatus tranſitus Venerabilis Erenfridi ſeu Ezzonis *Comitis. Palatini Brauuilerenſis fundatoris, qui anno* 1034. *migrauit, & à morte miraculis claruiſſe ſcribitur, in vita per G. ad Beatum VVolphelmum tertium Abbatem Brauuilerenſem. Requieſcit in choro Eccleſiæ in ſepulchro eleuato, translatus ex Saleueldæ Saxoniæ oppido Vide ſupra pag.* 388.

B Vndecimo Kal. Iunii die Maii. 22

B. Conſtantini magni Imperatoris qui viſo in Vbijs oſtento cœleſtis crucis ad Chriſtum conuerſus eſt, & à Materno II. Agrippinenſi Antiſtite Catechumenorum alba indutus & Albo adſcriptus, prima fidei rudimenta in his terris accepit.

Eodem die apud Coloniam *S. Goſuini* pueri & Martyris.

In Monaſterio Aldeb:rgenſi ad Dunam Fluuium terræ montenſis *B. Euerhardi* ex comite pauperrimi Religioſi, & fundatoris veteris Montis *de quo vide* 20. *Martij.*

In Porceto Monaſterio diœceſios Colonienſis Venerabilis Helſuindis *Abbatiſſæ Ordinis Ciſtercienſis quæ cum in omni ſanctitate vitam religioſam ab ipſa pueritia traduxiſſet, pijſſimè obdormiuit in domino tam in vita quam poſt mortem miraculis celebris.*

C Decimo Kal. Iunii. die Maii. 23

S. Deſiderij Lingonenſis Epiſcopi. qui cum plebem ſuam ab exercitu Vandalorum cerneret vexari, pro ea ſupplicaturus exiens, & ſtatim iuſſus iugulari pro ouibus ſibi creditis ceruicem libenter tetendit, & gladio percuſſus migrauit ad Chriſtum. hic etiam pro eccleſia Colonienſi approbauit concilium contra Euphratam, vnde eius nomini videtur dedicata fuiſſe Eccleſia Coloniæ, quæ nunc B. M. Virginis ad indulgentias, olim S. Deſiderij in vallo dicebatur.

Hoc die etiam, anno vero 1578. *Pius & eruditus Pater* Laurentius Surius *Carthuſianus Colonienſis tranſijt vt piè credimus, ad Sanctos in Cœlum, quorum honorem calamo propagaui in terris.*

D Nono Kal. Iunii. die Maii. 24

Translatio B. Hermanni Colonienſis cognomento Ioſeph, Canonici & presbyteri Ordinis Præmonſtratenſis ad eccleſiam in Steinfeldt Diœceſis Colonienſis, vbi in magna veneratione admirandis illuſtris miraculis hactenus requieſcit.

Eodem die *translatio S. Lamberti* Epiſcopi & Mart.

Item translatio inſignium Reliquiarum *S. Annonis* Archiepiſcopi Colonienſis ad Baſilicam B. M. V. in gradibus.

E Octaua Kal. Iunij. die Maij. 25

Ante oppidum Berchem in pago item dicto Berchem Diœceſios Colonienſis territorij Iuliacenſis, *B. Egilhardi* Martyris, Abbatis octaui S. Cornelij ad Indam fluuium, diœceſis Colonienſis, Monaſterij Benedictini, quem Nortmannorum furor interfecit, circa annum Chriſti 881. Sancti Egilardi nomine ſuſpicor detortam compellationem Sacelli ibidem in ſylua prope Bullendorff nomine Santeulardi.

Eodem die Anno 1627. Obijt Venerabilis Pater Thomas à Iesv *Ordinis Diſcalceatorum Monaſterij fundator Coloniæ.* Vide lib. 3. Synt. 50.

F Septimo Kal. Iunij. die Maii. 26

Paſſio *S. Simitrij* Martyris cuius corpus B. Papolenus Malmundarienſis in diœceſi Colonienſi Monaſterij Abbas recondidit in primaria villa cœnobij ſui nomine Ladernaci; de cuius translatione dixi die nona Maij.

Eodem obitus *B. Aquilini* Vbiorum Antiſtitis qui Sanctas Vrſulam & Socias ſepeliuit. vide 29. Ianuarij. & Sanctorum *Linoldi* Diaconi, & *Clematij* illuſtris Patritij, qui B. Aquilino in ſepeliendis SS. Virginibus auxilio fuerunt. Eſt etiam alterius *S. Clematij* caput in Eccleſia S. Panthaleonis.

G Sexto Kal. Iunii. die Maij. 27

Venerabilis Friderici *ex Comitibus Namurcenſibus in Epiſcopum Leodienſem Coloniæ electi, & authoritate papali à Friderico Archiepiſcopo Colonienſi in Leodina Cathedra inthronizati, ſed dolo aduerſariorum Anno 1121 hoc die veneno ſublati, qui à morte miraculis claruit.*

Eodem die in Lucka Monaſterio Saxonico ad Viſurgis partes Venerabilis Rodulphi *conuerſi Ordinis Ciſtercienſis.*

A Quinto Kal. Iunij die Maij. 28

S. Gulielmi Monachi ex illuſtri aulico Caroli Magni. Translatio *S. Liborij* Epiſcopi Cœnomannenſis Paderbornam Weſtphaliæ vrbem, vbi Febrium, calculi & aliorum malorum curandorum gloria celebratus eſt vſq; ad Ann. 1622. quo Chriſtianus Brunſvvigius corpus eius diripuit, non impune. Translatio *S. Brigidæ* Roma in Suetiam.

B Quarto Kal. Iunij. die Maij. 29

Feſtum *S. Maximini* Epiſcopi Treuerenſis cuius memini 20. Maij. Hechelmiæ *S. Svviberti* Epiſcopi Verdenſis.

Vene-

Venerabilis Irmentrudis *Abbatiſſæ in Dietkirchen familia de Milendunck, quæ ob piarum virtutum ſimilitudinem familiaris fuit B. Aſzellinæ conſanguineæ diſcipulæ S. Bernardi, quam Colonienſis Archiepiſcopus in ſuam Diœceſim euocarat, vt monialibus conſuetudines Ordinis Ciſtercienſis demonſtraret, atque hæc Ermentrudis Milenduncia ordinem S. Benedicti profeſſa, cum vita puriſſimæ ſanctum finem feciſſet, à morte B. Aſzelinæ glorioſa apparens, beatam retributionem ſe aſſecutam reuelauit.*

C Tertio Kal. Iunij. die Maij. 30

⁂ Lobijs ſuſceptio trium capitum ex ſodalitio XI. Virginum & Martyrum quæ obtenta ſunt Anno 1174. ⁂

Venerabilis Stepponis *presbyteri Virginum Ciſtercienſium in monte Saluatoris diœceſis Leodienſis præfecti, deinde earundem Virginum Confeſſarij in porceto cœnobio Diœceſis Colonienſis, ad quod à S. Engelberto ſunt tranſlatæ. Obijt Steppo anno 1221. & à morte miraculis claruit.*

D Pridie Kal. Iunij. die Maij. 31

⁂ *S. Petronillæ* Virginis B. Petri Apoſtoli Filiæ, cuius capitis magna pars aſſeruatur Coloniæ in Eccleſia Patrum Prædicatorum.

Coloniæ tranſlatio *SS. Machabæorum Martyrum.* ⁂

Eodem die Venerabilis Hermanni *ex Canonico Bonnenſi monachi Hemmenrodenſis, deinde primi Abbatis Heiſterbacenſis & demum Mariæſtadenſis.* Eius vita habetur in Faſciculo SS. Ord. Ciſtercienſis lib. 1. diſtinct. 12 pag. 220.

Item Heiſterbaci Venerabilis Fratris Wilhelmi *conuerſi Ordinis Ciſtercienſis.*

Hoc etiam die pius Archiepiſcopus Colonienſis Sigeuuinus *Obijt Anno Chriſti* 1089. *Siue vt alij 14. Maij crediderim vtrorumque ſententiam conciliari, ſi 14. Maij mortuum eſſe dicamus, tranſlatum autem ſuum hoc die eſſe depoſitum, quod non raro in magni nominis viris obſeruo accidiſſe. Cæterum Sigevvinum hunc non eſſe illum à B. Petro Damiano narratum Epiſcopo Colonienſem de quo lib. 3. Syntag. 6. pag. 301. agebam ex eo fit manifeſtum quod B. Petrus Damianus noſtro Segevvino non fuit ſuperſtes, ille quippe Ann. 1072. hic Ann. 1089. Obijt.* Vide libro 3. Syntag. 6 pag. 301. de hac re diſceptationem: *& ex his Pelegrinum eo loco pro Seuerino & Sigeuuino mecum reſtitue in mendoſam editionem Petri Damiani.*

I V N I V S.

E Kal. Iunij. die Menſis. 1

⁂ *B. Cunonis* ſiue Conradi Præpoſiti Colonienſis & Martyris, qui à S. Annone conſanguineo ſuo promotus ad Cathedram Treuerenſem, anno Chriſti 1066. poſt triplex de altiſſima rupe præcipitium, illæſus pro libertate eccleſiaſtica gladijs transfoſſus Obijt, miraculis clarus. ⁂

F Quarto nonas Iunij die Menſis. 2

✠ *S. Eraſmi* Epiſcopi & Martyris cuius Reliquiæ apud S. Seuerinum Coloniæ ob multa beneficia in magno honore ſunt, & ibidem peructus Sacellum exiſtit. Caput verò in Carthuſia Colonienſi conſeruatur, & in maiore Nazaretho apud Vbios caput *S. Eraſmi Thebæi* militis & Martyris.

Eodem die Sanctorum *Marcellini* preſbyteri & *Petri* exorciſtæ Martyrum, quorum Reliquiæ per Eginhardum Cancellarium Caroli Magni translatæ ſunt Aquisgranum. ✠

G Tertio nonas Iunij. die Menſis. 3

✠ *S. Chrotildis* vxoris Clodouæi Magni, qui eius precibus apud Tolbiacum in Colonienſium agris hoſtes vicit & Chriſti virtutem agnouit. ✠

Eodem die Venerabilis Liffardi *Patritij Colonienſis, qui humilis monachus Hemmenrodenſis ſubulcum egit & viliſſima miniſteria obiuit, intuitu cæleſtis præmij.*

A Pridie Nonas Iunij. die 4

✠ *S. Saturninæ* Germanicæ Virginis.

Eodem die *S. Oſithæ* Virginis Filiæ Regis Orientalium Saxonum. Feſtum commemorationis *quinq; vulnerum Chriſti.* Circa hoc tempus Anno Chriſti 1247. translata ſunt Grimbergam *quatuor corpora Sodalitatis Vrſulanæ* per illuſtrem Comitiſſam de Wida. quæ lacte lota, & ſoli ſiccanda expoſita, ſponte ſua, & vi quadam ſupernaturali ſe in alterum latus conuerterunt. Eæ ibidem annua feſtiuitate coluntur in peruigilio Pentecoſtes. ✠

B Nonis Iunij die 5

✠ *S. Bonifacij* Moguntinæ & vltraiectinæ Sedium Epiſcopi, Apoſtoli Germaniæ qui Coloniæ proprio Virginum Cœnobio colitur. Hunc fuiſſe Cardinalem aſſerit Eckbertus *Serm.* 10. contra. *Catharos.*

Eodem *S. Meinuuerci Epiſcopi* Patherbornenſis oriundi ex nobilitate & Prouincia Vbiorum Cliuia & Teiſterbantia ✠

Eodem die celebrant Brabantini commemorationem Victoriæ ſuæ apud Buruncum *ſiue VVoringam pro Ducatu Limburgico, in qua Ioannes primus Lotharingiæ & Brabantiæ Dux cum complicibus cœpit Reinaldum Geldriæ Ducem, & inter eius confœderatos Siffridum Archiepiſcopum, gente VVeſterburgium.*

Item Venerabilis Sigeri Bonnenſis, *Monachi Ciſtercienſis in nouo Caſtro.*

C Octauo idus Iunii die 6

✠ Hoc die Anno 1134. cælis illatum eſt candidiſſimum ſoli Colonienſis lilium

Diuus

Diuus Norbertus ex Canonico Sanctenſi & Scholaſtico Colonienſi, Religioſus Sigebergenſis ac demum Archiepiſcopus Magdeburgenſis, qui inſtituit Ordinem Præmonſtratenſem. *Vide lib.1.pag. 4. & lib.3.Syntagm.*144.

Translatio SS. Virginum & Martyrum Chriſti *Honoratæ & Florinæ multarumque Reliquiarum* ex Colonia Agrippinenſi ad ciuitatem Tornacenſem, inter quas & Reliquiæ de Sacratiſſimo Corpore Eximiæ Virginis ac M. Vrſulæ translatæ ſunt, & reconditæ in Eccleſia S. Martini in ſuburbio Tornacenſi, quod actum eſſe conſtat clementia diuinæ Miſericordiæ Anno verbi incarnati 1170. & vnaquæque earum ſcribitur millenario numero præfuiſſe. ✠

D Septimo Idus Iunii.die 7

✠ *Translatio S. Seruatij* Epiſcopi Tungrorum , & natalis *S. Valentini* Epiſcopi proximi prædeceſſoris in Tungrenſi ſede S. Seruatij.

Eodem ordinatio *S Heriberti* Archiepiſcopi Colonienſis. ✠

E Sexto idus Iunii.die 8

✠ *S. Medardi* Epiſcopi Nouiomenſis cui dedicata eſt Baſilica Brauuilerenſis. Eius Brachium Coloniæ in eccleſia parochiali S. Iacobi conſeruatur.

Eodem *S. Clodulphi* Epiſcopi Metenſis filij SS. Arnulphi & Dodæ coniugum.

Item *S. Remberti* Epiſcopi in Bremenſi ſede S. Anſcharij ſucceſſoris, ex monacho Corbeiæ Weſtphalicæ, denique *S. Marſi* Confeſſoris quem Petrus de natalibus *lib. v. cap. v. in vita S. Peregrini presbyteri & martyris* Marſonem appellat, & dicit à Sixto I. Papa cum Peregrino ablegatum Antiſiodorum ad conuertendas Gallias , vna cum Concordiano diacono, Iouiniano ſubdiacono, & Iouiniano Lectore. Eius corpus poſtea Eſſendiam Diœceſis Colonienſis oppidum translatum, ab Ottonis II. Vxore & liberis vbi aurea hierotheca eſt concluſum.

Eodem *translatio quatuor corporum Sodalitatis Vrſulanæ* ad Monaſterium Breitenauienſe in Haſſia, quæ teſte Trithemio ſub Ann. 1142. ab Arnoldo I. Colonienſi Archiepiſcopo impetrauit Venerabilis Henricus Trutuini ſucceſſor & ſecundus loci Abbas. ✠

F Quinto idus Iunii die 9

✠ Sanctorum Martyrum *Primi & Feliciani* ſub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus ✠

G Quarto idus Iunij.die 10

✠ Coloniæ Agrippinæ paſſio Sanctiſſimi *Maurini* Abbatis qui (vt aliqui tradũt) Eccleſiam S. Gereonis rexit, etſi Wion aſtruat rexiſſe Eccleſiam S. Panthaleonis, veterem nempe, nam cum noua ædificaretur Ann. 966. 13. Octobris inuentus eſt, & do-

& dominus huius fortiſſimi ſuæ Crucis ſigniferi chara ſibi merita, per crebra virtutum opera, mundo declarauit. *Vide lib.* 3. *Syntagm* 12 *ſupra pag.* 363. *lit.* C.

Eleuatio *S. Suuiberti* Confeſſoris in Inſula Cæſaris. ✻

Item Venerabilis Mariæ monialis *Sororis B. Aſzelinæ.*

A Tertio idus Iunij. die 11

✻ *S. Barnabæ* Apoſtoli cuius aliquæ reliquiæ Coloniæ reperiuntur. Hoc die cenſet catalogus Wertinenſis ad Ruram Monaſterij, in diœceſi Colonienſi, natalem *Beati Bardonis* Abbatis, qui ex Weterauia oriundus gente Oppershouius, diu Fuldenſem, etiam vno anno & aliquot menſibus Wertinenſem Abbatias rexit, inde factus Archiepiſcopus Moguntinus, in publico coram Imperatore ſermone, obitum ſuum inſtare prædixit, & eodem menſe ad Dominum migrauit clarus miraculis. ✻

In Camera B.M.V. iuxta Bruxellam Venerabilis Aleidis à Scarenbeca, *quæ lepra, maioris meriti cauſa, percuſſa, & à cæteris monialibus ſeparata Chriſti aſpectu & amplexu perfrui meruit. cumque aliquando in die S. Vrſulæ ſacra, matutinas horas à ſuis decantari audiret, & ne ſicuti à choro, ab earum in cælo conſortio excluderetur, rogaret, ei Chriſtus reſpondit: Filia non ſolum in ſodalium beatæ Vrſulæ numerum refereris, ſed & altiori multo gradu ſuper alias collocaberis; Ea tandem grauiſſimis morbis diu vexata, clara miraculis & virtutibus plena, migrauit ad Chriſtum, cuius gloria varijs fuit diuinitus reuelata, quam proinde etiam nos Vrſulanis noſtratibus accenſemus.*

B Pridie idus Iunij. die 12

✻ In oppido Rhenenſi Diœceſis Vltraiectinæ, eleuatio *S. Cuneræ* Virginis & Martyris ex Sodalitate 11000. Virginum quæ mantili præcluſis faucibus, cœli aditum reperit apertum.

Ipſo die *S. Odulphi* Canonici à quo reſtituta eſt diſciplina Clericorum in communi viuentium. ✻

C Idibus Iunij die 13

✻ *S. Antonij* Luſitani Ordinis minorum vulgo de Padua & olim *Ferdinandi* Bullonij dicti, vita, & miraculis, ac prædicatione illuſtris, qui Anno 1220. ex ordine Canonicorum Regularium S. Auguſtini ad perfectiora euectus, factus frater minor habitum paſtoritium, ſicut hodie PP. Capucini geſtauit vſque ad mortem, annum videlicet 1231. & præſentem diem. ✻

D Decimo octauo Kal. Iulij. die Iunij. 14

✻ Apud Patres Carmelitas celebritas *Sancti Eliſæi* Prophetæ.

Lucke in VVeſtphalia Venerabilis Fratris Panonij *conuerſi monachi.*

E De-

E Decimo ſeptimo Kal. Iulij. die Iunij. 15

✠ Natalis *S. Viti* Martyris, cuius brachium in Carthuſia Colonienſi, & caput in Monaſterio S. Viti Gladbecæ in eadem Diœceſi.

Eundem hunc diem illuſtrat *B. Landelinus* confeſſor inter Agrippinenſes Diuos tutelares merito referendus, quia (vti Erpo Comes de Padbergh in diplomate fundationis Flechtorpiani monaſterij loquitur) eius ſacra oſſa ex diœceſi Cameracenſi integraliter translata ſunt per S. Memoriæ Baderadum de Padberg Epiſcopum, & in Boche ad Lippiam fluuium iuriſdictionis Colonienſis locum repoſita, inde eiuſdem S. Landelini caput habent Odackerianæ moniales in Ducatu Weſtphaliæ. ✠

Coloniæ in eccleſia S. Panthaleonis veneranda memoria Theophaniæ *Imperatricis quæ Anno* 990. 17. *Kal. Iulij Obijt Neomagi, & in S. Panthaleonis ſepulta.* Vide l. 3. ſupra Sync. 12. pag. 374. lit. B.

F Sexto decimo Kal. Iulij die Iunij. 16

✠ Apud PP. Auguſtinianos Coloniæ commemoratio *miraculi Middelburgenſis* in ſacræ Euchariſtiæ hoſtiola *Vide lib. 3 Syntag. 44 pag. 491.*

In Eichſel Heluetiorum pago Sanctarum Virginum ex Societate Vrſulana *Cunegundis, Mechtundis, Criſtinæ & VVibrandis,* quæ in Romano Virginum itinere diem ibi obierunt.

Eodem *Rolandi, Oliuerij, & Sociorum* Martyrum militum Caroli Magni.

Item *S. Ludgardis* Virginis Sanctorum etiam *Aurei & Iuſtinæ aliorumque* Martyrum.

Item *B. Odonis* Cantuarienſis quem B. Bruno Colonienſis tranſtulit. ✠

G Quinto decimo Kal. Iulij. die Iunij. 17

✠ *B. Adulphi* Epiſcopi qui ante tempora S. Wilibrordi circa annum 650. in Vltraiectina Sede docuiſſe traditur.

Eodem die Sigebergæ in Diœceſi Colonienſi translatio *S. Innocentij* ex Societate Sanctorum Thebæorum Martyrum. In Diœceſi Conſtantienſi *S. Chriſtianæ* Virginis ex Societate Vrſulana eleuatio. ✠

A Quarto decimo Kal. Iulij. die Iunij. 18

✠ Steinfeldiæ celebri Monaſterio Ordinis Præmonſtratenſis in Diœceſi Colonienſi, Sanctorum *Potentini, Simplicij & Fœlicij Martyrum,* quos Steinfeldiam, tunc Virginum Monaſterium, Fundator Sigebodo de Hochſteden & Are Comes, Ann. Chriſti 920. tranſtulit ex Cardona oppido ad Moſellam, conceſſione Rutgeri Treuerenſis Præſulis.

Item Coloniæ in Eccleſia Sanctorum Ioannis & Cordulæ inuentio *S. Conſtantia* Virginis & Martyris, *S. Reinaldi Epiſcopi* Græci, *Ioannis Epiſcopi* Armenij, *VVillibrandi Ducis* Itali,& multorum aliorum Martyrum ex ſocietate Vrſulana.

Eodem *B. Eliſabetha* Abbatiſſæ Schonaugienſis B. Egberti Bonnenſis Canonici ſororis cui multa reuelata ſunt de Hiſtoria S. Vrſulæ, conformia in pluribus vitæ à S. Cuniberto conſcriptæ. ✻

B Tertio decimo Kal. Iulij die Iunij 19

✻ *B. Iuliana Falconeria* Feſtum apud Seruitiſſas in Viltzengraben Coloniæ.

Heruordiæ feſtum *Viſionis glorioſa Virginis Mariæ.* In diœceſi quoque Colonienſi in Wertinia ſeu inſula S. Ludgeri, fratris eiuſdem Ludgeri *Beati Hildigrimi* Halberſtadienſis Epiſcopi.

Eodem *B. Romoaldi* qui Auguſto noſtro Ottoni tertio prædixit mortem.

Item *SS. Geruaſij & Protaſij* filiorum S. Vitalis Coloniæ quieſcentis.

Viconiæ in Hannonia *S. Cariſſæ* V.& M.è Sodalitio S. Vrſulæ Anno 1157. Colonia tranſlatæ.

Item Pragæ *S Chriſticola* V.& M.ex eodem numero XI. mille Virginum. ✻

C Duodecim Kal. Iulij die Iunij. 20

✻ Feſtiuitas Reliquiarum apud albas Dominas Coloniæ. ✻

Tranſlatio Erenfridi *Palatini ex Saleuelda in Bravviler de quo dictum vigeſimo primo die Maij.*

Venerabilis Henrici *ex Canonico Lubecenſi ad eremum miraculosè conuerſi, fundatoris Monaſterij Vrundenberg in Diœceſi Colonienſi, Ordinis Ciſtercienſis, vitæ Sanctimonia & miraculis in vita & poſt mortem clari.*

D Vndecimo Kal. Iulij die Iunij. 21

✻ Coloniæ Agrippinæ commemoratio *B. Eliphij* Martyris *Vide ſupra pag. 377.*

Eodem *S. Albani* Martyris Moguntini cuius coſta eſt Coloniæ in Eccleſia S. Albano dicata.

Item hoc die *B. Aloyſij* Gonzagæ Societatis IESV Clerici, cuius apud ſtudioſam iuuentutem ſingularis virtus & patrocinium emicat. ✻

E Decimo Kal. Iulii die Iunii. 22

✻ Coloniæ Agrippinæ in Eccleſia S. Panthaleonis *Sancti Albini* magni Martyris *de quo vide lib. 3. Syntagm. 12.*

Eodem *S. Achatij & decies mille Martyrum* qui paſſi ſunt Anno Chriſti 134. quorum multæ & notabiles Reliquiæ ſunt in Vbijs, præſertim in Eccleſia Societ. IESV, & in Parochiali S. Pauli.

Eodem

Eodem die & ex eadem Sodalitate *S.Hermolai* Epiſcopi & Martyris, qui decem millia Martyrum inſtruxit in fide & baptizauit, ac cum ijſdem occubuit pro Chriſto terræ affixus, cuius ſacer vertex Marcoduri in Diœceſi Colonienſi cuſtoditur in templo *parochiali S.Annæ* ✠

Item hoc die anno Chriſti 1177. Theodoricus ſecundus veteris campi Abbas multum Venerabilis & familiaris S.Bernardo, depoſitum vocanti Domino reddidit, poſtquam quadraginta annis monaſterio ſuo religioſè præſediſſet.

F Nono Kal. Iulii. die Iunij. 23

✠ *Vigilia S.Ioannis* Baptiſtæ.

Eodem die *S.Chriſtina Trudonenſis* cognomento Bruſtemienſis & mirabilis, huius appellationis ratio colligitur ex hiſtoria vitæ quam Lupoldus Carthuſianus Ruremondenſis conſcripſit. Sunt autem præter hanc plures ſanctæ Chriſtinæ, meminit vnius *Tyrięſis* videlicet B. Auguſtinus *ps.*120. quę paſſa eſt ſub Diocletiano A.C.287. de qua dicemus 24. Iulij. Eſt deinde alia *Chriſtina Hammenſis* ex Diœceſi Colonienſi quæ ſtigmata Domini Noſtri Iesv Chriſti in corpore ſuo portauit ſub annum 1464. teſtibus Kleinſorgio & Wernero Roleuinck in faſcic: temporum. Ex eadem Diœceſi eſt *B.Chriſtina Stommelenſis* cuius corpus primo Nideccam, inde Iuliacum translatum, ſed acta confuſa ſunt cum actis Chriſtinæ Trudonenſis ✠

G Octauo Kal. Iulii. die Iunij. 24

✠ *S.Ioannis Baptiſtæ* patronalia in parochiali eius iuxta S.Catharinam, & ſolemnis commemoratio eius in parochiali S. Ioannis Euangeliſtæ iuxta Metropolitanam & in Eccleſia Fratrum Hieroſolimitarum vulgo SS.Ioannis & Cordulæ, Coloniæ celebrantur, vbi eiuſdem Reliquiæ, ſicut etiam in alijs quibuſdam eccleſijs, præſertim digitus apud Patres Dominicanos in magna veneratione.

Eodem *S Simplicij* Auguſtodunenſis Epiſcopi & Confeſſoris, qui in Agrippinenſi ſynodo Euphratam & Arrianos condemnauit. ✠

A Septimo Kal Iulii die Iunii. 25

✠ Egmondæ *S.Adelberti* Confeſſoris diſcipuli S. Willibrordi & primi Archidiaconi eccleſiæ Vltraiectinæ.

Hugardiæ *S.Oduuini* presbyteri & Martyris.

Coloniæ in Eccleſia S.Gereonis *translatio S.Gregorij Mauri* Ducis & Martyris facta per S. Annonem.

Eodem translatio *S.Lebuini* presbyteri per B.Ludgerum, & translatio *S. Radbodi* Epiſcopi Vltraiectini

Stabuleti vero translatio *S.Remacli* Abbatis. ✠

B Sexto Kal. Iulij. die Iunij. 26

✻ *SS. Ioannis & Pauli* Martyrum quorum Reliquias notabiles habet Eccleſia Metropolitana Colonienſis.

Hodie incipiunt Litaniæ Veſpertinæ in B. M. V. Capitolio Coloniæ vſque ad octauam Viſitationis durantes.

Eodem *S. Babolini* Malmundarienſis & deinde Stabuletani Abbatis, qui S. Remaclo ſucceſſit, & S. Symmetrium Roma Landernacum tranſtulit.

Eodem apud Walciodorenſes *receptio vnius S. Corporis ex ſodalitio Vrſulano* ſub annum Chriſti 1105. *Vide 24. Septembris.* ✻

C Quinto Kal. Iulij. die Iunij. 27

✻ *S. Creſcentis* diſcipuli S. Pauli qui in Galliam tranſiens traditur ante S. Maternum I. Vbijs annuntiaſſe verbum Euangelij Iesv Chriſti.

Eodem *B. Adelini* Socij S. Landelini.

Apud Huium *translatio S. Florentij* Confeſſoris. ✻

Item Venerabilis Danielis *Schonaugienſis Abbatis, quondam Canonici Maioris Eccleſiæ Colonienſis.*

D Quarto Kal. Iulij. die Iunij. 28

✻ Coloniæ in Metropolitana Eccleſia *S. Geronis* Archiepiſcopi *Vide lib. 3. Synt. 1.* Et apud Baſilicam S. Gereonis in Sacello S. Helenæ *B. Hildeberti* ſiue *Hildegeri* Archiepiſcopi *Vide lib. 3 Syntagm. 2.*

Eodem *S. Benigni* Epiſcopi & Martyris cuius ſacra oſſa Venerabilis Baldericus de Cliuia, Epiſcopus Vltraiectinus tranſtulit. ✻

Item in Houen prope Tolbiacum Venerabilis Gudæ *Sanctimonialis conuerſa, quæ tanta traditur Sanctitatis, vt ei in culina officium ſuum facienti puer* Iesvs *in viſibili ſpecie plerumque adfuerit eamque adiuuerit.*

E Tertio Kal. Iulij. die Iunij. 29

✻ Coloniæ Agrippinæ ad celebrandam feſtiuitatem *SS. Petri & Pauli* Apoſtolorum conuenit totus clerus in Eccleſiam Metropolitanam quæ eſt S. Petri Apoſtolorum Principis, cui etiam altera parochialis ſacra eſt, eiuſdem notabiles Reliquiæ in Vbijs Dominica proxima poſt feſtum SS. Petri & Pauli dedicatio Eccleſiæ S. Crucis PP. Prædicatorum Coloniæ, & in Cæſaris inſula Archiepiſcopi Colonienſis oppido translatio S. Svviberti Epiſcopi & Confeſſoris. ✻

Eodem Venerabilis Cunonis monachi Hemmenrodenſis.

F Pri-

F Pridie Kal. Iulii. die Iunii. 30

Commemoratio *S Pauli* Apoſtoli.
Eodem *S. Theobaldi.*
Item *B. Clotſenſiu* Marchianenſis Abbatiſſæ filiæ S. Rictrudis. Monaſterij Meinfeldiæ translatio *S. Seueri* preſbyteri & Confeſſoris.

I V L I V S.

G Kal. Iulii. die menſis. 1

B. Liberti Martyris quem ſubmerſum S. Rumoldus vitæ reſtituit, hic cum Danos Coloniam vaſtantes fugeret, in Haſbania ab impijs interceptus, martyrij palmam promeruit, Ad Tumbas, ſiue in pago Tumb prope Nideccam in Diœceſi Colonienſi, trium Sanctarum Virginum *Fidei, Spei, & Charitatis:* quarum etiam Reliquiæ habentur in Gundelsfeſcheim prope Abbatiam Prumienſem.

Eodem die *S. Galli* Auernenſis Epiſcopi, qui zelo Chriſtianæ Religionis Coloniæ Agrippinæ profanum varijs gentilium idolis phanum ſuccendit. *Vide l. 1. Synt.* v. *pag* 36.

Item *S. Reginæ* Neptis Pipini Principis Agrippinenſium, vxoris verò Adelberti Comitis Oſtrouandiæ.

Hodie quoque depoſitio Venerabilis Eckardi preſbyteri *qui VVıltrudi viduæ Volandi de Ardicia, author fuit deſtruendæ arcis & ædificandi in Comitatu Marcano monaſterium Segor vel Scheida Ordinis Præmonſtratenſis* Vide lib. 2. Syntagm. 1.

Item commemoratio Venerabilium Volandi, Wiltrudis, & Ionathæ de Ardicia.

A Sexto nonas Iulii die Menſis. 2

Viſitatio B. M. Virginis. quæ feſtiuitas ſingulariter in dedicato Deiparæ Capitolio apud Vbios celebratur, & ibidem ſolemnitas aniuerſaria Sacelli *VII. gaudiorum Deiparæ* iuxta Eccleſiam corporis Chriſti, quo populus toto octiduo confluit.
In monaſterio S. Thomæ iuxta muros Andernacenſis oppidi territorij Colonienſis, *S. Iſenberti* Presbyteri Ordinis S. Auguſtini Canonici ex Springhirſtach, qui in Sacello ante Monaſterium quotidiano peregrinorum concurſu honoratur, & multis claret miraculis.

Hoc eius EPITAPHIVM.

Qui mare quique polum clarus virtutibus ornat
Conditus hoc tumulo Iſenbertus nobilis ortu
Ordine Diui Auguſtini qui laude perenni
Exornat ſeſe, & geſtis præſtantibus orbem
Ac veluti ſpeculum nitido ſplendore coruſcans
Cernitur ingenti fulgere in lumine lumen.
Angelus æternæ conteſtans gaudia vitæ
Miraclis complet mundũ virtute ſuperna
Dum caro mutatur cũ Chriſto glorificatur
Deſcendens fœlix in dextra parte locatur
Eſto memor noſtri qui tecum laude precamur
Vt tecũ regnent matres pueriq́, ſenesque.

VI. *Nonas Iulij die SS. Proceſſi & Martiani Obijt Iſenbardus Præpoſitus hic ſepultus.*

Hodie celebratur in Greuerode Monaſterio Canonicarum S. Auguſtini commemoratio *Reliquiarum S. Catharinæ Virginis & Martyris* quas miraculis claras Anno Chriſti 1309. hoc die acquiſiuit Monaſterio Venerabilis Catharina virgo ex Comitibus de Huckeſvvagen Religioſa profeſſa ibidem.

Item *quatuor Sanctarum Virginum ex Societate* Vrſulana (quas Anno 1142. Arnoldus Archiepiſcopus Colonienſis donauit B. Henrico 2. Abbati Breitenauiæ in Haſſia) ſolemnis exceptio, ſicut inſinuatum eſt de earundem translatione ſupra die 8. Iunij. ✱

Eodem die commemorat eccleſia S. Panthaleonis obitum glorioſi Henrici Regis *patris S. Brunonis Archiepiſcopi fundatoris ipſorum.*

B Quinto nonas Iulij. die 3

Dominica infra Octauã Viſitationis dedicatio B.M.V. in Sion. Item *Venerabilis* Theodorici de Rulandt *religioſi militis, qui vxore & liberis relictis, ad terram ſanctã profectus, apud Ptolemaidem Anno Chriſti* 1189. *ipſis Kalendis Iulij æger in equum eleuatus, Chriſtianorum fugientium aciem confiſus cœleſti virtute reſtaurauit, & hoſtem ingenti prœlio proſtrauit, ac victor poſt triduum migrans ad cœlum coniunctus eſt ciuibus Hieruſalem cœleſtis.* Vide Cæſarium Heiſterbacenſem lib. 10. c. 12. & lib. 11. cap. 24.

C Quarto nonas Iulij. die 4

✱ *S. Vdalrici* Epiſcopi cuius feſtiuitatem Nepos eius Hermannus II. Archiepiſcopus Colonienſis iuſſit in ſua Diœceſi ſolemniter obſeruari.

Tuitij *translatio S. Cyriaci* Pontiani Papæ exulantis Vicarij, & aliarum Reliquiarum Vrſulanarum, iſtuc ex vrbe translatarum.

Item *S. Florentinæ* Virginis & Martyris ex eadem Societate, Dominica proxima feſto S. Vdalrici dedicatio in Weidenbach.

Item dedicatio Sacelli S. Crucis ad S. Panthaleonem.

Item S. Mauritij parochialis Eccleſiæ dedicatio. ✱

D Tertio nonas Iulij. die menſis eiuſdem. 5

Apud Rhenum *B.Goaris* Sanctiſſimi confeſſoris,ad cuius venerationem Principes quondam noſtri Carolus Magnus & filij, beneficijs inuitati ſunt, Maximinus vero S.Gereonis Abbas, vindice pœna edoctus eſt pendere obſequij & orationis vectigal,& eius obſequio hodie Rhenum nauigantes ſe mancipant ferreum vinculum collo inijcientes.

E Pridie nonas Iulij.die 6

Hæc dies ſacra eſt *S.Conſuli* Epiſcopo Comenſi circa Anno 550. oriundo ex oppido Noueſienſi.

Die Eadem etiam in cœlos migrauit Venerabilis Hermannus *Monachus & cantor Monaſterij Heiſterbacenſis.*

F Nonis Iulij. die 7

S.Nauiti Treuirorum Epiſcopi S.Materni ex illuſtri ſanguine diſcipuli & ſucceſſoris.

Eodem eleuatio *S.Beggæ* Item *S.VVillebaldi* Epiſcopi Socij S.Bonifacij.

Eodem die commemorant necrologia pium obitum Venerabilis Wicfridi *Archiepiſcopi Colonienſis.*

G Octauo idus Iulii.die 8

SS.Kiliani Epiſcopi Herbipolitani & Sociorum Martyrum,Coloniæ in Eccleſia SS.Ioannis & Cordulæ *S.Kiliani*,Martyris Ducis & Auunculi S.Vrſulæ,Patris verò Sanctarum Filiarum Brigidæ,Helenæ,& Sapientiæ.

Eodem *S.Landradæ* Abbatiſſæ & Fundatricis Bilſenſis in Haſbania.

Item *Diſibodi* Epiſcopi, qui ex Hibernia peregrinatus cum Chriſtum Rheni accolis diu prædicaſſet in album montem ad Nahæ & Glani fluuiorum Scaturigines ſecedens,ſanctus Eremita & Confeſſor migrauit in cœlos.

Item B.Petri *Huyenſis Sacerdotis & eremitæ.*

Item B. Wazonis *Leodienſis Epiſcopi promouente Hermanno II. Colonienſi, volunt aliqui VVazonem fuiſſe ex illuſtri Iuliacenſi ſtirpe, Eius Epitaphium repertum eſt tale:*

Ante ruet mundus, quam ſurget VVazo ſecundus.

A Sep-

A Septimo idus Iulii die 9

In Eccleſia ad gradus B. M. V. Coloniæ Natalis *S. Agilolphi* Antiſtitis Vbiorum & Martyris, *Vide lib. 3. Syntagm. 7. pag. 307. lit. D.*

Item Coloniæ in Eccleſia Patrum Obſeruantium Ordinis S. Franciſci feſtiua commemoratio *Martyrum Gorcomienſium* quorum Reliquiæ conſeruantur apud dictos Patres.

B Sexto idus Iulii die 10

S. Amalbergæ Viduæ.

Eodem *S. Fœlicitatis* & ſeptem filiorum eius Martyrum.

C Quinto idus Iulii. die 11

Translatio S. Benedicti Abbatis.

In Comitatu Marcano in Diœceſi Colonienſi iuxta Monaſterium Scheida, apud pedes montis Atleij. Venerabilis Bertolphi *Ordinis Præmonſtratenſis Eremitæ, fratris Henrici cuius 20. Iunij mentio.*

Eodem V. Hildolphi *Archiepiſcopi Treuirorum.*

D Quarto idus Iulii. die 12

In Metropolitana Colonienſi Baſilica Sanctorum Martyrum FOELICIS & NABORIS *de quibus Vide lib 3. Syntagm. 1.*

Item B. *Ansbaldi* Abbatis Prumienſis.

Item Coloniæ in domo Carthuſiana obdormitio Venerabilis Bartholomæi *eiuſdem Ordinis Religioſi viri.*

E Tertio idus Iulij. die 13

S. Margaritæ Virginis cuius inſignes Reliquiæ Coloniæ in eiuſdem Sacello, & in SS. Ioannis & Cordulæ Eccleſia.

Eodem *S. Henrici* Claudi Imperatoris qui cum S. Heriberto aliquando diſſenſit & Coloniæ reconciliatus eſt, reſtauraúitque ibidem Eccleſiam B. M. V. ad Indulgentias, &c.

Item Venerabilis Patris Henrici Dionyſij *Soc.* IESV *Celeberrimi interpretis Scripturarum apud Vbios, quibus eum cum R. Patre Franciſco Coſtero ſubmiſerat S. Ignatius Loiola.*

F Pridie idus Iulij. die 14

S. Marcellini Preſbyteri qui S. Swibertum in prædicatione Euangelica ſecutus, eius vitam ſcripſit.

Reſæ in Diœceſi Colonienſi *ſancti Dentlini* pueri, qui in publicis litanijs inuocatur & claret miraculis.

Item *S.Vincentij* Comitis eiuſdem Patris.'

Eodem *S.Ragenulfa* Virginis conſanguineæ S.Gertrudis.

Item in Dacia *Translatio duorum capitum* ex Societate Vrſulana. ✠

In VVidingbauſenſi iuxta Arnsbergam Cœnobio Diœceſis Colonienſis B. Memoriæ Henrici Comitis Arnsbergenſis, *eiuſdem Eccleſia Fundatoris, Ord. Præmonſtratenſis, qui à Deo inſpiratus hoc in loco Parentum ſuorum oſſibus honorato, diuinum ſeruitium iuxta candidi ordinis ritum, perpetuo peragendum inſtituit: depoſitiſque comitatus inſignibus, & ſpretis ſæculi pompis humilis factus conuerſus, meritis diues piè in Domino obdormiuit.*

G Idibus Iulij. die 15

✠ *S.Plechelmi* Epiſcopi qui traditur primo incoluiſſe inſulam Rheni apud Vbiorum Pontem, quæ nunc ciuitatis continens eſt, & S.Martini maioris Monaſterium dicitur *Vide lib.3.Syntagm.13.*

Hodie etiam eſt Feſtiuitas inuentionis *S. Roſaliæ* Virginis Panormitanæ, cuius corpus Vrbano VIII Pont.Max. diuinitus repertum Anno Iubilæi Siciliam à peſte liberauit & ex quo eius Reliquiarum notabilis pars Coloniam in Eccleſiam Societ. Iesv tranſlata eſt, pijs eius meritis piè tribuimus peſtis hactenus profligationem, quæ ferè nullo anno contagionem ſuam intermittebat, & Coloniam non venire ſed inhabitare, dicebatur.

Item *B.Haruchj* Verdenſis Epiſcopi & Martyris. ✠

Memoria recuperatæ Vrbis Hieroſolymitanæ incentore Petro Eremita per Godefridum Bullionum, & illuſtres, religioſoſq; milites harum Prouinciarum.

Item anno 1379 *hoc die obitus Venerabilis* Ioannis Thauleri *illuminati diuinitus Doctoris apud Vbios* Vide lib.3.Syntag.61.de Eccleſia S.Gertrudis.

A Septimo decimo Kal.Auguſti.die Iulij. 16

✠ Coloniæ hodie incipit & ſubſequentibus ſex diebus continuatur *Solemnitas Indulgentiarum* in Eccleſia S.Panthaleonis.

Eodem Traiecti ad Moſam Sanctorum *Monulphi & Gundulphi* Epiſcoporum, qui dudum à morte, referuntur viſi intereſſe conſecrationi Baſilicæ Aquiſgranenſis, cum Leo III. Papa has Prouincias obiret & illuſtraret.

Item *S.Rainildis* Virginis & Martyris ſororis S. Gudulæ quæ Hunnis Belgium Vaſtantibus interempta eſt cum *Grimoaldo* ſubdiacono. & *Gundulpho* miniſtro.'

Hoc die, vel proximè ſequente Dominica celebratur ſolemnitas *B. M. Virginis de monte Carmelo.* ✠

B Sexto decimo Kal. Auguſti. die Iulij. 17

Coloniæ in Baſilica *S. Seuerini Commemoratio Reliquiarum* eiuſdem, quas Leo III. & IX. Pontifices venerati ſunt, & Colonienſes feria ſecunda quot hebdomadibus ſingulariter colunt.

Eodem *dedicatio Baſilicæ Aquiſgranenſis* per Leonem tertium.

Hodie etiam fiunt populoſæ peregrinationes ad S. Cornelium ad Indam fluuium, quæ indulgentias Ab Apoſtolica ſede conceſſas merentur.

Item *S. alexij* in foro nouo, & apud S. Vrſulam Coloniæ ſuas habentis Eccleſias, quarum illa in foro nouo oſtendit notabilem partem Capitis S. Alexij, eiuſdem aliæ Reliquiæ in alijs Eccleſijs viſuntur. *Vide pag.* 6:5.

Rhodij ad S. Foilanum feſtum *SS. Secundæ, Paubriraliæ* & aliarum incerti nominis ex Sodalitate S. Vrſulæ.

Salſinij prope Namurcum translatio corporis integri, è Ciuitate Colonienſi, Virginis Vrſulanæ Anno 1256.

Item quatuordecim integrorum capitum & notabiliũ Reliquiarum SS. Corduſæ, & Cuneræ, curante quinta loci Antiſtita Hymana Comitiſſa de Hochſteden.

C Quinto decimo Kal. Auguſti. die Iulij. 18

In Genetvvillere Iuliacenſis agri pago, qui nunc Arnoldi Willere dicitur, feſtum *S. Arnoldi* muſici, qui ex Græcia inſtructus ſcientijs Symphoniacis ad Caroli Magni aulam veniens, pietatis ſuauitate eam magis, quam artis dulcedine oblectauit, & Caroli animum ad commiſerationem ſubditorum large inflexit, vt de fiſco regio pauperibus lignari liceret.

Item *S. Arnulphi* ex Maiore domus Epiſcopi Metenſis, & cum S Cuniberto Archiepiſcopo, moderatoris regij primum Dagoberti dein Sigeberti Auſtraſiæ Regum.

Eodem Sanctarum *Odilia, Immæ, & Idæ* Sororum ex Societate Vrſulana.

Eodem S. Friderici Epiſcopi Traiectenſis Ann. 838. Martirizati.

Itẽ B. Theodorici *Metenſis Epiſcopi, nepotis ex ſorore S. Brunonis Archiepiſc. Colonienſis.*

Item Venerabilis Volmari *Archiepiſcopi Colonienſis anno Chriſti* 969. *hoc die ſanctè defuncti.*

Heiſterbaci Venerabilis Theodorici *Religioſi qui ex Comite de VVida inter cœnobitas pauper & humilis monachus, in magna Sanctitate vitam finiuit.*

D Quarto decimo Kal. Auguſti. die Iulij. 19

S. Reticij Auguſtodunenſis ſiue Æduorum Epiſcopi, qui cum V. Materno II. Vbiorum Antiſtite temporibus Conſtantini Magni datus eſt Iudex in cauſa Donatiſtarum.

Vltraiecti *B. Bernulphi* Epiſcopi qui hoc Ann. 1054. migrauit ad Dominum.

Colo-

Coloniæ apud Patres Crucigeros memoria Venerabilis fratris Ioannis de Eppa *collectoris eleemoſynarum maioris Eccleſiæ Colonienſis, cui ſanctæ Odiliæ & aliorum ſanctorum corpora de Sodal. S. Vrſulæ ſunt reuelata.*

E Tertio decimo Kal. Auguſti die Iulij. 20

✠ In monte Carmelo, & apud totum Ord. Carmelitanum, *S. Eliæ Prophetæ*, cuius pallij pars eſt Coloniæ apud cœnobitas S. Panthaleonis.

Eodem *S. Vulgefortis* (quæ Teutonicè Onkommera dicitur) Virg. & Mart. ✠

In vetere monte hoc die Anno 1398 *depoſitus eſt Venerabilis* Wichboldus *Culmenſis optimus Antiſtes exul, qui Colonienſes baſilicas opimis cenſibus & pietate locupletauit.*

F Duodecimo Kal. Auguſti. die Iulij. 21

✠ *B. Praxedis* Virginis. Item Coloniæ in B M. V. Horto *Praxedis Vrſulanæ* Sociæ caput in honore eſt cum capitibus SS. Chriſtinæ & aliarum eiuſdem Sodalitij *Vide pag.* 543. *S. Victoris militis.*

S. Higbaldi Abbatis Beardanenſis diſcipuli S. Svviberti. ✠

Hodie in Eccleſia Patrum Ordinis S. Auguſtini primo diluculo confluunt peregrinaturi ad S. Apollinarem prope Regiomagum, ad quos ante portam S. Seuerini in colliculo agri Iudaici, vulgo ahm Iuddenbuchell fit exhortatio breuis. Dominica proximiore 21. *Iulij dedicatio apud Clariſſas in der Klockergaß.*

G Vndecimo Kal. Auguſti. die Iulij. 22

✠ *S. Maria Magdalenæ* quæ intra Coloniā tres eccleſias habet, credo quod SS. PP. totidem eiuſdem nominis perſonas in Euangelio memoratas agnoſcant. Harum vnius brachium ibidem in Eccleſijs S. Albani, & Patrum Carthuſianorum & mandibula in S. Panthaleonis aſſeruatur.

Eodem die *S. Apollinaris* Epiſcopi & Mart. cuius corpus in monte prope Regiomagum, & pars Duſſeldorpij magno honore frequentatur.

Item SS. Wandegriſili & Godonis nepotum Pipini ✠

Dominica proxima feſtiuitati S. Mariæ Magdalenæ celebratur Theophoria fraternitatis Magdalenaæ in Parochiali S. Laurentij. Feſtum S. M. Magdalenæ ſolemniter celebratur in dedicatis eidem Eccleſijs videlicet prope S. Seuerinum, in platea Aquilina apud pœnitentes, in Hoſpitali S. Gereonis & in Metropolitana, Panthaleonea, S. Laurentij, S. Albani, Patrum Carthuſianorum ad albas Dominas & Machabæitas.

A Decimo Kal. Auguſti. die Iulij. 23

✠ *Translatio SSS. Regum, SS. Machabæorum, Fœlicis, Naboris, Apollinaris,* &c. ex Italia. *Vide lib.* 3. *Syntagm.* 1.

Item tranſlatio *S Liborij* Epiſcopi Cenoman.

Item natalis *S. Birgittæ viduæ*, inſtitutricis Ordinis S. Saluatoris. ✠

Eodem B. Mathiæ Colonienſis *Ordinis Carthuſiani grandæui Religioſi, quem anno Chriſti 1572. Roremundæ in Ducatu Geldriæ barbara Geuſiorum ſecta, in limine ſanctæ cellulæ ſuæ, nihil reuerita ipſius canitiem columbinamque ſimplicitatem, odio piæ profeſſionis crudeliter obtruncauit.*

B Nono Kal. Auguſti. die Iulij. 24

✠ *Vigilia S. Iacobi* & feſtiuitas *S. Chriſtinæ* Tyrienſis cuius brachium in Eccleſia Franciſcanorum conuentualium Coloniæ *Vide 23. Iunij.* ✠

Eodem Venerabilis Mathildis marchioniſſæ viduæ Godefridi Gibboſi *Lotharingiæ Ducis, per quam S. Petri patrimonium poſſidet eccleſia Romana.*

Item Venerabilis Cunonis de Malberg *quondam Domini, conuerſi deinde Hemmenrodenſis.*

C Octauo Kal. Auguſti. die Iulij. 25

✠ *S. Iacobi maioris* Apoſtoli, cuius mandibula Coloniæ in S. Panthaleonis, & aliæ Reliquiæ in alijs Eccleſijs honorantur.

Item *S. Gloſindis* Virginis. *S. Magnerici* Treuerenſis Epiſcopi, & *B. Ioannis Agni* Traiectenſis Epiſcopi. ✠

Item Venerabilis Thomæ Malleoli *dicti de Kempis ex inferiori Diœceſios Colonienſis oppido Religioſiſſimi ciuis, & dum vixit Canonici Regularis prope Schuuollam, cuius ſcripta inſtar ſacræ ſcripturæ in precio habentur, maxime ex quo tempore S. Ignatius vitam ſuam & inſtitutum Societatis Ieſu ex eius aureo libello compoſuit.*

Eadem die in parochiali S. Chriſtophori patronalia & proceſſio. Hoc die conueniunt in Eccleſia Patrum Obſeruantum, & in Collegiata SS. Apoſtolorum, peregrinantes ad S. Annam Marcodurum. Et dedicatio eſt S. Mathiæ in platea textoria.

D Septimo Kal. Auguſti. die Iulij. 26

✠ Marcoduri in Diœceſi Colonienſi S. Annæ Matris Deiparæ, cuius ibidem capitis potior pars in maximo honore, & inſigne eiuſdem fruſtum Coloniæ apud Patres Conuentuales Franciſcanos, atque brachium in Carthuſia tum aliæ Reliquiæ eiuſdem in alijs eccleſijs.

Item Coloniæ in Eccleſia SS. Ioannis & Cordulæ alterius *S. Annæ* Conſodalis S. Cordulæ, cui S. Cordula dicitur ſtatum ſuum mirabiliter reuelaſſe.

Eodem *S. Beati* Confeſſoris propè Confluentiam.

Item hodie *S. Chriſtophori* Martyris. ✠

Dominica proxima feſto S. Annæ dedicatio apud Capuciniſſas in Eccleſia S. Annæ dicta, vulgo ad agnum.

E Sexto

E Sexto Kal. Auguſti.die Iulij. 27

✼ Natalis *S.Panthaleonis* Medici *de eius Baſilica lib.3.Syntagm.12.agitur.* Aquisgrani translatio *S.Caroli* Magni ✼

F Quinto Kal.Auguſti. die Iulij. 28

✼ *S.Panthaleonis* feſtum diem, cuius natalem Romana Eccleſia heri celebrauit, celebrat hodie Colonienſis Eccleſia. Reliquias eius Coloniam tranſtulit, & Hadumarus Abbas Fuldenſis Roma, & Henricus de Vlmene Conſtantinopoli, ibi enim in loco qui dicitur Concordia, vbi celebrata eſt ſecunda œcumenica ſynodus, reconditæ fuerunt, & ſcribit Nicephorus *lib. 7. cap.* 14. à Iuſtiniano Cæſare templum S.Panthaleonis vetuſtate collapſum in auguſtiorem formam reſtauratum. ✼

Eodem die collocamus pium obitum Henrici de Vlmene *qui Colonienſem Eccleſiam victa Conſtantinopolis ſacro theſauro ornauit.*

G Quarto Kal.Auguſti die Iulij. 29

✼ *S.Lupi* Trecenſis Epiſcopi *de quo vide li.3.Syntagm.23.* in parochiali eius honori dicata Eccleſia S.Lupi feſtum ſeruatur in Dominica hodie occurrente vel proxime ſecutura. ✼

Eodem Beati Alexandri *ex patritio, Doctore, Canonico & Scholaſtico Colonienſi, Abbatis Ciſtercij, de cuius conuerſione legitur in Actis* S. Bernardi.

A Tertio Kal. Auguſti.die Iulij. 30

✼ In Suecia *S.Brunolphi* Confeſſoris & Epiſcopi Scharenſis.

Item in eodem Regno *B.Helenæ* Reginæ.

Coloniæ Agrippinæ in Eccleſia SS.Ioannis & Cordulæ Beatarum *Helenæ, Brigidæ, & Sapientiæ* Virginum & Martyrum filiarum S.Kiliani Ducis ex Soc. Vrſulana. ✼

B Pridie Kal.Auguſti die Iulij. 31

✼ *B.Germanni* Epiſcopi, cuius Brachium in magna eſt veneratione inter pretioſa Metropolitanæ Eccleſiæ Colonienſis.

Eodem die *S.Ignatÿ Loiolæ* qui inſtituta Societate Ieſu, orbem Chriſtianum reformauit: eius toga & aliæ præclaræ Reliquiæ Coloniæ in eiuſdem Societatis Iesv eccleſia honorifice cuſtodiuntur, & chirographa authentica ad parturientes cum certa ope accerſuntur, aqua etiam eius Reliquijs tacta & nomine ſacrata pluribus hactenus ſaluti fuit, quin & viuens miraculosè Coloniæ apparuit primo eius Collegij Rectori. ✼

A V G V S T V S.

C Kal. Auguſti. die 1

✱ Coloniæ Agrippinæ *Vinculorum S. Petri* partem in Metropolitana Eccleſia hodie conueniens totius Cleri cætus feſtiua ſolemnitate colit, quæ inſtituta videtur ad abrogandos abuſus, dum ea die in memoriã Iuliæ Agrippinæ Auguſtæ Conditricis Coloniæ conuiuia celebrabantur, & feſtiui ignes excitabantur, quos nunc plebs incendit honori Principis Apoſtolorum.

Item Sanctorum ſeptem *Machabæorum & Salomonæ matris ac Eleazari Præceptoris*, quos Rainaldus Archiepiſcopus in expeditione Italica dono acceptos, Coloniæ in Baſilica S. M. Magdalenæ collocauit, quæ nunc Machabæorum dicitur. *Vide lib. 3. Syntagm. 52.* Coloniæ in parthenone S. Agathæ *S. Spei* Virginis cuius ibidem caput in honore eſt *Vide pag. 552.*

Item Coloniæ feſtum oſtenſionis *Reliquiarum* in eccleſia S. Panthaleonis.

Hoc die Anno Chriſti 1229. teſte magno Chronico Belgij, reperta ſunt Coloniæ *viginti quatuor corpora* de Societate XI. mille Virginum, indicio candelarum in ſepulchris earundem *luculenter ardentium.* ✱

Eodem die anno Chriſti 1041 *ad ſuperos migrauit* V. Nitardus *Epiſcopus Reginardi quondam Bonnenſis Præpoſiti Nepos, & in Cathedra Leodienſi ſucceſſor.*

Item hodie migrauit ad cœlos Venerabilis Gereon *Hemmenrodenſis monachus.*

Hodie P. Petrus Faber primus Sociorum S. Ignatij laborum multiplicium tum Coloniæ tum per Europam omnem exantlatorum præmia recepit à Domino Ann. 1546. dignus qui apud Germanos ſit in pretio, apud quos primus Societatem Ieſu plantauit.

D Quarto nonas Auguſti. die 2

✱ Coloniæ in S. Cuniberti Sacrario veneratio pretioſi capitis *S. Stephani Papæ* & Mart. cuius etiam eximia pars in Carthuſia conſeruatur. ✱

Item feſtum & Theophoria parochialis S. Brigidæ.

Eodem celebres indulgentiæ Franciſcanorum de Portiuncula *cognominatæ.*

E Tertio nonas Auguſti. die 3

✱ Inuentio *Sanctorum Stephani* protomartyris, & Sanctorum *Gamalielis, Nicomedi & Abibonis*, ſicut Luciano preſbytero diuinitus reuelatum eſt. ✱

Eodem B. Conradi *Haſſi Herteshemienſis Presbyteri.*

F Pridie nonas Auguſti. die 4

✱ *S. Dominici* Confeſſoris, fundatoris Ordinis Fratrum Prædicatorum viri ſanctitate

tate & doctrina clariſſimi qui virginitatem perpetuo illibatam ſeruauit, & ob ſingularem meritorum gratiam tres mortuos ſuſcitauit: cumq; prædicatione ſua hæreſes compreſſiſſet, ac plurimos ad religioſam & piam vitam inſtituiſſet, octauo idus menſis huius in pace quicuit, eius tamen feſtiuitas authoritate Pauli Papæ quarti hac die celebratur.

Eodem *S. Valentini* Epiſcopi Paſſauienſis, & *octaua S. Panthaleonis.*

G Nonis Auguſti die 5

Dedicatio Baſilicæ *B.M. ad Niues. S. Afræ* Mart. Auguſtanæ cuius quaſdam Reliquias S. Anno Coloniam tulit, & eius memoriam ædificauit. Vt dictum eſt Lib. 3. *Syntag.* 107 *pag.* 614.

Item requieſcunt Coloniæ in Eccleſia SS. Ioannis & Cordulæ corpora Sanctarũ *Afræ, Formoſæ, Paulinæ, & Pinnoſæ* Virginum & Mart. ex Societate Vrſulana.

Eodem die *S. Oſvvaldi* cuius Reliquias ex Anglia in Heruordiam Weſtphalorum tranſtulit B. Waltgerus comes & fundator.

A Octauo idus Auguſti. die 6

Transfiguratio Domini noſtri IESV Chriſti, quo die Colonienſis Eccleſia conſueuit celebrare in muſto, id eſt, per cribellum aureum ex vuis maturis vnam aut alteram guttam diſtillare in vinum conſecrandum.

Eſt idem glorioſus dies transfigurationis ſolemnis in Sacello S. Norberti inſtitutoris candidi Ordinis Præmonſtratenſis, & in Sacello Saluatoris Capitolino.

Eodẽ *B. Agapiti* diaconi cuius brachiũ cõſeruatur in Metrop. Eccleſia Colonienſi.

Eodem *B. Hermanni* quarti Præpoſiti Cappenbergienſis Ordinis Præmonſtratenſis, Filij Lotharij de Are & B. Hildegundis coniugum Comitum, qui Comitatibus Marenſi & Arenſi præpoſuit improperium Chriſti: & mundi nobilitate ſpreta, per ſolidas virtutes viam ſibi ad cœlos muniuit.

Apud Schlebuſrode *B. Gezzelini* Eremitæ, cuius fons & memoria frequenti peregrinantium confluxu inuiſuntur, ſed acta temporum iniuria hominibus perierunt, quæ æterno retributori nota ſunt; videtur vitæ eius rigor aliquam habuiſſe ſimilitudinem cum rigore B. Schetzolonis Ordinis Ciſtercienſis Religioſi, vnde propter quoque nominis affinitatem ab aliquibus cum hoc confunditur: ſed huius diuerſitas deprehenditur in eiuſdem vita apud Benedictum Gononem, *dixi etiam lib.* 1. *Synt.* 6. *in XIII. Vbiorum antiſtite Gizelinum hunc à quibuſdã haberi pro Ebregizilo Epiſcopo.*

B Septimo idus Auguſti die 7

Mariæ Ægyptiacæ feſtum in pœnitentiæ Monaſterio, & eiuſdem Reliquiæ in diuerſis Colonienſibus Eccleſijs.

Item dedicatio *S.Affræ* apud turrim Franconicam.

Eodem die commemoratio *B.Donatiani* Catalaunorum Epiſcopi, qui Concilio Agrippinenſi in degradatione Euphratæ hæretici, temporibus Conſtantij & Magnentij Imp. interfuit & diuerſus eſt à Donatiano ibidem Epiſcopo S. Memmij ſucceſſore proximo temporibus Apoſtolorum. ✱

Eodem commemoratio Venerabilis Wezelonis *Archiepiſcopi Magdeburgenſis Fratris S.Annonis Colonienſium Epiſcopi.*

C Sexto idus Auguſti die 8

✱ Coloniæ in Eccleſia SS. Apoſtolorum, & in Diœceſis Colonienſis oppido Geiſeckæ *S.Cyriaci*, cuius ibi caput precioſa herma incluſum, hic corpus merè aurea tumba olim incluſum, ſed tumbam hanc rapuit Comes Oberſteinius, &c.

Galeſij in Regno Neopolitano *S.Famiani Quardi* Colonienſis, Godſcalci & Guimaræ coniugum, opulentorum ciuium Filij, quorum facultatibus diſtributis in pauperes, Famianus loca ſancta in Ciſtercienſi habitu inuiſens, Obijt 1150. miraculis clarus, & ab Hadriano IV. Papa in Catalogum Sanctorum relatus.

Eodem *B.Altmanni* illuſtris è Weſtphalia viri qui ex Canonico Colonienſi Laureacenſium ſeu Patauienſium Epiſcopus multum in Eccleſia laborem ſuſtinuit.

Item *SS.Sixti Papæ & Agapiti Diaconi* Martyrum, & huius quidem brachium in Metropolitana Colonienſi aſſeruatur.

Eodem in Baſilica S.Gereonis *B.Hildegari* Epiſcopi Colonienſis & Martyris. ✱

D Quinto idus Auguſti. die 9

✱ Vigilia *S.Laurentij* quæ à Germanis celebrari cœpit cum Anno 955. Rex noſter Otto Primus, cum nobilitate noſtra aduerſus Hungaros pugnaturus (prout ſcribit Rogerius in vita Brunonis Archiepiſcopi Colonienſis Fratris prædicti Ottonis) ſanciuit Ieiunium in Vigilia S.Laurentij Martyris, per cuius interuentum ſibi, populoque ſuo, ipſum Deum popoſcit adiutorem.

Sanctus Henricus quoque voto, quod reſtauraturus eſſet S. Laurentij Merſburgenſem eccleſiam, obtinuit ingentem Victoriam.

Eodem *S.Romanni* Militis quem S.Laurentius baptizauit ✱

E Quarto idus Auguſti. die 10

✱ *S.Laurentij Archidiaconi*, cuius potiſſimas Reliquias Corolus Magnus dedit eccleſiæ Molenſium ſeu Mulgauíæ, (nunc appellant Gladbacum Diœceſios Colonienſis oppidum) vbi Sacerdotes Mulgaui ob inundationem Hungarorum fugientes, & ſub Baptiſterij petra defodientes theſaurum ſacrum, dederunt poſtea B. Geroni Archiepiſcopo diuinitus edocto, occaſionem ædificandi Monaſterij Benedictinorum, qui hodie adhuc caput S.Laurentij poſſident, ambæ autem eiuſdem

ſcapulæ

Scapulæ & os ſacrum, ſunt in Eccleſia S Andreæ, quam Gero conſecrauit, & aliæ S. Laurentij excellentes Reliquiæ cuſtodiuntur in alijs Vbiorum Eccleſijs.

Item *B. Auctoris Mediomatricum Epiſcopi* qui in ſynodo Agrippinenſi Euphratam hæreticum ſubſtituto S. Seuerino damnauit. ✵

F Tertio idus Auguſti die 11

✵ Coloniæ in Eccleſia Capitolina B. M. V. eſt recolenda recordatio annua *B. Plectrudis* fundatricis, ex cuius eleemoſynis hoc die plurimi pauperes paſcuntur.

Item *S. Lucilli* Martyris quem S. Laurentius Chriſto genuit, cuius caput eſt Coloniæ in Eccleſia PP. Auguſtinianorum. ✵

Eodem Venerabilis Danielis *monachi Hemmenrodenſis.*

G Pridie idus Auguſti die 12

✵ *S. Claræ* Virginis primæ plantæ pauperum fœminarum Ordinis Minorum, cuius propago ciuitatem & Diœceſim Colonienſem vberrimo Sanctitatis fructu repleuit.

Item Coloniæ commemoratio *S. Vrſulæ*, Reginæ & Sodalium eius vndecim millium Virginum in Eccleſia earundem ✵

Prope Coloniam in monte S. VValburgis Venerabilis Vdeuoltæ, *Virginis innocentiſſimæ.*

A Idibus Auguſti die 13

✵ Coloniæ in Eccleſia Sanctarum Virginum *S. Hippolyti* Martyris quondam commentarienſis Decij Cæſaris, quem Archileuita Laurentius Chriſti Baptiſmo abluit. *de quo vide lib. 3. Syntagm.* 10.

Ibidem trium Sanctorum qui *Caſſiani* nomine vſi ſunt quorum Reliquiæ in diuerſis Eccleſijs conſeruantur.

Eodem die *S Radegundis* Reginæ. ✵

Anno 1191. *hac die piè Obijt* Philippus I. Archiepiſcopus *Colonienſis qui diœceſim duobus ducatibus & diuerſis dominijs augens, eiuſdem fundator merito habetur.*

B Decimo nono Kal. Septemb. die Auguſti. 14

✵ *Vigilia Aſſumptionis B. M. V.* In Elſt *S. VVerenfridi* preſbyteri Batauorum Apoſtoli ex Societate S. Willibrordi.

Eodem *S. Maynardi* Epiſcopi Liuoniæ Doctoris circa Ann. 1180 ✵

Obitus piæ memoriæ VValrami de Iuliaco Archiepiſcopi Colonienſis cui reuelatus eſt à Deo locus in quo Coloniæ Carthuſiam extrueret.

C Decimo octauo Septemb. die Auguſti. 15

❋ *Aſſumptio Sanctiſſimæ Virginis Mariæ Deiparæ* cuius nomini quidem in omnibus Vbiorum Eccleſijs honor ingens impenditur, hodiernæ tamen feſtiuitatis titulo imprimis gaudet Eccleſia Societatis IESV Coloniæ.

Eodem, Duaci *Translatio multorum Capitum & oſſium Sodalitatis Vrſulanæ*, Colonia per Margaritam Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſam impetratorum, quæ eo die in deauratum ſcrinium religiosè ſunt recondita, in Eccleſia Collegiata S. Petri.

Eodem *S. Alfridi* Hildesheimenſis Epiſcopi, qui prædium ſuum Eſſendienſe in Diœceſi Colonienſi conuertit in monaſterium Sanctimonialium, & vitam S. Ludgeri Monaſterienſium Protoepiſcopi conſcripſit. In Monaſterio Flechtorpff, *tranſlatio S. Landilini.* ❋

Heiſterbaci obitus Venerabilis Conradi *conuerſi.*

Dominica poſt aſſumptionis dedicatio B. M. V. Indulgentiarum.

D Decimo ſeptimo Kal. Septemb. die Auguſti. 16

❋ *S. Rochi* Confeſſoris & patroni aduerſus morbos contagioſos.

Eodem *S. Arulphi* ex maiore domus Auſtraſiæ Epiſcopi Metenſis, & *S. Arnolphi* Epiſcopi Sueſſionenſis.

Eodem translatio *S. Bernardi* Epiſcopi Hildesheimenſis. ❋

E Sexto decimo Kal. Septemb. die Auguſti. 17

❋ *S. Ieronis* preſbyteri Egmondæ quondam ſub Chriſmate Colonienſis Eccleſiæ conſtitutæ, qui anno Chriſti 656. ſecuri cæſus eſt pro Chriſto.

Eodem *B. Carolomanni* Auſtraſiorum Ducis, Caroli Martelli Filij, qui contempto regno, Caſſini monachatum amplexus eſt. ❋

F Quinto decimo Kal. Septemb. die Auguſti. 18

❋ S. Helenæ Auguſtæ quæ Ciuitatem & Diœceſim Vbiorum marmoreis Baſilicis & Reliquiarum theſauro ornauit, ipſiusque Reliquiæ in diuerſis ibidem Eccleſijs honore debito cuſtodiuntur. Corpus ſeu magna corporis pars Bonnæ conſeruata ſed oſſa Sacra à tempore belli Truchſeſiani cum alijs Reliquijs conmixta ſunt.

Eodem commemoratio *S. Agapiti*, nam eius brachium cum S. Helenæ brachio colitur in eccleſia S. Gereonis, *Vide pag. 264. lit. A.* ❋

G Quarto decimo Kal. Septemb. die Auguſti. 19

❋ *S. Mariani* recluſi Termienſis cuius meminit Gregorius Turonenſis *de gloria Con-*

Confeſſorum cap 81. & illius natali adſcribimus, dum alium diem ignoramus, beatum tranſitum *B. Mariani* Scoti Coloniæ in Inſula S. Martini Anno 1056. incluſi.

S. Magni Epiſcopi Anagnienſis & Martyris, cuius per occidentem celebris memoria, ſanctus enim Heribertus Colonienſis Archiepiſcopus inuocato S. Magni nomine, quoſdam à diris & miraculoſa pœna annalis ſaltationis abſoluit, quorum nonnulli pœnitudine peccatorum & miraculis à morte clari, etſi ignorato nomine, merito videntur cum S. Magno in eius feſto die commemorandi. ✠

A Tertio decimo Kal. Septemb. die Auguſti. 20

✠ *S. Bernardi* Abbatis Claræ-Vallis clariſſimi, qui prædicationis ſuæ radijs Vbiorum vrbem illuſtrauit, & Cruciscontra infideles prædicationem, triginta minimum miraculis confirmauit, quæ expeditio, cum hominum iudicio peius ceſſiſſet, illuſtre patientiæ mundo dedit exemplum, & doctrinæ cæleſtis altius res humanas iudicantis documentum, eius venerandū caput belloSuecicoColonia hoſpitio recepit, & ſcripta vitamq; nuper typo egregie illuſtrauit R. D. Iacobus Merlo Horſtius.

Eodem *B. Philippi* ex Dagoberti Regis Adoleſcente aulico monachi & Abbatis Raſbacenſis. ✠

In Steinfeldenſi Diœceſios Colonienſis cœnobio Beatæ memoriæ Iacobi de Rudesheim *eiuſdem Eccleſiæ Abbatis Vigeſimi primi Ordinis Præmonſtratenſis, qui zelo flagrans monaſticæ diſciplinæ, cum impiorum exceſſus pro officij ſui ratione indefeſſus argueret, ab ijſdem intoxicatus, glorioſa morte obijt, facinoris autem huius conſcij, mala morte perierunt.*

Eodem Venerabilis Gerardi magni *Canonici Aquiſgranenſis, qui inſtituit Clericos ſeu fratres communis vitæ, qui etiam in Diœceſi Colonienſi Scholas literarias plures aperuerunt, ſimili quo nunc Societas Ieſu inſtituto.*

B Duodecimo Kal. Septemb. die Auguſti. 21

✠ *S. Alberici* Epiſcopi Vltraiectini & Confeſſoris magnarum virtutum viri, qui Obijt anno Chriſti. 794.

Ficeliæ ſiue in Weſalia ſuperiori. *S. Cyriacæ* nobilis Romanæ & Martyris. Coloniæ in Eccleſia maioris Nazareti ſanctæ cuiuſdam ex Societate Vrſulana apud Machabæos repertæ hoc die Anno 1607. cuius caput in Nazaret translatum miraculis claret. ✠

C Vndecimo Kal. Septemb. die Auguſti. 22

✠ *Octaua Aſſumptionis B. M. Virginis.* Circa finem Auguſti Anno 1632. in Viconienſi Eccleſia reperta ſunt corpora Sanctorum & Sanctarum vtriuſque Sexus XI. millium VV. & MM. *Cariſſæ, Cordulæ, Floretæ, Deodatæ, Onopiæ, Chriſtinæ, Bapkariæ,*

Coronæ, Sambariæ, Panthetæ, Farauinæ, Benedictæ, Margaritæ, & Gaugerici Epiſcopi Rauennatis quorum inuentionis anniuerſaria memoria ibidem celebratur dominica vltima Auguſti.

D Decimo Kal. Septemb. die Auguſti. 23

B Philippi Benitij Nobilis Florentiui, ex Medico, Ord. Seruorum B. M. V. Religioſi, & quinti Generalis, qui ſub Rudolpho I. Auſtriaco Cæſare, Coloniæ Chriſtum prædicans, inſtituit ſuæ familiæ Monaſterium fæminarum, quæ Deiparæ obſequio addictæ, ſeruiiſſe dicuntur.

In Monaſterio S. Claræ Coloniæ memoria Venerabilium ſororum Philippæ & Iſabellæ Comitiſſarum Geldriæ, *quæ abdicatis ſæculi pompis & gloria pauperes ibidem ſancto fine quieuerunt.*

E Nono Kal. Septemb. die Auguſti. 24

S. Bartholomæi Apoſtoli cuius brachium in S. Panthaleonis & Capitolina atq; inſignes Reliquiæ in B. M. V. aſſumptæ Societatis Iesv & S. Apri Ciſtercienſium Baſilicis Coloniæ honorantur. *S. Sanderadi* primi Abbatis Gladbacenſis, quem Warinus Colonienſis Archiepiſcopus maleuolorum hominum ſtudio ignominioſè depoſuit, in eiuſq; locum ſurrogauit Meginhardum quendam, Sandradus vero ad Imperatricem Adelheidem ſe conferens eiuſdem Confeſſarius conſtituitur, demum ab eadem Weiſenburgenſi monaſterio præficitur, Deo tandem miſerante & Imperatrice mediante, à Warino Gladbacum reuocatur, quod cœnobium abſente legitimo paſtore, mercenarioque præſide, rei familiaris, & librorum & Reliquiarum diſtractione non parum erat labefactatum. Sanderadus vero reſtituta diſciplina paulo poſt ad alteram fœliciorem vitam tranſijt, in cuius locum conſtituitur B. Volradus, viuente adhuc Warino Archiepiſcopo.

Eodem *S. Audœni* Rothomagenſis Epiſcopi, qui ad tentandam quandam inter Francos & Auſtraſios concordiam, profectus Coloniam, ibidem ſigno S. Crucis hominem vndecim annis mutum, fecit eloquentem.

Item ad S. Hubertum in Ardenna *B. Theodorici* Abbatis Andainenſis.

F Octauo Kal. Septemb. die Auguſti. 25

S. Geneſij Martyris.

Item eodem *S. Peregrini* Martyris Socij S. Euſebij. Item S. Gregorij ex nobili palatina ſtirpe Epiſcopi Vltraiectini, diſcipuli S. Bonifacij.

Tuitij *commemoratio miraculi hoſtiæ ſacræ* in prodigioſo incendio conſeruatæ temporibus B. Ruperti Abbatis. Coloniæ in Eccleſia S. Georgij *tranſlatio brachij S. Annonis* ex monte Sibergenſi.

Eodem

Eodem in Eccleſia SS. Apoſtolorum Coloniæ memoria Venerabilis Piligrimi *Archiepiſcopi Colonienſis.*

Eodem Venerabilis Arnoldi de S. Seuerino *Monachi Hemmenrodenſis.*

Item in vetere monte Venerabilis Bernonis *natione Galli, profeſſione monachi Morimundenſis functione primi Abbatis in dicto monaſterio veteris montis, quod bis ſtruxit, ſemel in monte, deinde in valle ad Dunam Fluuium, ope & eleemoſynis vicinorum Magnatum, quibus propter vitæ Sanctimoniam charus & ſuſpiciendus fuit, & cum octodecim annis ſanctè præfuiſſet, animam omnium virtutum ſplendore ornatiſſimam, vocanti Deo reddidit, cuius veneranda oſſa poſt annos quingentos ſuauiſſimum odorem exhalare deprehenſa ſunt.*

G Septimo Kal. Sepremb. die Auguſti. 26

✻ ✻ Translatio *Reliquiarum S. Andreæ* in eiuſdem Baſilica Colonienſi. ✻

Heiſterbaci Venerabilis Wilhelmi *monachi Sāctitatis & Virginitatis flore integerrimi, qui ſpreta parentum celſitudine & hæreditarij iuris amplitudine, in dicto monaſterio ſe Deo libere mancipauit & completo anno probationis ſolemni votorum profeſſione emiſſa, ſequenti die cœpit infirmari, & tandem ſancto fine decedens expleuit tempora multa, quem ſub pallio Dei genitricis in æterna patria glorioſum Venerabilis Conradus Prior conſpexit.*]

A Sexto Kal. Septemb. die Auguſti. 27

Venerabilis Ioannis Theodorici Carthuſiani *in Hannonia, ante ingreſſum Ordinis Coloniæ artium Magiſtri & Rectoris Scholarum, qui ſanctè Obijt Ann.* 1475.

In Houen Diœceſis Colonienſis Ciſtercienſium Virginum Monaſterio Venerabilis Eliſabethæ Abbatiſſæ, *Virginis verè Sanctæ & prudentis, quæ per auſteræ pœnitentiæ rigorem, & indefeſſum Orationis ſtudium, exuuiam mentis & corporis conſecuta eſt puritatem, & cœleſtis gratiæ irroratione fœcundata in amœno Ciſtercienſis Ordinis horto ſicut candidum lilium germinauit.*

B Quinto Kal. Septemb. die Auguſti. 28

✻ *S. Auguſtini Hipponenſis* Epiſcopi & Eccleſiæ Doctoris eximij.

Eodem *S. Hermetis* Romani præfecti & Martyris, cuius caput Aquisgrani cuſtoditur, cæteræ corporis Reliquiæ, olim diu exularunt Coloniæ, & ad Indam Colonienſis Diœceſis Monaſterio, &c.

Item Coloniæ *S. Agnetis Anglicæ* Virginis & Mart.

Ibidem *S. Teddonis* Præpoſiti S. Seuerini & Epiſcopi Cameracenſis *de quo vide li. 3. Syntagm. 3. pag. 277. lit. D.* ✻

C Quarto Kal. Septemb. die Auguſti. 29

Decollationis S. Ioannis ſeu potius inuentionis Capitis eiuſdẽ, celebratur magno hominum confluxu Coloniæ in Eccleſijs SS. Ioannis & Cordulæ, & Patrum Prædicatorum, item Anradiæ & Heiſterbaci, ipſa die eſt Dedicatio S. Gerconis & dominica poſt decollationem S. Ioannis ad Agnum in muro Caſtrenſi.

Hodie etiam *S. Veronæ* Filiæ Luduici Regis Auſtraſiæ, fundatricis Veronhouicenſis monaſterij ad Rhenum. Coloniæ in S. Agathæ Parthenone, *S. Sabinæ* Virginis. *Vide pag.* 552 *&* 508.

Item *translatio S. Adelphi* Epiſcopi Metenſis & Confeſſoris.

D Tertio Kal. Septemb. die Auguſti. 30

Coloniæ in Baſilica SS. Apoſtolorum *SS. Fælicis* & alterius ipſi ad coronam fœliciſſime *Adaucti Martyrum* de quibus *Vide lib.* 3. *Syntagm.* 6. *pag.* 297. *lit B.*

Tuitij *eleuatio S. Hereberti* Archiepiſcopi Colonienſis, facta temporibus Arnoldi I. Archiepiſcopi Anno 1147.

Coloniæ in Eccleſia SS. Machabæorum *B. Sigillindis* Virginis & Mart.

Eodem *B. Ritzæ* Confluentinæ Virginis.

Item in Comitatu Marcano in diœceſi Colonienſi Venerabilis Rathardi de Ardeia *fundatoris Scheidani monaſterij Ordinis Præmonſtratenſis.*

Eodem Venerabilis Guntheri Bonnenſis *Ordinis Ciſtercienſis monachi in nouo Caſtro, qui multa ſanctitatis ſigna relinquens, ex hac vita ad æternam fœlicitatem migrauit.*

E Pridie Kal. Septemb. die Auguſti. 31

Dedicatio apud Diſcalceatos Carmelitas Colonienſes. Eodem *S. Paulini* Treuerenſis Epiſcopi & Martyris, qui Maximino II. Epiſcopo ſtatim poſt Agrippinenſe contra Euphratam Concilium ſuccedens, pro Catholica fide à Conſtantio Cæſare relegatus, martyrium pertulit in exilio mortuus.

SEPTEMBER.

F Kal. Septembris. die 1

S. Ægidij Abbatis & Confeſſoris cuius ſacrum caput in Eccleſia B. M. Virginis in gradibus Coloniæ; & in Diuæ Ceciliæ, SS. Apoſtolorum, ac Sacello S. Ægidij, notabiles Reliquiæ, tum magna peregrinatio ad ſuburbanum Sacellum in Vrechen. Item Coloniæ prodigioſa inuentio & eleuatio *SS. Odiliæ* & *Idæ* Virginum & Mart. Sodalitatis S. Vrſulæ.

Noue-

Noueſij Venerabilium Euerhardi & Bertæ *comitum & Fundatorum.*
Dominica poſt S. Ægidij dedicatio eiuſdem Sacelli.

G Quarto nonas Septemb. die 2

✠ *S. Iodoci* feſtiuitas hodie in eiuſdem miraculoſo Sacello montis S. Walpurgis prope Coloniam, eius tamen feſtiuitas à plerisque colitur 13. Decembris, alij cum confundunt cum S. Iuſto qui Epiſcopus fuit. ✠

In commemorato Sacello requieſcit Venerabilis Margarita *quæ traditur illuſtris Comes fuiſſe, & inter ſanctos Ordinis Ciſtercienſis recenſetur in antiquo quodam libro Miſſali* teſte Chryſoſt. Henriquetz in faſciculo SS. Ordinis Ciſterc. lib. 2. diſtinct: *ſepulchro venerab. Margaretæ hæc ſunt inciſa:*

Migrat Margreta caſto de corpore læta
Iam fruitur luce virgine matre duce
Iſta magiſtra gregis fuit iſtius, quia legis
Compleuit mater tempora ter tria ter.

NB. *Pedum prælaturæ inciſum ſaxo exhibet in partis ſuperioris flexura crucem cum nomine Margaritæ.*

A Tertio nonas Septemb. die 3

✠ Coloniæ in Baſilica S. Gereonis *S. Hildeboldi* Archiepiſcopi *de quo vide lib. 3. Syntagm 2.*

Ibidem in Eccleſia SS. Ioannis & Cordulæ *S. Remacli Archiepiſcopi* Græci ex Societate S. Vrſulæ Martyris.

Item *S. Remacli* ex Abbate Diœceſios Colonienſis Epiſcopi Tungrorum. ✠

In Monaſterio Houen iuxta muros Tolbiacenſes Venerabilis Euphemiæ *monialis Ciſtercienſis.*

B Pridie nonas Septemb die 4

✠ Coloniæ in Eccleſia Metropolitana *B. Irmgardis Virginis* Comitiſſæ Subphanienſis *de qua lib. 3. Syntagm. 1.*

Ibidem apud Baſilicam S. Seuerini *B. Teddonis* præpoſiti, & Epiſcopi Cameracenſis *de quo Vide lib. 3. Syntagm. 3. & 28 Auguſti.*

In Inſula Cæſaris oppido Diœceſios *Canonizalio S. Swiberti* quæ facta eſt Anno 803. per Leonem III. præſente Carolo Magno.

Eodem natalis *S. Roſaliæ* Virginis Panormitanæ ex regio Caroli Magni Sanguine ortæ, quæ pro Chriſti amore paternum principatum aulamq; profugiens, in montibus ac ſpeluncis ſolitaria cœleſtem vitam duxit, eius Reliquiarum notabilis pars Coloniam translata eſt in B.M.V. aſſumptæ templum Soc. Ieſu.

Supra

Supra Lupiam fluuium B *Idæ* viduæ Weſtphalorum Principis, eiuſdemque Sacellani *B. Bertgeri* preſbyteri. ❋

C Nonis Septemb. die 5

❋ Coloniæ in Baſilica S. Clementis *tranſlatio S. Cuniberti* Epiſc. & Confeſſoris. Eodem *S. Bertini* Abbatis. ❋

Item Venerabilis Godefridi Abbatis *Schonaugienſis.*

D Octauo idus Septemb. die 6

❋ *B. Bernardi* ſeptimi Epiſcopi Mindenſis.

Item eleuatio *S. Humberti* Confeſſoris progeniti ex claris Francorum proceribus Eurardo & Popita parentibus tempore Childerici Regis. ❋

E Septimo idus Septemb. die 7

❋ *Sanctæ Reginæ* Virginis & Martyris Auguſtodunenſis, quo nomine ſacrum corpus Oſnabrugæ honorifice in ſummo aſſeruatum.

Hoc eodem die in monaſterio S. Georgij Virginum Ordinis Ciſtercienſis in ſylua non procul ab Aldenhouen & Lorenspergh pagis Capituli Metropolitani Colonienſis, celeberrima eſt memoria *S. Reginæ* cuius corpus eodem translatum eſt. ❋

In Monaſterio Brauuiler depoſitio Venerabilis Ottonis Ducis *Sueuorum filij Fundatorum Erenfridi & Mathildis Comitum Palatinorum.*

Heiſterbaci Venerabilis Chriſtiani *monachi ætate iuuenis, corpore infirmi, ſed vita Sanctimonia præcipui.*

F Sexto idus Septemb. die 8

❋ Feſtum NATIVITATIS B.M.V. Vbiorum vrbi coœuæ celeberrimè peragitur hodie in collegiata Baſilica S. Andreæ, (lib.3 Syntagm. v.) & eodem die agitur anniuerſaria dedicatio Eccleſiæ B M.V. in Ieruſalem (*lib. 3. Syntagm. 136.*)

Coloniæ in eccleſijs S. Apri Ciſtercienſium, Collegij Hollandici, & B.M.V. Aſſumptæ quæ eſt Societatis IESV *S. Adriani M.* ❋

Eodem in Geuſeorum carceribus Obijt Venerabilis P. Ioannes Hayus Scotus Ord Min. Strict. Obſeru. qui in Scotia religionis cauſa multa paſſus, Gregorio XIII. Pontifici carus, ab eodem Colonienſi & annexis Prouincijs datus Anno. 1581. Commiſſarius Apoſtolicus, vir doctus & pius magno zelo & prudentia loca regularia viſitauit, protruſos Belgio religioſos Monaſterijs inſeruit Conuentus Oliuarum Coloniæ à ſe acquiſiti primus Guardianus, dein in Prouincia Coloniæ Cuſtos demum Miniſter infra Octauam Paſchatis anni 1590. prope Marcodurum à Batauis militibus interceptus, & abductus in Herenberg prope Embricam, carceris ſqualore maceratus, fuſtibus & verberibus contuſus martyr effectus eſt, octaua die Septembris, Venerabile eius cadauer multis pecunijs redemptum Embricæ in Eccleſia S. Aldegundis tumulatum eſt.

Domi-

Dominica infra natiuitatem B.M.V.dedicatio in S.Laurentio,& dedicatio S.Claræ.

G Quinto idus Septemb.die 9

✠ Coloniæ in Eccleſia S.Maximini, Beati *Gorgonij* Martyris è Societate Vrſulana,cuius mentio habetur 26.Septemb.

Eodem *S.Sergij* Papæ qui Obijt anno Chriſti 701 & noſtratibusB.Wilibrordum alio nomine Clementem conſecrauit & miſit in opus Euangelij, huius etiam authoritate S.Hubertus Dux ſucceſſit B.Lamberto in Epiſcopatu Traiectenſi. ✠

A Quarto idus Septemb.die 10

✠ *B. Theodardi* ex Abbate Stabulenſi, à S. Cuniberto Ordinati in Epiſcopum Traiectenſem, qui anno Chriſti 655. bonus paſtor animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis,& poſt mortem miraculorum gloria illuxit.

Eodem *B. Otgeri* ex Britannia Leuitæ Socij Sanctorum Wironis & Plechelmi Epiſcoporum qui ex Pipini II. ſeu Herſtallij & Plectrudis coniugum munificentia, initium dedit Monaſterio S.Martini in inſula ſub vetere Vbiorum ponte.

Hoc die Anno 1152.Obijt *B. Adolphus* ex Montium & Altenæ comite pauper Religioſus & fundator cœnobij veteris montis, in quo cum fratre ſuo B.Euerhardo ſub diſciplina Bernonis I.Abbatis vixit & ſanctè obijt. ✠

In eodem veteris montis monaſterio Venerabilis Danielis de Wichterich *exulis Epiſcopi Verdenſis.*

B Tertio idus Septemb.die 11

✠ Natalis *SS.Proti & Hyacinthi.*

Item *S.Vincinnæ Virginis* quæ fratrem ſuum Landoaldum preſbyterum ex Italia ſequens, in Tungrorum euangelizatione adiuuit. Hodie commemoratio apparitionis Sanctorum Eucharij & Valerij Epiſcoporum quando S.Maternum ad immarceſcibilem vitæ coronam vocarunt Item *S. Bodonis* oriundi ex pago Arduennæ Epiſcopi Tullenſis. ✠

Coloniæ beatæ memoriæ Wiliberti *Archiepiſcopi.*

C Pridie idus Septemb.die 12

✠ In Werda ad Ruram diœceſios Colonienſis cœnobio B.Gerfridi ſecundi Monaſterienſium Epiſcopi cuius tumbæ hæc inſcripta.

Gerfridi Patris Tumbam venerare fidelis,
Cuius apud Dominum forte viget meritum.
Idus Septembris perſoluit debita carnis
Deponens maſſam pridie corpoream ✠

D Idibus Septemb. die 13

✱ *S. Materni primi* Vbiorum Præſulis, diſcipuli & Legati S. Petri, cuius inteſtina requieſcunt in pago ſuburbano Rodenkirchen, baculus S. Petri quo impoſito fuit reſuſcitatus in Metropolitana, & notabiles Reliquiæ in Eccleſijs B.M.V. ad Indulgentias, & ad littus cuſtodiuntur. ✱

Dominica ante exaltationis S. Crucis dedicatio apud Machabæos.

E Decimo octauo Kal. Octobris die Septemb. 14

✱ Exaltatio S. Crucis, non ea ſolum quæ facta eſt Ieroſolymis Heraclio imperatore cum lignum ſanctum à Perſis receptum in Caluariæ montis templum cum gaudio reportatum fuit, ſed etiam & quidem potiſſime illa qua poſt victum Maxentium, & veluti alterũ Pharaonem ſubmerſum, ſignum ſanctæ Crucis à Conſtantino Magno Victore profligata idololatria publice in Vrbe Romana, erectũ eſt addito elogio tali. Hoc ſalutari ſigno vero fortitudinis indicio ciuitatem veſtram Tyrannidis iugo liberaui, & S.P.Q.R. vindicans, preſtino ſplendori & amplitudini reſtitui: ex eo ſiquidem tempore Roma quæ fuerat mater errorum & iam à temporibus Apoſtolorum Petri & Pauli non niſi clam cœperat eſſe diſcipula veritatis, publice facta eſt Magiſtra religionis.

Eodem *SS. Cornelius & Cyprianus* patroni ſunt in S. Seuerini, & ad Indam fluuium, vbi illius caput & Brachium dextrũ ſeruatur. ✱

Dominica poſt exaltationis S. Crucis dedicatio in pœnitentiæ monaſterio, & S. Cuniberti.

F Decimo ſeptimo Kal. Octob. die Septemb. 15

✱ Coloniæ in Eccleſia S. Apri memoria *S. Apri* ſeptimi Epiſcopi Tullenſis. ✱

B. Luthardi *Cliuenſis comitis qui Noueſienſem & VViſchellenſem, quæ nunc Craneburgi eſt fundauit Eccleſias.*

G Decimo ſexto Kal. Octob. die Septemb. 16

✱ Depoſitio Reliquiarum *B. Godefridi* Cappenbergenſis, Comitis & fundatoris, Canonici Præmonſtratenſis ✱

A Quinto decimo Kal. Octob. die Septemb. 17

✱ *S. Lamberti* Epiſcopi & Martyris qui pro matrimonio B. Plectrudis innocenter occiſus eſt.

Eodem *S. Hildegardis* Abbatiſſæ Pinguienſis quæ ad Archiepiſcopum, & Clerum, ac perſonas in dignitate apud Vbios conſtitutas, ſcripſit multas ſalutares epiſtolas & plura prædixit.

Apud

Apud Patres Ordinis Minorum *commemoratio ſtigmatum* Domini noſtri IESV Chriſti quæ Seraphicus Pater S. Franciſcus in corpore ſuo portauit.

Apud Patres Societatis Ieſu memoria Venerabilis Cardinalis Roberti Bellarmini *qui ſummam ſanctitatem ſumma doctrinæ coniunxit, & fidem Catholicam propugnauit.*

Eodem Venerabilis Regenfridi *Vbiorum Antiſtitis, qui piè præfuit temporibus Caroli Martelli.*

Item Venerabilis Alpaidis pœnitentis *propter cuius ſuperinductionem martirizatus erat S. Lambertus, quæ in Beſilienſi Monaſterio & Orpenſi pænitens, à S. Lamberti vindicibus eſt exuſta.*

B Quarto decimo Kal. Octob. die Septemb. 18

S Euſtorchij Epiſcopi Mediolanenſis qui SSS. Magorum in Vbijs quieſcentia corpora Conſtantinopoli collecta tranſuexit Mediolanum.

Eodem Coloniæ Venerabilis Henrici Calſtrij *Ordinis Dominicani Sacerdotis.*

C Tertio decimo Kal. Octob. die Septemb. 19

Commemoratio Materni II. *Vbiorum Antiſtitis qui temporibus Conſtantini Magni inter Galliarum Epiſcopos clariſſimus fuit.* Vide lib. 1. Syntag. 4.

Eodem Venerabilis Sophiæ *Virginis quæ maioris perfectionis cauſa ex Dietkirchen Bonnenſi cœnobio, tranſijt ad rigorem Ciſtercienſem in monte S. Walburgis ad ſyluæ Ardennenſis promontorium haud procul Colonia, inde ad monaſterium in Houen iuxta muros Tolbiacenſes translata, virtutibus & ſignis admiranda Abbatiſſa, in pace bona quieuit.*

D Duodecimo Kal. Octob. die Septemb. 20

Vigilia *S. Mathei* Apoſtoli.

Eodem *B. Gerardi Colonienſis* Eremitæ qui natus anno 1390. annos natus 19. cæpit vitam eremiticam, & anno 1409. annis 17. in Ægypto ſtans in arbore paſcebatur tantum ex rore cœli Obijt vero Anno 1426. annos natus triginta & ſex.

Hodie etiam eſt dedicatio Eccleſiæ SS. Ioannis & Cordulæ.

Dominica ante S. Mathei, dedicatio S. Petri.

E Vndecimo Kal. Octob. die Septemb. 21

Mathei Apoſtoli patronalia & Reliquiæ Coloniæ in S. Andreæ, & Dedicatio ad SS. Apoſtolos.

Ipſo die Venerabilis Warini Archiepiſcopi *Colonienſis qui depoſita mitra, Obijt humilis monachus Benedictinus in S. Martini cœnobio.*

Pie etiam Anno 1231 *hoc die Obijt* Richarda *Abbatiſſa & Fundatrix Ruremundana quondam vxor Gerardi III. Comitis Geldriæ.*

Dominica ſequente dedicatio Metropolitanæ, S. Lupi, S. Cæciliæ, & ad hortum B. M. V.

F Decimo Kal. Octob. die Septemb. 22

✠ *S. Mauritij & Sociorum* Martyrum, quorum Reliquijs Diœceſis Colonienſis abundat & ſanctificatur.

Eſſendiæ in Diœceſi Colonienſi aurea tumba includitur *B. Lutrudis* Catalaunenſis virgo cuius hodie feſtiuitas recolitur. ✠

G Nono Kal. Octob. die Septemb. 23

✠ Quadrageſima dies Aſſumptionis B. M. Virginis, volunt enim aliqui, ſicut Dominus noſter quadraginta dies conuerſatus eſt in terris, ita Beatam Virginem hodie, id eſt, die quadrageſima ab obdormitione ſua ſecundum Sanctiſſimum corpuſculum aſſumptam, & ideo hoc die legi in Beda *ſecundam aſſumptionem* quæ ſententia licet non videatur à Romana eccleſia recepta, ſcribitur tamen etiam reuelata B. Eliſabethæ. Nobis Colonienſibus ſufficiat hoc die in Eccleſia SS. Ioannis & Cordulæ, pie venerari Deiparam in ſyndone cui ſanctum corpuſculum inuolutum fuerat tempore obdormitionis, illius enim quarta pars in dicta Eccleſia cuſtoditur. ✠

A Octaua Kal. Octobr. die Septemb. 24

✠ Conceptionem B Ioannis Baptiſtæ præcurſoris Domini hoc die afferunt quædam Hagiologia, in cuius vicem locumque noſtratibus pono *Iohannellum ſiue Iohannettum* quendam Prouinciæ noſtræ tenellum Martyrem, cuius natalis quoque referri debet ante feſtum S. Michaëlis, ad initium glandemiæ, videlicet Sibergæ quieſcens Ioannes puer ſeu (Iohannettus vulgo S. Iohannecken ſeu etiam propter porrectam miraculo manum Hendeken) iuſſus erat ſcholam bonarum diſciplinarum adire in Seligenthall, ſeu valle felici Monaſterio Conuentualium S. Franciſci, mille paſſibus à Siberga ſecundum Segi fluminis ripam Orientem verſus, progrediendo: ille vero dicto obſequens in eo itinere à Iudæis aliquando interceptus eſt, & odio Chriſtianæ religionis interfectus cultellis quaſi ſcriptorijs, quorum vnus pixidi argenteæ incluſus aſſeruatur in monte Sibergenſi. Sepultus autem ſub ceſpitibus apud domum nobilium zur Muhlen, quam modo Familia à Geberteshagen poſſidet, à porcis erutus, indicante ſubulco, impoſitus à matre currui, ab eo loco vbi nunc S. Iohannetti Sacellum, eſt, prope arcem ſeu Prætoriũ zur Muhlen, transferri debuit

debuit ad Cœmiterium in Trochtesdorff (modo Troiſtdorff dicitur) ſed cum propè Sigebergam in via quæ etiamnum à S. Puerulo die Kiindtgaſs nominatur, equus currum cum ſacro funere trahens, alio coactus recalcitraret, & nulla vi adigi poſſet vt montem Sibergenſem S. Michaëlis præteriret, obteſtati ſunt mater & cæteri comites funus ducentes, Deum Optimum Max. vt quid illa prodigioſa equi recalatratio & mora ſignificaret, manifeſtare dignetur, mox verſus Sibergam quæ ad leuam eſt S. Puerulus per aſſeres loculi ſiniſtram extendit manum, cuius indicio funeris co nites admoniti, ad S. Annonis clerum accurrunt, prodigia hæc commemorantes, qui extemporalem adornantes ſupplicationem ſacrum funus deuotè excipiunt, Et ecce equus imperij frænique liber & viæ arbitrio permiſſus non tam in ſequitur quam impellit Cleri proceſſionem deuoti cantus triumpho deducentem ſacras Reliquias, corpus itaque in tumba iuxta S. Annonis vetus ſepulchrum poſitum eſt, & magnis claruit miraculis, manus quoque etiamnum ad vſq; Suecicæ occupationis tempora extra tumbulam extenſa argento incluſa, carnem & vngues repræſentat, præſertim ille digitulus quem cupida Reliquiarum mater S. Pueruli Martyris abſciderat, mota tantis prodigijs, ſed eo facinore & furto commiſſo, nullo modo pedem poterat efferre extra ædem S. Michaëlis in monte, donec crimen confeſſa reſtituto digito liberũ obtinuit interceſſione filioli martyris abitum. Frequentia vero exinde fuerunt cum prodigijs beneficia, vſque in hæc noſtra tempora, præſertim ſterilibus coniugibus à Deo interceſſione B. Iohannetti obtenta fæcunditate. Hæc ex antiquis per Suecorum barbariem laceratis monumentis & picturis excerpta ſunt, ipſæ vero Reliquiæ magna ex parte Suecorum inſolentia diſſipatæ & peſſundatæ ſunt, manum tamen ſacram Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus Dominus Bertramus à Bellinghauſen Sigebergenſis Præſul & temporalis Dominus, &c. ex hoſtiũ poteſtate redemit & conſeruat cum illo quem ſupra commemoraui cultello ſcriptorio, crudelis infanticidij inſtrumento. Capella S. Iohannetti ſolita eſt, etiam ab hæreticis aliquando poſſeſſoribus arcis zur Mohleu reparari, animaduerſumque ſi reſtauratio negligatur, mortes & funera capitalium perſonarum arcis, negligentibus euenire.

Hodie etiam ab Anno Domini 1105. apud Walciodorenſes celebratur anniuerſaria dies *tranſlationis trium ſacrorum corporum è ſocietate S. Vrſulæ*, quorum primum receperunt (vti ſupra commemoraui) ſexto Kal. Iulij. alterum cum dimidio tertij hoc die, & paulo poſt huius tertij alteram medietatem obtinuerunt Colonia allatam. ✠

B Septimo Kal. Octob. die Septemb. 25

✠ Coloniæ Ordinatio *S. Cuniberti* Epiſcopi circa Ann Domini 712. ✠

✠ *Eodem* Gerardi Diſcalceati. *Vide P. Caniſ.*

Item Venerabilis Cælarij Colonienſis, *Prioris Monaſterij Heiſterbacenſis viri recondita*

Sanctitatis & doctrinæ, qui vitam S. Engelberti & plura alia ſcripſit, floruerunt alij duo ibidem Cæſarij nomine vnus gente Milendoncius quondam Abbas Prumienſis, de quo 23. Februarij: & alius his Senior Cæſarius Nonnus cuius mentio in vita Godefridi Sacriſtæ Villarienſis.

C Sexto Kal. Octob. die Septemb. 26

Coloniæ in Eccleſia S. Maximini inuentio *S. Gorgonij de quo 7. Septem.*
Eodem Venerabilis Meginheri *Abbatis Herueldenſis circa Ann.* 1058.
Item Venerabilis Henrici Doctoris Theologi *Ord. Ciſtercienſis circa Ann.* 1175.
Dominica feſto SS. Coſmæ & Damiani proximiore dedicatio Metropolitanæ Colon. vti dictum 21 Septemb.

D Quinto Kal. Octob. die Septem. 27

SS. Coſmæ & Damiani medicorum quorum pleræque Reliquiæ Eſſendiæ in Diœceſi Colonienſi, & in S. Panthaleonis, ac alijs Eccleſijs.
Eodem S. Hiltrudis Virginis Filiæ Wigberti Comitis
Hodie dedicatio SS. Ioannis & Cordulæ, & apud PP. Societatis Ieſu agitur memoria confirmatæ eo die Societatis à Paulo III. cuius Bulla extat, in libris inſtituti ipſorum.
Dominica poſt SS. Coſmæ & Damiani dedicatio S. Nicolai in Burghoff.
Dominica ante S. Michaelis dedicatio S. Cuniberti, & B. M. V. in Gradibus & omnium Sanctorum Ignatij, Eliſabethæ in der Toniſsgaſs. &c.

E Quarto Kal. Octob. die Septemb. 28

S. VVenceſlai Regis cuius brachia Coloniæ in S. Albani & S. Norberti Eccleſijs.
Eodem B. Lotharij ex Cæſare monachi in Prumia.
Hodie qui ad montem S. Michaelis in Sibergh peregrinaturi ſunt, circa octauam matutinam congregantur in Capella S. Ægidij.

F Tertio Kal. Octob. die Septemb. 29

S Michaelis Feſtiuitas vti in Romana, ita in Colonienſi Eccleſia celeberrima, cuius Archangeli per totam Vbiorum Diœceſim occurrunt templa, inter quæ iuxta Monaſterium Eifliæ in editiſſimo monte celebratur votiuo concurſu populorum ſimiliter in Stromberg, in iugo Rheticonis.
Dominica poſt S. Michaelis feſtum Angeli cuſtodis *diœceſios Colonienſis, & dedicatio S. Brigidæ.*

G Pridie Kal. Octob. die Septemb. 30

S Hieronymi in eius Sacello, & in Widenbach ſolemnitas.

Eodem

Eodem B. Conradi *Portuenſis Epiſcopi Cardinalis, qui S. Engelbertum Martyrem declarauit, eumdemque iuuerat in introducendis Coloniæ Patribus Dominicanis.*

Item B. Mariæ de Oſtevvick *in Eccleſia PP. Carthuſianorum.* Vide pag. 457.

Item Venerabilis Iacobi de Vitriaco *Cardinalis Epiſcopi Tuſculani.*

Eodem Venerabilium Ioannis Cornerij & Petri de Blomeuenna *pientiſſimorum Carthuſiani inſtituti virorum.*

OCTOBER.

A Kal. Octobris. die **1**

❈ *S. Remigij.*

Dedicatio S. Andreæ Coloniæ vbi S. Remigij brachium oſtenditur.

Eodem *translatio S. Germanni* cuius brachium in Metropolitana Colonienſi.

Hoc die circa Ann. 630. *Beatus Bauo* Confeſſor Agilolphi Haſbaniæ Comitis filius migrauit ad cœlos.

Eodem apud PP. Societatis Iesv Beati *Franciſci* Confeſſoris ex Borgiæ & Valentiæ Principe religioſi presbyteri, & III. eiuſdem Ordinis Generalis. ❈

Item B. Vlrici Colonienſis *monachi ſancti in Villario Brabantiæ monaſterio.*

Dominica I. Octobris celebratur à Patribus Dominicanis feſtum SS. Roſarij ob memoriam Victoriæ contra Turcas obtentæ temporibus Pij Papæ V.

B Sexto nonas Octob. die **2**

❈ *S. Beregiſi* ex aulico Pipini Hereſtalli primi Religioſi monaſterij Andainenſis nunc S. Huberti appellati, quod in loco diuinitus oſtenſo B. Plectrudis eidem incolendum aſſignauit.

Eodem *S. Leodegarij Epiſcopi & Gerini* illuſtris viri, martyrum & Fratrum ex nobili Francorum proſapia & aula Clotharij Regis.

Item *B. Godefridi Colonienſis* qui ex Monaſterio S. Panthaleonis Coloniæ ad rigorem Ciſtercienſis Ordinis in Villario obſeruatum, cauſa maioris perfectionis tranſijt & in ſeueritate vitæ ſancto fine quieuit. ❈

C Quinto nonas Octobris. die **3**

❈ In Eccleſia S. Cuniberti Coloniæ *SS. Eualdorum de quibus Vide lib. 3. Syntagm.* 4. quos hoc die S. Anno eleuauit.

Eodem *B. Tilmanni* Socij SS. Eualdorum cui eorundem paſſio & corpora reuelata ſunt.

Item *S. Gerardi* Bronienſis Abbatis ex proſapia Haganonis Auſtraſiorum Principis, patre Conſtantino, matre Plectrude ſorore Stephani Tungrorum Epiſcopi. vixit circa Ann. 968. temporibus Brunonis I. Archiep. Colonien. qui in eius vita laudatur. ❈

D Quar-

D Quarto Nonas Octob. die 4

✻ Beatiſſimi *Seraphici Patris Franciſci* Ord. minorũ inſtitutoris, cuius propagines & Reliquiæ Diœceſim Colonienſem replent & exornant. Coloniæ in eccleſia Maioris Nazareti Sancti *Liffridi* militis & Martyris, & eodem Sanctorum *Tyrſi & Sociorum Thebeorum* Martyrum quorum paſſio Treueris, Reliquiæ vero per Colonienſes Eccleſias honorificè diſtributæ ſunt. *Vide pag.* 483. *&* 511. 560. ✻

Dominica poſt feſtum S. Franciſci dedicatio aa Oliuas Coloniæ.

E Tertio nonas Octob. die 5

✻ Coloniæ reportatio Corporis *S. Seuerini* per Religioſos ciues Agrippinenſes ex ciuitate Burdigalenſi, cum miraculo abolitæ diutinæ ſterilitatis.

Eodem *SS. Palmachij & Sociorum* Martyrum Treuerenſium quorum Reliquiæ in varijs Vbiorum Eccleſijs viſuntur.

Item hodie *B. Rixfridi* Epiſcopi Vltraiectenſis.

In Weſphalia *S. Meinulphi* diaconi qui traditur Originem habuiſſe ex Regulorum Burenſium ſanguine, & monaſterium Bodeke fundaſſe. ✻

Deinde B. Guuerici *de VVolmudſtein reguli in diœceſi Colonienſi, qui ex præpotente humilis cœnol ita Sigebergenſis, poſtea Ciſtercienſibus Monaſterium VValdtſaſſenſe extruxit* Vide lib. 2. Syntagm. 14.

F Pridie nonas Octob. die 6

✻ *S. Brunonis Aimilij* Vbio-Romani Patritij, Inſtitutoris Florentiſſimi Ordinis Carthuſiani. *Vide pag.* 207. *lit. A & pag.* 458.

Eodem Coloniæ *S. Viuuij* diaconi S. Cuniberti.

Item *SS. Cæſarij, Verenæ Virginis, & aliorum* ex Societate Vrſulana translatio ad monaſterium Schonaugienſe.

Hodie etiam innumerabilium ferè martyrum Treuerenſium memoria celebratur qui in perſecutione Diocletiani ſub Rictiouaro præſide ob Chriſti fidem vario mortis genere necati ſunt, & Moſellam flumen multis leucis ſanguine tinxerunt. ✻

G Nonis Octobris. die 7

✻ Coloniæ in Parochiali S. Martini Eccleſia Sanctorum *Sergij & Bacchi.*

Hodie Anno 1571. celebris Chriſtianorum Victoria contra Turcas obtenta ſolennem meruit memoriam.

Hodie etiam anno vero 1434. miraculosè defenſum fuit ſepulchrum SSS. Regum contra ingens ſaxum ex fornice decidens, quod ibidem adhuc viſitur.

Eodem

Eodem *S. Geroldi* Martyris qui Coloniæ Agrippinæ Anno ſalutis 1201 natus, à puero pietati & abſtinentiæ deditus, factus grandior multas tentationes diaboli ſuperauit. vbi ad ætatem virilem peruenit, cilicio indutus humi cubabat, ſeque in dominicæ paſſionis meditatione, donec ſanguis in terram deflueret, flagellabat, ieiunijs & orationibus iugiter intentus. Is humili amictu contectus, abſque vllo ſæcularis auxilij adminiculo, multas, & quidem longinquas ſuſcepit peregrinationes, cum autem poſt S. Iacobi in Hiſpaniam, & Romæ peregrinationem, in palæſtinam tranſmittere pararet, apud Cremonam in pago Mamica à Pado fluuio abſorpto, dum ad duos latrones rixam inter ſe ſimulantes pacificandos accurrit, ab illis ſpe pecuniarum multis in capite vulneribus inflictis impie occiditur, cuius corpus inſigni miraculo deprehenſum traditur, campanis ciuitatis ſponte ſonantibus, odore ſuauiſſimo ex eo loco exhalante, luminibusque diuinitus ex eo loco ſplendentibus. Quare S. vir iacens cum libello, in quo nomen ſuum & patriæ cum alijs rebus ſcriptum erat inuentus eſt. Cuius corpus ab Epiſcopo & Clero cum tota Ciuitate, quæ ad tantam rei nouitatem confluxerat ſolemni pompa eleuatum, inque vrbem delatum in æde S. Vitalis eſt conditum, cum portitores ad aliam eccleſiam diuertere conantes immobiles effecti fuiſſent. Illud nunc in propria Eccleſia piè aſſeruatur. Hæc *Ex vita ipſius Cremonæ Anno* 1581 *typis excuſa.* cui Ferrarius addit: Cum præter enarrata noua poſt mortem ad eius tumulum ſuper cæcis, claudis, & alijs morbo aliquo laborantibus miracula fierent, ſacra ſuo nomini æde dicata celebrari cœpit illius natalis hac die.

A Octauo idus Octob. die Eiuſdem. 8

Coloniæ in S. Catharinæ militum Teutonicorum Eccleſia *S. Simeonis Senis* qui in Euangelio Dominum Ieſum ſuis vlnis ſuſcepiſſe legitur, eius brachium oſtenditur in Monaſterio Liſbornenſi prope Lipſtadium.

In Eccleſia autem B. M. V. ad gradus Coloniæ oſtenditur magna pars capitis alterius ſuſceptoris & hoſpitis Chriſti diuerſo aliquantulum nomine videlicet *S. Simonis* apud quem Maria peccatrix remiſſionem peccatorum impetrauit.

B Septimo idus Octob. die 9

Coloniæ in S. Ioannis parochiali eccleſia cognomento in Curia *S. Dionyſij* magni Ariopagitæ cuius ibidem brachium aſſeruari traditur.

Eodem Venerabilis Humberti *Abbatis S. Panthaleonis Anno* 1082 *vita pie defuncti.*

Hodie etiam patronalia in Longerich, Gluel, & Leproſorio Colonienſi, alijſque Eccleſijs Vbiorum S. Dyoniſio dicatis.

Dominica proxima feſto S. Dionyſij dedicatio S. Antonij, Dominica ante Gereonis dedicatio S. Apolloniæ.

C Sexto idus Octobr. die 10

✠ Coloniæ ad aureos martyres *S. Gereonis & Sociorum.*

Ibidem in collegiata B. Georgij, *S. Theophili* centurionis & militis præcipui de Societate Gereonæa.

Bonnæ *SS. Caſſij, Florentij atque malluſij & Sociorum.*

Prope Vetera oppido Sanctis, SS. *Victoris & Sociorum* martyrum Thebæorum, & alibi per Vbiorum regionem quieſcentium ✠

In ipſo feſto S. Gereonis, dedicatio corporis Chriſti ſeruatur.

Item feſtum & dedicatio in S. Matthia prope S. Paulum.

D Quinto idus Octob. die 11

✠ Coloniæ in Baſilica S. Panthaleonis *Beati Brunonis* I. Archiepiſcopi, quem Tornacenſis Eccleſia colit officio nouem lectionum, ſed propter reuerentiam S. Romanæ ſedis quæ eum necdum inter ſanctos cenſuit, Colonienſis Eccleſia ipſamet eum necdum honorat.

Malmundarij in diœceſi Colonienſi *S. Quirini presbyteri & martyris* cuius corpus à Carolo M. Impetrarunt Hildebaldus Colonienſis Antiſtes & Odulphus Malmundarienſis Præpoſitus. ✠

E Quarto idus Octob. die 12

✠ Octaua S. Franciſci.

Eodem *S. Panthali* Baſileenſis Epiſcopi, qui cum S. Vrſula Coloniæ martyrio coronatus eſt.

Item *Harlindis & Relendis* Virginum quæ monaſterium Eickenſe ad Moſam fluuium condiderunt.

Eodem *B. Gerardi Colonienſis Eremitæ* cuius vita legitur in hiſtoria B. Lidevvigis.

Beatorum *Amelij & Amici* aulicorum Caroli magni mirabiliter conuerſorum ad vitæ rigorem, de quibus iure circumfertur. *paucos beauit aula, plures perdidit, ſed & hos quoque ipſos, quos beauit, perdidit* ✠

Dominica poſt octauam S. Franciſci dedicatio apud PP. Capuccinos.

F Tertio idus Octobris die 13

✠ Coloniæ in Baſilica SSS. trium medicorum inuentio *Sancti Maurini Abbatis & Martyris.*

Venerabilis Belexendæ Filiæ Caroli magni Vxoris B. Amelij.

Item *S. Simperti* Epiſcopi Auguſtani Caroli magni ex ſorore Simphoriana nepotis, Autberti Auſtraſiæ Ducis Filij. ✠

G Pri-

G Pridie idus Octobris.die 14

✻ *B Noitburgis* Virginis cuius corpus Colonia Confluentiam in montem S.Beati tranſlatum eſt.

S.Calixti Papæ & Mart.cuius mandibula Coloniæ apud Patres Dominicanos.✻

Item Venerabilis Hilgeri *Dominicanorum Prioris Filij comitis de Honſtein.*

A Idibus Octob.die 15

✻ Coloniæ in Baſilica S.Gereonis *S.Gregorij Mauri,& 360.Sociorum militum* paſſio, qui cum quinta poſt cæſos Thebæos die ex maritimis Morinorum redijſſent, eodem laniena,eodem loco meruerunt ſocios ſuos ad eadē æterna gaudia ſubſequi.

Item Anno 1266.Sanctorum tutelarium Thebæorum, maurorū. vndecies mille Virginum aliorumq; *Patronorum apparitio* qua ſancta Colonia Agrippinenſis,defenſa eſt & liberata ab obſidione Prouincialium.

Ibidem in Chartuſiæ S.Barbaræ domo *S.Marcini* ex Soc.Sanctorum Maurorum.

Eodem Sanctorum *Malcolmi Regis,Margaritæ & Aureliæ Virginum* ex Societate Vrſulana. ✻

Eodem B.Theodorici Alemanni ex celebri conuentu Prouinciæ & conuentus Carmelitarum Colonienſium.

Item Venerabilis Richuuini *Colonienſis,monachi Ciſtercienſis in Hemmerode.*

Ad Gelbim fluuium Eiffliæ in monaſterio S.Thomæ Ciſtercienſium parthenone Venerab.lis Eliſabethæ *Abbatiſſæ cuius vitam ſcripſit B.Hermannus Steinfeldenſis & meminit Cæſarius in hiſtoria S.Engelberti lib.2. cap.16.*

B Decimo ſeptimo Kal.Nouemb.die Octob. 16

✻ Coloniæ in Baſilica S.Martini maioris *B.Eliphij* Martyris *Vide lib.3.Syntag.13. pag 377.*

Apud Weslingh pagum inter Coloniam & Bonnam commemoratio *S.Balderici* Confeſſoris,cuius Reliquiæ quondam temporibus Williberti Colonienſis Præſulis,illic exules plurimis miraculis claruerunt, & ideo ad perpetuam memoriam conſtructa fuit eccleſia S Balderici,ante muros Bonnenſes, ab eius Abbate (nunc poſt proprietates bonorum Propoſitus appellatur) in vineis prope Ditkirchen , quæ nunc vaſtata,paucis ruderibus ſuperſtitibus.

Eodem *S Heriburgis* Virginis ſororis S.Ludgeri.

Hoc die,Anno 1166.ſub Papa Alexandro III. curauit Abbas Philippus de Parco Louanienſi,abdicata prælatura transferri ad Eccleſiam B.Martini Landunenſis de XI.mille Virginibus,corpora *SS.Frigiæ V.& M.Filiæ Ducis,Sembariæ V.& M.Filiæ Ducis, Raraoniæ V.& M.Bobiliæ V.& M.Macharij Epiſcopi, Euſebij & Marij capellani* eius , qui in ſtrage XI millium Virginum ſunt martyrio coronati,& in eccleſia S.Martini Laudunenſis honorificè collocati.✻

C Sexto decimo Kal. Nouemb. die Octob. 17

✠ Coloniæ Agrippinæ octaua *S. Gereonis & Thebæorum* Martyrum:
Heiſterbaci commemoratio *duorum Thebæorum* quorum vnus integer, alter dimidius eo tranſlati ſunt. *Vide Cæſarium Heiſterbac. lib. 8. cap. 65.*

Item in Oeckhouen, Sechten, & alijs diuerſis locis, *diuerſi ſancti ex eadem Societate Thebæorum.*

Item Coloniæ *S. Priuati* Martyris quem eo Archiepiſcopus B. Bruno primus portauit. ✠

D Quinto decimo Kal. Nouemb. die Octob. 18

✠ *S. Lucæ* Euangeliſtæ & [illegible]oris, cuius opus eſt Imago B. M. V. allata in Greuerode ab Engelberto comite Patre S. Engelberti. Dedicatio B. M. V. in Colonienſi Capitolio.

Eodem *B. Henrici Bonnenſis* qui cum alijs nobilibus anno 1147. expeditioni contra infideles ſe adiunxit, & Oliſſippone pro fide Chriſtiana occumbens multis claret miraculis.

Item *S. Mononis* diſcipuli S. Remacli, qui Naſſoniæ in Arduenna Chriſto ſeruiens, à ſicarijs interemptus Martyrij lauream promeruit ✠

Sibergæ commemoratio Venerabilis Luitprandi Epiſcopi Præneſtini *quem ibidem S. Anno ſepeliuit.*

E Quarto decimo Kal. Nouemb. die Octob. 19

✠ In Meckenheim oppidulo Colonienſi, eleuato in ſepulchro, magno concurſu coluntur ſancti ſub nomine *VVendelini* in peregrinantium habitu. ✠

Venerabilis Eliſabethæ de Spalbeck *Ordinis Ciſtercienſis in Heckenrode, quæ circa Ann. 1304. floruit, geſtans ſtigmata Domini noſtri Ieſu Chriſti in corpore ſuo.*

Hoc die Obijt Anno 1123. Bruno Epiſcopus Spirenſis *ſapientiæ fama clarus, qui pro Friderico I. Colonienſi Archiepiſcopo conſecrauit eccleſiam in Frauuellesheim, &c.*

F Tertio decimo Kal. Nouemb. die Octob. 20

✠ Coloniæ Sanctarum *Marthæ & Saulæ* & aliarum martyrum. In villa munderſtorff prope Coloniam *memoria S. VVendelini* quæ hodie magno peregrinantium confluxu recolitur.

Item Coloniæ in eccleſia Sanctarum Virginum *commemoratio S. Hippolyti eo tranſlati.*

Myndæ *S. Fæliciani* Martyris Epiſcopi Fulginatis. ✠

Eodem

Eodem B. Bertholdi *Liuonum Epiſcopi.*
Item B. Gaſparis Arnoldi *Dinſlacenſis Menapij, paſſi ab Hereticis Anno* 1572.

G Duodecimo Kal. Nouemb. die Octob. 21

S. VRSVLÆ ET SODALIVM eius Sanctarum vndecim millium Virginum & Martyrum ſumma celebritas Coloniæ Agrippinæ *Vide lib.* 3. *Syntagm.* 10.

Ipſo die in Scotia tranſitus *S. Dariæ* Matris S. Vrſulæ & Martyris, quæ cum numeroſo Sociarum Virginum agmine precioſo cruore in aſſertione pietatis & pudicitiæ effuſo, Coloniam purpurando decorauit. *ita Sauſaius, Kalendarium Scotiæ & Ferrarius.*

Eodem *S. Foilani* Lucenſis Epiſcopi.
In Hiſpanijs *S. Columbinæ* V. & M. Item *Aureæ.*
In Gallæcia *S. Conſtantiæ* V. & Martyris
Eodem B. Gebizzonis *monachi Caſſinatis Coloniæ oriundi.*
Dominica poſt feſtum S. Vrſulæ dedicatio in Maiori Nazareth.

A Vndecimo Kal. Nouemb. die Octob. 22

Coloniæ Agrippinæ *S. Cordulæ* Virginis & Martyris *Vide lib.* 3. *Syntagm.* 36.
Item Dertoſæ in Hiſpania *S. Candidæ* V. & M.
Friburgi in Briſgauia *Sanctorum Candidæ & Floræ* Sodalium S. Vrſulæ.
Eodem prope Noueſium in Franciſcano Tertiariorum S. Nicolai monaſterio, dicto in Triſida, B. Anachoretæ Dickenſis *incogniti qui primus eum locum incoluit, & pro beneficio hoſpitalitatis & eleemoſynarum, orans ante altare veruto transfixus eſt à latrone.*

B Decimo Kal. Nouemb. die Octob. 23

Coloniæ Agrippinæ *S. Seuerini* Epiſcopi *de quo vide lib.* 1. *Syntagm.* 6. *pag* 24. *& lib.* 3. *Synt.* 5. *pag.* 273
Eodem translatio *S. Materni* facta per Popponem Tuuerenſem Archiepiſcopum.
Hodie etiam *S. Odæ* viduæ, Amitæ S. Huberti, & *B. Pompaï* eius Sacellani.
In Monte S. VValburgis prope Coloniam Venerabilis Richmundis *Virginis Ordinis Ciſtercienſis.*

C Nono Kal. Nouemb. die Octob. 24

Coloniæ in Eccleſia S. Cæciliæ *B. Euergiſli* Vbiorum Antiſtitis & Martyris *Vide lib.* 3. *Syntagm.* 11. *pag* 358. *lit D & ſupra* 2. *Maij.*
Ibidem paſſio *B. Iacobi gente Britannici, dignitate Antiocheni Epiſcopi,* & Martyris de comitatu Sanctarum vndecim millium Virginum *de quo vide in compendio vitæ S. Vrſulæ lib.* 3. *Syntag.* 10 *pag* 345. *lit D.*

D Octauo Kal. Nouemb. die Octob. 25

✻ Monaſterij Eifliæ in Diœceſi Colonienſi Sanctorum *Chryſanti & Dariæ* quorum corpora Sergio II. Pontifice Anno Chriſtianæ æræ 844. eo attulit Marquardus Abbas Prumienſis.

Viconiæ Anno Domini 1236. *plurimorum corporum ex Societate S. Vrſulæ*, translatio facta per Nicolaum de Valencenis loci cœnobitam. ✻

Eodem B. Loduici *Ordinis Præmonſtratenſis Canonici ex Comitibus de Arnſtein, cuius mater erat Burgrauia ſiue Caſtrenſis Comes de Odenkirchen, miniſterialis Archiepiſcoporum Colonienſium.*

E Septimo Kal. Nouemb. die Octob. 26

✻ Coloniæ in Baſilica B.M.V. ad gradus feſtum *aduentus S. Crucis Chriſti.*

Eodem Ordinatio *S. Amandi* Traiectenſis Epiſcopi. ✻

Eodem die pia memoria P. Leonardi Keſſelij Louanienſis I. Rectoris Collegij Soc. Ieſu Coloniæ & Ioannis Rhetij Colonienſis primi è Soc. eadem Regentis, Gymnaſij Trium Coronarum, qui multum in Eccleſijs Germaniæ laborauerunt. Vide lib. 3. Synt. 46.

F Sexto Kal. Nouemb. die Octob. 27

✻ *Vigilia* SS. Apoſtolorum Simonis & Iudæ.

Coloniæ in baſilica SS. Machabæorum *S. Quirilli* Martyris qui ſexto die à clade S. Vrſulæ, ex acceptis à barbara gente letalibus vulneribus, cum palma Martyrij beatam vitam terminauit.

Eodem *S. Florentij* Martyris ex legione Thebæa. ✻

Item B. Heraclij *Leodienſis Epiſcopi ad eam cathedram aſſumpti ex clero Colonienſi, conſilio Ottonis I. Cæſaris, atque Brunonis I. Archiepiſcopi, qui eiuſdem opera in diœceſim ſuam tranſtulit S. Patroclum.*

G Quinto Kal. Nouemb. die Octob. 28

✻ Natalis SS. Apoſtolorum *Simonis & Iudæ*, huius caput in Capitolina æde, vtriuſq; notabilia oſſa in Collegiata S. Andreæ, & maxilla S. Simonis in Carthuſia Coloniæ oſtenduntur, brachium vero S. Simonis mirabili caſu Præpoſito Bonnenſi ex Comitibus de Seine, quondam datum, nunc ex Seinenſi monaſterio relatum eſt Coloniam ad Eccleſiam S. Norberti Fundatoris Præmonſtratenſium. Ipſo die eſt dedicatio S. Georgij collegiatæ, & S. Maximini Virginum Ordinis S. Auguſtini.

Item *Octaua S. Vrſulæ & commemoratio plurimorum Sanctorum* Præſulum, Principum, Militum, Matronarum, & Virginum ex Societate Vrſulana.

Item *Eleuatio S. Cuneræ* ex eadem Societate facta per S. Willbrordum, porro etiam Coloniæ in Eccleſia S. Vincentij honorifice aſſeruantur capita *Cuneræ & Conſtantiæ* ex Societate Vrſulana, de quibus *Vide lib. 3. Synt. 72. pag.* 584 ✻

A Quar-

A Quarto Kal. Nouemb. die Octob. 29

✱ Coloniæ in Eccleſia S. Vrſulæ, *B. Maximini* Epiſcopi & Martyris apparitio facta vinitori vites amputanti,& inuentio circa Ann. Chriſti 1320.
Sanctis in Diœceſi Colonienſi *eleuatio S. Victoris* Ducis Thebæorum. ✱

B Tertio Kal. Nouemb. die Octob. 30

✱ *Octaua S. Seuerini* Colonienſis Epiſcopi.
Eodem S. Cuiuſdam *Eremitæ* magni Principis Filij, qui ſponſa & principatu, ac pompa,& delicijs ſæculi relictis, angelica reuelatione cognouit ſe B. Seuerino in gloria parem fore. ✱

C Pridie Kal. Nouemb. die Octob. 31

✱ *Vigilia* Omnium Sanctorum. Coloniæ iuxta Baſilicam S. Gereonis *B. Quintini* ſub Maximiano Herculeo Martyris, cuius memoriam B. Helena ædificauit *Vide li. 3. Syntag* 146.
Eodem *S. VVolffgangi* Ratiſbonenſis Epiſcopi ex familia & familiari B. Brunonis I. Archiepiſcopi Colonienſis. ✱
Heiſterbaci Venerabilis Apollonij *Ciſtercienſis monachij, qui quadraginta annis Chriſto in Ordine ſeruierat, ad inſtar ſagittæ multos ſalubriter vulnerans exemplo rectæ conuerſationis, pennis contemplationis ſublatus ſibi viam muniuit in cœlum.*
Item in Bebburch Venerabilis Iuttæ *Virginis Ciſtercienſis.*
Hoc etiam die renouantur ſepulchra pro feſto animarum ex antiqua conſuetudine Colonienſium: & luminaribus accenſis ſuper ſepulchra, animæ maiorum Deo commendantur à ſequentis diei veſperis & ipſa die animarum.

NOVEMBER.

D Kal. Nouembris. die Menſis. 1

✱ *Omnium Sanctorum* Solemnitas quam Anno 835. hortatu ſummi Pontificis, lege lata Luduicus Cæſar præcepit obſeruari. S. Cæſarij in Collegiata S. Georgij eccleſia in qua eius ſancti brachium venerationi exponitur; olim ipſi S. dicatum fuiſſe Sacellum traditur. ✱
Coloniæ apud Crucigeros pia memoria Venerabilis Patris Nicolai Harlemij Ordinis Crucigerorum zeloſi & exemplaris Generalis, qui hodie depoſitus eſt ad Patres ſuos Anno 1482.

E Quarto

E Quarto nonas Nouemb.die 2

✠ Commemoratio omnium *fidelium defunctorum.*
Eſſendiæ in Diœceſi Colonienſi *translatio S.Pinnoſæ* Virginis ✠
Eodem Obijt Bruno *IV.Archiepiſcopus Colonienſis pro Eccleſia ſua vincula paſſus.*

F Tertio Nonas Nouemb.die 3

✠ Coloniæ in B.M.V.Paſculo *S Huberti* Epiſcopi Leodienſis.
Eodem *S.Mariani* diaconi & Mart. cuius cranij inſignis pars in S.Panthaleonis.
Eodem *S.VVerenfredæ* Virginis & Martyris. ✠

G Pridie nonas Nouemb.die 4

✠ Porceti in diœceſi Colonienſi iuxta Aquisgranum *S. Gregorij Abbatis* affinitate coniuncti ſecundo Ottoni.
Eodem *translatio Sanctorũ* ex Societate Vrſulana ad Monaſteriũ bonæ ſpei Tuitio.
Item *S.Caroli Borromæi* Epiſcopi Confeſſoris & Cardinalis S.R.E.
Item *S.Perpetui* Traiectenſis Epiſcopi, qui S. Gondulpho Anno 604. ſurrogatus.
Item *B.Modeſtæ* Abbatiſſæ Treuerenſis. ✠

A Nonis Nouemb.die 5

✠ Gerishemij diœceſios Colonienſis nobili municipio, iuxta Duſſeldorpium, *B Gerici Ducis*, quem aliqui putant eſſe illum Gericum qui anno 879 in magna clade Germannorum pro Chriſto occubuit, atque ita foret eius natalis referendus ad diem 2.Februarij, eſſetque commemoratio eius ſolemnis. quæ hodie in tabulis Gerichsheimenſis Eccleſiæ notatur cum indulgentijs Apoſtolicis dicenda translatio eiuſdem, ſiue ex loco Martyrij ſiue ex parochiali in qua iacuit, ad collegiatam, & eleuatum in ea monumentum, in quo eiuſdem corpus modo reconditur, caput vero incluſum eſt deauratæ hermę. extat etiam ibidem fons B Gerici. puto ego hunc Gerichsheimenſem confeſſorem eſſe, à Gerico martyre diſcretum.
Eodem *B.Fibitij* ex Abbate S.Maximini, Epiſcopi Treuirorum. ✠

B Octauo idus Nouemb.die 6

✠ Coloniæ in Baſilicis SS.Apoſtolorum, Capitolina, & Cœciliana S.Leonardi Abbatis cuius ibidem brachia oſtenduntur.
Eodem *B.Chriſtinæ* Stommelenſis cuius mentio facta eſt 23. Iunij. eius ſepulchrũ in cæmiterio Stommelenſi iuxta campanile adhuc viſendum eſt, & Iuliaci plurima ad eius ſarcophagum appenſa ſunt anathemata. ✠

Colo-

Coloniæ in Monaſterio Carmelitarum excalceatorum depoſitio Venerabilis Patris Eliæ à S.Franciſco *eiuſdem Ordinis Religioſi ſimpliciſſimi, qui anno* 1619. *vita functus, adhuc incorrupto corpore perſeuerat.* Vide lib.3.Synt.50.

C Septimo idus Nouemb.die 7

✱ S.ENGELBERTI Archiepiſcopi Colonienſis qui pro defenſione Eccleſiaſticæ libertatis & Romanæ Eccleſiæ obedientia martyrium ſubire non dubitauit, in monte Geuelsbergh.vbi monaſterium eius honori eſt extructum.

Eodem *S.VVilibrordi* qui cum S. Suuiberto noſtratibus Prouincijs Ieſum Chriſtum prædicauit. *Vide pag.*615 ✱

Item Venerabilis Henrici *ſeptimi Abbatis S. Panthaleonis qui laudatur in vita S.VVolphelmi, & plenus operibus bonis* Obijt.1066.

D Sexto idus Nouemb.die 8

✱ *S.VVillebadi* primi Bremenſis Epiſcopi. ✱

Eodem Venerabilis Theologi Ioannis Duns Scoti, *cognomento Doctoris ſubtilis, qui ſtrenuus defenſor immaculatæ conceptionis B.M. Anno* 1308. *de hoc ſæculo migrans, mirificè eleuato Mauſolæo honoratur in Eccleſia Fratrum Minorum Coloniæ in choro.*

E Quinto idus Nouemb.die 9

✱ Coloniæ in S.Georgij, & S. Panthaleonis Baſilicis feſtum *S.Theodori* glorioſiſſimi martyris cuius caput in vna earum conſeruatur, in Alteram eiuſdem & Sanctorum Panthaleonis & *Vittonis* Reliquias miſit Virdunenſis S.Vittonis Abbas. ✱

F Quarto idus Nouemb.die 10

✱ Coloniæ in Metropolitana Eccleſia *eleuatio S. Irmgardis* Comitiſſæ Zuphanienſis. ✱

G Tertio idus Nouemb. die 11

✱ *S.Martini* Epiſcopi celeberrimi per occidentem & in hac vrbe Sancti, cuius animam ab Angelis in cœlum deferri cum cœleſti melodia audiuerunt SS. Seuerinus, & Euergislus Colonienſes Epiſcopi. ✱

Eodem Venerabilis Henrici Abbatis Heiſterbacenſis *cui baculum paſtoralem porrigere viſa eſt Regina Angelorum.*

Eodem dedicatio S.Seuerini.

A Pridie idus Nouemb. die 12

❋ *S.Cuniberti* Colonienſis Epiſcopi. *Vide lib 3.Syntagm.4.*
Dedicatio S. Seruatij ibidem.

Eodem *S.Lebuini* preſbyteri qui in veterum Vbiorum finibus & Weſtphalia Chriſtum prædicauit ❋

Dominica poſt S.Cuniberti dedicatio S.Catharinæ.

B Idibus Nouemb.die 13

❋ *S. Brictij* S.Martini in ſede Turonenſi ſucceſſoris, cuius Venerabile caput conſeruatur Coloniæ in platea Marcellina, in Monaſterio nomine deuſti conuentus. *Vide pag.604.* ❋

Eodem B. Volquini *quondam parochi in VVeſtphalia, deinde Abbatis Ciſtercienſis in Sychem.*

C Decimo octauo Kal.Decembris die Nouemb. 14

❋ *S.Alberici* Epiſcopi Vltraiectenſis, *cuius nominis alius videtur in Suſterenſi monaſterio quieſcere, & tertius in Gladbach* S.Albericus *in crypta Eccleſiæ, qui etiam Albertus videtur nominari.* ❋

Eodem in Buruenich Ciſtercienſium parthenone Venerabilis Eliſabethæ *quondam Comitiſſæ Iuliacenſis.*

D Decimo ſeptimo Kal.Decemb. Nouemb. 15

❋ Coloniæ in Eccleſia Patrum Prædicatorum *S.Alberti Magni* quondam Ratisbonenſis Epiſcopi, qui Coloniam vita & doctrina illuſtrauit.

Eodem *S.Amandi* olim Tungrenſis, & Argentoratenſis Epiſcopi. ❋

E Sexto decimo Kal.Decemb. die Nouemb. 16

❋ Colonæ in Eccleſia S.Clementis ſiue S. Cuniberti *translatio SS.Eualdorum* per B. Annonem Archiepiſcopum.

Herufordiæ in Weſtphalia *B.VValtgeri Confeſſoris* qui loci iſtius comes & fundator, in eccleſia à ſe conſtructa depoſitus eſt Anno 825.

In Monaſterio Suſterenſi Sanctarum *Benedictæ & Cæciliæ* Abbatiſſarum.

In Mackenbach prope Amblauiam in Arduenna Diœceſios Colonienſis eccleſia *B.Luckeri* Allemanni, cuius tumba hoc die magnis peregrinationibus viſitur, ſed res geſtæ diuturnitate & iniuria temporum interciderunt. ❋

Item Coloniæ piæ memoriæ Emundi Comitis *de Freisheim qui S.Petro Comitatum donauit.*

F Quin-

F Quinto decimo Kal. Decemb. die Nouemb. 17

✠ *S. Hiltrudis* Virginis Filiæ Meginradi Spanheimenſis Comitis. ✠
Andernaci territorij Colonienſis oppido, celebris eſt memoria Valentiniani Cæſaris *ibidem reconditi, quē Eccleſiæ ſuæ conditorem & beatū cenſent. Meminit inuentionis Godefridus Pantaleonita ad ann.* 1174. *Verū cū tres omnino Valentinianos legamus imperaſſe, videlicet, I cū Valente fratre ſucceſſorem Iuliani, qui egregie Chriſtum ſub Iuliano confeſſus eſt quiq; hoc die Ann.* 375. *Brigittione in Alpibus Pannoniæ apoplexia Obijt. II. filium prioris, qui cum Theodoſio imperauit, & à Magnentio primum deinde Eugenio Tyrannis pulſus eſt, ac Lugduni Galliarum Idibus Maij* 392. *ſtrangulatus fuit. III. qui Romæ* 15. *Martij occiſus eſt Ann.* 455. *non facile dixerim cuius id ſit monumentum; præſertim cum primi oſſa dicuntur translata eſſe Conſtantinopolim ſecundum, Mediolani eſſe ſepultum.*

G Quarto decimo Kal. Decemb. die Nouemb. 18

✠ Sancti Maximi Moguntinenſis Antiſtitis, qui cum cæteris Patribus Agrippinenſis ſynodi fidem Catholicam contra Euphratam & Arrianos propugnauit, & S. Seuerinum ſubſtituit Catholicum loco hæretici, probabilius tamen Martinus appellatur. *Vide lib.* 1. *Synt.* 6. *pag.* 61. *lit.* C. Item S. Florini Confeſſoris. ✠
Eodem Venerabilis Aaronis Abbatis *S. Panthaleonis Ann.* 1052. *vita pientiſſimè functi.* Vide lib. 3. Syntagm. 12. pag. 365. lit. A.

A Tertio decimo Kal. Decemb. die Nouemb. 19

✠ *B. Pontiani Papæ & Martyris* cuius tempore S. Vrſula Romam venit. & B. Cyriacus Pontiani in exilio vicarius cum ſanctis Virginibus Coloniam profectus, Vbiorum vrbem ſanguine ſuo ſacrauit.
Item *B. Eliſabeth viduæ Haſſa* cuius ſupellex, clenodia, Reliquiæ, & eleemoſynæ paſſim ſpectantur in Colonienſibus Eccleſijs. ✠

B Duodecim Kal. Decemb. die Nouemb. 20

✠ *S. Regenſledis* Virginis. *S. Bernvvardi* Hildesheimenſis Epiſcopi. *S. Bennonis* Oſnabruggenſis Epiſcopi. ✠

C Vndecimo Kal. Decemb. die Nouemb. 21

✠ *Præſentatio B. M. Virginis* feſtiuitas Coloniæ in Eccleſia eiuſdem tituli apud Clariſſas in platea campanaria.
Eodem *S. Alberti Leodienſis* Epiſcopi & Martyris ✠

Aaaaa 2 *Item*

Item B. Alberti à Leida *minoritæ Martyris qui pro fide diu Coloniæ exulans, cum ad patriæ ſalutem reuerteretur à Geuzijs globo traiectus eſt*

Hoc die Anno 1099 *obijt.* Hermannus III. *Archiepiſcopus Colonienſis cognomento Pius & Diues.*

D Decimo Kal. Decemb. die Nouemb. 22

✱ *S. Cæciliæ* Virginis & Martyris ſolemnitas in Eiuſdem Baſilica Coloniæ, quæ olim Metropolitana fuit.

Item *Conſecratio S. VVilibrordi.* ✱

E Nono Kal. Decemb. die Nouemb. 23

✱ *S. Clementis* cuius feſtiuitas & Reliquiæ in eius Baſilica quæ nunc S. Cuniberti dicitur.

Eodem *S. Trudonis*, & *B. Adelæ* ex Auſtraſiorum Ducum ſanguine Matris eiuſdem.

Item *S. VVilfetrudis* neptis S. Gerdrudis. ✱

Hoc die Anno Domini 1161 *Obijt Venerabilis* Adam Colonienſis, *Abbas Ebracenſis in Ducatu Franconiæ, quem S. Bernardus à peregrinatione habente pietatis ſpeciem reuocauit, qui deinde ob præſtantiam virtutum, decem monaſterijs regendis præpoſitus eſt.*

F Octauo Kal. Decemb. die Nouemb. 24

✱ Coloniæ apud aureos Martyres *inuentio S. Gereonis* quæ S. Norberto diuinitus monſtrante facta eſt Anno 1121.

Præmonſtrati *ſuſceptio aliquot SS. Virginum ex S. Vrſulæ Sodalitio* quas S. Norbertus Coloniæ accepit, & ad matricis eccleſiæ ſui Ordinis munimen & ornamentum Præmonſtratenſium magno cum gaudio aduexit, & magna cum reuerentia in ſanctuarijs collocauit. ✱

Eodem die refertur Anno 1185. *Obijſſe* B. Luduicus *de Arenſtein natus matre de Oderkirchen ex diœceſi Colonienſi cuius memini* 25 *Octob.*

G Septimo Kal. Decemb. die Nouemb. 25

✱ *S. Catharinæ* Virginis & Martyris, cuius inſignis cultus paſſim per diœceſim & vrbem monimenta viſuntur. ✱

Item Venerabilium Catharinæ Comitiſſæ *de Huckesvvagen & eius Pediſſequæ monialium in Greuerade, quæ rigore viuendi ſexus ſui vires transgreſſa, miraculis clara, in Ducatu Montenſi coluntur,* Vide ſupra 2. Iulij.

Heiſterbaci in eodem Ducatu Venerabilis Conradi de Thuringia *monachi, quondam Luduici IV cognomento ferrei & mali, ac duorum eius Filiorum Luduici V. cognomento mitis, & Hermanni ſoceri S. Eliſabethæ Landtgrauiorum Thuringiæ miniſterialis, qui tandem Ordinem Ciſtercienſem ingreſſus, cum quinquaginta annis ſumma morum integritate & monaſtica obſeruantia antecelluiſſet omnes, centenarius ferme Anno 1220. ad æternam beatitudinem migrauit.*

A Sexto Kal. Decemb. die Nouemb. 26

✠ *B. Berengeri* Hertfeldenſis in Weſtphalia Abbatis ſub Ann. 830.

Item *tranſlatio S. Idæ* vxoris Eckberti Weſtphalorum Principis *Vide 4. Septemb.*

Item *B. Itta* Abbatiſſæ Capitolinæ Filiæ Fundatorum Brauuilerenſium quæ ſpectatur in honorifica tumba cum titulo Beatitatis. ✠

B Quinto Kal. Decemb. die Nouemb. 27

✠ *S. Vigilij* Epiſcopi, qui à Pipino Principe noſtro veniens, ab Vthilone Bauaro ad Cathedram Saliſburgenſem expeditus, cum ſediſſet annis viginti, Anno Chriſti 784. migrauit ad Dominum.

Eodem Schonaugiæ Sanctorum *Adriani decennis, Albinæ, & Emerentianæ Virginum & Martyrum* ex Societate Vrſulana tranſlatio. ✠

Item Venerabilis Gertrudis Aquisgranenſis, *quæ paruula & innocens puellula, Chriſtum rogauit vt choro vndecies mille Virginum in cœlis mereretur adſcribi, & à morte viſa eſt conſororibus ſuis Ciſtercienſis ordinis aſſociatata ſodalitio S. Vrſulæ verſari in Cœleſtis ſponſi thalamo.*

C Quarto Kal. Decemb. die Nouemb. 28

B. Odæ Virginis *cæcæ, quæ ad S. Lamberti Reliquias recepit viſum.*

Eodem B. Caſimiri *Filij S. Richzæ Comitiſſæ Brauuileranæ, qui ex monacho Cluniacenſi, poſtulante Regno & ſummi Pontificis conſenſu Rex Poloniæ factus, optatam regno reddidit pacem.*

D Tertio Kal. Decemb. die Nouemb. 29

✠ *Vigilia S. Andreæ* Apoſtoli. Eodem *B. Radbodi* Epiſcopi Vltraiectini enutriti in Aula Auunculi ſui Coloniæ, Guntheri quondam Archiepiſcopi. ✠

E Pridie Kal. Decemb. die Nouemb. 30

✠ Coloniæ in Eccleſia *S. Andreæ* Apoſtoli patronalia & Reliquiæ eiuſdem, quarum etiam notabiles partes in alijs Vbiorum Eccleſijs habentur.

Eodem *S. Acca* Apoſtolici viri, ex preſbyteris S. Willibrordi ſocijs, qui Vltraiecto ad conſecrationem S. Suuiberti reuocatus in Angliam, Lindisfarnenſem mitram ſuſcepit. ✠

DECEMBER.

F Kal. Decembris die Menſis. 1

Baronius in Martyrol. 25. Octob.

Apud Monaſterium Eiffliæ oppidum diœceſis Colonienſis Translatio *SS. Chryſanti & Dariæ Virginum & Martyrum, qui poſt multas quas ſub Celerino Præfecto pro Chriſto ſuſtinuerunt paſſiones, iuſſi ſunt à Numeriano Imperatore Romæ via Salaria in Arenario deponi, atque illic viuẽtes terra & lapidibus obrui, quod ſupplicium ſymbolum quoddam habere videtur, cum illo ſupplicio quod apud Ethnicos Romanos iure Pontificio Virginibus Veſtalibus irrogari conſueuit:* fuerat enim Daria inter *Palladis Sacerdotes & poſt emerita caſtitatis ſtipendia* nubilis vt Chryſantum vinculis pro fide mancipatum, à religionis & caſtitatis propoſito dimoueret immiſſa, ſed eius oratione ad Chriſtum conuerſa eſt, itaque ambo coniugium ſimulantes, plurimas Chriſto animas lucrifecerunt, eaque propter delati ad iudicem, tandem ſeueriſſimo huiuſmodi mortis genere oppetierunt Romæ via, vt dixi, Salaria, erat enim *extra portam Salariam, quæ & Collina dicta reperitur, locus ille infamis, dictus campus ſceleratus, quod illic (vt ſcribit Liuius lib. 8. dec 1.) veſtales delinquentes viuæ defoderentur.* Dies natalis ipſorum octauo Kalendas Nouembris celebratur, hoc autem die Monaſterij Eiffliæ (olim S. Petri vallis dicebatur oppidulum) eorum colitur translatio quæ facta eſt Anno 844. opera Marquardi Abbatis Prumienſis temporibus Sergij Papæ.

Commemorare etiam libet ad hunc diem noſtrorum Martyrum ex Thæbea legione commilitionem *S. Beſſum* qui, cum exercitus à Maximiano Imperatore viritim Dijs ſacrificare iuberetur, mori maluit quàm impuro Sacrificio commaculari.

Eius ſacræ Reliquiæ cuſtodiuntur Eporediæ in Salaſſis; Pedemontana ad Duriam fluuium regione.

Eodem natalis *S. Reſignati* Tungrenſis Epiſcopi Anno Chriſti 511.

Item Coloniæ prope Capitolium feſtiuitas *S. Eligij* ex aula Dagoberti & Clodouei in Epiſcopum aſſumpti.

G Quarto Nonas Decemb. die 2

Coloniæ Agrippinæ in Eccleſia SS. Ioannis & Cordulæ ex vndecim mille Virginum & Martyrum cœtu Sanctarum *Paulinæ, Formoſæ, Afræ & Pinnoſæ*, & aliorum.

Item in Eccleſia B. M. Virginis Aſſumptæ Patrum Societatis IESV, *S. Franciſci Xauerij* Indiarum Apoſtoli, cuius Roſarium miraculis clarum, Sereniſſima Regina Galliarum Maria Medicæa donauit eiuſdem Societatis Collegio Colonienſi cum in ea vrbe defungeretur: Videri poteſt Lib. 3. Synt. 46.

A Tertio Nonas Decemb. die menſis. 3

✠ *B.VVibonis* Colonienſis in ſede Oſnabrugenſi proto-ſuffraganei,cui Ann.778. Carolus Magnus è Friſia accerſito, ibidem curam Collegij atque græcæ latinæque ſcholæ commendauit,ipſumq; egregijs auxit muneribus, quæ in diplomate Aquisgrani dato recenſentur, quo ſedente Pontifice Ann.799. Leo Pontifex Maximus Imperatorem Carolum Padebornæ inuiſit , & Engilfridus Leodienſis Antiſtes Anno 777. annuente Hadriano Papa eccleſiam Cathedralem ibidem in honorem SS.Criſpini & Criſpiniani inaugurarat,quam cum annis duo de triginta pie admodum rexiſſet,ſucceſſorem accepit Meingerum:defunctus Anno Chriſti 804.✠

Eodem Venerabilis pœnitentis Capitolinæ Colonienſis, quæ lapſa, precibus S. Annonis obtinuit Dei gratiam,vt nullam virtutibus ſe ſuperiorem decedens è vita relinqueret. Vide lib.1. vitæ S.Annonis cap. 14.

B Pridie Non. Decemb.die 4

✠ *S. Annonis* Archiepiſcopi Colonienſis. *Vide lib.3.Syntag.7.& 8.*

Eodem *S.Barbaræ* Virginis & Martyris cuius præcipua capitis pars apud Patres Conuentuales translata ex Carthuſia Colonienſi , mandibula in S.Panthaleonis, coſta in S.Martini minore,& Brachium in S.Noitburgis, & S.Apri,ac in alijs eccleſijs aliæ Reliquiæ aſſeruantur.✠

Eodem Venerabil. Godefridi de Arnsberg , *Luduici Comitis & Peronettæ Iuliacenſis Filij cognomento p... ſentiſſimi, qui ex Scholaſtico Monaſterienſi, Oſnabrugenſis & tandem Bremenſis Epiſcopus, annis duodecim à ſuis grauiſſima perpeſſus eſt. ſed Deus tribulantes eum ſeueriſſimè puniuit. Hic Eleemoſynarum diſtributionem à Bennone laudatiſſimo Antiſtite inſtitutam contra glires, fieri inhibuit propter abuſus qui irrepſerant, & pientiſſimè Anno* 1363. *de hoc ſæculo migrauit.*

C Nonis Decemb.die 5

✠ Coloniæ in Baſilica ad gradus B. M. V. Sanctorum *quinque Martyrum Maurorum* quos S.Anno in crypta ſub choro recondidit, inde vero translati ſunt in aram occidentalis chori ibidem ✠

Eodem Venerabilis Reginardi *Eleemoſynarij ex Præpoſito Bonnenſi & S.Hereberti collaterali Leodienſium Epiſcopi, qui anno* 1036. *intrauit in gaudium Domini ſui.*

Item Venerabilis Eliſabethæ *Virginis Ciſtercienſis in monaſterio Houen iuxta Tolbiacum.*

D Octauo idus Decemb.die 6

✠ *S.Nicolai* Epiſcopi,cuius imago & Reliquiæ clarent miraculis in Monaſterio Brauuilerenſi,eius brachium eſt Coloniæ in Eccleſia S. Cuniberti.

Item

Item Coloniæ *S. Florentinæ* Virginis & Martyris.

Eſſendiæ *B. Pinnoſæ* quartæ Abbatiſſæ ibidem cuius Reliquiæ in capſa portatili in altari reuerenter cuſtodiuntur. ✻.

Eodem Venerabilis Franciſci Coſteri *Soc. Ieſu apud Vbios profeſſoris ſepulti in Eccleſia S. Maximini.*

E Septimo idus Decemb. die 7

✻ *Ordinatio S. Ambroſij* ex Iudice profano Mediolanenſis Archiepiſcopi, & Sanctæ œcumenicæ eccleſiæ præclariſſimi Doctoris, qui legatione bis in Belgiam fungens Coloniam hoſpes inuiſit, & ſua illuſtrauit præſentia.

Eodem *Vigilia conceptionis* B. M. Virginis ſanctita anno 1629. 27. Nouemb. diplomate Ferdinandi Bauari Archiepiſcopi Colonienſis. ✻

F Sexto idus Decemb. die 8

✻ *Conceptio glorioſa* ſemper immaculatæ Virginis MARIÆ quam ſolemnitatem Colonienſes inter patronalia cenſent.

Eodem *S. Eucharij* B. Petri diſcipuli & pro eodem in opus Euangelij legati, qui S. Materni Proto-Epiſcopi Colonienſis collega, amiſſam ipſi vitam, à Deo impetrauit impoſitione baculi S. Petri. ✻

G Quinto idus Decemb. die 9

✻ *Die nona Decembris in Suſato*, inquit Vſuardi MS. Martyrologium, *aduentus S. Patrocli Martyris. Conueniunt Caniſius, Ferrarius* & alij Quo autem anno hæc S. Patrocli translatio contigerit, diſſenſio eſt, aberrant ſcriptores qui referant illam ad annum Chriſti 955. quam oportebat adſcribere Anno à nato Saluatore nongenteſimo & ſexageſimo quarto Bruno enim Archiepiſcopus Colonienſis in transferendis B. Patrocli lipſanis, vſus eſt opera Eucraclij Saxonis ex Præpoſito Bonnenſi Leodienſium Præſulis, hic igitur cum Balderico anno 950. 12. Kal. Maij vita functo, in cathedra Leodienſi ſuccenturiatus ſit (Baldericus ſiquidem ex ſententia Sigisberti Gemblacenſis Anno 956. Ratherio eiecto ſucceſſit trienniòque ſedit) optimè in prædictum annum congruet translatio S. Patrocli præſertim cum Anſegiſus Trecaſſinus Epiſcopus, qui B. Patroclum gratitudinis cauſa dedit, ſedi ſuæ reſtitutus primum ſit per Brunonem noſtrum Anno 959. Et forte euenerat hoc tempore quod Eucraclius diuturno morbo lupi nomen habente, affixus lecto, vires miraculosè recuperauerat precibus S. Martini, vnde voti reus in Galliæ partes peregrinatus, occaſionem habuit, Reliquias S. Patrocli pro Brunone noſtro Saxone, & Suſatienſibus Saxonibus popularibus ſuis petendi. Accedit alia ratio cur dicendus ſit B. Patroclus Anno 964. vel 965. translatus, quia ex Suſatienſi monumento Fuderici

eius

eius nominis primi Archiepiſcopi Colonienſis,reperio Anno MCXVIII. indictione XI.numerari poſt träslatum S.Patroclum annos centum quinquaginta & quinque. Quia igitur dies ſacri in martyrologijs adſcribuntur S. Patroclo vnus hodie nonus Decembris Aduentui illius ſacer erit,alter 21.Ianuarij ſacer martyrio,vel auguror Eueraclium voti ſoluendi cauſa ad S.Martini ſepulchrum Anno 964. circa Martinalia, menſe Nouembri profectum, inde periiſſe Trecas, atque menſe Decembri effoſſum S.Patrocli corpus, eo die cæpiſſe transferre,in Ianuario illud Suſatum perueniſſe.

A Quarto idus Decemb.die 10

Cornelij Muſij *eximij martyris pro fide Catholica ab Hereticis crudeliſſime necati.*

B Tertio idus Decemb. die 11

S.Damaſi Papæ cuius coſta Coloniæ in Eccleſia S. Quirini.

C Pridie idus Decemb.die 12

Sanctorum Treuerenſium ſub Rictiouaro Præfecto Martyrum *Maxentij, Conſtantij,Creſcentij,Iuſtini.Alexandri,Soteris & aliorum.*

D Idibus Decemb die 13

Coloniæ Agrippinæ in Eccleſia SS.Ioannis & Cordulæ,requieſcit corpuſculum *S.Luciæ* Virginis & Martyris, quæ traditur dux & anteſignana fuiſſe Sanctarum vndecies mille Virginum dum Baſilæa Romam tenderent.

S.Luciæ Syracuſanæ magna Capitis pars Coloniæ apud PP. Conuentuales Franciſcanos oſtenditur.Anno etiam 1593. ipſo die S.Ioannis ante portam Latinam dono Ioannis Abbatis Aldenbergenſis à Wilhelmo Montium Duce caput *S.Luciæ* cuiuſdam.Duſſeldorpium eſt translatum.

Eodem *S.Iudoci* filij Regis Britonum cuius memini ſecundo Septembris, *& Vide ſuperius pag.609.*

Hodie Feſtiuitas S.Luciæ *apud Seruitiſſas in Viltzengraben, & in Sacello turris S.Cuniberti.*

E Decimo nono Kal.Ianuarij die Decemb. 14

S.Vrſicini Rauennatis Epiſcopi cuius auſpicijs ſanctis Vitali & Apollinari magnifica templa exſtructa ſunt,vnde eorundem Reliquiæ translatæ ſunt in Vbios.

Eodem obitus beatæ *Odiliæ* viduæ recluſæ ad S.Ægidium Leodij.

F Decimo octauo Kal. Ianuarij. die Decemb. 15

Venerabilis Philippi Ottirburgenſis Abbatis, Ordinis Ciſtercienſis, ex Canonico maioris Eccleſiæ Colonienſis & diſcipulo Rudolphi Scholaſtici einſdem Eccleſiæ.

Floruit etiam Anno 1165 Philippus ab hoc Ottirburgenſi diſcretus, Coloniæ Præpoſitus & Cancellarius Imperatoris, cruce ſignatus, Vltimus ſtirpis ſuæ, inſignem habens Bibliothecam, qui relictis omnibus ſecutus eſt Chriſtum in paupere Ciſtercienſi habitu. Vti videre eſt to. 12. Bibliothecæ SS. Patrum Epiſtola 29. Nicolai Notarij S Bernardi.

G Decimo ſeptimo Kal. Ianuarij. die Decemb. 16

V. Adelheidis Auguſtæ coniugis Ottonis primi, matris vero Ottonis II. & auiæ tertij.

Eodem Coloniæ Agrippinæ in Eccleſia S. Georgij Martyris Venerabilis Euerhardi parochi S. Iacobi, cuius vitam & virtutes Cæſarius Heiſterbacenſis Synchronus plurimum extollit: Sanctum eum & religioſum appellans, quem ſplendor multarum virtutum illuſtrem fecerat, quique erat literatus, humilis, caſtus, affabilis, pauperum pater, religioſorum ſuſceptor, totius Chriſtianæ religionis amator, Deo charus, toti ciuitati acceptus, iuſtus religioſus, & proptèr ſanctitatem reuerendus:] ita Cæſarius, &c Floruit (vt in diplomate inſtitutionis S. Maximini lego) Anno 1188. & Prophetico inclaruit ſpiritu, Hinc Geuardum qui deinde Heiſterbacenſis Abbas fuit, B.M.V. ad gradus Canonicum vidit inter collegas diuinis aſſiſtentem, in habitu & tonſura Ciſtercienſis monachi Eundem Geuardum Hemmenrodenſe cœnobium ingreſſum, ſtabiliendi in propoſito cauſa, inuiſit & enarrata ſua viſione plurimum confirmauit, cum alijs etiam virtute excellentibus viris familiaritatem coluit inter hos cōiunctiſſimus fuit Waldauero Sacerdoti incluſo inſtitutori monialium S. Maximini, & B. Enfrido S. Andreæ Decano liberali eleemoſynario, quibuſcum idem ipſi erat cor atque anima, Enfrido huic ſæpius veſtes ex pietatis ſenſu donauit, ſed qui ipſas à corpore veſtes egentibus largiretur, vnde dictitabat ſe mutuas dare. In reliquos pauperes ita Venerabilis Euerhardus profuſius fuit, vt aliquando quod medico daret non ſuppeteret, vnde dum grauiſſimis capitis cum doloribus conflictaretur, & medicus operam ſuam negaret, niſi de trium marcarum ſtipendio ſecum paciſceretur, dimidiam marcam obtulit, qua refutata à medico, ſi inquit Euerhardus, tres marcæ mihi eſſent pauperibus potius darem, nunc ergo Deo Valetudinem meā commendo, mox vero Euerhardum dolor deſerit, & impium medicū Deo vindice inuadit. Cum Philippus Heinſbergicus Archiep. Colonienſis ob empta Eccleſiæ ſuæ caſtra graui ſe alieno ære obſtrinxiſſet, delatus illi eſt de nummorū abundantia V. Euerhardus, miſſi itaque ſunt qui mutuā peterent pecuniā negat ipſe penes ſe quicquam eſſe, arcarum claues dat & poteſtatem ſcrutandi indulget, inquiritur, nihil inuenitur præter benè vnctos ex bouino corio calceos, quos in pauperum vſus emerat, rubore ſuffuſi Archiepiſcopales nuncij, rem totam Domino ſuo enarrant, qui perculſus reuerentia accerſitum Euerhardum humi procumbens de illata iniuria veniam poſtulat. Aſſueuerant pauperes prandio Venerabilis Euerhardi; adducti igitur ſunt die quadam duo quorum alter adeo erat infirmus & aſpectu abominabilis

vt hor-

vt horrorem ſocio incuteret, & is conuiuam refutaret, ſed eundem Euerhardus minimè deſpexit, quin in paupere Chriſtum ſibi repræſentans, honore perſecutus eſt, auocatumq; à mendicorum quæ in triclinio erat menſula, propriæ adhibuit tabulæ, in oppoſita ſibi ſede collocat, & ex eodem ſchypho atque ſcutella bibere & cibum capere non contempſit. Delicatiores frequenter curabat cibos cum ob hoſpites, tum ob infirmos quos in diuerſis ædibus lecto affixos paſcebat, appoſita vero ante oculos fercula odoratu, viſu, tactuque ſæpius explorabat, vt ſic appetitu prouocato magis tentaretur, & pro amoris Chriſti obſeruantia minus fruendo merita cumularet. poſt hæc miniſtranti puero dicere ſolebat: defer ſcutellam hanc, aut Viduæ illi, aut tali pauperi ſiue infirmo, quia magis quam ego indigent.

Caſtitatem coluit & multa abſtinentia fouit, adeo vt ne pacis quidem oſculum inter ſacra auderet liberius figere, nã potius impetu quodam proruebat & trudebat quam oſculũ præberet.

Nimio etiam caſtitatis zelo accenſus in delicatiorem iuuentutem, dum ſe confeſſione de luxuriæ inquinamento expiarent, grauius inuehebatur, vt ſcandalum quoddam & deſperationis anſam videretur præbere. itaq; iuſtus Deus, qui Petrum ob gregis ſalutem cadere permiſit, ſeruum ſibi dilectum tentationis erudiuit flagello, & vt ſubditis compateretur, exagitatione corripuit ſimili, ita vt cum Apoſtolo dicere poſſet : ne magnitudo reuelationum extollat me datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Sathanæ qui me colaphizet, *in ſe enim didicit quo alijs mederetur. Cum aliquando* Hermannus Abbas *tunc in ordine Ciſtercienſi tyro, facibus Veneris vexaretur, & multa de fama ſanctitatis Euerhardi inaudiſſet, illius meritis & precibus abigendam ſperans tentationem, dum ad operandum ſacris accinctum reperiſſet, nec tempus eſſet, vt propoſuerat, faciendæ expiationis, adijt & pro depellenda tentationis moleſtia orationem ſecreta voce petijt, cui V. Euerhardus altiori reſpondit voce. pro te ne effundam preces qui eadem tentatione ſuccutior? Hoc reſponſo plurimum conſolatus eſt monachum iuuenem, qui virum ſanctum & ſenem eadem paſſione pulſari cognoſcebat.*

Singulari reuerentia V. Euerhardus Sacroſanctam Eucharistiam proſequebatur, quam dum vice quadam ægroto viaticum ferret, & viam incederet arctam, lutoſam, atque ab vno latere decliuem & præcipitem, aſinos habuit obuios eadem via deſcendentes & proruentes. ſacci quibus onerabantur hinc parietem radebant inde ſupra præcipitium prominebant, iuuenis qui obſeruantiæ cauſa facem præferebat, hunc illumue impellendo eluct. tus eſt, ſed Euerhardus ſenex & debilis pallere, tremere, & in ſubiectam ſentinam præceps cum Venerabili Sacramento agi, metuere cœpit, humano autem auxilio deſtitutus, illo quem gerebat inſpirante, benè ſperans, quid inquit Beſtiæ agitis? illum quem manibus geſto agnoſcite, ſtate, deſcendite reuereamini, honorem veſtro date creatori cuius nomine vos compello & coniuro. Res mira dictu & quæ longo poſt tempore celebris fuit, ſacerdotis voci bruta animalia paruerunt, ſubſtiterunt ſimul, ſimul deorſum declinarunt, nec ſacci deciderunt, licet difficillimus eſſet aſcenſus.

Ordinem Ciſtercienſem ea ætate rigoroſum magno proſequebatur amore, in eumque adſcribi petijt; ſed ipſi Abbates quod vitam eius ſanctiſſimam & ſæcularibus valdè neceſſariam perſpicerent, id illi diſſuaſerunt, cum vero multam ætatem plurimis adornaſſet virtutibus, tandem decrepitus ad æterna præmia migrauit, & corpus in Eccleſia S. Georgij eſt inhumatum.

A Sexto decimo Kal. Ianuarij. die Decemb. 17

✱ *S. Lazari* Epiſcopi quem Dominus in Euangelio à mortuis ſuſcitaſſe legitur, eius mandibula in S. Panthaleonis precioſè cuſtoditur, cur autem ea mandibula potius huius Lazari, credatur, quam alterius ſancti monachi Conſtantinopolitani, vel denique Lazari Martyris ſub Sapore Perſarum Rege, perſuadent & tabularia monaſterij. & ratio. quia ibid. reperitur mandibula B. Mariæ ſororis Lazari & Marthæ.

Eodem *B. Beggæ* Filiæ Pipini Landenſis, vxoris Anſegiſi, matris Pipini Heriſtallij Auſtraſiæ Principum, *quæ traditur fundatrix Begginarum & Beggardorum. quibus Lambertus cognomento Beguius Eburo incrementa poſtea dedit.* ✱

In Steinfeldenſi Diœceſios Colonienſis cœnobio paſſio ſanctæ memoriæ Godefridi de Bonnenbergh *decimi noni eiuſdem Eccleſiæ Abbatis, Ordinis Præmonſtratenſis. qui Britannus Eccleſiam Steinfeldenſem deprædantibus & penitus euertentibus, miſerabili morte excarnificatus, viſus eſt oculis inſipientium mori, verum factus eſt in pace locus eius, dum cum corona Martyrij fœliciter migrauit ad Dominum.*

Heiſterbaci depoſitio pij viri Rudolphi *conuerſi qui munditiam cordis, & Ciſtercienſis Ordinis puritatem amplectens plenus meritis, in pace quiuit.*

In veteri monte, Venerabilis Henrici *monachi, qui cum eſſet Coloniæ S. Cuniberti Canonicus, nimiumque ſæculi vanitatibus deditus, audita voce è cœlo delapſa & à Beatiſſima Virgine per viſionem admonitus, mundo eiuſque concupiſcentijs valedixit, & aſſumens habitum Ciſtercienſium in dicto Vetere Monte, multis & admirandis virtutibus clarus effulſit, ipſius fides meruit primo ad Reliquias S. Engelberti miraculo ſanitatem debilis cruris impetrare, magnæ demum ſanctitatis opinione relicta fœliciter obdormiuit in Domino.*

B Quinto decimo Kal. Ianuarij. die Decemb. 18

✱ Sigebergæ in monte S. Michaëlis *B. VVinibaldi presbyteri* germani fratris S. Wilhbaldi Epiſcopi Eyſtatenſis, collegæ S. Gregorij Vltraiectini Antiſtitis. Eius S. Winibaldi potiores Reliquiæ & S. Benigni in vna precioſa hierotheca Sibergæ includuntur.

Apud Moſellæ & Rheni Confluentes *S. Florini* preſbyteri & Confeſſoris. ✱

C Quarto Decimo Kal. Ianuarij. die Decemb. 19

✱ Vilicæ in nobili vtriuſque ſexus collegio, prope à Rheno ad dextrum fluuij latus, ex aduerſo Bonnenſis oppidi, *B. Mengoſi vel Mengegozi* fundatoris ibidem, cuius caput ſolebat ante Truchſeſianum Colonienſe bellũ inter Reliquias oſtentari. ✱

Item Venerabilis Gerbirgæ *vxoris Megengoſi. filiæ Godefridi ducis Franconiæ, & Beati* Godefridi *eorundem Filij, huius nepotis qui in bello Bohemico defunctus apud parentes Vilicæ depoſitus eſt, à ſorore ſua S. Adelheide prima Abbatiſſa.*

D Ter-

D Tertio decimo Kal. Ianuarij. die Decemb. 19

✱ Vigilia S. Thomæ Apoſtoli.

Eodem Geldubæ diœceſios Colonienſis vetere Romano Caſtello, in ſiniſtra Rheni ripa prope Caſtra Ordeonij (nunc Gelb pagum prope Ordingam appellant) *S. Iulij Martyris*, qui putatur ex legione SS. Thebæorum, *quod autem aliquibus in Martyrologijs dicatior requieſcere* Geldubæ in Thracia, *puto id non niſi loco inhæſiſſe à traiectu amnis. & ſunt adhuc fortaſſis nominis veſtigia, cum ericetum loci, dicatur die traterheidt, & fortalitium die trayer Schantz.* ✱

Ibidem in pago Botbergh in vetuſta Eccleſia cuius iuspatronale ad Societatem IESV, ſpectat extat monumentum quoddam peregrinationibus honoratum, in quo requieſcere S. Heilandum, *id eſt, Saluatorem ruricolæ dicunt; ſed is an cum B. Iulio martyre idem ſit, nouit Deus qui ſanctorum ſuorum nomina habet æterna vitæ libro inſcripta.*

Hodie depoſitio pij viri Cunonis Abbatis *ex monaſterio Brauuilerenſi ad inſulam Sibergenſem euecti. qui diuerſus quidem eſt à Cunone, cuius decimo nono Maij memini, eidem tamen æuo & pietate fuit æqualis.*

In Eccleſia S. Barbaræ domo Carthuſiæ Colonienſis, Venerabilis Patris Henrici ab Egher de Calcaria *Carthuſiani quondam in inſula Cæſaru & S. Georgij Canonici* de quo vide l. 3. Syntag. 40. pag. 457. lit. D.

E Duodecimo Kal. Ianuarij. die Decemb. 21

✱ *S. Thomæ* Apoſtoli Coloniæ in eiuſdem vetuſtiſſimo ſacello. *S. Iutta* Spanhemenſis Comitiſſæ Virginis quæ fuit magiſtra S. Hildegardis. ✱

Item Venerabilis Petri Caniſij, Nouiomago nati, qui primus ex Germanis Soc. Ieſu ingreſſus eſt ex Montano Gymnaſio Magiſter, idem ob magni & placidi animi præſtantiam à Colonienſi Eccleſia Legatus ad Carolum V ab Ottone Cardinali Auguſtano ad Concil. Trid. à Carolo V. VVormatiam contra Melanchtonem, à Pio IV. ad principes Germaniæ in fide Confirmandos miſſus, poſtquam Romæ, & in Sicilia ac Germaniæ Academijs docuiſſet ac verbum Dei prædicaſſet, Friburgi in Heluetia, Fide, prudentia, indefeſſo ſcribendi labore, multaque ſanctitate clariſſimus migrauit ad Chriſtum Ann. 1597. Feſto S. Thomæ.] ita Epitaphium eius Friburgi.

F Vndecimo Kal. Ianuarij. die Decem. 22

✱ Coloniæ in Baſilica Metropolitana *S. Gregorij Spoletani* preſbyteri & Martyris *Vide lib. 3 Syntagmat. 1.*

Eodem *S. Hungeri* Friſonis Epiſcopi Vltraiectini, qui Anno 856. Nortmannis vrbem & Agrum Epiſcopij ſui vaſtantibus, ad Lotharium Regem ſe recepit. ✱

Tolbiaci in territorio Colonienſi Venerabilis Engelberti cæci *quidem à Natiuitate, ſed multis & admirandis gratijs ſupernaturalibus illuſtris: qui habitu conuerſorũ Ciſtercienſium aſſumpto & monachorum eius ordinis ſe ſubijciens regimini, vitam rigidiſſimam egit, ſpiritu*

prophetico clarus, multa futura prædixit. cæleſtes viſione videre meruit, & poſt multa ſancti-tatis opera, infirmitate oppreſſus, animam puriſſimam reddidit creatori cuius gloria B. Aſcelinæ reuelata eſt.] ex menologio Ciſtercienſi.

G Decimo Kal. Ianuarij. die Decemb. 23

※ *S. Victoriæ* Virginis & Martyris Romanæ cuius caput in Domum Carthuſiæ Colonienſis translatum eſt ※

In Scheidenſi cœnobio B. Hermanni *primi eiuſdem Eccleſiæ Abbatis & Præpoſiti Ordinis Præmonſtratenſis qui ex Iudaiſmo mirabiliter ad Chriſti fidem conuerſus, in Cappenbergenſi cœnobio Præmonſtratenſis ordinis habitu ſuſcepto, candidæ huic Chriſti militiæ aſcribi voluit, in qua per omnes Chriſtianarum virtutum aſcendens gradus, ad tantam perfectionis Euangelicæ excellentiam deuenit, vt quo olim Zeloſior extiterat propugnator Iudaicæ perfidiæ, eo nunc glorioſior æternæ eſſet veritatis aſſertor. Quin & Scheidenſis Eccleſiæ Prælaturam piæ & ſanctæ conuerſionis exornauit exemplis.* Vide de ipſo lib. 3. Syntag. 130.

Heiſterbaci Venerabilis Godefridi *Religioſi, qui cum eſſet inſignis Collegij S. Andreæ apud Vbios Scholaſticus, doctrina celebris, & ætate decrepitus, in Ordine Ciſtercienſi ex doctore diſcipulus, ex diuite pauper, ex Canonico monachus factus eſt: & in ipſa probatione à dæmone viſibiliter exagitatus & varijs tentationibus importunè vexatus, victor euaſit, nec diu poſt emiſſionem votorum fœliciter ex hac vita diſceſſit.*

A Nono Kal. Ianuarij. die Decemb. 24

※ *Vigilia Natiuitatis Domini* noſtri Iesu Chriſti. Gladbecæ in crypta Baſilicæ *S. Alberici Eremitæ* cuius memini die 14. Nouemb.

Item hodie *S. Irminæ* Abbatiſſæ Filiæ Dagoberti Regis ※

Eodem Venerabilis Annonis primi *Archiepiſcopi Colonienſis, quem Caniſius commemorat hoc die, vti etiam facit Necrologium S. Seuerini vbi ſepultus eſt, ſed Philippus Ferrarius in nouo Martyrologio pridie Kal. Aprilis eius meminit cum prædicato* Sancti.

B Octauo Kal. Ianuarij. die Decemb. 25

※ NATIVITAS DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI SECVNDVM CARNEM.

Eodem apud Vbios in collegiata S. Cæciliæ commemoratio *S. Eugeniæ*, cuius titulo quondam gauiſa eſt ea baſilica. ※

Eodem pie vita functus eſt Anno Chriſti 1122. Erlongus *ex Comitibus à Calovv Herbipolenſis Epiſcopus, qui Colonienſi Epiſcopo Friderico primo opem ſuffraganeam impendit in conſecranda eccleſia B. M. Magdalenæ in monte iuxta Regiomagum.*

C Septimo Kal. Ianuarij. die Decemb. 26

S. Stephani protomartyris, cui ad altam portam Sacellum conſecratum eſt.

D Sexto Kal. Ianuarij. die Decemb. 27

Natalis *S. Ioannis* Apoſtoli & Euangeliſtæ cui Coloniæ parochialis conſecrata eſt.

E Quinto Kal Ianuarij. die Decemb. 28

Natalis *SS. Innocentium* qui ab Herode Rege pro Chriſto interfecti ſunt, quorum vnus pelle & carne integer Coloniæ in eccleſia Patrum Conuentualium Franciſcanorum cuſtoditur, alius in Eccleſia S. Cæciliæ, & in diuerſis alijs Eccleſijs oſtenduntur Reliquiæ.

F Quarto Kal. Ianuarij. die Decemb. 29

S. Creſcentis Diſcipuli S. Pauli à quo Vbijs Chriſtum annunciatum B. Rupertus Tuitienſis ſcribit.

Eodem iuxta S. Panthaleonis in Eccleſia S. Crucis & duodecim Apoſtolorum V. Hermanni humilis, *noni eiuſdem cœnobij Abbatis qui anno Chriſti* 1121. *ad Chriſtum migrauit.* Vide lib. 3. Syntag. 12. pag. 365. lit. B.

Coloniæ in Eccleſia Patrum Carmelitarum Regularium Venerabilis Patris Siberti de Becka *qui cum ſingulari vita Sanctimonia floruit Anno Chriſti* 1333. Vide lib. 3. Synt. 43. pag. 481. lit. B.

G Tertio Kal. Ianuarij. die Decemb. 30

In cœnobio VVedinghauſano iuxta Arnsbergam B. Richardi Anglici *Canonici Ordinis Præmonſtratenſis, cuius defuncti dextra, quam in conſcribendis varijs voluminibus egregiè occupauerat, vigeſimo poſt obitum anno, integerrima prorſus reperta fuit, & inter ſacras Sanctorum Reliquias honeſtè adſeruata.*

Eodem Venerabilis G. rvvidæ *Sororis S. Altfridi primæ Abbatiſſæ Eſſendienſis.*

A Pridie Kal. Ianuarij. die Decemb. 31

Natalis *S. Sylueſtri* Papæ, cuius caput Coloniæ in Metropolitana precioſæ hermæ incluſum oſtenditur.

Ibidem in Eccleſia *S. Columbæ* Virginis & Martyris, patronalia eiuſdem.

Item *S. Sophiæ* V. & M. de numero XI. millium Virginum cuius ſacras Reliquias Carolus Imperator & Bohemiæ Rex obtinuit in monaſterio Orbanienſi, & donauit Pragenſi Eccleſiæ.

INDI-

INDICVLVS SANCTORVM ET VENERABILIVM QVORVM IGNOTA DIES OBITVS.

❋ *S. Anthiconia* in Heimbach agri Iuliacenſis. ❋

NOTATIO.

Ex tomo 30. MS farraginum fol. 1198.

IN Heimbach prope Nideckam, quem locum diplomata Hengebach appellant, corpus cuiuſdem Sanctæ Virginis portatili tumbæ incluſum colitur, eam eremiticam vitam duxiſſe, & huc aliunde allatam tradunt: atque S. Buconiam vulgus appellat. Acta interierunt, inter picturas tumbæ repræſentatur virgo in receſſu fageti ſub arboribus ſedens & librum lectitans deinde etiam mulus deportans lipſanothecam huic tumbæ ſimillimam, ſi coniectura placeret aſſererem eam quondam huc allatam ex Fuldenſis Buchoniæ, id eſt, fageti prouincia. R. P. Iacobus Polius Rerum Marcoduranarum & Ordinis S. Franciſci diligens perſcrutator & ſcriptor, ex iconibus & literis antiquiſſimæ campanæ Heimbacenſis nomen S. Anthiconiæ eruit, & oſtendit mihi antiquas ſcripturas tradentes Leonem Pontificem dum Baſilicam Aquisgranenſem conſecraret, etiam dedicaſſe eccleſias B. M. V. Heimbacenſem, & B. Petronellæ in Dirlo, in illa collocaſſe ſororem ſuam Antichoniam, in Dirloenſi Mathildem Linsburgenſis Ducis relictam ſed eæ ſcripturæ tum ob plures rationes, tum quod Carolum magnum & Leonem Papam germanos fratres aſtruant. de vitio ſuſpectæ ſunt, niſi Germanitatem Chriſtianam quæ per regenerationem in ſpiritu ſancto eſt ea voce expreſſam velint, & ſingularem inter eoſdem dilectionem. Maneat interim in terris ſanctæ illi honor quo fruitur in cælis, donec certiora eruantur.

Venerabilis Alanus Brito *inter ſanctiores Ordinis Carmelitani viros, & eos à me recenſetur quorum dies obitus mihi incognitus.* Vide lib. 3. Syntag. 43. ſupra pag. 481. lit. A.

Venerabilis Bruno Glabbacenſis *ſanctus & doctus Religioſus floruit circa ann.* 985.

Bruno de Bernhoff pientiſſimus & munificus eques, fundator Carmeli Colonienſis. Vide Synt. 43. pag. 478. lit. D.

Venerabilis Cariternus vel Carentinus *Vbiorum Antiſtes*, de quo pag. 39. & 395. *de eo multa tradit Henricus Pantaleon, ſed & Venantius Honorius Fortunatus, iſta ad Carentinum ſcribit:*

Charentine Decus Fidei, deitatis amice
Nomine de proprio chare perennis amor
Charentini beneuolentia & charitas. *Pontificem pollens Agrippina Colonia præfert*
Fructiferis agris digne Colone Dei.
Si videas aliquos quacunque ex gente creatos
Quamuis ignotos mox facis eſſe tuos
2. Corint. 6. Eiuſdem variæ dotes. *Quos ſemel affectu aſtringis pietate ſuperna*
Vlterius nunquam aſſociare potes
Beneuolentia *Nec ſubito veniens veluti fugitiua recedis*
Sed conceſſa cito gratia fixa manet,
Verba Dei complens, ſicut te diligis ipſum
A te ita diligitur proximus omnis homo
Vocis Apoſtolicæ ſectator dignus haberis
Quæ charos animos propoſuit fidei,
Tranquillus, placidus, mitis, ſine nube ſerenus,
Cui rabies mundi nil dominare, poteſt,
Pectora cunctorum reficis dulcedine verbi
Lætificas vultu triſtia corda tuo
Pauperibus cibus es, ſed & eſurientibus eſca
Rite pater populi dando ſalutis opem

Aurea

Aurea templa nouas, * *precioſo fulta decore,* *Sollicitat pia cura gregis te paſtor opime* * *Spacioſo.*
Tunites, vnde Dei fulget honore domus. *Nil lupus à ſtabulis quo vigilante rapit.*
Maioris * *numeri quo templa capacia conſtent* *Tempora longæuo teneas fœlicia tractu* * *Numen.*
Alteri in excelſo pendulus ordo datur. *Et per te Domini multiplicentur oues.*

Venerabilis Conradus Guelfo *educatus & inſtitutus à Friderico Vbiorum Antiſtite, ex Boiorum Duce factus eſt Anachoreta.* Vide Bauariam ſanctam tom.2. fol.242.

Venerabilis Dionyſius de Mutina *de quo* Vide Synt.44 pag.489.

✠ *SS. Egiſtus* diſcipulus ſancti Petri, *& Marianus* Diaconus, Chriſtum Weſtphalis prædicarunt & Bardeuuici prope Luneburgum Martyrizati ſunt. teſte Kleinſorgio, Roleuingio, &c.

B. Electus Noueſienſis Ordinis S. Franciſci Monachus, tanta virtute floruit, vt ſolo manuum ſuarum attactu ægros ſanaret. *Ex MS. hiſtoriæ FF. Minorum Obſeruantium.*

S. Euuardus Leuita Martyr. *Vide lib 3. Synt. 2. pag.* 277. ✠ (& 276. lit. D.

Venerabilis Giſo Vbiorum Antiſtes *requieſcit in Eccleſia S. Seuerini.* Vide p.41. lit. A.

Venerabilis Gedericus *Monachus Blandinienſis prope Gandauum prædicatione ſua quinq; milites latrones conuertit ad pœnitentiam, & pro peccatorum remiſſione miſit eos ad S. Annonem Colonienſem Archiepiſcopum* ita Hagiologium Flandriæ.

Venerabilis Goſvvinus *ſub annum* 1181 *electus Abbas veteris Montis. annis viginti & vno fidelis ſeruus & prudens, menſuram tritici conſeruis ſuis fideliſſimè erogando vigilauit. Veterem Montem ingenti theſauro Reliquiarum diuinitus translatarum pijs ſuis precibus locupletauit; os equinum dolosè Reliquijs immixtum excommunicauit & miraculosè eiecit, ac multis virtutibus excellens obdormiuit in Domino, ſedente Adolpho Altenano Archiepiſcopo Colonienſi, cuius Patruum Venerabilem Brunonem quondam etiam Archiepiſcopum, in habitu & moribus Ciſtercienſis Ordinis formauit ad vitæ Sanctimoniam.* (*ſterium fundauit,*

Venerabilis Gekela *Deo & Angelis deuotiſſima matrona Bonnæ vallis Angelorum Mona-*

Ibidem ſimplex Scholaris *in cæmiterio Angelorum viſiones habuit. Vide Cæſarium Heiſterbacenſem. Nicolaum Serarium in caput quintum Ioſue, Cornel. à Lapide in cap.* 12. *Daniëlis Bruin lib.* 5, *Theatri Vrbium.*

Venerabiles { Gerlacus & Hartpernus } { *Abbates Tuitienſes* Vide lib.3. Syntag.14. pag.383. & Synt.10. pag.335. lit. A. }

✠ Beatus Hermannus ob ſimplicitatis candorem dictus puer Ordinis S Franciſci Noueſij Religioſus iuſſus à ſuperiore ſuo Coloniam ire & per Rhenum deſcendere cum poſt nauis diſceſſum ad flumen veniſſet iniecto pallo Noueſium reuerſus eſt. Vide de ipſo in libro conformitatis Regulæ S. Franciſci. ✠

Hynaidus Epiſcopus de quo Vide lib.1. Synt.6. pag.53. lit. C. (pag.46. lit. A.

Hugo Archiepiſcopus Colonienſis pius fundator Knechſtedenſis. Vide lib. 1. Synt 11.

Venerabilis Henricus Iunior Dominicanus *ex nobili Canonico Vltraiectino è gente de Mulhuſen. ordini PP. Prædicatorum aſcriptus cum B. Iordane; & poſtea Colonienſis Prior atq; vir ſanctiſſimus fuit,* cuius vita MS. extat tomo mearum farraginum xxx. fol. 1002. Videtur 13. Febr. collocandus.

Venerabilis Henricus Senior Dominicanus Patruum habuit in Montis Martis VVeſtphalico oppido militem, à quo fuerat in ſtudio Pariſienſi enutritus, ab eiuſdem defuncti ſpiritu apparente adſuſceptionem Crucis tranſmarinæ, & ingreſſum breui futuri Ordinis Prædicatorij monitus, cum de ſacra expeditione reuerteretur, & Pariſijs exules Dominicanos ſibi à ſpiritu Patrui prædictos reperiret, eorum paupertatem nihil veritus, idem inſtitutum amplexus eſt, in eoque ad ſummam religioſioris vitæ perfectionem profecit, ac tandem B. Ludouici Regis Socius ſacræ peregrinationis, cum tertia vice è Palæſtinæ locis reuerteretur, ſancto fine in itinere quieuit.

Eiuſdem patruus Montis Martis miles propter ſuſceptas à Nepote pro remedio animæ ſuæ peregrinationes & ſuſceptionem Ordinis Dominicani, ad æternam fœlicitatem ſe perueniſſe B. Henricum pia reuelatione edocuit.

B. Helentrudis Monialis in noua Heriſiæ prope Padebornam Monaſterio, vulgo zum nien Herſe dicto, de qua Vide apud Surium in vita S. Cordulæ 22. Octob. & ſupra lib. 3. Synt. 10. pag. 337. lit. A.

Venerabilis Ioannes Brugmannus Ordinis S. Franciſci Regularis obſeruantiæ Prophetiæ ſpiritu & eloquentia ſacra in diœceſi Colonienſi præſertim Kempis inclaruit, & cum ſanctitatis opinione Obijt Neomagi. 1473.

Venerabilis Ida mater S Geronis Archiepiſcopi Colonienſis, inſignem corporis ſui pulchritudinem traditur illuſtriori vitæ ſanctimonia ſuperaſſe, & Hieroſolymam orationis gratia petens, atque ibidem ſanctiſſimè obiens, eius ſacri loci excidium diuinitus prædixiſſe, &c. Vide Hierothecam meam Precioſam pag. 83.

Beatus Leo Ordinis FF. Prædicatorum Coloniæ Prior, ſub quo B. Albertus Magnus cum ſanctiſſimis diſcipulis floruit. Vide lib. 3. Synt. 41. pag. 461. lit. C.

Venerabilis Ludolphus vel Louo Reinoldi Cliuiæ Comitu filius, & in Comitatu ſucceſſor, traditur circa annum. 755. duxiſſe Adelheidem Comitis Aquitaniæ filiam, & ſtrenuam operam in debellandis Saxonibus nauaſſe Carolo magno, licet vero magnus fuerit claritudine armorum, maior tamen fuiſſe pietate in Deum traditur. itaque excitato herede Iohanne, vitam eremiticam ſectatus, ſeceſſit in montem S. Ioachimi prope Bebbur diœceſis Colonien. Nunc inferioris territorij Colonienſis oppidulum.

Venerabilis Ludericus pius & eruditus monachus Colonienſis Pantheleonita, circa annum 975. poſtulatus eſt Abbas in monaſterium Luneburgenſe, ab Hermanno Saxoniæ duce ædificato in honorem SS. Michaëlis & omnium Angelorum.

✠ B Mimborinus Scotus Abbas S. Martini in inſula Coloniæ. Vide lib. 3. Syntagm. 13. pag. 376. lit. C.

B. Marianus Scotus Coloniæ in inſula S. Martini. Vide lib. 3. Synt. 13. pag. 377. lit. A. ✠

Venerabilis Marſilius Epiſcopus. Vide lib. 3. Synt. 3. pag. 277.

Venerabilis Margarita de Waldeck ex canoniſſa Capitolina diuinitus excitata inſtitutrix Monaſterij S. Reinoldi Coloniæ Vide lib. 3. Synt. 66. pag. 576. lit. D.

B. Oſuenda Sanctimonialis Vilicenſis, admirabilis conuerſationis ſub Beata ſorore ſua Adelheide de qua vide Arnoldum Wion lib. 3. lit. O. & in vita S. Wolphelmi apud Surium 22. Aprilis.

Vene-

Venerabilis Petrus de Æmiliano *in Carmelo Colonienſi* Vide lib. 3.Synt.43. pag.481. lit. B.

Venerabilis Petronella de Scherue *vitæ ſanctimonia & reuelationibus clara virgo & Abbatiſſa Coloniæ.* Vide lib.3.Synt.53.pag.540.lit.C.pag.542.lit.A.pag.444.lit.C.

Venerabilis Rogerus de Pannonia *Ordinis S Franciſci miræ ſanctitatis Religioſus circa Ann.*1275.*floruit Andernaci oppido ſuperioris territorij Colonienſis.*

B.Sigelinus Abbas ſtabulenſis, *ab Arnoldo VVion inter ſanctos refertur. lib.*5. *in ligno vitæ.*

Venerabilis Sibodo Comes de Are *& Hoſteden inſtitutor monaſterij Steinfeldenſis.*

Venerabilis Theodoricus de Pannonia *Ordinis S.Franciſci apud Andernacenſes, Venerabilis Rogeri Collega & compar ſanctitatis.*

Venerabilis Theodoricus III.*eius nominis &* XVI. Comes Cliuiæ, *Obijt circa ann.* 1096.*hic pro Reip.Chriſtianæ propagatione ſub Vrbano* II. *Syriam ingreſſus grauiſſimis periculis & ipſi morti ſe expoſuit.* Vide Wilhelmum Tyri Archiepiſcopum, & Iuſtum Lipſium V. CL. qui ait: ſæpe ſe admiratum cur tam benè de Chriſtiana Repub. promeritus (*Theodoricus*) non ſit adſcriptus in numero ſanctorum.

❋ Beatus *Theodoricus Heiſtorum* Epiſcopus, cum in Diœceſi Colonienſi aliquandiu ſuffraganeam operam impendiſſet, rediens ad ſuos, à paganis interfectus eſt anno 1220.teſte Alberto Stadenſi.

S.Timerlini nomine requieſcit in Oleshemenſi ſacello, ſub parochia Bolhemenſi S.Anthonij, non longe ab oppido Marcodurano, quidam illuſtris Eremita: ingens mauſolæum ſepulchro eius incumbit, cum reſupina ſtatua in ducali pileo & trabea, cæteræ eius imagines eodẽ habitu exprimũtur. Ego anno 1636. authoritate Archiepiſcopali, præſentibus duobus parochis & duobus Religioſis Marcoduranis, adhibita trochlea, mauſolæum (ſicuti lib.3.Synt.6.pag.302.lit.D.ſimile in Piligrimo repertum) corpore vacuum deprehendi, traditur enim in terra ſub eo monumento tumulatus, vbi ex ſcobe indeficientem terram indies peregrini auferunt contra pthiſin. Eſt ibidem ſtagnum, S.Timerlini mare appellatum, & fons dictus S.Timerlini. deinde plateæ ſpecies ab eodem nominata, per quam ex vicinæ ſyluæ eremo delatum ad eccleſiam ſacrum eius funus dicitur, & triticum candidius reliquo profert. cætera perierunt, loci & agri ibidem vetuſtiſſimam culturam oſtendunt mutila marmora, cum ethnicis inſcriptionibus in parietibus templi.

S.Vndelina ex Societate Vrſulana. Vide lib.3.Synt.41.pag.463.lit.A ❋

B.Vnrifingus egregius Chriſti confeſſor auus S.Ludgeri Minigardeuordenſis Epiſcopi, cum paganus exularet propter Iuſtitiam in Francia.impio Rege (Radbodo) mortuo, à Francorum glorioſo Principe Carolo noſtro Martello ad gentem ſuam in Friſiam remiſſus, patriæ ſuæ intulit quam didicerat fidem Chriſti.

NOTITIA ET NOTATIO
Spiritualium horarum in Vbio-Romanâ Coloniâ Agrippinenſi.

PER ANNVM.

IN dies in Metropolitana, hora ſexta matutina, & in Capitolina, hora ſeptima Sacrum Muſicum.

Per Quadrageſimam indies hora ſeptima matutina, concio in Metropolitana, & omni feria ſexta quadrageſimæ, atque quatuordecim diebus ante Paſcha indies, hora quinta pomeridiana in templo Soc. IESV pœnitentialis ſtatio & muſica.

PER MENSES.

Singulis primis Dominicis in menſe feſtiuitas Roſarij apud PP. Prædicatores, & Sodalitij Scapularis apud PP. Carmelitas, & cordigerorum apud PP. Conuentuales Franciſcanos qui etiam à prandio hora quarta habent proceſſionem. Et apud PP. Soc. IESV expoſitio Venerabilis Sacramenti & communio Sodalium B.M.V.

Secunda Dominica menſis Solemnitas & proceſſio Fraternitatis SS. Nominis IESV apud PP. Prædicatores.

Tertia Dominica Menſis Solemnitates Sodalitiorum apud PP. Strictioris Obſeruantiæ regularis Ordinis S. Franciſci.

IV. Dominica apud PP. Auguſtinianos menſtruæ Solemnitates Sodalitij corrigiatorum B.M.V. de conſolatione.

Vltima Dominica menſis, quæ interdum cum quarta coincidit, apud PP. Auguſtinianos proceſſio Fraternitatis S. Sebaſtiani.

PER HEBDOMADAS.

Dominicis diebus & plerisque feſtiuis indies.

Hora matutina.
- VII. Concio in omnibus parochialibus.
- VIII. Muſicum Sacrum in templo Soc. IESV.
- IX. Concio germanica in templo Soc. IESV & gallica in S. Noitburgis.
- X. Concio apud PP. Auguſtinianos, Obſeruantes, Capuccinos, Carmelitas Diſcalceatos.
- XI.
- XII. Concio in S. Cæcilia, S. Michaëlis ibidem, apud Albas Dominas.

I. Con-

Hora pomeridiana.	I. Concio apud PP. Prædicatores, Conuentuales Franciſcanos, Carmelitas Regulares, in SS. Machabæorum, S. Gertrudis, S. Maximini, S. Claræ S. Reinoldi, S. Agathæ.
	II. Veſperæ in eccleſijs parochialibus, Concio in S. Apri, horto B. M. V. & præuia exhortatione publica recitatio Roſarij apud PP. Prædicatores.
	III. Veſperæ in Collegiatis & plerisque Monaſterijs, atque exhortationes latinæ in Sodalitijs apud PP. Soc. Iesv.
	IV. Conciones Germanicæ in Metropolitana, S. Martini maioris, S. Seuerini, SS. Apoſtolorum, Capitolina. Et latinæ in Sodalitijs apud PP. Prædicatores.
	V. Completoria in B. M. V. Paſculo, & plerisque Religioſorum mendicantium templis.

II. Feria, ſiue die Lunæ exponuntur Venerationi Vbiorum Reliquiæ in S. Seuerini.

III. Feria, ſiue die Martis apud PP. Auguſtinianos Solemne Sacrum cum expoſitione Venerabilis Sacramenti & Reliquiarum S. Sebaſtiani manè hora VII.

Hora IX. vſque ad XI. in ſcholis Theologicis apud Metropolitanam eccleſiam diſputationes publicæ.

IV. Feria ſiue die Mercurij hora VII. mane concio in Metropolitana.

V. Feria ſiue die Iouis, manè hora VIII. expoſitio Venerabilis Sacramenti in parochialibus.

Hora IX. Muſicum Sacrum in templo Patrum Franciſcanorum ad Oliuas.

Hora IV. pomeridiana latina concio apud Soc. Iesv in Sodalitate Eccleſiaſtica.

VI Feria ſiue die Veneris hora VII. matutina Concio in Metropolitana, hora VIII. concio in ęde Capitolina. Et hora IV. pomeridiana latina Concio apud PP. Capuccinos in Archiconfraternitate S. Crucis.

Sabbatho ſolemnis cultus B. M. V. in plerisque Eccleſijs Vbiorum, ſed in primis hora V. Veſpertina muſicum melos in Metropolitana, ſolemnis litaniæ apud PP. Prædicatores & PP. B. M. V. de monte Carmelo, & PP. Conuentuales Franciſcanos.

EPILOGVS OPERIS.

D. O. M.

S. Auguſt. lib. 1. confeſſ. c. 15. & l. 10. cap 17.

Sed quia ô prima & ſumma bonorum omnium cauſa ſine qua factum eſt nihil, nihil tibi rectè offertur, niſi quod à te accipitur, iube quod vis, & da quod iubes, & dona tuæ gratiæ æterna gloria cum ſanctis & in ſanctis tuis muneratar. Ecce ergo Domine Rex meus & Deus meus, tibi ſeruiat quod loquor, & ſcribo & lego, & numero, quorum omnium principium & finis à te, & ad te. Quæcunque ergo dicam, de tuo agnoſcam, ſi qua de meo, ignoſce.]

LECTORIBVS.

Manum de tabula amoturus omnes & ſingulos æquos Lectores, ac Cenſores ſaluto, iniquos conuenio, neutros informo, ſuper grauiſſima re de qua ipſe apud altiſſimum tribunal conueniat & interrogabor. Num videlicet in hac mea lucubratione de magnitudine Ciuili & Sacra Coloniæ Agrippinenſis, aliquid prudens, ſciens falſum fictúue, aut maleuolus noxium alteris immixtum ſcripſerim, aut typo mandare intenderim. At liberè & ex conſcientiæ fundo ediſſero, me nec falſum ſciſſe, nec quicquam vlli Diuorum, hominumue, aut etiam communitati eorum noxium aut præiudicioſum intendiſſe, cum tamen ſciam humanorum ingeniorum modulum in intelligendo exiguum, & verborum in ſignificando ambiguitatem ſæpe inuitis viris doctis pariter & ſanctis ſæpe vitio datum eſſe, omnes lucubrationes meas, & in eis contentas periodos ſingulas, & ſingula verba, apicesq; primum Romanæ Apoſtolicæ Eccleſiæ magiſtræ omnium Eccleſiarum iudicio ſubijcio, quæ ergo illi in minimo diſplicent, reuoco, expungo, damno, & anathematizo, deleantur, eradantur, intermittuntor, & nullam vim apud præſentes poſteroſue obtinento, ſi quæ etiam alicui præiudicium irrogare videantur; irrita, inania, & pro obliteratis haberi & eſſe volo, atq; vt talia ſint effecturum me recipio ac promitto, cum enim iam tum aliquæ impreſſarum chartarum in manus ſtudioſiores ante operis conſummationem venerint, atq; alicubi deeſſe agnouerint, quæ cum laude dici potuerint, multa fiducia vſi, me ad

rele-

relectionem & Auctarium faciendum exſtimulare voluerunt , quorum conſilio,cum alias eos mihi ſana ſuaſiſſe expertus ſim,lubens pareo & typo ceſſante , calamum reſumo ; auidus à prudentioribus moneri, à literatis doceri, quos omnes humiliter rogo , ne verecundia parum neceſſaria ab officio recedant, ſed moneant, doceantque quicquid vetuſtum aut nouum publico ſeruit,ſiue è cippis,vrnis,marmoribus, aris, ſtratis,clypeis, ſignis, familijs,genealogijs , originibus, Reliquijs,monumentis,diplomatis,hominibus claris,pijs,ſanctis.

Ego oculos,aures,animumque vacuum afferre conabor
non ingratus,atque hiſce interim philopatrides
valete, in eo cui eſt honor & gloria
in ſæcula ſæculorum.
Amen.

FINIS.

Mendorum Correctio.

*P.2.lit.A.*Flacco *non Flauo.ibidem* Veſpillone,*p.5.lit.A lin 8. adde* noſtram *p.8.lin.13.* perſiſte, *p.9 lin.37.& pro eſt p. 24.lin.10.*Gaiſum,*lin.22.*Inquietæ, *p.45.lin.12.* Seuerinianum *p.49.lin.13.*Cercopitheci,*p.52.l.22* ludicra.*l.24.* philtris, *p. 64.l. 6.*Patrum *l 12.*hiſpidorum *p.80.l.5. Aſpiratè p.85. in margine* Tollenones *p. 87.l. 44.*C.*DECCIVS non coeecius p. 91. lin.*8. Humectantium *p. 95. l. 2.* Concinnata *p. 102.l.12.* Clariſſimi *p.133. lin. 39.*tauri *p. 135. lin.16* Hyppolito *p.150.lin. 24.* Clypeati *p.157. lin.3.*Solitos *p.163.lin.29.*ſepem *non ſeptem lin.20* Francia *p.176.lin.27.*laterales *p.180 lin.10* Ceras *p.181 linea penultima* nubilatos *p.186.lin.16.*accenſent *p. 196. lin.2.expunge* non *p.203. lin.20.*RES. P. AQV.*non RESP.Aqu p.207.lin. 16.* Walderlſtorffij *p. 210. lin. 7.* Ominis *ibidem lin.9.à fine* Epidigmate *p. 237.lin. 10. Vocabulum* huius *transpone ad Vocabulum* Vmbra *p.244.lin.21.*ſed *p.316 expunge lineam tranſuerſim procedentem ex nomine Magdalenæ p.403.lin 9.*propius *p. 406. lin. 4. à fine adde* Mortuis per modum Suffragij *p.413.lin.26.*Exaltanda *p.528 lin. 4.*Martyrum *p.529.lin.vltima Lege* Dominica infra octauam Viſitationis B.M.V.*p.571.lin.19.lege* partem humeri *p.591.p.623.lin 5.à fine* Heriberti *lin. 10.*nullo *adde* Vetante *pag.689.die 14.Maij linea Vltima* Transrhenana *p.696. lin.Vltima* Pauonij *p.740.l.3.*traiectus *p. 744.lin.Vltima* Friderici.*Etc.quæ vel ſuo marte beneuolus Lectorcorriget,vel Auctarium atque altera editio recenſebit, cum pluribus clypeis libro Secundo omiſsis; propter inopinatum caſum abſorpti à Rheno artificis, qui ligneas inſignierum formas Authori calabat.*